**V**PER propositionibus tredecim resolutiones meas, nuper tumultuario negotio adidi, ut ferebat, & temporis, & occupationum mearum ratio. ita enim cogor pene imparatus, pessimo nomini, quod mihi a multis intentatur, occurrere. Quas cum uideam maiore studio peti quam speraueram, uisum est, eas sub in eudem reuocatas auerere, uel emendare saltem, si qua digniore facie in publicum uenire possint. In qua re, optime lector, te primum oro, ne stili mei uarietatem mireris. Sum plane aliquando fordiosior, penitusque mei dissimilis, quod de industria facio, quod mihi non sit spes nominis & memorie diuturne, nec tale quippiam unquam questui. Sed sicut in publicum tractus sum, ita cogito semper, quam possim, citius redire in meum angulum, saluo Christiano meo nomine. Habere enim puto Theatrum meum suam horam. Post me alius sequetur, si dominus uolet; ego temporis meo satiscerim. Videor & multis paulo durior in aduersarios, & uelut modestie theologice oblitus. Hic si qua & alia uitia mea inueniantur, non magnopere deprecor culpam; quod hoc me alia causa facere non sum mihi conscius, quam nimio publici tadio & odio, in quod me mergunt illi, plurimum mihi pretiosiissimi temporis suffragantes. Deinde, quod tam praefractus & obstinatus oblatratorum patior, ut e quauis syllaba, mihi ignominiam, sibi uictoriam nominis Christiani, insidiosissime & pertinacissime quzerant; ut malo nodo, malus mihi cuneus necessarius uideatur, quamquam uideor mihi, stomacho me multam semper fecisse uim, ne facerem quae possem. Et nescio, si molliter simul & utiliter tangi queant, qui inueherentissima tam diu consuetudine opprobrii haeretici nominis, ita in iudicandis aliorum scriptis obstupuerunt, & ad audiendam ueritatem obdurerunt, suisque opinionibus obfurduerunt; ut uix caduceo diuino quopiam excitari possent uideantur. Ut id taceam, quam intolerabile sit, leuiter arguere eos, qui e templo dei speluncam latronum fecerunt; & scriptura dei, negotium hominum; ab omni natione eadem loco sancto, & CHRISTVS flagellis pepulit. & PAVLVS dure increpandos censuit hos uaniloquos. Nam id coguntur, uelint, nolint, conserui, sacras literas passim in uniuersalibus studiis fuisse neglectas penitus, quam tumuis sese scientes scripturas intelligere religiosius, humano aliorum sensu, quam illarum proprio. Ego mihi nolo haec cantari canulenam, nec saltabo ad eam, uolo, non iudice humano de scriptura, sed scriptura iudice, omnium hominum scripserit, dicta, facta intelligere. Postremo omnium criminum nomina, modeste & patienter tulisse, laus est. At spoliolum nominis Christiani, rapinam gloriae dei, abnegationem Christi (quod moluntur, qui haeticum tam facile quam temere pronunciant) agnouisse, ac non potius usque ad sanguinem omnibus titribus reclamasse, anathema sit. Proinde qui me patientem desyderat, promissum alio quam haeretico, perfido, & apostatico nomine criminentur; aut, quod debeat, talem me esse prius conuincant. Neque enim mihi retaliisse uideor quemquam talium criminatorem, etiam si sexcentis nominibus malis eos onerassetem. Hae/

refis

reſis enim ſimilia ſibi monſtra nō habet, cum ſit peccatum in ſpiritum ſanctū:  
Quamquā intatus omnium ſanctorū exempla, & impotentem illorum animū,  
qui tam celebre hoc crimen faciunt; pene mihi perſuadeo, non minus ferendū  
eſſe hæretici, quā cuiuſque uitij opprobrium. Quādo & Chriſtum habere dæmo-  
nium Iudæi inſaniebant, obſequium deo ſe præſtare arbitrati. Verum, utut ſit  
nullius perſona unquā mihi erit odioſa, qui ſperem omnes nos tandem paca-  
ros in regno Chriſti uicturos in æternum. Cauſam uero ſcripturæ ſanctæ,  
ſi concitati ore zelo egero, ueniam mihi ſpero iuſtam non negari, quod  
non poſſit eſſe par ullius læſio ſeu iniuria, cū iniuria diuinæ ſcri-  
pturæ collata. Hic enim uita noſtra læditur æterna; illic pu-  
tridum nomen corruptibilis hominis. Dominus au-  
tem ipſe Ieſus regat & ſeruet nos omnes, cuſtodiat  
atque corda, & intelligentias noſtras,  
Amen. Vale optime  
lector.

1872

1873

1874

1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882

1883

1884

1885

1886

1887

1888

1889

1890

1891

1892

1893

1894

1895

1896

1897

1898

1899

1900

# REVERENDO ET VE

RE PATRI SVO IOANNI STVPITIO S. T.

professori, Augustinianæ familiz Vicario, F. Martinus  
Luther discipulus, Salutem, & seipsum.



Emini Reuerende Pater, inter iucundissimas & salutare fabulas tuas, quibus me solet dominus lectus mirifice consolari, incidisse aliquando mentionem huius nominis, poenitentia: ubi miseri conscientiarum multarum, carnificumq; illorū, qui præceptis infinitis, eisdemq; importabilibus modum docēt, ut uocant, confitendi: te uelut e coclo sonantem excepimus, quod poenitentia uera non est, nisi quæ ab amore iustitiæ & dei incipit: & hoc esse potius principium poenitentia, quod illis finis & cōsummatio censetur. Hæsit hoc uerbum tuum in me, sicut sagitta potentis acuta: ceppi q; deinceps cum scripturis, poenitentia docentibus, conferre. Et ecce iucundissimum ludum uerba undiq; mihi colludebant, planeq; huic sententiæ aridebāt & assultabant: ita, ut cū prius non fuerit feruor in scriptura tota amarius mihi uerbum, quam poenitentia, licet sedulo etiam coram deo simularem, & fictum coactūq; amorem exprimere conarer, nunc nihil dulcius aut gratius mihi sonet, quam poenitentia. Ita enim dulcescūt præcepta dei, quando nō in libris tantum, sed in uulncribus dulcissimi Saluatoris legenda intelligimus. Post hæc accessit, quod studio & gratia eruditissimorum uiro- rum, qui nobis Græca & Hebræa officiosissime tradunt, didici, idem uerbum græce Metanoza dici, meta & nocin, id est, a post & mente:

ut sit poenitentia seu metanoza, resipiscencia, & post acceptum damnū & cognitum errorem intelligentia sui mali, quod sine mutatione affectus & amoris fieri est impossibile: quæ omnia Paulinæ Theologiæ ita respondent apte, ut nihil ferme aptius Paulū illustrare possit, meo saltem iudicio. Deniq; profeci & uidi, Metanozan non modo a post & mentem, sed a trans & mētem posse deduci (sit sane uiolentum) ut Metanoza transmutationem mentis & affectus significet, quod non modo affectus mutationem, sed & modum mutandi, id est, gratiam dei uidebatur spirare. Nam transitus ille mentis, id est, uerissima poenitentia, celeberrimus est in sacris literis: ut quem phasē illud uetustū olim significauit, Christus exhibuit: & longe ante Abraham quoq; figurauit, quando trāsitor, id est, Ebræus uocari cepit, trāsectus scilicet in Mesopotamiam, ut Burgen. doctē docet. Huius & titulus ille psalmus

Caritifices  
cōsuetudine

Ineptus cō-  
fitendi mo-  
dus.

Poenitentia  
uera ab amo-  
re iustitiæ in-  
cipit.

μετάνοια,  
resipiscencia.  
μετάνοια,  
resipiscencia.

Poenitentia

A concii

concinat, ubi Idithun, id est, transfiliens cantator inducitur. His in  
 hærens, ausus sum putare, eos falsos esse, qui operibus poenitentiae tā  
 tū tribuerūt, ut poenitentiae uix reliquū nobis fecerint, præter frigidās  
 quasi dā satisfactiōnes, & laboriosissimā cōfessionē. latino scilicet uoca  
 bulo abducti, qd poenitentia a gere, actionē magis sonet, quā mutatio  
 nē affectus: & Græco illi Metanoīn, nullo modo satisfacit. Hæc mea  
 cū sic ferueret meditatio, ecce subito coeperūt circū nos strepere, imo  
 dangere noua indulgentiarū classica, & remissionū buccinæ: quibus  
 tm non ad strenuū belli studiū animaremur. Breuiter, neglecta ueræ  
 poenitentiae doctrina, adeo magnificare p̄sumperūt, non poenitentia,  
 non saltē uilissimā eius partē, quæ satisfactio dicitur, sed eiusdē uilissi  
 mæ partis remissionē, ut nunquā sit ita magnificari audita. Deniq̄ im  
 pia & falsa, & hæretica docebāt, tāta autoritate, temeritate uolui dice  
 re, ut qui uel cōtra mutiret, statim hæreticus, igni deuotus eēt, & æter  
 næ maledictiōis reus. Ego hos furori occurrere nō potēs, statimode  
 ste eis dissentire, & in dubiū uocare eorū dogmata, fretus oim docto  
 rū, totiusq; ecclesiæ sentētia: qd etiā satisfacere melius sit, quā satisfacti  
 onē remitti, id est, indulgētias redimere: nec est ullus qui aliter unquā  
 docuit. Itaq; disputaui, id est, summa, mediā, infima, oia in malū capi  
 tis mei irritaui, quantū p̄ hos, pecuniarū, heus animarū dicendū fuit,  
 & clatores fieri, ac p̄fici pōt. Sic em̄ suauissimi hoies, crassissima astucia  
 instructi, cū negare nō possint ea, q̄ dixi, fingunt summi Pontificis po  
 testatē lædi meis disputationibus. Hæc est causa R. P. qd ego nūc infe  
 liciter in publicū prodeco: qui semp̄ anguli amator fui, & ipse eligens  
 spectare pulcherrimū nostro seculo ingenioꝝ ludū, magis quā specta  
 ri & rideri. Sed, ut uideo, oportet & Corchorū inter olera uideri, & ni  
 grū statui inter alba, decoris scilicet & Veneris gratia. Rogo itaq; has  
 meas ineptias suscipias, & q̄ fieri pōt industria, ad optimū Pontificem  
 Leonē decimū transmittas: ut sint ibi mihi aduersus stordia malignā  
 tiū, uice alicuius paraleti: nō qd te mihi cōiungi periculo uelim, meo  
 solius periculo hæc egisse uolo. Christus uiderit, sua ne sint an mea q̄  
 dixi: sine cuius nutu, nec summi Pont. sermo est in lingua eius, nec cor  
 regis in manu sua. Hūc em̄ expecto iudicē e Romana lede. p̄nūciantē.  
 Cæterū, minacibus illis meis amicis nihil habeo qd respondeā, nisi il  
 lud Reuchlianū: Qui paup̄ est, nihil timet, nihil p̄tere. Res nec ha  
 beo, nec cupio. Famā & honorē, si habui, assidue nūc p̄dit qui perdit.  
 Vnū supeſt imbecille, & assiduus fatigatū incōmodis corpusculū: qd  
 si qua ui uel dolo abstulerūt, i obsequiū dei, forte una uel duabꝝ uitæ  
 horis me pauperiorē faciēt. Sufficit mihi dulcis redēptor & pp̄iator  
 dñs meus Iesus Christus: cui cantabo, quā diu fuero: si qs aut noluerit  
 cantare

Satisfactio  
 uilissima p̄s  
 poenitentiae.

Satisfacere,  
 melius q̄ sa  
 tis actionē  
 remittere.

Prouerbiū.

Christianus  
 Martini ani  
 mus.

cantare mecum, quid ad me? ululet, si libet, uel secum. Ipse dominus Iesus seruet te in æternum mi pater suauissime. Vuitenbergæ, die sanctæ Trinitatis. Anno M. D. XVIII.

# BEATISSIMO PATRI

LEONI X. PONT. MAX. F. MARTINVS LV-  
THERIVS AVGVSTINIANVS AETER-  
NAM SALVTEM.



VDITVM AUDIVI de me pessimum; Beatissime Pater, quo intelligo, quosdã amicos fecisse nomen meum grauissime coram te & tuis fecere: ut qui autoritatẽ & potestatem clauũ & summi Pontificis minuere molitus sim: inde hæreticus, apostata, p̄fidus, & sexcentis nominibus, imo ignominias ac cufor. Horrent aures, & stupent oculi. Sed unicũ stat fiducia p̄sidiũ, innocens & qui era conscientia, nec noua audio. Talibus enim insignibus & in nostra regione me ornauerunt homines isti honestissimi, & ueraces, id est, pessime sibi conscii: qui sua porteta mihi conantur imponere, & mea ignominia suas ignominias glorificare. Sed rem ipsam beatiss. Pater digneris audire ex me infante & inculto. Cœpit apud nos diebus p̄ximis p̄dicari Iubileus ille indulgentiarũ Apostolicarũ: profecitque adeo, ut p̄æcones illius, sub tui nominis terrore, omnia sibi licere putantes, impiissima hæreticaq; palam auderẽt docere, in grauissimum scãdalũ & ludibriũ Ecclesiasticæ potestatis, ac si Decretales de abusu onibus quæstorũ nihil ad eos pertinerent. Nec contenti, quod liberri-  
 mis uerbis hæc sua uenena diffunderẽt: in super libellos ediderunt, & in uulgũ sparserunt. In quibus, ut taceã insatiabile & inauditã auaritam, quã singuli pene apices olent crassissime, eadẽ illa impia & hæretica statuerunt: & ita statuerunt, ut Confessores iuramento adigerent, quo hæc ipsa fidelissime instantissimeq; populo inculcarent. Vera dico, nec est quo se abscondant a calore hoc. Extant libelli, nec possunt negare. Agebantur tum illa prospere, & exugebãtur populi falsis spebus: & ut P̄pheta ait, Carnẽ desuper ossibus eorũ tollebant. Ipsi uero pinguisime & suauissime interim pascebantur. Vnũ erat, quo scandala sedabant, scilicet terror nominis tui, ignis cõminatio, & hæretici

Conscientiã bonã & quicquid habet Lutherus.

Insatiabilis auaritia idolopiariorũ.

A ij nomi



nominis opprobrium. Hæc enim incredibile est quã propensi sint fatentare: quandoq; etiam si in meris opiniosisq; nugis suis contradicentem senserint, si tamen hoc est scandala sedare, ac non potius merarum nide schismata & seditiones tãdem suscitare. Verum nihilominus crebrescebant fabulæ per tabernas de avaritia sacerdotum, detractio nesq; clauium, Summiq; Pontificis, urtestis est uox totius huius terræ. Ego sane, ut fateor, pro zelo Christi, sicuti mihi uidebar: aut si ita placet, p iuuenili calore urebar: nec tamẽ meũ esse uidebã, in iis quicq; statuere, aut facere: p inde monui priuatim aliquot magnates ecclesiæ rum. Hic ab aliis acceptabar, aliis ridiculũ, aliis aliud uidebar: præualebat enim nominis tui terror, & censurarũ intentatio. Tandẽ cũ nihil possem aliud, uisum est saltem leniuscule illis reluctari, id est, corũ dogmata in dubium & disputationẽ uocare. Itaq; schedulam disputationis adidi, inuitans tantũ doctiores, si qui uellent meũ disceptare, sicut manifestũ esse, etiam aduersariis oportet, ex præfatione eiusdẽ disceptationis. Ecce, hoc est incendiũ, quo totum mundũ queruntur conflagrare, forte, quod indignantur me unum, autoritate tua apostolica magistrum Theologiæ, ius habere in publica schola disputandi pro more omnium uniuersitatũ, & totius ecclesiæ, nõ modo de indulgentiis, uerum etiã de potestate, remissione, indulgentiis diuinis, incomparabiliter maioribus rebus. Nec tamen multũ moueor, quod hanc mihi facultatẽ inuideant, a tuæ B. potestate concessã, qui eis fauce corgorinuitus multo maiora: scilicet, quod Aristotelis somnia in medis res Theologiæ miscerãtq; de diuina maiestate, meras nugas disputant, contra & citra facultatem eis datam. Porro, quod nam fatum uideat, has solas meas disputationes præ exteris, nõ solũ meis, sed omnium magistrorum, ut in omnem terram pene exierint, mihi ipsi miraculũ est. Apud nostros, & propter nostros tantum sunt æditæ, & sic æditæ, ut mihi incredibile sit, eas ab omnibus intelligi: disputationes em̄ sunt, non doctrinæ, non dogmata, obscurius, pro more, & enigmaticis positiæ. Alioqui, si præuidere potuissem, certe id pro mea parte curassem, ut essent intellectu faciliores. Nunc quid faciam? Reuocare nõ possum & miram mihi inuidiam ex ea inuulgatione uideo cõflari, inuitus uenio in publicum, periculosissimumq; ac uarium hominum iudicium, præsertim ego indoctus, stupidus ingenio, uacuis eruditione, deinde nostro florentissimo seculo, quod pro sua in literis, & ingenii felicitate, etiam Ciceronẽ cogere possit ad angulum, lucis & publici alioqui non ignauum sectatorem. Sed cogit necessitas, me anserem strepere inter olores. Itaq; quo & ipsos aduersarios mitigem, & desyderia multorum expleam, emitto ecce meas nugas, declaratorias mearum disputationum,

Monuit priu  
maces eccle  
sasticos.

Disputandi fa  
cultatem ha  
bet doctor sa  
crae theologiæ

Arist. somnia.  
Disputat me  
ras nugas de  
diuina mai  
estate.

Nota Marti  
ni modestiã.

Seculum hoc  
florentissimũ.

tionum: emitto autē, quo tutior sum, sub tui nominis praesidio, & tuae protectionis umbra, Beatissime pater: in quibus intelligēt omnes, qui uolent, quam pure simpliciterq; ecclesiasticā potestate & reuerentiā clauium quaesierim & coluerim, simulq; quā inique & false me tormentibus aduersarii foedauerint. Si enim talis essem, qualem illi me uideri cupiunt, ac nō potius omnia disputandi facultate, recte a me tractata fuissent, non potuisset fieri, ut illustrissimus Princeps Fridericus Saxoniae dux, elector Imperii &c. hanc pestem in sua permetteret uniuersitate: cū sit catholice & apostolice ueritatis unus facile amantissimus: nec tolerabilis fuisset uiris nostri studii acerrimis & studiosissimis. Verum, actum ago, quando illi suauiissimi homines nō uerentur mecum & principem & uniuersitatē pari ignominia cōficere palam. Quare beatissime pater, prostratū me pedibus tuae B. offero, cū omnibus quae sum & habeo. *Viuisifica, occide, uoca, reuoca, approba, reproba, ut placuerit: uocem tuā, uocem Christi in te praesidentis & loquentis agnoscam. Si mortem merui, mori non recusabo: Domini enim est terra & plenitudo eius: qui est benedictus in secula, Amen: qui & te seruet in aeternum, amen.* ANNO M. D. XVIII.

Ecclesiasticā dignitatē colit pure simpliciterq;.

Fridericus Saxo. dux.

Fridericum principē non tantum non sunt ueriti.

## PROTESTATIO R.

P. MARTINI LVTHER AVGVSTINIANI  
VVITTENBERGENSIS.

Quia haec est Theologica disputatio, q̄ pacatiores faciā animos, nudo disputatiōis textu forte offensos, repetā hīc denuo p̄testatiōē i scholis fieri solitā.

Primum protestor, me prorsus nihil dicere aut tenere uelle, nisi quod in & ex sacris literis primo, deinde ecclesiasticis patribus, ab ecclesia Rhomana receptis hucusq; seruatis, & ex Canonibus, ac decretalibus pontificijs habetur, & haberi potest. Quod si quid ex ijs probari uel improbari non potest, id gratia disputatiōis duntaxat, pro iudicio rationis, & experiētia tenebo: semper tamen in ijs saluo iudicio omnium superiorum meorum.

Vnum illud addo, & mihi uendico iure Christianae libertatis, quod opinio nes B. Thomae, Bona. aut aliorum scholasticorum, uel canonistarum, nudas, sine textu & probatione positas, uolo pro meo arbitrio refutare uel acceptare, secundū consiliū Pauli: Omnia probate, quod bonū est tenete. Et si scio quorundam Thomistarū sententiā, uolentium B. Thomā ab ecclesia approbatū in omnibus. Constat satis, quantū B. Thomae ualeat autoritas. Hac mea protestatiōe credo satis manifestū fieri, quod errare quidē potero: sed haereticus non ero, quantūlibet fremant & tabescant, ij qui aliter sentiūt uel cupiunt.

Protestatio theologica.

Christiana libertas opinio nes Thomae Bonauenturae &c. non uult premi.

A ij Resolu

# RESOLUTIONES DI-

SPVTATIONVM DE VIRTUTE INDVLGENTIA  
rum Reuerendi patris, ac sacre theologiæ doct. Martini Lu-  
therij Augustiniani Vuittembergensis, ad Leonē x.  
Pont. omnibus modis summum.

## CONCLVSIO PRIMA.

Pœnitentia ē tota uita ho-  
minis.

**D**ominus & magister noster Iesus Christus, dicendo, Pœni-  
tentiam agite &c. omnem uitam fidelium pœnitentiam esse  
uoluit.

Hanc assero, & nihil dubito.

Probo tamen eā, uel rudis ingenij causa, primo, ex ipso uerbo græco Meta-  
noite, id est, pœnitentiā agite: quod rigidissime trāsferri potest, trāsmentamē-  
ni, id est, mentem & sensum alium induite, resipiscite, trāsitum mētis & phas-  
se spiritus facite, ut scilicet nūc coelestia sapiatis, qui hucusq; terrena sapuistis;  
quod Apostolus Rhoma. xij. dicit. Renouamini nouitate mētis uestræ. Quæ  
resipiscētia fit, ut redeat præuaricator ad cor, odiatq; suū peccatum. Certū  
est autem, quod ista resipiscētia, seu odium sui, tota uita fieri debeat, iuxta il-  
lud: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eā. Et  
iterum: Qui nō accipit crucem suam, & sequitur me, nō est me dignus. Et ibi-  
dem: Non ueni pacem mittere, sed gladium. Matth. v. Beati qui lugent, quos  
niam ipsi consolabuntur, Et Paulus Rho. vj. & viij. alijsq; multis locis, iubet  
mortificare carnem & membra, quæ sunt super terram. Et Gal. v. docet carnē  
crucifigere cum cōcupiscētijs eius. Et. ij. Cor. vj. dicit. Exhibeamus nosmet-  
ipsos in multa patientia, in seiuinijs multis &c. Hæc sic late profero, tanquam  
cum eis agam, qui nostra ignorant.

Odiū sui in  
hac uita.

Christus ma-  
gister spiritus  
non literæ.

Pnia exteri-  
orpo-ē hy-  
pocritarum.

Doctrina  
Christi omni-  
bus debet cō-  
uenire.

Ideo secūdo probo & ratione eandem. Quia Christus magister spiritus est,  
non literæ; & uerba eius sunt uita & spiritus: ideo necesse est, ut eā doceat pœ-  
nitentiam, quæ in spiritu & ueritate agitur: Non autem eam, quam foris age-  
re possunt superbissimi hypocritæ, in seiuinijs suis facies exterminantes, in ani-  
gulis orantes, & cum tubis elemosynam faciētes. Eam inquam, doceat Chri-  
stus oportet, quæ in omni uitæ genere agi potest: quam rex in purpura, sacer-  
dos in munditia, principes in dignitate non minus possunt agere, q̄ mona-  
chus aut mendicus in suis ritibus & paupertate: sicut egerunt Daniel & socij  
sui in mediā Babylone. Omnibus enim hominibus, id est, omnium conditio-  
ni debet conuenire doctrina Christi.

Tertio, per totam uitam oramus & orandum est: Dimitte nobis debita no-  
stra: ergo tota uita pœnitentiā agimus, & displicemus nobis. Nisi quis sit ita  
stulus, ut sicte puret orandum sibi pro remittendis debitis: uerūtenim sunt, &  
non contemnenda debita, pro quibus orare iubemur, etiā si sint uenialia, non  
tamen nisi eis remissis, saluari possumus,

Conclusio

*In quibusdam  
soluuntur pœnitentia*

CONCLUSIO II.

Quod uerbum de sacramentali poenitentia (confessionis & satisfactionis, quæ sacerdotum ministerio celebratur) non potest intelligi.

Hanc etiam assero & probo.

Primo, quia poenitentia sacramentalis est temporalis, nec potest omni momento agi: alioquin assidue cum sacerdote loquendum esset, nec aliud quicquam agendum, nisi peccata confitenda, atque satisfactionem impostam exequendam. Ideo non potest esse crux illa, quæ Christus præcipit tollere; nec est mortificatio passionum carnis.

Poenitentia sacramentalis non est crux Christi.

Secundo, sacramentalis est externa tantum, & prærequirit internam, sine qua nihil ualet. Sed hæc interna est & sine sacramentali esse potest.

Tertio, sacramentalis potest esse ficta, hæc non nisi uera & sincera esse potest. Quod si sincera non fuerit, hypocritarum est, non ea quæ Christus docet.

Potest esse ficta.

Quarto, de sacramentali poenitentia nullum habetur præceptum Christi: Sed est per Pontifices & ecclesiam statuta (saltem quo ad tertiam sui partem, scilicet satisfactionem) ideo & mutabilis arbitrio ecclesie. Sed poenitentia euangelica est lex diuina, nulla hora mutabilis; cum ipsa sit iuge illud sacrificium, quod uocatur cor contritum & humiliatum.

Non est a christo, sed a pontificibus instituta.

Quinto, huc pertinet, quod uno consensu doctores scholastici discernunt poenitentiam uirtutis a poenitentia sacramentali, ponentes poenitentiam uirtutem uel materiam seu subiectum poenitentie sacramenti.

Poenitentia uirtutis.

CONCLUSIO III.

Non tamen solam intendit interiorem, immo interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes.

Et hanc assero & probo.

Primo, Rhoma. xij. præcipit Apostolus, Corpora nostra offerre hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem. Atque id quomodo fiat, secutus clare & late exponit, dum docet humiliter sapere, inuicem seruire, diligere, orationi insistere, patientiam habere &c. Quomodo &c. ij. Corinth. vi. ait, Exhibeamus nosmet ipsos in multa patientia, in ieiunijs, & uigilijs &c. Sed & Christus Matth. v. & vi. docet recte ieiunare, orare, elemosynas dare. Item alibi. Quod superest, date elemosynam, & ecce omnia munda uobis.

Carnis mortificatio per poenitentiam euangelicam.

Vnde sequitur, quod illæ tres partes satisfactionis, ieiunium, oratio, elemosyna non pertinent ad sacramentalem poenitentiam, quo ad substantiam factorum: quia sunt de præcepto Christi: sed pertinent ad eam, quo ad certum modum & tempus, secundum quod ecclesia ordinauerit: uidelicet quantum sit orandum, ieiunandum, dandum. Item quantum & quid orandum, quantum & quid non comedendum, quantum & quid dandum. Verum ut sunt de euangelicis poenitentia, ieiunium habet in se omnes castigationes carnis, sine delectu ciborum, aut differentia uestium; Oratio uero omne studium animi meditando, legendo, audiendo, orando; Elemosyna uero, omne obsequium erga proximum.

Ieiunium, oratio, elemosyna sunt de præcepto Christi, non partes satisfactionis.

Ieiunium, Oratio, Elemosyna

A iij ga proxima

CONCORDIA SEM. ST. LOUIS

ga proximum; ut ita per se iunxerit sibi feriat, per orationē deo, & per electo  
lynam proximo. Per primum uincat concupiscentiam carnis, & uiuat sobrie  
& caste; Per secundum, superbiam uitae, & uiuat pie; Per tertium, concupiscenti  
am oculorum, & uiuat iuste in hoc seculo. Quare omnes mortificationes,  
quas homo concupiscentis sibi infert, sunt de poenitentia interiore, tanq̄ fructus  
eius, siue sint uigiliae, labores, inopiae, studia, orationes, fuga sexus ac deliciarū  
inquantū promouent spiritum.

**Opera bona.**

Secundo ipsemet egit dominus, & omnes sancti eius cum eo. Sic deniq; pre  
cepit: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera. Na  
sine dubio opera bona foris sunt fructus poenitentiae & spiritus. Cum spiritus  
nō faciat nisi uocem turturis, id est, gemitū cordis, radicem operū honorū.

**Conclusiones  
aduersarij  
stolidae.**

Aduersus has tres meas conclusiones, quidam indignatus, & sub pelle leo  
nis incedens, posuit, debilaterans errorem esse, si quis uerbum illud Poeniten  
tia negauerit, etiam de sacramento poenitentiae intelligi. Primum, nō est pro  
positum meum singulas eius positiones cōfutare; quae sunt adeo insulsa & in  
docte compositae, ut mihi impossibile sit creditū, eas fuisse intellectas, tam ab  
eo, cuius titulo uulgantur, q̄ ab eo, qui eas conlauit; quod & cuiq; mediocr  
ter ingenioso, & in scripturis erudito facile patet; tamen ut & eis ipsis suā infir  
mitiam ostendam (si capaces esse poterunt) hanc primam diiudicabo. Admitto  
sub nomine poenitentiae posse intelligi etiam ludae poenitentiam, etiam dei poe  
nitentiam, etiam pictam, & (ut Logici solent) materialiter & secundo intentione  
naliter sumptam poenitentiam, ideo & sacramentum (id est, satisfactionem).

**Theologi  
corruptores  
scripturae.**

**Vel potius  
Aristotelici  
tonas, immo  
nugas, stul  
tae & impias**

At quis negat hucusq; Theologis quibusdam non paucis licuisse, totam ser  
me scripturam corrumpere audacibus suis distinctionibus & amphibologijs  
nuper confectis; adeo ut pro Paulo & Christo Paulocentonas & Christocen  
tonas legamus? Ego de germana & propria uerbi locutus sum significatio  
ne, quam Christus in eo uerbo uoluit, aut saltem quam Ioannes Baptista uo  
luit; qui non habuit auctoritatem instituendi sacramenti, & tamen uenit praedi  
cans baptismum poenitentiae, dicens: Poenitentiam agite. Quod uerbū Chri  
stus repetijt; ac sic non de sacramento locutus satis credo intelligitur. Tamen  
est illorum somnium uerū, Videamus quid sequatur.

**Doctrina  
Christi est  
ipsa diuinum.**

Christus sine dubio legislator diuinus est, & doctrina eius ius diuinum: id  
est, quod nulla potestas mutare aut dispensare potest. At si poenitentia in eo  
loco a Christo docta, significat poenitentiam sacramentalem (id est, satisfacti  
onem) & hanc potest Papa mutare; & de facto mutat pro arbitrio suo; ergo uel  
Papa habet in arbitrio ius diuinum, uel est in deum suum impiissimus aduer  
sarius, irritum faciens mandatum dēi. Quod si hoc audēt asserere s̄, qui ad lau  
dem dei, & defensionem catholicae fidei, & sanctae sedis apostolicae honorem,  
& pro ueritate reuelanda, & erroribus suppressendis gloriantur sese disputa  
re; deniq; si sic honorant ecclesiam, tuenturq; fidem, qui terrisco & immani  
titer (pene dixissem, inaniter) iactato titulo, HAERETICAE PRAUI  
TATIS INQUISITORES uolunt uideri; quid quæso relictum est, uel

**Haereticæ pra  
uitatis inquisi  
tores sunt  
inuitores haer  
eticæ prauitatis.**

insanissimis haereticis, quo & ipsi Papam & sedem apostolicam blasphemant  
& criminantur. Hos ego non inquisitores, sed inuitores haereticæ prauitatis, li  
bera uoce pronunciarē. Taleq; & ita prudenter positae sunt fere oēs cōclusiones,  
quas amplissima illa & innocētissima papyrus passim circūfert, subiecta uani  
tati nō uolens. Quas si oēs uellē confutare, grandī uolumine opus foret, & to  
tū pene chaos quartū Sententiarū euoluendū cū suis scribētib; Sed tu lector  
esto liber

esto liber & candidus, quo possis ex hac una discere omnes.

## CONCLUSIO IIII.

Manet itaq; poena, donec manet odium sui, id est, poenitentia uera factus, scilicet usq; ad introitum regni coelorum.

Et hanc assero & ostendo.

Primo. Certa sequela tanquam corollarium sequitur ex dictis. Quia si omnis uita est poenitentia & crux Christi, non solum in uoluntarijs afflictionibus, sed etiam in tentationibus diaboli, mundi & carnis, quin etiam in persecutionibus & passionibus; ut ex praedictis, ex scriptura tota, ex ipsiusmet sanctissimorum, & omnium martyrum exemplis patet; certum est quod Crux illa usque ad mortem, & sic ad introitum regni durat.

Crux poenitentiae usq; ad mortem durat

Secundo, illud patet etiam in alijs sanctis, Sanctus Augu. Psal. vij. poenitentiales sibi fecit scribi, & eos cum lachrymis orabat & medicabatur, dicens. Etiam si episcopus quicumq; iuste uixerit, non debere tamen sine poenitentia de hoc mundo cum discedere. Ita & beatus Bern. agonizans, clamauit. Perdidit uisus; quia tempus perdidit: Nihil habeo, nisi quod scio, quia cor contritum & humilissimum deus non despiciet.

Tertio ratione. Tam diu crux illa poenitentiae debet durare, donec secundum Apostolum destruat corpus peccati, & pereat uetustas primi Adae cum sua imagine, & persiciatur nouus Adam ad imaginem dei; sed peccatum manet usque ad mortem, licet quotidie minuat per renouationem mentis de die in diem.

Quarto, saltem poena mortis manet in omnibus; timor etiam mortis, certe poena omnium poenarum, & ipsa grauior morte, in plurimis; ut taceam de timore iudicij & inferni, de tremore conscientiae &c.

## CONCLUSIO V.

Papa non uult, nec potest remittere ullas poenas, praeter eas, quas uel suo, uel Canonum arbitrio imposuit.

Hac disputo, & doceri humiliter peto, ut & in praefatose rogauit: ita adhuc rogo, manum porrigat qui potest, & mea motiua attendat. Primo colligam genera poenarum, quas fideles possunt pati.

Genera poenarum, quas fideles possunt pati, Aeterna.

Prima est aeterna, gehenna damnatorum: de qua nihil ad propositum. Certum est enim, quod haec nec in summi, nec infimi Pontificis potestate est, ut omnes in tota ecclesia tenent: quam solus deus per remissionem remittit.

Secunda est purgatorij, de qua infra uidebimus in sua conclusione, interim accipimus non esse eam in potestate Pontificis, aut ullius hominis.

Purgatorij.

Tertia, ipsa uoluntaria & euangelica, de qua supra dictum est, quod eam opere retur poenitentia spiritalis, secundum illud. i. Corinth. xj. Si nos ipsos iudicauerimus, non utique iudicauerimus a domino. Haec est crux illa & mortificatio passionum, ut supra conclus. iij. Cum autem haec sit praecipua a Christo, & de essentia poenitentiae spiritalis, ac omnino de necessitate salutis, nullo modo est in potestate ullius sacerdotis, neque ut augeat, neque ut minuat. Non enim ex arbitrio pendet hominis, sed ex gratia & spiritu, immo haec poena minus est in potestate Papae, quam oes aliae poenae, cuiuscumque nominis sunt.

Voluntaria & euangelica.

Siquidem



Siquidem aeternam, purgatoriam, afflictiuam, saltem oratione potest tollere apud deum; sicut potest gratiam iustificantem impetrare peccatori. Hanc autem non potest tollere, nec oratione quiddē. Quin potius eam debet impetrare peccatori & imponere, id est impositā nūciare, nō minus q̄ gratiā impetrat; alioquin euacuaret crucē Christi, & reliquias Cananæorū copularet filiis & filiabus suis, & hostes dei (id est, peccata) nō occideret ad intertionem. Nā si uideret aliquos nimio seruore plus sese affligere, q̄ expedit eorū saluti & aliorum necessitati. Tunc non solum remittere, sed prohibere debet, sicut sanctus Paulus Timotheo dicit. Noli adhuc aquā bibere &c.

Papa nō potest tollere peccata penitentia euangelicæ.

Pœna castigatoria non tollit peccata.

Quarta est castigatoria & flagellatio dei, de qua psal. lxxxix. Si autem peccauerint filij eius, & legem meam non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerbis hominū peccata eorum. Hanc poenam extra mœnum esse Pontificum quis dubitat? Quandoquidem sese innocentibus eā dicit imponere Hierē. xlj. Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris; Nō eris innocēs, sed bibēs bibes. Et eiusdem. xxv. Ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere; & uos quasi innocentes eritis; non eritis innocentes. In de b. Petrus. j. Pe. iij. Nunc tempus inchoandi iudiciū a domo dei; quod si primum a nobis, quis finis eorū, qui non credunt euangelio? Apo. iij. Ego quos amo, castigo. Et Heb. xij. Flagellat autem omnē filium, quē recipit. Quod si summus Pontifex hanc remittere uellet, aut peccator remitti crederet, certe futurum est, ut adulteri & spurij fierent; ut Heb. xij. Si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes; ergo adulteri & non iij. estis. Hanc eū loannes Baptista, & sanctissimi pertulerunt.

Pœna castigatoria per orationes ecclesie potest tolli.

Admitterem tamen per orationes ecclesie posse tales aliquas pro infirmis tolli, scilicet morbos, ægrotudines, pestes, febres. sicut B. Iacobus docuit presbyteros ecclesie induci & ungi infirmum, ut dominus eum alleuere infirmū propter orationem fidei. Et quid moror? quasi ulli Christiano dubiū sit, flagella dei non potestate clauium, sed lachrymis & oratione tantūmodo posse tolli & magis per impositionem aliarum poenarum, q̄ per remissionem. Sicut Nivinitæ per poenitentias suas humiliter sese affligentes, meruerunt auertere flagellum subuersionis eis intentatum. Alioqui si sacerdos ecclesie, siue summus, siue infimus, potest hanc poenam potestate clauium soluere, pellat ergo pestes, bella, seditiones, terremotus, incendia, cædes, latrocinia; itē Turcas & Tartaros, aliosq̄ infideles; quos esse flagella & uirgā dei, nemo nisi pars Christianus ignorat. Dicit enim Esa. x. Vā Assur uirga furoris mei & baculus ipse est. In manu eius indignatio mea. Licet plurimi nunc, & iidem magni in ecclesia, nihil aliud somnient, q̄ bella aduersus Turcam, scilicet non contra iniquitates, sed contra uirgam iniquitatis bellaturi, deoq̄ prepugnaturi; qui per eā uirgam sese uisitare dicit iniquitates nostras, eo quod nos nō uisitamus eas.

Bene subdit.

Bellū in Turcas.

Eniam prius mouit Turcas domesticos, hoc est uirtu nostra.

Pœna canonica tollit indulgentiam.

Error clauis non officit.

Quinta est Canonica poena, scilicet ab ecclesia constituta. Hanc esse plenam iure in manu summi Pontificis, non est dubium, sic tamen ut subdit (ut aiunt) iusta causa remissionis earum, & clauis non erit. Verū ego (mea temeritate) illam iustam causam non ita rigide acciperem, ut multi solent. Sufficere enim uidetur pia uoluntas Pontificis, atq̄ hæc satis iusta sit causa. nec uideo quomodo in hac remissione error clauis contingat; aut si contingit, quid noccat, cū nihilominus salua sit anima, etiam si poenæ eiusmodi per errorem non remitterentur.

Illud ma

*Sanctus Petrus Flagellat*

*Eniam prius mouit Turcas domesticos, hoc est uirtu nostra.*

Illud magis aduertendum, quod summus Pontifex in remissione plenaria nec omnes canonicas poenas remittit: quod patet, quia non remittit ingreffio- nem seu intrusionem quorundam in monasterium, que tamen poena non in ecclesiis est in Canonibus: sed nec ciuiles, seu potius criminales poenas a iure ciuili inflictas: licet id legati faciant alicubi, ubi personaliter sunt presentes.

Videtur ergo solum eas remittere, quae de ieiunijs, orationibus, elemofynis, alijsq; laboribus & disciplinis impositae sunt, aliae ad septennium, aliae mit- nus, aliae plus. Et in ista poena comprehendo etiam, quam arbitrio suo im- ponit sacerdos ecclesiae. Nunc itaq; uide, & doce me, qui potes. Quatuor prio- res non potest remittere, quam aliam remittit nisi canonicam & arbitrariam:

Ierū hic Leone illa mihi oggannit, remitti quae a iustitia diuina exigitur, uel in purgatorio est luenda. Cui & ego respondeo, Impijssimum esse sentire, quod Papa habeat potestatem mutandi ius diuinum, & id relaxare, quod ius- titia diuina inflixit. Non enim dicit: Quodcuq; ego ligauero, tu solues: sed quod tu solues, solum erit. Non autē omnia ligata solues, sed a te ligata duntaxat, non a me ligata. Illi uero sic intelligunt: Quodcuq; solueris siue in cae- lo siue in terra, solum erit: cum Christus in terra addiderit, dedita opera, re- stringens clauem ad terram, futurum scīs, quod perforaturi alioquin essent omnes caelos.

Sexta est, quam uolo fingere, donec aliter erudiar, quam illi dicunt secun- dum iustitiam diuinam requiri, ut satisfiat iustitiae diuinae. Haec autem si est alia a tertia & quinta (sicut oportet, si debet sexta esse) non potest uel imaginari, nisi quod ubi tertia & quinta non essent satis, tūc ipsa imponeretur, scilicet plus orationis, ieiunij, elemofynae. Ac sic solo intentionis gradu distaret a qua- rta uel tertia. Non enim potest intelligi poena ciuilis, quia hanc (ut dixi) non re- mittit: alioquin litterae indulgentiarū tollerent omnia patibula & carnificinas per ecclesiam. Sed nec potest intelligi poena canonica per iudicium contentio- si fori de facto imposita, quia non remittit excommunicationes, interdicta, aut ullas censuras ecclesiasticas inflictas, ut patet satis ad experientiam. reitae et/ go quam modo fingere me dixi.

Sed quod illa nulla sit, ita mihi ipsi persuadeo.

Primo, quod nulla autoritate scripturae, doctorum, Canonum, ratione pro- babili potest doceri, talem esse aliquam poenam, & uehemēter absurdum est in ecclesia aliquid docere, cuius nec in scriptura, nec doctoribus, neq; canoni- bus, neq; saltem rationibus potest causa dari.

Secundo, quod si etiam esset talis poena aliqua, non tamen ad remissionem Papae pertineret: cum sit uoluntaria & ultra Canones imposita, immo nō im- posita, sed sponte suscepta: quia est alia ab ijs quae imponuntur, ut supra dictū in poena quinta.

Quod si diceres: Quomodo tunc satisfieret iustitiae diuinae, si quo modo ca- nonica, uel sacerdotales non essent satis? Respondeo: abunde satis fit per ter- tiam & quartam, secundum mensuram quam nouit deus. Neque enim le- gitur usquam deus aliquam requisuisse, nisi tertiam aliquando & quartam, ut in David & filijs Israel in libro Iudicum & Regum. Sed fere semper conten- tus est corde contrito & poena tertij generis.

Et hinc ego miror quorundā negligentia, qui uel satisfactionē astruant, dicūt, Christum absoluisse adulteram illam in euāgelio sine satisfactione, Mariam uero Magdalenam non sine satisfactione. Et ideo in Maria, non in adultera imitan-

Poenas ca.  
non oēs re  
mittit pon.

Ius diuinū  
non relaxat  
papa.

Christus re-  
surrexit da-  
nū ad terrā.

Satisfactio  
ria iustitiae  
diuinae. Et  
haec e a recē-  
rioribus i et  
cepta.

Afferere ab-  
surdū ē, qd  
p scripturā  
nō pot pba-  
ri.

Adultera in  
euāg. & M.  
Magda. xij  
no iactatece  
runt.

imitandum esse dominū, ut sine satisfactione nulli remittatur peccatum. Nā nec leprosus mundauit, nisi imposito, ut satisfacerent legi, & ostenderet se sacerdoti. Hæc ergo est illa pœna, quam iustitia diuina requirit ultra iam dicitur: Sed respondeo, ista adultera (meo iudicio) plus pœnam tulit q̄ Maria Magdalena, & magis satisfecit. Nempe iam mortem patiebatur, non aliquid uidens, nisi durissimum iudicium, idco mire cruciabatur, & dolebat longe plus q̄ Maria, cui iudicium mortis non imminēbat. Ideo de quarta specie & tertia fuit eius pœna, quia flagellū mortis tulit in corde contrito. Maria uero Magdalena in tertia specie pœnas luebat, neq̄ potest doceri, aliam fuisse eius pœnam, ut patet. De leprosis uero dico, quod non ad satisfactionē ostendere se iussi sunt, sed ad testimoniū. Non enim erat lepra peccatū, sed significabat peccatum. Ostensio autem peccati non est satisfactio, sed iudicium quærit facer/ dotis, ut hæc nota sunt satis.

M. Magda.

Leprosi tantum ob testimoniū ostēderunt se sacerdoti, nō in satisfactio/ ne.

Potestas ligandi & soluendi est æqualis.

Secundo probo conclusionem sic. Illæ duæ potestates, ligandi & soluendi, sunt æquales & super eandē materiā. Sed summus Pontifex nullam habet ligare & imponere pœnam præter canonicam seu quintā, ergo nec ullā soluere & tollere. Aut dicendum, duas illas potestates esse inæquales latitudinis, Quod si hoc dicitur, nemo tenetur credere, quia nullis scripturis, canonibusq̄ probatur, cum sit clarus textus: Vbi Christus ligare super terrā, & soluere super terrā dedit, æqualiter utraq̄ mensurando & extendendo.

Tertio extra de pœ. & re. lib. v. c. Quod autē, expresse dicit, remissiones eis non ualere, quæ non fuerint ab eorū iudice factæ: cum nullus ligari aut solui possit a non suo iudice. Sed certū est, quod homo non est sub iurisdictione Patris in. j. ij. iij. vj. pœnis, sed tantūmodo in quinta, ut clare patet, & magis infra patebit. Coroll. sequitur.

Satisfactio optima per nouitatem uitæ.

Satisfactio non requiritur.

Quod satisfactio sacramentalis non dicitur, quia pro culpa satisfacit simpliciter (quia pro culpa satis facit tertia & quarta pœna) sed quia pro culpa secundum statuta ecclesie satisfacit. Maxime enim deo satisficit per nouā uitā &c.

SED PER SCRIPTURAS quoq̄ probandum est, non requiri aliquā satisfactionem pro peccatis. Hic adest Ioannes Baptista, qui in hoc missus secundum propositum atq̄ decretū dei, ut poenitentiam predicaret: qui & dixit Poenitentiam agite. Et iterū: Agite itaq̄ dignos fructus poenitentiae, quæ uerba ipse exposuit, cum interrogantibus turbis quid facerent, respondit: Qui habet duas tunicas, det non habenti; & qui escas habet, similiter faciat. Nōne uides, quod pro poenitentia non nisi obseruantiam præceptorum dei imposuit, atq̄ ideo poenitentiam non nisi conuersionem & mutationem nouæ uitæ intelligi uoluit. Sed clarius, Ecce uenerunt publicani, & dixerunt: Magister quid faciemus? At ille dixit: Nihil amplius, q̄ quod constitutum est uobis, faciatis. Nūquid hic dixit, oportet uos satisfacere pro præteritis peccatis? Item militibus dixit: Nihil amplius, q̄ quod constitutum est uobis, faciatis. Nūquid hic dixit, oportet uos satisfacere pro præteritis peccatis? Item militibus dixit, Neminem concutiatis, nemini calumniam faciatis, & cōtenti estote si pendijis uestris. Nūquid hic aliquid quam præcepta dei communia imposuit?

Io. Bap. doctor p̄nir.

Quod si hic poenitentiae doctor, a deo in hoc ipsum institutus, nō docuit nos satisfactionem, nimirum sefellit nos, nec satis docuit poenitentiae officium. Secundus Ezechiel. xviij. Si conuersus fuerit impius ab impletate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet, & non morietur. ecce nil nisi iudicium & iustitiam imponit; quæ tota uita facienda sunt, iuxta illud: Beati qui faciunt iudici

ludicium & iustitiam in omni tempore. Etiam hic ergo nos sefellit

Tertius Micheas. vi. Indicabo tibi o homo quid sit bonū, & quid dominus requirat a te: utiq; facere iudiciū, & diligere misericordiam, & ambulare solitum cum deo tuo. Vides quid requirat ab homine deus pro satisfactione. deniq; permittens iridet eos, qui per opera satisfacere uolūt, dicens: Quid dignū offeram dominor? Nunquid ei offeram holocaustomata, & uitulos anniculos? Nunquid placari potest in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum? Nunquid dabo primogenitum meū pro scelere meo, fructum uentris mei pro peccato animæ meæ? q. d. nō: quia deus pro peccato nulla talia requirit, sed iudiciū & misericordiā & timorem, ut dictū est, id est, nouam uitam.

Nova uita  
quid sit.

## CONCLUSIO VI.

Papa non potest remittere ullam culpam, nisi declarando & approbando remissam a deo, aut certe remittendo casus referuatos sibi, quibus contemptis, culpa profus remaneret.

Prima pars est tam manifesta, ut etiam confessi sint quidam esse impropria orationem, quando Papa dat remissionem culpæ: Alij uero se nō intelligere: Omnes enim confitentur a solo deo remitti culpam, secundum illud Esa. xliij. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorū non recordabor. Et Ioan. iij. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et Psal. cxxxix. Si iniquitates obseruaueris domine, domine q̄s sustinebit? Quia apud te propitiatio est. Et infra: Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Et Psal. l. Cor mundum crea in me deus &c. Multa alia in scrip. Et B. Aug. cōtra Donatistas tam frequentibus operibus nihil aliud agit, q̄ quod a solo deo remittuntur peccata.

Peccā remittit  
tur a solo  
deo.

Secunda pars similiter satis patet: Quia qui contēneret casus referuatos, certe nō remitteretur ei ulla culpa. Qui uos spernit, inquit, me spernit. immo nullus uenit remissa culpa a deo, nisi simul secū portet reuerentiā clauium.

Reuerentiā  
clauium.

Hanc conclusionem, quia omnes ueram concedunt, nō est necesse, ut mea assertione firmetur. Hic tamen signabo, quæ me mouent, & iterum cōfitebor ignorantiam meam, si quis dignetur me credere, & hanc rē planius elucidare.

Primo circa primam partem, uidetur esse ista oratio uel sententia impropria & euangelico textui incongrua, quando dicitur summū Pont. soluere ( id est declarare solutam) culpam, seu approbare. Textus enim non dicit: Quodcumq; ego solueo in cælis, tu solues super terram: sed contra: Quodcumq; tu solueris super terram, ego soluam, seu solutū erit in cælis; ubi magis intelligitur deus approbare solutionem sacerdotis, q̄ contra.

Secundo circa secundam partem, Certum est, quod quos casus soluit Papa eisdem soluit & deus: nec potest quis deo reconciliari, nisi reconcilietur prius ecclesiæ, saltem uoto. Nec offensa dei tollitur, manente offensa ecclesiæ. Sed queritur, Virū reconciliatus ecclesiæ, mox sit etiam reconciliatus deo? Textus certe habet, quod omnia soluta in ecclesiā, sint & in cælo soluta. Sed nō uidetur hinc sequi, quod ideo omnia sint simpliciter soluta in cælo, sed ea dicitur, quæcumq; in ecclesiā sunt soluta. Nec sunt parui ponderis hæc dære questiones meo iudicio: de quibus forte in cōclusionem sequenti meū iudiciū latius aperit.

Quædam dicitur  
bita.

Nulli profus remittit deus culpā, quin simul cum subiiciat, in omnibus humiliatum sacerdoti suo uicario.

Hanc assero, nec eget disputatione aut probatione tanto omnium consensu approbata. Sed in eius intelligentia adhuc laboro. Et ut meū sensum stultus primo dicam, quia ista cum sua præcedente conclusione id asserunt. Quod deus non remittat culpam, nisi sit prior remissio sacerdotis (saltem in uoto) sicut clare textus sonat; Quodcumq; ligaueris &c. Et illud Math. vj. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuū. Et illud: Reddite caesari, quæ sunt caesaris, & quæ dei deo. Et oratio dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. In quibus omnibus omnino prior remissio in terra significatur, & ea quæ est in caelis. Merito queritur, quomodo ante gratiam insusam (id est, ante remissionem dei) hæc fieri possint. Cum sine gratia dei primo remittere culpam, nec uotum remissionis querendæ habere possit homo. Hic ita dico & sapio. Quando deus incipit hominē iustificare, prius eum damnat; & quem uult ædificare, destruit. Quem uult sanare, percutit; quæ uult iustificare, occidit. Sicuti. j. Reg. ij. & Deutero, xxxij. dicit: Ego occidam & uiuificabo &c. Hoc autem facit, quando hominem conterit, & in sui suorumq; peccatorum cognitionem humiliat, ac tremefacit; ut dicat miser peccator: Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum: Nō est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Sic enim montes fluit a facie domini. Sic mittit fagittas suas, & conturbat eos ab increpatione tua domine, & ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Sic conuertuntur peccatores in infernum, & implentur facies eorum ignominia. Quam conturbationem & quassationem sapius expertus Dauid, multis eam in diuersis psalmis confitetur gemitibus. In ista autem conturbatione incipit salus. Quia in istis sapientia timor domini. Hic dolminus (ut ait Naum. j.) Mundans neminem facit innocentem, & in tempestate & turbine uisæ eius, & nebulae puluis pedum eius, hic allucunt fulgura eius, uidet & mouetur terra, hic fagittæ eius transeunt & insigunt, & uox tonitruus eius uoluitur, id est, rotatur: uident aquæ, & timent. Hic deniq; operatur opus alienum deus, ut operetur opus suum: hæc est uera contritio cordis, & humiliatio spiritus gratissimum deo sacrificium. Hic est macata uictima in membra confissa, & pelle detracta in holocaustum incensa. Et hic infunditur (ut uocant) gratia, sicut ait Esa. xlj. Persequerur eos, transibit in pace. Et. lxxvj. Super quem re quiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilem tremetem sermones meos: Et Ezechias Esa. xxxviij. Domine si sic uiuiter, & talibus uita spiritus mei, corripies me, & uiuificabis me. Verum tunc adeo ignorat homo sui iustificationem, ut sese proximum puret damnationi. Nec in fusionem gratiæ, sed effusionem iræ dei super se, hanc putet esse. Beatus tamen, si fuffert hanc tentationem; quoniam cum se consumptum putauerit, orietur sicut lucifer. Stante autem hac misera suæ conscientiaë confusione, non habet pacem neq; consolationem, nisi ad potestatem ecclesiæ confugiat, suiq; peccatis & miseris per confessionem deactis, postulet solatium & remedium; neq; enim suo consilio uel auxilio sese poterit pacare, immo abfunderetur tandem tristitia in desperationem. Hæc sacerdos talem uidentis humilitatem & compunctiōnem, de fiducia potestatis sibi ad faciendam misericordiam tradite, plenissime præsumat.

Sacerdotis  
remissio i uo  
to præcedat.

Deus percutit  
hominem. i. ad  
edificationem et  
molit.

Peccator cō  
pungitur.

Tristatur.

Confessionis  
sacramentalis  
origiōe tresp  
datis dedit  
meticoloso



præsumat, & soluat, solutumq; pronunciet, ac sic pacem ei conscientie donet. Absolutus uero omni studio caueat, ne dubitet, sibi remissa esse apud deū peccata sua, sitq; quietus in corde. Nā & si præ se conscientie confusione sit incertus (sicut regulariter oportet fieri, si compunctio uera est) tamen stare te- netur alterius iudicio, non propter ipsam prælatum, aut potestatem eius ullo modo, sed propter uerba Christi, qui mentiri non potest, dicendo: Quodcuq; solueris super terram, Fides enim huius uerbi, faciet pacem conscientie, dum iuxta illud sacerdos soluerit. Qui uero pacē alia uia querit, uisuta experientia inuis, hic certe deum uidetur tentare, & pacem in re, non in fide uelle habere. Tantum enim habebis pacis, quantum credideris uerbo promittentis: quodcuq; solueris &c. Pax enim nostra Christus est, sed in fide. Quod si quis huic uerbo non credit, etiam si plus milies absoluat a Papa ipso, & toti mundo con- fiteatur, nunquam erit quietus.

Absolutus, modo nō da- bicit.

Hæc igitur est illa dulcissima potestas, de qua summas gratias ex imo cordis agere debemus deo, qui talem dedit potestatem hominibus, que est uita cō- solatio peccatorum & infelicitum conscientiarum: si modo Christum uera pro- mississe credant. Ex istis nunc patet quod supra quærebatur, scilicet quod licet remissio culpe fiat per infusionem gratiæ ante remissionem sacerdotis: Talis tamen est infusio gratiæ, & ita sub forma iræ abscondita (siquidem uestigia eius non cognoscuntur: psal. lxxvi. Et semita in pedibus eius nō apparet: Esa. xli.) ut homo incertior sit de gratia cum fuerit ipsa præfens, q̄ cum est absens: ideo ordine generali nō est nobis certa remissio culpe, nisi per iudicium sacer- dotis; nec per ipsum quidem, nisi credas Christo promittenti: Quodcuq; sol- ueris &c. Donec autem nobis incerta est, nec remissio quidem est, dum non- dum nobis remissio est, imo periret homo peius nisi fieret certa, quia nō cre- deret sibi remissionem factam. Sic Christus de Maria Mag. ad Simonem lepro- sum dixit, Remittuntur ei peccata: quo utiq; significauit gratiam ei iam infu- sam, sed hanc infusionem ipsa non cognouit; nondum erat pax ossibus suis a facie peccatorum suorum, donec ad eam cōuersus diceret: remittuntur tibi pec- cata tua. Fides tua te saluauit fecit (scilicet qua credidit remittenti.) Ideo sequi- tur, uade in pace. Et adulteræ illi iam remissa erant peccata, anteq̄ Christus se- rigeret. At non illa hoc cognouit, cum tot starent circum eam accusatores, do- nec audiret uocem sponsi, dicens: Nemo te condemnauit mulier: nec ego te cō- demnabo. Et Dauid certe cum peccasset, & a propheta Natan fuisset reprehen- sus ex mandato dei, mortuus fuisset subito, quando operante in eo gratia iusti- ficationis exclamauit, peccauit (hæc est enim uox iustorum seipso primo accu- santium) nisi statim uelut absoluens Natan dixisset: Dominus quoq; transiu- lit peccatum tuum, non morieris. Quare enim addidit, non morieris, nisi quia uidebat eum terrore peccati sui conuassari & deficere: Ezechias quoq; audi- to quod moreretur, fuisset mortuus, nisi rursus ab Esaiā cōsolationem accepisset, & signum intrādi templum; cui credens, simul & pacem, peccatorūq; remissio- nem obtinuit, sicut ait: Proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea. Et om- nino in uet. test. quomodo fiducia eorum de misericordia dei, ac remissione pec- catorum potuisset cōsistere, nisi deus nūc apparitionibus, nūc inspirationibus nunc oblationum incensionibus, nunc nebulae ostensionibus, & alijs signis, ostendisset sese gratum habere, quicquid operentur: quod nunc uult fieri uerbo & iudicio sacerdotum.

Remissio cul- pæ nobis cer- ta fit per iudi- cium sacerdo- tis.

...

...

...

...

Remissio sa- cerdotis pacē operatur.

Igitur remissio dei, gratiam operatur, sed remissio sacerdotis pacem, quæ & ipsa est



ipſa eſt gratia & donum dei, quia fides remiſſionis & gratiæ præſentis. Et hanc meo ſenſu dicere eſſe eam, quã noſtri doctores dicunt, per ſacramẽta eccleſiæ efficaciter conferri. Non autem ipſam primam iuſtificantem, quã ante ſacramẽtum oportet ad eſſe in adultis. Sed ut Rhoma. j. dicitur. Fides in fidem, oportet eũ accedẽte credere. At baptizantũ oportet etiã credere ſe recte credidiſſe & acceſſiſſe ſe, aut paciẽ nunquã habebit, quæ non niſi ex fide habetur. Non ergo prius ſoluit Petrus quã Chriſtus, ſed declarat & oſtendit ſolutionem. Cui qui crediderit cõ fiducia, uere obtinuit pacem & remiſſionem apud deum (id eſt, certus ſit ſe eũ abſolutum) non rei, ſed fidei certitudine, propter inſalubilẽ miſericorditer promittentis ſermonem: Quodcumq; ſolueris ſuper tẽra, ſic Rhoma. v. iuſtificati gratis per gratiã ipſius; paciẽ habebimus ad deũ per fidẽ, non utiquæ per rem &c.

Remiſſio cui  
pæ maxime  
curanda quæ  
a ſolo deo eſt

Quæ ſi recte & uere ſapio. Non falſum neque improprium (ut illi uolunt) dicere, quod Papa remittat culpam, immo remiſſio culpæ eſt incomparabilius melior quã remiſſio quarumcumq; poenarum. Licet hanc ita ſolam prædicent, ut remiſſionem culpæ fecerint nullam eſſe in eccleſia, cum contra potius ſit. Vbi enim homo per remiſſionem culpæ (quã ſibi ipſi dare nequit, cũ nemo ſibi ipſi credere debeat, niſi qui malit ex una turbatione duas facere) per fidem abſolutionis acceptam pacatus fuerit, omnis poena ei nulla poena eſt. Conſcientiæ etiã conſuſio facit moleſtã poenã, lucunditas uero cõſcientiæ optabilẽ facit poenã.

Quæ non  
reddimur cõ  
terendo,

Et hanc intelligentiam in populo, de poteſtate clauium uidemus abundare qui ſimplici fide quarunt & accipiunt abſolutionem. Doctores uero uolunt ſuis nituntur ſeſe contritionibus & operibus atq; cõfeſſionibus facere quietos & niſi aliud agunt, quã quod de inquietudine in inquietudinem eunt, quia in ſe & ſua cõſidunt; cum ſi ſentirent conſcientiæ malum, deberent Chriſto credere dicenti: Quodcumq; ſolueris &c. Ad hoc autem cõſcientiæ malum, Theologi recentiores nimis feliciter cooperantur, dum ſacramentũ poenitentię ſic tractant & docent, ut populus diſcat per ſuas contritiones & ſatiſfactiones conſidere ſe peccata ſua poſſe delere. Quæ uaniſſima præſumptio niſi aliud poteſt efficere quã ut cum hæmorrhoiſa euangelica, ac conſumpta in medicos tota ſubſtantia, peius & peius habeant. Fides primo in Chriſtum, gratuitum remiſſionis largitorem docenda erat, & deſperatio propriæ contritionis & ſatiſfactionis perſuadenda; ut ſic fiducia & gaudio cordis de miſericordiã Chriſti firmati, tandem hilariter odirent peccatum, & contererentur, & ſatiſſacerent.

Operũ fidu-  
cia nocet.

Ius poſſeſſiõ  
carnificina e  
conſcientiæ

Nec iuriſtæ eiũdem carnificinæ ſegnes ſunt autores, qui dum nimio ſtudio extollunt poteſtatem Papæ, plus fecerunt aſſimari & mirari poteſtatem Papæ quã uerbum Chriſti honorari ſide; cum docendi ſint homines, ut non in poteſtatem Papæ, ſed in uerbum Chriſti Papæ promittentis conſidere diſcant, ſi modo uelint eſſe pacati in cõſcientiis ſuis. Non enim quia Papa dat aliquid habes ſed ſi credideris te accipere, habes; tantum habes quantum credis, propter promiſſionem Chriſti.

Monachi ul-  
tiſſimæ pote-  
ſtatis clauium.

Niſi autem poteſtas clauium ſic ualeret ad pacem cordis & remiſſionem culpæ, tum uere (ut aiunt quidam) uſiſſimæ ualere indulgentiæ. Quid enim magni conferretur, ſi remiſſio poenarum conferretur, cum Chriſtianorum ſit, etiam mortem contemnere?

Itẽ cur dixit Chriſtus, Quorũ remiſeritis peccata, remittentur eis, niſi quod nõ ſunt remiſſa ulli, niſi remittente ſacerdote, credat ſibi remitti: Ideo in uerbo, Quorũ remiſeritis peccata, conferret poteſtas; ſed in uerbo, remittuntur eis, prouocatur peccator ad fidem remiſſionis; Sicut & in uerbo, Quodcumq; ſolueris, poteſtas datur; in

datur: In uerbo, soluta erunt, fides nostra excitatur, poterat enim dicere: Quos remiseritis penas uel uindictas, si uoluisset id intelligere. Sed sciuit quod cōficientia iam iustificata per gratiam, sua trepiditate euomeret gratiam, nisi succurreretur ei per fidem de gratiæ presentia ministerio sacerdotis, immo peccatum maneret, nisi remissum crederet. Nō enim sufficit remissio peccati & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissum. Et hoc est testimonium, quod redit spiritus dei spiritui nostro, quod sumus filij dei; quia esse filium dei, est tam absconditum (cum appareat sibi esse hostis dei) ut nisi credatur ita esse, nō possit esse. Sic enim iustificat dominus sanctos suos, quod nemo sustineret manū iustificantis & medentis, nisi credat eū iustificare & mederi. Sicut medicus corporis incidens infirmum, non creditur id studio medendi facere ab infirmo, nisi boni amici persuadeant ei.

Sive ergo sacerdos sit causa sine qua non, siue alia, remissionis peccatorū, nō euro, dum uerum esse aliquo modo constet sacerdotē remittere peccata & culpam. Sicut amicis infirmi uere imputatur sanitas, dum sua sua delata effecerunt, ut crederet infirmus credenti medico.

Nec hic oportet cogitare, quid si sacerdos erraret & quia non in sacerdote, sed in uerbo Christi nititur remissio illa; ideo siue sacerdos id faciat lucrī uel honoris causa, tu modo optes remissionem sine fictione, & credas promittenti Christo, immo etiam si ex leuitate absolueret, adhuc obtineres pacem ex fide tua, sicut baptismum seu eucharistiā dat, siue ille lucrum querat, siue leuis ac ludens sit, tua fides plenum accipit; tanta res est uerbum Christi, & fides eius. Nam legis mus inter gesta martyrum quendam mimum, ioco immo illudendo baptismum baptizari uoluisse, & inter baptizandum conuersum, uere baptizatus a suis colutoribus gentilibus, & statim martyrio ab eisdem coronatum. Item S. Athanasius puer ueros baptizauit, quos Episcopus Alexandriæ postea baptizatos tu dicit, ut in Ecclē. histo. Et B. Cypria, pacem a quodam episcopo Therapio datā praeuere, reprehendit quidem, sed ratam esse uoluit, igitur fide iustificatur, fide & pacificatur, nō operibus, neq; poenitentis, aut cōfessionibus.

Circa hanc sextam & septimam conclusionem, Leone illa nostra cum gloria triumphat, immo de me cantat encomiū ante uictoriā. Et ex sentina illa opinionum, aliam distinguit poenam satisfactiuam, & uindictiuam, alia medicinaliā & curatiuam, quasi necesse sit, hæc uel somniantibus credere; quamq; coram populo hanc distinctionem prudentissime cælant, ne uideant indulgentiā, uel potius lucra, si populus intelligeret tā modicas & steriles uindictiuas (id est, confictas) remitti poenas. Deinde ut notum faceret omnibus, se se fecisse, quid sit uel uetus uel nouum sacerdotium, introducit aliam uerborū caliginem, & distinctionem clauium, alias autoritatis, alias excellentiæ, alias ministeriales. Adeo nihil nouerunt etiam Magistri Nostri eximij hæreticæ prauitatis inquisitores, & catholicæ fidei defensores, nisi quod ex laciniosis & prærancidis quæstionibus quarti sententiarum suxerunt, uolentes forte, quod quicquid Christus soluerit clauibus excellentiæ in cælo (nam in terra non soluit ipse) solutū erit in super cælo apud deum. Rursum ut deus sit pontifex, alius fingendus est deus superior, apud quem sit solutum, quicquid ipse soluerit clauibus autoritatis in super cælo. Sed facessant nugæ, unas nouimus clauēs, tantum in terra traditas. Iam quod inserunt: Ergo errat, qui dicit sacerdotē nouum legis tantum approbando & declarando soluere, hoc enim iudaici erat sacerdotij. O acumen ingenij, & pondus ingens eruditionis, dignissimi plane uiri,

B ij qui inquit

Fides de gratiæ presentia ministerio sacerdotis conseruat

Esse filium dei ualde occultū est.

Remissio in uerbo Christi nititur, nō in sacerdote,

Fides i Christi sum.

Fide iustificatur.

Poenam satisfactiuā et uindictiuā sonant doctores.

Clauis istius la distinctione

Poenitentia potestatis defores ex. in. sententia.

Sacerdotij uetus a nouo differet.

Esse filium dei ualde occultū est.

qui inquirant hæreticos, & defendant catholicam fidem, sed aduersus lapides & ligna. Quanto rectius Apostolus Paulus sacerdotium uetus asserit cõstitisse in iudicandis leprosis, in iustificationibus & mundicijs carnis, in cibo & potu, & ut sita, & festis diebus &c. Quibus ut figura significatæ sunt iustificationes in spiritu, & mundiciæ cordis, quas ministerio noui sacerdotij operat in ecclesia Christus. **Quantiq̃ igitur sexta conciuionẽ ipse non posuit ex animo, ut dixi ibidẽ, sed quia alij sic sentiunt, tamen quia nec ipsi aduersarij cum omnibus suis magistris, usq̃ hodie possunt ostendere quomodo sacerdos remittit culpas, nisi hæreticam illam, sed usita: a sententiã proferat, qua dicit sacramenta nouæ legis iustificationẽ gratiam dare illis, qui non ponunt obiectionẽ sit impossibile sacramentũ conferri salubriter, nisi iam credentibus, & iustis & dignis. Oportet em̃ accedere tẽ credere, deinde nõ sacramentũ, sed fides sacramentũ iustificat.** Ideo quicquid blateret opiniosi sophistæ, uerosimilius est, quod sacerdos nouæ legis declarat dicitaxat, & approbat solutionẽ dei (id est ostendit) & hac ostensione & iudicio suo quietat conscientias peccatoris, qui eius iudicio tenetur credere, & pacẽ habere: Quomodo uetus sacerdos quietabat eos, quos corpore uel uelut mudo iudicabat, cũ tamen ipse nullũ possit mudare, nec seipsum. Quod em̃ ille in corporibus, hoc iste in conscientijs operatur. Et sic respondet spiritus literæ, & ueritas figuræ. Et expecto hos catholicæ fidei defensores, quomodo sine prauitate hæretica aliter possint exponere clauium uirtutem.

**Nouũ sacerdotium.**

**Aduersarij. Sacerdotiano uel legis dare iustificationẽ gratiam, est hæreticum.**

**Sacerdos nouæ legis dei clarat theum solutionẽ dei**

### CONCLUSIO VIII.

Canones pœnitentiales solum uiuentibus sunt impositi, nihilq̃ mortuorum secundum eosdem debet imponi.

Hanc disputo, & si multi sunt, qui mirantur eam esse dubiam.

**Lex humana durat per uitam tantum.**

Primo probatur per illud Rho. viij. Lex dominat in homine, quanto tempore uiuit &c. Quod cũ Apostolus de lege diuina interpretet, multo magis uerũ est de lege humana; unde ibidẽ dicit, Cũ mortuus fuerit uir eius, soluta est mulier a lege uiri. Multo magis ipse mortuus est solutus a lege uxoris uiuentis. Arguit enim a minori Apostolus; si uiuus soluit per mortẽ alterius, multo magis ipse mortuus, per quem soluitur uiuus.

**Humana mortuorum.**

Secundo, leges canonicæ sunt alligatæ circumstantijs tẽporis, loci, personarũ, sicut omnes alie leges posituæ, di. xxix. (ut omnibus notum est) de solo enim uerbo Christi dictum est. In æternum domine permanet uerbu tuũ, in seculũ seculi ueritas tua. Et iustitia eius manet in seculũ seculi, uerbu autẽ & iustitia hominũ, manet ad tempus dumtaxat; quare illis mutatis cessant & leges. Nisi dicendum est, quod uastata ciuitate, adhuc ipse locus desertus, teneat ad omnia, quæ prius faciebant ciuitas, quod est absurdum.

**Legis conditio in mortuis cessat.**

Tertio, si ius cogit, etiam cũ uiuentibus dispensare, & legẽ mutare, quando legis conditio cessat, uel in pelus uergit, cum (ut Leo Papa dicit) non debeat contra charitatem militare, quod pro charitate statutum est; ita certe qd cõtra unitatẽ, pacẽ &c. coepit militare; quãtomagis mortuorum leges sunt tollendæ, cũ nõ solũ cesset ibi conditio legũ, sed ipse quoq̃, cui & cuius conditioib⁹, positæ fuerũt.

**Verba legis pontificia de clarant aiaz nõ teneri extitã,**

Quarto ex ipis uerbis legis, in quibus exprimuntur clare dies, & anni, ieiuniũ uigiliæ, labores, peregrinationes &c. quæ manifestũ est esse huius uitæ, & p̃ mortẽ cessare, ubi homo longã in aliam uitã migrat, ubi nec ieiunat, nec plorat, nec comedit, nec

comedit, nec dormit, ut qui non habet corpus. Inde Ioannes Gerson damnare auder indulgentias, titulo multorum militū annoni donatas, ut michi miraculū sit, quid nā acciderit hęc itē prauitatis inquisitionibus, ut hunc uel mortuū nō cōb uiserint, qui contra morē omniū stationū urbis, tum maxime cōtra usum effu foris illius indulgentiarū Sixti quarti, tanta fiducia pronunciat, ut etiā moneat praelatos officia sua in nō corrigendis atq; prouidendis, fatuas & superstitiosas appellas titulationes talium indulgentiarum &c.

Gerſon dam-  
nat indulgen-  
tias inmodi-  
cas.

Sixtus quart-  
us effuſor in-  
dulgentiarū.

Mortuos, la-  
tores Cano-  
nū noluerunt  
obligare.

Quinto, respiciendo ad intentionē latoris canonū, quos certū est, ne cogital se quidē, ut eiusmodi canones imponerent mortuis. Finge etiā nos interroga re Pōntificē tales ferētem, quos intelligis o pater in lege tua, uiuos an mortuos? Quid respondebit nisi, imo uiuos, quid enim cum mortuis agere possum, qui egressi sunt forū meum?

Sexto crudelissime faceret sacerdos Christi, si nō relaxaret fratri, sicut sibi uel let fieri: & non est causa quare nōn debeat, cum sit in eius potestate.

Septimo, si canones poenitentiales manent mortuis, eadem ratione & ceteri omnes. Celebrent ergo, agant festa, & ieiunia, & uigilias, dicant horas canonicas, non comedat oua, lac, carnes, certis diebus, sed tantū oleū, pisces, fructū, le- gumina, induant uestes pullas, uel candidas pro differentia dierū, & alia one- ra grauissima, quibus nūc premitur misera illa, olim liberissima ecclesia Christi. Nec etiā ulla est ratio, quare aliqui cessent canones propter tempus, & nō om- nes. Quod si cessant illa, quæ tamē sunt bona & meritoria ad uitam, cur nō ma- gis assuetū illa & sterilia, atq; impeditiua? An hic etiā permutatiōē nobis fingim⁹, ut sicut alias poenas p illis pportionatas patiunt, ita & alia opa illis pportionata sibi se faciūt, ut nihilominus dicēdi fiat, legere horas canonicas?

Canones poi-  
nitentiales nō  
sunt obligati  
atq; aliq; de a-  
liis opibus.  
Onera Christi  
sunt canonice  
Canonicus.

Octauo. De factio infirmis corpore, & si non sunt mortui, tolluntur Cano- nes tam poenitentiales, q̄ morales. Sacerdos etiā infirmus nō tenetur oras, ce- lebrare, deinde aliq; quōq; nec ieiunare, nec uigilare, nec a carnibus, ouis, lacte abstinere. Suntq; omnia nō modo libera, imo phibita, quę prius erāt sanis p̄- cepta. Alioquin etiā eos iam manus domini tangat, diceretur eis. Quare me per sequimini sicut deus, & carnibus meis (id est, infirmitatibus) saturamini? Ar- guo itaq; Canones sunt impositi nō infirmis, sed sanis & ualentibus, ergo mul- to minus mortuis, sed uiuētibus. Aut si morituri & mortui non sunt liberi, cur infirmi etiam non eisdem premuntur & uexantur? deniq; recepta sanitate nō tenentur repetere omnia in infirmitate, quomodo ergo credentur post mor- tem repetendi, aut soluendi Canones? Sed hic dicunt quidam: Quid si quis sanus impositas poenitentias omiserit, & postea moriturus confiteatur? uide- tur quod tales omnino necesse sit in purgatorio soluere, etiā si alia nō impo- nendę sint, aut non imponantur. Respondeo, quod nequa q;: quia per talem omissionem nihil est factum aliud, q̄ quod contra præceptum ecclesię peccatū est, de quo dolendum est, non denuo repetēdum est ac implendum pro præte- rito, sed pro futuro tantum. Sufficit diei malicia sua, crastinus sollicitus erit sibi. Quod si præcepti transgressio ullius esset repetenda, ut nulla maneret, maxime id in dei præceptis fieri deberet. Sed est impossibile, ut adulterium non sit factū amisse castitatis.

Permutatio  
operū apud  
mortuos nulla  
possibilia.  
Aegroti libe-  
ri sunt a Can-  
onicis, et  
ergo mortui.

Phiam impo-  
sitam omis-  
tent, nō tene-  
tur alibi per  
soluere.

Nono. Quicūq; maiorē poenam subit q̄ sibi imposita est, huic merito & na- turali iure remittuntur minores: sed moriturus subit ultimam, summam, & maximam poenam, scilicet mortis. Quare presente morte, omnis alia de- bet tolli, cum uix ullus sufficiat huic soli poene. Et iterum finge, coram legis

Morte uolens  
cetera soluit  
tur poena oīa  
Mors maxima  
poena.

latoe moriturum sese ad mortē offerentem, an nō ille suas statim retractabit.  
Decimo, illustres quidam in ecclesia doctores dicūt, quod Christianus quis  
libet sit dicitur, quia per mortem uoluntariā potest omnia soluere, & statim  
euolare; cū nihil sit maius uoluntaria morte ppter deum suscepra; ergo frustra  
Canones illic referantur. Huius sententia sunt Vuilhel. Parh. Gerfon; & se-  
quitur eos non irrationabilis multitudo.

Vndecimo, si mors satis poenari nō est, nisi mortu<sup>o</sup> & Canones ferat, ergo  
canonū poena maior erit mortis poena, quippe quae ultra mortē durat, & sic  
iniuria mortis Christianorum, de qua dictum est: Pretiosa in cōspectu domini  
mors sanctorum eius.

Bonifacius  
martyr.

Duodecimo, Finge peccatorē rapī, & in ipsa cōfessione Christi statim sub-  
ire martyriū, anteq̃ canonib<sup>o</sup> satisfecit (ut de sancto Bonifacio martyre legit)  
Hunc ergo remorabitur purgatoris, ne sit cū Christo. Et fiet ut uretur p̃ mar-  
tyre in ecclesia: At omnis uoluntarie moriens (de hoc enim loquimur, id est,  
de Christiano) etiam pro uoluntate dei moritur.

Ciuiles leges  
nō obligant  
alias, ita nec  
Canones.

In uita cessat  
Canones.

Tertiodecimo, Cur non ciuiles quoq̃ leges post mortē manent soluendae,  
cum & ipse ligent coram deo & in caelis, non sua uirtute, sed Christi, & Apo-  
stolorum Petri & Pauli, qui tradunt ex animo, & propter conscientiam illis  
subiici oportere, quia sic est uoluntas dei?

Negligentia  
sacerdotum  
multa onera  
inuenit.

In uita cessat  
Canones.

Quartodecimo, Canones cessant, quando laicus poenitēs mutat statū, scilicet  
in sacerdotiū, aut sacerdos in episcopatū, aut in monachātū. Et hæc cessatio fit  
in hac uita, & nō cessat in mutatione mortis: Quid absurdius?

Quintodecimo, Quod talis sententia de Canonibus post mortē soluendis,  
prorsus nullā habet autoritatē scripturæ, canonū, aut rationis p̃habilis, sed ui  
dei sola inertia & negligentia sacerdotū introducta, sicut & mltā alia sup̃stitiosa.

Dare poenam  
est remitti  
plenarie.

Canones ui-  
uentibus, &  
bene ualentib<sup>o</sup>  
canonū im-  
ponendū.

Decimosexto, Ad hoc habemus exempla patrum antiquorū, & certe unus  
Cyprianus uel rigidissimus ecclesiasticarū censurarū & disciplinarū obserua-  
tor, is tamē Epist. xvij. lib. iij. præcipit pacē dandā ijs, qui periculo mortis sunt  
obnoxij, ut ad dominū cum pace ueniant, facta cōfessione sua uel presbytero  
uel diacono, ut ibidē dicit. At datio pacis illa nihil est, q̃ id quod nūc remissio  
plenaria uocatur, ut patet intuenti.

Indulgentias  
uiles haberi  
nihil periculi  
est.

Excōmunicantur  
mortui.

Concludamus ergo, quod Canones nō nisi uiuentibus, nec ijs nisi sanis &  
ualentib<sup>o</sup> imponēdi sunt, immo nō nisi pigris, & qui sponte sua melius agere  
nolunt. Hæc certe nō tam late produxissim, si nō scirem quosdā nimis tena-  
citer asserere contrariū, quod tamē nulla uia probare possunt. Nam si cū inge-  
niosus & cruditis uellem agere, melius tacerem q̃ loquerer.

At hic dicat aliquis. Sic dicere est nimis uisificare indulgentias, si solum Cai  
nōntæ poenæ, nec omnes tamē, nec nisi huius uitæ remittuntur. Respondeo.  
Præstat uiles fieri indulgentias, q̃ crucem Christi euacuari: & melius est uiles  
habere indulgentias, q̃ aliquid in ecclesia docere, quod fictionis possit argui  
in ecclesiæ confusione. Ego sane libera fronte confiteor atq̃ protestor, me nō  
magnopere curare indulgentias, quo ad remissionē poenarum (in qua illi sola  
gloriantur) sed maxime ueneror, amplector, gratulor in eis, quo ad remissionē  
nem culpæ, secundum sensum meū supra positū, quā illi nulla esse putant.

Huius oclauæ obijcitur pugio unus plumbeus, quod uidelicet in iunibus in-  
uenitur etiā mortuos excōmunicari, ut præ cæteris testat. c. A nobis. extra de  
sentē. ex. Quā timebam ne etiā inueniri dicerent poenas sensibiles, & satis-  
factiones insiq̃ mortuis. At bene est, quod tantum excōmunicari dixerūt  
Decimo



mortuos, ita & absolui mortuos, nemo est, qui negat. Sed quid ista absolutio ad remissionē poenarum? Heccine est illa subtilissima dialectica, sine qua docent non fieri Theologum? forte in quinta figura tenet consequentia; Aliquis absolutur ab excommunicatione, ergo remittuntur ei poenae satisfactoriae; ut quid ergo passim indulgentias profundat, si absolutus a peccato, mox etiam remissionem habet poenarum? Si autem absolutus adhuc remanet satisfactorio, quomodo ergo absolutio mortuis prodest, aut tollit poenā? Igitur inutilis est iste syllogismus, quod sicut excommunicatio seclē extendit ad mortuos, ita & remissio poenarū; Immo, ut ipsimet Iuristae dicunt, Excommunicatio mortui mortuo nihil infert, sicut absolutio nihil confert; sed omnia haec nobis fiunt in terrorem; nisi quod non pro tali publice oratur. Non plus igitur ille patitur a tali excommunicatione, quā pateretur domus uel uelhis si excommunicaretur; sic rursus nihil plus iuuatur absolutio. Sed quiescam deinceps confutare contradictiones istas garrulas, cum nihil in se contineant quā opiniones scholasticae, nec in scripturis, nec ecclesiasticis patribus, nec Canonibus fundatas. Semper enim petit principium, aut si hoc non facit, more irarum muliercularum saltē blaterat haec uerba. Errat, furit, insanit, Error, errare. In his enim uerbis summam sapientiae & scientiae fuisse constitutam uult uideri.

Dialectica theologorum

Excommunicatio mortui in terrorem.

Tyrannia inquisitorū.

## CONCLUSIO IX.

Inde bene nobis facit spiritus sanctus in Papa, excipiendo in suis decretis semper articulum mortis & necessitatis.

Ista conclusio magis est probatio praecedentis. Certum est enim, quod si articulos necessitatis temporalis summus Pontifex uult exceptos, multo magis necessitatem aeternam, ad quam homo per mortem uadit, cum infirmus aut impeditus legitime, solum temporali impotentia teneatur. Quin etiam si quā summus Pontifex non excipit necessitate, tamen excepta non minus intelligitur, cum necessitas non habeat legem. At mors necessitas necessitatis, & impedimentum impedimentorum omnium ultimum & maximum est.

Necessitate eximit legulator.

## CONCLUSIO X.

Indocte & male faciunt sacerdotes, qui morituris poenitentias canonicas in purgatorium referunt.

Reservatio purgatorii.

Et haec quoque corollarium manifestū est conclusionis. viij. Et certe sunt nonnulli, qui misentur, si haec fiant a sacerdotibus. At utique fiunt. Cum uero id sit plus obedientiam Canonum quā obedientiam uocantis dei ponderare, & uilius ora Canonū opera praeferte pretio pretiosissimae mortis Christianorum; nescio si illi recte fidei regulam teneant, qui tali imbuti sunt opinione.

Secundo, id notum est, & insignibus autoribus celebre in ecclesia, si quē deus hominem in medijs ipsis operibus obedientiae ecclesiasticae ad ecclēstium raperet, uel singularem illuminationem, tenetur homo tum opus intermittere, & obedientiam ecclesiae relinquere, & deo obsequi magis quā hominibus. Immo dicunt in ipsis horis canonicis attentionem uerborū debere omitti, contra praecipū ecclesiae, si qua arripit coelestis illustratio & affectio. Si ergo in ijs uocationi

Deo plus parandū quā canonibus, quibus sine periculo saepe cōtrauincitur.



Ceremonias  
deo quidam  
anteponunt.

Forū dei est  
alibi.

uocationibus feriantur leges ecclesie, quomodo non feriantur in uocatione & ecclesiis tam magna, scilicet mortis? Nisi forte stultorum sequi oportet multitudine: qui in operibus suis ceremonialibus ita hærent, ut manifestam obedientiam dei & hominum propter illa sapius possint ponant, & recte sibi fecisse uideantur, si illa tantum, cætera uero nunquam fecerint.

Tertio. Eisset sane ecclesia tum satis impia in deum, si scilicet eum in suo foro retineret inferiori, quem deus iam ad suum tribunal supremum uocat. Aut quando patitur summus Pontifex reum teneri lege, iuribusque fori inferioris episcopi aut prelati, postquam uocatus est suo foro sitis: an ipse id a suis inferioribus requirit, quod ipse homo suo deo superiori non permittit? Claudat ergo manus dei homo, & homo non potest claudere homini: Absit. At certe si morituro imponit Canones, clarum est, quod eum secundum suum forum iudicat & punit. Hæc sunt itaque ferme uiginti rationes, quæ me mouerunt (ut spero) non temere dubitare de materia illa canonicarum poenarum, eum in contrariam partem nulla sit auctoritas, nec Canon, nec ratio, nec uniuersalis usus ecclesie, sed abusus quorundam tantummodo.

### CONCLUSIO XI.

Zizania illa de mutanda poena Canonica in poenam purgatorii, uidentur certe, dormientibus episcopis, seminata.

Hic rogo, nullus existimet me calumniam R. Episcopis struere, quod dixerim eos dormiuisse. Euangelij, non mea sunt uerba, nisi quod ibi non ponitur nomen episcoporum, sed hominum. Certum est tamē, quod per homines intelligit maiores & rectores ecclesie; nisi per tropologiam uniuersuiusque spiritus & mentem super corpus suum acceperis. Igitur Pontifices ecclesie ista quidē non docēt, quæ (ut dixi) nullum Canon, nullum statutum ex illis habemus, unde id possit doceri. Frustra itaque laborant quidam Canonistæ, dum nituntur ostēdere, quales sint illi anni, dies, quadragenæ in purgatorio, cum uere nulli sint aut saltem esse non probetur. Sed error inde uenit, quod non aduertunt Canones esse in tempore huius uitæ statutos, & super terram ligantes; sicut qui mutat municipium, & iura quoque municipalia simul. Quod si quid debet, prius corrigatur satisfacere debet mutare. Igitur morituris prorsus nihil est imponendum, neque remittendi sunt ad purgatorium cum residuo poenitentiae (ut Gerson in aliquo loco asserit) sed magis (ut idem melius alibi sapit) ad mortem cōstanter & uolenter pro uoluntate dei suscipiendam.

Dies & anni  
quales sint i  
purgatorio.  
Canones p  
stanti huius  
uitæ statuti sūt  
& sup terrā  
ligant.

Ignorare sacerdotē quā  
tine peccatū,  
non impedit  
absolutionē.  
Nuda uerba  
oracula uide  
ri nō debent.

Ignoscit sine  
satisfactione  
deus.

Hic uidentem cōmentum illud & futile cauillum, quo uelut puellulos tertere laruis cupiunt, dicentes: quia sacerdos ignorat mensuram contritionis absoluenti, ideoque forte non imponit tantam satisfactionē, quantum id iustitia diuina requirit; quare necesse est & huic uel proprio ope, uel indulgentiis satisfieri.

Primum uide, ut nuda sua uerba pro oraculis sonent, sine ulla probatione, cum tamen propheta dicat: Nō faciet deus uerbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Nec est credibile, cum deus noster sit, qui docet nos utilia, sicut per prophetam loquitur, non etiā hanc sue iustitiæ exactiōnem alicubi reuelarit.

Deinde nescio an sic dicentes, deum uelint usurarium aut mercatorem facere, ut qui non remittat gratis, nisi ei uelut precium reddat satisfactio. An forte

An forte uolunt, ut cum iustitia dei tractemus de nostris peccatis, coram qua nullus iustificatur homo?

Tertio, Si id ita est, cur ergo Papa plenarie absoluit, cum aequè ignoret mensuram contritionis, nec ipse potest supplere contritionis imperfectionem; perfectus autem eius absolutione non eger. Nec habet alterius generis potestatem quàm alius sacerdos: sed alterius quantitatis, quia ipse omnium peccata, alij aliqua remittunt: & quantam satisfactionem illi in aliquibus, tantam ipse in omnibus potest remittere, nec amplius. Alioquin monstrum esset ecclesia ex diuersi generis potestate constituta.

Quarto, Et ecclesia primitiua ignorabat contritionis mensuram & pondus spirituum, nihilò tamè minus remittebat plenarie peccata post peractam poenitentiam, quam satis fuisse non potuit scire, iuxta horum sententiam.

Quinto, iterum somnium procedit ex eo, quod remissionem peccatorum non super fidem & uerbū miserentis Christi, sed super opus currentis hominis addificant: quia satisfactionem plenariam dari non posse fingunt, nisi perfecte contritis, quorum nullus est in hac uita. Et tamen concedunt eam dari a Papa, etiam imperfecte contritis.

Sexto, Si iustitia dei aliquid requirit, iam extra manum est ecclesiae, quæ nihil habet mutare, quod deus uult, aut imponit. Stat enim firma sententia: Cõsiliū meum stabit, & uoluntas mea fiet.

Eadem ratione & illud confutatur, quod alij dicunt, poenas canonicas esse declaratorias poenarum a iustitia diuina requisitarum. Primum illud non probatur, ergo eadem facilitate contemnitur. Si declarat, ergo impossibile est, ut relaxet ecclesia easdem: quia non imposuit, sed impositas a deo declarat. Aut dicere cogentur, quod uerbū Christi sic sit ordinandū: Quodcūq; ego ligauero, tu solues.

*Papa & alij quædam uerba  
propheta  
Hinc iuxta papa & dicitur*

*Remissio peccatorum super fidem  
Christi non super opus  
currentis hominis*

Canonicæ poenæ non sicut declaratoriae poenari a iustitia diuina requisitarum

CONCLUSIO XII.

Olīm poenæ Canonicæ non post, sed ante absolutionem imponebantur, tanquam tentamenta ueræ contritionis.

Iterum probat octauam hæc duodecima, quia Canonicæ poenæ adeo sunt temporales, ut finem sui habeant ipsam absolutionem. Cum autem nullus moriturus non debeat absolui (cæteris paribus) patet, quod non imponendæ, sed etiam impostæ & imponendæ, sunt potius relaxandæ. Quod si mos ille prius ecclesiae huic usq; fuisse seruatus, non fuisset error iste natus. Nunc uero cū absolutio precedat poenas, factum est, ut in absolutionis iniuriam, non absolutum remittant in mortem, & rem monstro faciant simillimam, dū absoluent do non absoluent, & absolutū eadē uoce ligant.

Abolutione deletur poenæ canonicæ

Primo probatur concl. ex ipso usu solennis poenitentiae in Canonibus descriptæ, cuius uel exemplum uel reliquum uestigium adhuc agitur in homicidij poenitentia. Cur enim hic uiuentem absoluent a poena, & non remittunt eā ad alias in uita agendas, qui tã rigidi sunt in morituros?

Secundo, Sic beatus Hieronymus scribit Fabiolam suam absolutam. Sic B. Ambrosius suū Theodosium absoluit. Deniq; apud nullum frequētius id legitur, quàm apud gloriosum martyrem Cyprianum lib. iij. epistolarum suarū. Itē in Ecclesiastica & tripartita historia. Item apud Dionysium in Ecclesiastica Hierarchia status poenitentium & energumenorum describitur. In his omnibus

Abolutione deletur poenæ non sequitur

omnibus

omnibus videmus, non fuisse receptos tunc ad gratiam & absolutionem peccatores, nisi peracta poenitentia.

Tertio, Neque Christus absoluit Mariam Magdalenam, & adulterā, nisi post lachrymas, unctiōnem, & uehementissimam & humillimā afflictionem.

Quarto, Sic legimus Gen. xliij. Ioseph fratres suos multis afflictisse tērationibus, ut exploraret, an uere essent erga se & Beniamin affecti, quo cognito reuelauit se eis, & in gratiam recepit.

## CONCLUSIO XIII

Morituri per mortem omnia soluūt, & legibus Canonum mortui iam sunt, habentes iure earum relaxationem.

Hæc concludit prædicta, & satis patet. Eset enim hæc res mira satis, si moriturus soluitur ab omnibus operibus, rebus, legibus, hominibus, insuper ab ipsis legibus dei, scilicet ubi præcipitur elemosyna, oratio, ieiunium, crux, labor, & quicquid per corpus geri potest, denique ab ipsis sanctæ dilectionis, quæ nunquam excidit sola, operibus erga proximum, & solæ rerū sint Canones, a quibus non possit solui. Tum Christianus miserabilior erit cunctis gentibus, puta, quem etiam mortuum uexent leges uiuorum: cum ipse potius talis sit, ut etiam inter mortuos esse debeat liber per Christum, in quo uiuit.

Colligamus nunc tandem Epilogum, ut uideamus quibus remittuntur poenæ per indulgentias. Sextuplex hominum genus non uidetur exceptum, quod non egeat indulgentiis. Primo mortui seu morituri, Secundo infirmi Tertio legitime impediti. Quarto qui non commiserunt crimina, Quinto qui crimina, sed non publica commiserunt. Sexto qui meliora operantur. Ostendemus hæc, & faciemus saltem uerisimilia. Primum, quod forte maxime mouet, scilicet quod publicis criminibus solū necessariae sunt indulgentiæ, ut sunt adulteria, homicidia, usurae, fornicationes, ebrietates, rebelliones &c. Tales enim si fuerint occulti, ad Canones non uidentur pertinere. Primo, quod Canones statuunt publicas poenitentias, nec habet ecclesia iudicare foris de occultis. Secundo, quod peccatum occultum, sicut non debet publice puniri, ita nec eget publice remitti: sed indulgentiæ sunt remissiones publicæ, & in facie ecclesiæ fiunt, ut patet: immo sunt nonnulli, qui non nihil distare putant inter indulgentias publicis bullis concessas, & priuatim in foro conscientiae donatas. Tertio, Occultis peccatis non est offensa ecclesiæ, sed solūmodo publicis ideo non tenentur ad poenitentiam publicam, ut resarciant scandala, & rursum ædificent quod destruxerunt. Quarto, Et nunc iuriscōsulti non damnant publice criminolos, nisi fuerint iure notorii: tolerantes factio notorios: quorum sententiam certe non reprobo, neque erronea mihi uidentur, cum nulli liceat alterum iudicare, damnare, despiciere quantumlibet peccatorem, nisi potestatem habuerit iudicandi super eum, ne dicatur ei: Tu quis es, qui iudicas alienum seruū? Negligentia tamen charitatis reprehendenda est, tum prelatorum, tum subditorum quod notorios factio sinant libere agere, nec curant, ut fiant notorii iure, secundum illud præceptum Christi, dic ecclesiæ, si ecclesiā non audierit &c.

Secundo, Credo omnibus patere, quod solū pro criminibus imponantur poenæ Canonicae: ergo indulgentiæ (si sunt remissiones Canonum) non nisi criminosis sunt utiles. Ideo qui communi uita agunt, quæ sine peccatis uenialibus non

Leges non uer  
sæ mortuos

Indulgentiæ  
quibus non  
proiunt.

Crimina occu  
lta non per  
tinent ad Ca  
nones.

Publicis pec  
catis tñ offē  
dit ecclesiā.

Notorii fa  
cto.  
Notorii iure.

Criminosa  
tñ utiles in  
dulgentiæ.

bus non agitur, non habent opus uenias; Maxime cum nec debeat institui poena uenialibus, immo nec confiteri teneantur, multo minus uenias redimere opus habet: Alioquin esset necesse poenas Canonicas ab omnibus omni tempore ferri, cum nemo (ut dixi) sine uenialibus uiuat. Atq; amplius loquar, nec pro omni peccato mortali sunt uenias redimendae; quod sic ostendo. Nemo certus est se non semper peccare mortaliter, propter occultissimam superbiae uitium. Si ergo super omni mortali starent Canonicae poenae, non esset tota uita fidelium ultra cruce[m] euangelicam, nisi etiam canonicarum poenarum carnificina. Quare & semper redimendae essent indulgentiae, atq; nihil aliud agendum. Quod si hoc absurdum est, patet, indulgentias non esse nisi super peccatis a Canonibus puniatis; peccata autem a Canonibus puniri nulla possunt, nisi certa & publica crimina: Aut si multum urgear, saltem quae sibi certa sunt esse crimina, ut dicitur de adulterio, furto, homicidio, &c. id est, manifesta opera foris. Quare consensus cuiuscunque mortalis non pertinet ad Canonicas poenas, uel imponendas uel remittendas, ut nec uerbum oris, nisi sit occasio operis futuri, ut etiam ex uerbis Canonum patet.

Tertio, Nec sic sunt criminibus impositi Canones, quin cessent, si quis melius quid operetur; ut si intret monasterium, aut se deputer seruitio pauperum & hospitalis, aut pro Christo patiat, aut pro uoluntate dei moriatur, aut simile uel maius quippiam his fecerit. In his claret, quod Canonicae poenae cessant, nec indulgentiae eius aliquid proficiunt. Unde solum inertibus, frigide poenitentibus delictatis sollicit peccatoribus sunt impositae; ideo & solummodo duris & impatientibus indulgentiae proprie concedi uidentur.

Quarto, Impeditis iustissima causa, ut poenas ferre non possint, non est dubium, non impositas intelligi; ut si quis captiuus esset Turcis & infidelibus, si seruus alicuius domini, cui tenetur obedire sub precepto euangelij, aut etiam de bitum reddere, seruire uxori & liberis, opere manuum, & uictu quaerendo; illis enim impeditus, non tenetur ea dimittere, immo tenetur ea facere & Canones ommittere, & deo obedire; quare nec remissiones illorum habet necessarias, quorum non fuit capax impositio.

Quinto, Infirmis nihil imponunt Canones; sanus ergo quaeritur, & qui non sit de numero illorum, qui dicitur: Manus domini tetigit me. His enim non impositio poenarum, sed uisitatio & consolatio debetur, secundum illud Christi; Infirmus fui, & non uisitastis me. Alioquin dicitur pontificibus, Quonia[m] quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorum addiderunt. Et illud Iob, Quare me persequimini sicut deus; ergo nec his sunt necessariae ueniae.

Sexto, Tandem mortuis & morituris, de quibus dictum est. Vides ergo, quod multi sint Christiani, quibus ueniae non sunt necessariae, nec utiles. Sed ad conclusionem tandem reuertor; ut hanc materiam aliquando finiam, & proprio eos fodiam gladio; Constat apud omnes in ecclesia, quod in agone & articulo mortis quilibet sacerdos, Papa est; ergo omnia remittit morituro; quod si deest sacerdos, certe uotum sufficit, quare absolutus est ab omnibus, quibus a Papa potest absolui; ergo indulgentiae defunctis nihil conferri uidentur prorsus, cui quicquid solui potest, solutum sit in morte. Ex quo simul patet, quod graduu[m] & legum discretia solum super uiuentes & sanos intelligitur. Igitur ueniae sunt utiles manifeste criminosis uiuentibus, sanis, ac ualidis, non impeditis, & melius agere non uolentibus. Hic si erro, reuocet me qui potest & scierit. Si autem quaeratur, a quibus poenis redimuntur animae, uel quas patiuntur in purgatorio,

Meliora agere nihil curant indulgentiae.

Quare pro Canonibus  
Ius est

In articulo mortis quilibet sacerdos est papa. Votum sufficit si ab eis faceret.

Hinc

tor, si canonicè nihil respondēs patiunt & Dico: Si id ego scirem, quid disputarem & quererem; Ego nō sum tam expertus & sciens, quid deus faciat cum animabus separatis, ut illi copiosissimi animarū redemptores, qui omnia adeo secure pronunciant, ac si fuerit impossibile eos esse homines. Accedit ad difficultatem, quod sunt doctores qui putent animas nihil ab igne, sed in igne tantummodo pati, ut sit ignis non tortor, sed carcer animarum. Icirco & hic ingredior multo maxime dubiam & disputabilem materiam, & quid super ijs rebus perceperim profero.

## CONCLUSIO XIII.

Imperfecta sanitas seu charitas morituri, necessario secum fert magnum timorem, tantoq; maiorem, quanto minor fuerit ipsa.

Charitas perfecta timorem expers.

Reliqui peccati.

Sanitas spūs

Conscientia formidolosa ex defectu fidei.

Fiducia in deum facit securitatem.

Patet per illud, s. Ioan. iij. Timor nō est in charitate: perfecta charitas foras mittit timorem; quia timor poenam habet, igitur si perfecta charitas foras mittit timorem, necessariū est, ut imperfecta timorem non mittat foras. Ac per hoc timor sit cū charitate imperfecta; sed ubi est illa perfecta charitas & (ut digrediar paululum) quis est sine timore mortis, iudicij, inferni: nam in homine quatuor sunt sancto reliquie sunt uetustatis & peccati, & non possunt filij Israel in hoc tempore leuiseum, Cananæum, & reliquas gentes penitus delere, manet uestigium prioris Adæ. Hæc autem uetustas est error, concupiscentia, ira, timor, spes, desperatio, mala conscientia, horror mortis, &c. Hæc enim sunt ueteris & carnalis hominis, minuuntur autē in nouo homine, sed nō extinguuntur, donec & ipse extinguatur per mortem, sicut ait Apосто. licet is qui foris est noster homo corrumpat, ille qui intus est renouatur de die in diem. Igitur ista mala reliquiarū uetustatis, per indulgentias nō tolluntur, nec per ceptam cōtensionem, sed incipiunt tolli, ac proficiedo magis ac magis tolluntur. Hæc est sanitas spūs, nihil aliud q̄ fides seu charitas in Christo.

Isto sic posito, patet cōclusio satis, quia si quispiam fuerit preoccupatus morte, priusq; sit perfectæ charitatis, que timorem pellat, necessario cum timore & horrore moritur, donec perficiatur charitas, & foras mittat timorē illum. Hic autem timor est ipsa cōscientia mala & trepida, propter defectum fidei. Nulla est enim formidolosa cōscientia, nisi que fide uel uacua uel imperfecta est. Sic enim & Aposto. ait: Sanguinem Christi liberare conscientias nostras ab operibus mortuis. Et iterum Heb. x. Aspersi corda a conscientia mala in plenitudinē fidei. Breuiter si possum probare, quod causa horroris & timoris sit diffidentiarursum, causa securitatis sit fides, credo simul probatum esse, quod moriens in fide imperfecta, necessario timet & horret; sed diffidentiam esse causam terro-  
ris, desperationis, damnationis, in euangelio sæpius legitur. Primum, quando Petrus dominū a se iussit exire, quia homo peccator ego sum, inquit. Secundo quando cepit mergi propter modicam suam fidem. Tertio, quando discipuli per turbatione uoluerūt clamare, ubi Christum super mare ambulante, phan-  
tasma putabant. Quarto, quando turbati existimabāt se spūritum uidere, cum intraret ad eos ianuā clausa. In his omnibus ostenditur diffidentia esse causam timoris & horroris. Venit ergo omnis turbatio ex diffidentia, omnis securitas ex fiducia in deum. Fiducia autem ex charitate, quia necesse est, ut is tibi placeat, in quem confidas.

Conclusio



de purgatorio a 609 pena

CONCLVSIO XV.

Hic timor & horror satis est, se solo facere (ut alia taceam) poenam purgatorii, cum sit proximus desperationis horrori.

— de p[er]p[et]ua for 189

Nihil de igne & loco purgatorii loquor, non quod ea negem, sed quod alia est illa disputatio, nec a me nunc instituta; deinde quod nescia ubi sit locus purgatorii, licet B. Thomas illum sub terra esse putet. Ego uero interim cum B. Augusti remaneo, scilicet quod receptacula animarum abdita sunt, & remota a nostra cognitione. Quare ideo dico, ne Pighardus haereticus in me sibi uideat obtinuisse, purgatorium non esse, quia locum eius ignotum esse confiteor. Aut ideo Rhomanam ecclesiam errare, quia opinionem beati Thomae non explo- dit, mihi certissimum est, purgatorium esse, nec multum me mouet quid blatterent haeretici, quando iam mille & plus centum anni sunt, quod beatus Aug. in sua cum cōfessio, lib. ix. pro matre & patre suo orat, & orandum petit. Et eadem sancta mater eius moriens (ut sibi scribit) memoriam sui optauerit ad altare domini, sed & a B. Ambrosio id factum narrat. Quod si etiam tempore Apostolorum non fuisset purgatorium (ut superbit fastidiosus Pighardus) nunquid ideo credendum est haeretico, uix quin quaginta annos nuper nato, & fidem tot seculorum falsam fuisse contendendū; maxime cum ipse nihil aliud faciat, q̄ quod dicit, non credo; & sic probauit omnia sua, & improbauit omnia nostra, quasi non & lignum & lapis non credant. Sed haec suo operi & tempori.

Anlam recep-  
peccata abdit  
ta sunt & re-  
mota a noi-  
stra cognitōe

Purgatoriū  
aliterur.

— de p[er]p[et]ua for 189

Pighardū in-  
uenit negatē  
purgatoriū.

Igitur concessum est, horrorem esse in animabus; Nunc probo eum esse poenam purgatorii uel maximam.

Primo, omnes concedit eandem esse poenam purgatorii & inferni, nisi quod differat aeternitate. At scriptura describit poenas inferni esse, turbationem, pauorem, horrorem, fugam, ut Psal. i. Non sic impij, nō sic, sed tanq̄ puluis quē proijcit uentus. Sed & in Iob & Esaia, & multis alijs locis impij comparantur stipulae & pulueri, turbine rapcis atq; dispersis; in quo nimirum significat suam horribilem damnationem. Item psal. ij. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Et Esa. xxvij. Qui confidit in illum, nō confusus detur, id est, non festinabit, nō pauebit, neq; fugiet confusus & horrens, utiq; uolens, quod non confidentes confundentur & pauebunt. Prouerbiorum. i. Qui me audierit absq; terrore requiescet, & abundantia perfructur, timore marum sublatum. Et Psal. iij. Ab audicione mala nō timebit. His enim & alijs locis scripturae, terror, horror, pavor, timor, tremor, exprimitur poena impiorum quando piorum contraria alserit, deniq; & B. Iacob dicit, quod demones credunt & contremiscunt. Et Deut. xxxij. clare pronunciat poenam impij esse pauorem, dicens: Dabit tibi dominus deus cor pauidum &c. Nam si pavor ille nō esset, nec mors, nec infernus, nec ulla poena esset molesta. Sicut ait in Canticis Fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus xmulatio; quod satis ostensum est in martyribus, adeo, ut de impijs dicat spiritus, Psal. xij. Illie trepidauerunt timore ubi non fuit timor; & Prouer. xxvij. Fugit impius nemine persequente iustus autem quasi leo confidens, absq; terrore erit. Alioquin, cur unus timet mortem & dolet, alius uero contemnit, nisi quia intus iusticie fiducia desit; ut timet, ubi timere non debet.

Eadē poenae  
licet & purgatoriū.

— de p[er]p[et]ua for 189

Poenā impio-  
rū est timor.

Secundo, ij. Tessa. i. Qui non credunt euangelio, dabunt poenas in interitu aeternas, a facie domini, & a gloria uirtutis eius; quia scilicet solo uultu uirtutis lux



tis fux torquet eos, & cruciat deus, cum sit eis infusentabilis: ideo fugient & non effugient, sed deprehendentur inter angustias, Sic illud Sap. Cito apparebit vobis horrende. Et Psal. xx. Pones eos, ut clibanum ignis in tempore uultus tui. Alioquin unde illa uox? Mōtes cadite super nos, & colles operite nos. Et illud Esa. ij. Ingredere petram, & abscondere in fossa humo, a facie furoris domini, & gloria maiestatis eius. Et illud Iob. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec transeat furor tuus? Patet itaq; quod a facie domini oritur eorum maxima poena, dum confunduntur a foedissima sua immundicia ad tantam puritatem comparata.

Inquietudo  
i purgatorio

Tertio, Et ecclesia in persona animarum psallit & gemit, Psal. vj. Cōturba ta sunt ossa mea, & anima mea turbata est ualde. Et Psal. cxlij. Circūdederūt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerūt me. Vnde & usitatissima ora tio est, ut eis requiem optemus, utiq; intelligentes, quod sunt in quiete. At poe na nō facit inquietudinē, ut patet in martyribus & cōstantibus uiris, sed hoc ror & fuga poenarum, quæ oritur ex infirmitate fiducia in deum. *Sicut ex corde uniusquisq; sic fit ei, & tales sunt ei poenæ & omnia, qualis fuerit & ipse inde non conturbat iustū quicquid acciderit ei (ait Sap.) Rursum impios terret (Le ui, xvj.) sonitus folij uolantis. Et Esa. lvij. Impij quasi mare feruens, quod quā escere nō potest, & redundant fluctus eius in cōculationē & luctum. Non est pax impijs, dicit dominus deus.*

Poenæ inferi  
ni uolantibus  
gustantur.

Quarto, Viuentes aliqui eas poenas gustauerūt, scilicet inferni, ergo multo magis mortuis credendum est eas inferni in purgatorio. Nam Dauid expertus dicit: Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Et alibi: Repleta est malis anima mea, & uita mea inferno appropinquauit. Et rursum: Dissipata sunt nostra fecus infernū. Et assimilatus sum descen dentibus in lacum. Et iterum: Quam multas ostendisti mihi tribulationes ma gnas & malas, & de abyssis terræ iterū reduxisti me. Ezechias uero dicit. Ego dixi in dimidio dierum meorū, uadam ad portas inferi. Et infrazdicit leo cotri uit omnia ossa mea, quod certe nō nisi intolerabili factū horrore potest intelligi.

Io. Taulerus  
Cōmēdatio  
sermonū Io.  
Tauleri.

Quinto, q̄ multi sunt, qui usq; hodie has poenas gustant, nam & IOAN. TAVLERVS in suis Teutonicis Ser. quid aliud docet, q̄ earum poenarū passiones, quarum & exempla nonnulla adducit: atq; hūc doctorem scio qui dem ignotum esse scholis Theologorū, ideoq; forte contemptibilem. Sed ego plus in eo (licet totus Germanorum uernacula sit conscriptus) reperi theolo gicæ solidæ & synceræ, q̄ in uniuersis omnium uniuersitatum scholasticis do ctionibus reperitur est, aut reperiri possit in suis sententijs.

Timore te  
cruciatas pat  
iuntur puri  
gatorium.

Sed & ego noui hominem, qui has poenas sapius passum sese asseruit, bre uissimo quidem temporis interuallo, sed tantas, ac tam infernales, quātas nec lingua dicere, nec calamus scribere, nec in expertus credere potest, ita ut si plicerent, aut ad mediā horā durarēt, immo ad horæ decimā partē, funditus periret, & ossa oīa in cinerē redigerent. Hic deo apparet horribiliter iratus, & cū eo pa teris uniuersa creatura. Tum nulla fuga, nulla consolatio, nec intus, nec foris, sed omnīū accusatio. Tūc plorat hūc uersum: Proiectus sum a facie oculoꝝ tu orū, nec saltē audeo dicere: Dñe nei furore tuo arguas me. In hoc momēto (mi rabile dicit) nō potest ania credere sese posse unq; redimi, nisi qd sentit nondū cōpleram poenā. Est tamē æterna, neq; potest eam temporalē existimare, solū relinquitur nudum desyderium auxilij, & horrendus gemitus, sed necit unde petat auxiliū. Hic est anima expansa cum Christo, ut dinumerentur omnia ossa

ossa eius. Nec est ullus angulus in ea, non repletus amaritudine amarissima, horrore, pauore, tristitia, sed ijs omnibus non nisi æternis. Et ut dem simile ut cunq; si sphaera transeat super lineam rectam, quilibet punctus lineæ tactus tam sicut sphaeram, non tamen comprehendit totam sphaeram; ita anima in suo puncto, dum tangitur a transeunte inundatiõe æterna, nihil sentit & bibit, nisi æternã poenam, sed non manet, iterum enim transit. Igitur si uiuentibus con tingit illa inferorũ poena, id est, intolerabilis ille pauor, & inconsolabilis, multo magis animarum in purgatorio uidetur talis esse poena, sed continua. Et hic est ignis ille internus multo atrocior, q̃ externus. Quod si quis ista non credidit, non cõtendimus, sed id tantum efficitur, quod illi ueniarum præcones, multa dicunt, quæ uel ignorant uel dubitant, nimis auidacter. Magis enim credendum est expertis in his, q̃ illis in expertis.

Simile,

Veniarum  
præcones,

Sexto, ad id facit autoritas ecclesiæ, quæ canit; Libera eos de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus. Item a porta inferi, Quibus uerbis certe uidetur signifi cavit, esse animas uelut iam in porta, & introitu damnatiõis, & initio inferni, quod dixi prope desperationẽ esse, nec uana esse uerba ecclesiæ credo.

## CONCLUSIO XVI.

Videntur infernus, purgatorium, cœlum differre, sicut desperatio, prope desperatio, securitas differunt.

Si quis duas præcedentes cõclusiones ueras putauerit, hanc quoq; facile admittit, immo cum in cœlo credamus regnare pacem, gaudium, & securitatem in lucẽ dei; in inferno uero contra, seruire desperationem, dolorem, & horribilem fugam in tenebris exterioribus.

Cœli habet  
securitatem,

Purgatorium uero sit medium inter utrunq; sic tamẽ ut propius sit inferno q̃ cœlo; quia non habet gaudium & pacem, immo nihil de cœlo participat, cum ponatur esse eadem poena cum inferno, sola duratione differente; satis patet, quod & in ipso sit desperatio, fuga, horror, & dolor. Sed addidi prope desperationem dicens, quia tandem cessat illa desperatio. Alioquin reuera, dum est in illo anima non sentit nisi desperationem, non quod desperet, sed quod in tanta est perturbatiõe, & confusiõe pauoris, ut non sentiat sese sperare. Solus spiritus adiuuat ibi q̃ maxime infirmitatem eorum in gemitibus in enarra bilibus pro eis interpellans. Sic enim sit & tentatis in hac uita, ut nesciant an sperent uel desperet, immo sibi desperare uidentur, solo superstitie gemitu pro auxilio. Ex quo signo non ipsi, sed alij intelligunt eos adhuc sperare. Sed omit to uerbosus de ea re loqui, quæ est absurdissima, ne & mihi obiciat ueniales quæstiones, quod sine probatione loquar, quanq; non ut illi, assero, quæ ignoro, sed disputo & quero, & eorum præsumptam certitudinem, dubiam, immo nullam esse contendo.

Purgatoriũ  
timorem.  
Infernus de  
sperationemIncerta non  
aitur.

Sicut? &amp; paragonis

## CONCLUSIO XVII.

Necessariam uidetur animabus in purgatorio, sicut minui horrorem, ita & augeri charitatem.

Et hæc nititur præcedentibus tribus cõclusionibus, Sed tamẽ declaremus  
C ij cam,

Alia deceden-  
tes e uita, sicut  
in triplici dis-  
ferentia.

eam, & ponamus (sicut cepimus) animarum decedentium tria genera. Pri-  
mum, earum quae sunt fide omnino uacuae (id est, damnatae) has necesse est in  
morte excipi summo horrore & desperatione, iuxta illud: Virum iniustum ma-  
I la capient in interitu. Et iterum: Mors peccatorum pessima; scilicet, quia non ha-  
II bent fiduciam in deo, ideo comprehendit eos ira. Secundum, earum quae sunt  
fide omnino plenae atque perfectae (id est, beatae) hos necesse est in morte excipi  
summa securitate & letitia, iuxta illud: Iustus cum ceciderit, non collidetur,  
dominus enim supponit manum suam. Et iterum: Pretiosa in conspectu do-  
mini mors sanctorum eius. Et iterum: Iustus si morte praecipuus fuerit, in  
refrigerio erit. Et causa utriusque est, quia iniustus inuenit quod timuit, timuit  
autem semper mortem & poenam, iustus autem satur huius uitae, maxime cui  
piuit dissolui, ideo desiderium eius tributum est ei, ille non dimidiavit dies su-  
os, iste ultra perfectum prolongauit in colatum suum; ideo quod ille horret, iste  
querit, diuersissimo studio affecti, quod illi summus horror est, huic est sum-  
mum lucrum & gaudium. Tertium, earum quae sunt fide imperfectae, & ha-  
III tuerie differentes inter plenam & nullam fidem. Credo autem non negari ab

Alabus i pur-  
gatorio, ul-  
tra poenam ab-  
lationem, est  
addenda per-  
fectio nouis-  
satis.

ullo, quosdam animas imperfectae fidei discedere, sed tamen infra id suadebi-  
mus latius. Igitur cum imperfecto fidei sit nihil aliud, nisi imperfecta nouis-  
tas uitae in spiritu, & adhuc reliquum de uoluntate carnis & Adae (si enim esset  
perfecta, non timeret poenam, nec inuente moreretur, aut cum affectu terreno  
huius uitae migraret) clarum uidetur, animabus necessarium esse, non solum  
tollere poenas, sed etiam addere perfectionem nouitatis, & tollere residuum ue-  
rustatis (id est, amorem uitae & timorem mortis atque iustitiae) Nam quantum/  
cunq; tolleretur poena, (si esset possibile) non per hanc ablationem esset sana,  
sicut nec in ista uita per ablationem poenarum solam aliquis melior fit, sed per ad-  
ditionem gratiae, & remotionem peccati, quare & illis primo peccatum aue-  
rendum est (id est imperfectio fidei, spei, charitatis.)

Poenam timo-  
re augetur.

Quia timor  
augetur.

Imperfecta  
sanitas ipsa  
est timor.

Secundo. Nulla poena vincitur fuga aut timore. Verum est enim prouerbi-  
um: Qui timet infernum, descendet in eum; immo qui timet pruinam, cadet super  
eum cum nix; lob. vi. id est, plus cadet super eum quam timuit. Omnis poena timo-  
re sui augetur & roboratur, sicut amore minuitur & infirmatur. Vincitur au-  
tem poena amore & amplexu sui; deinde nulla poena est molesta, dum fuerit  
uicta; ideo amanti poenas & mortem non sunt molestae, sed dulces, quia per a-  
morem & spiritum uictae. Sunt autem molestae timenti, quia per timorem &  
literam ei dominantur. Si ergo purgatorium affligit animas, & molestus est  
eis pavor, euidentis est, eis deesse amorem & spiritum libertatis, & adesse literam  
ac timorem; atque hunc defectum amoris, uoco imperfectam sanitatem spiritus  
cum autem sine perfecta sanitate nullus coelum intrabit, tandem concludo, ne-  
cessarium illis esse augeri charitatem & sanitatem, sicut minui horrorem. Si  
quis ista negauerit, neque crediderit, contenderitque, animas esse ibi perfectas in  
uita spiritus, solumque debita praeterita poenarum luere. Respondeo primum  
probrant & ipsi suam sententiam, quam & ego nego, & certus sum, quod uel  
nullis uel infirmioribus rationibus sua probabunt. Secundo age: Quero an  
negetur triplex illud supra positum animarum genus decedentium, si admit-  
tunt tertium quoque genus. Respondeant ad praedicta, quomodo auferatur pu-  
sillanimitas spiritus, & timor, quando perfectus homo, sicut pater eius deus,  
nihil timet, omnia potest, omnia suffert, in omnibus gaudet ac delectatur.

Fides non per-  
sicitur in mor-  
te.

Si non admittunt, sed in morte perfici fidem arbitrantur, ac sic solummodo  
poenae

poenae soluendae restent, & hoc totum sit purgatorium, ratio scilicet debitarum poenarum. Tum praeter id quod iam fortissimum & insolubile produxi argumentum, uidelicet, quod nulla scriptura, nulla ratione suam sententiam possint probare, tamen adhuc uia sua foris procedam. Sic enim & illi opinatores & postillarores faciunt.

Primo. Ad quid deus uult puniri perfectos in spiritu, ad satisfactionem? Contra, Super omnem satisfactionem est charitatis satisfactio; neque enim deus ipse etiam per poenas quicquam aliud requirit, quam ut perficiatur charitas. Charitas enim (nisi Apostolus mentitur) operit multitudinem peccatorum, At illos iam esse perfectae charitatis positum fuit.

Atibus i purgatorio aut geri charitatem, periculis deuta.

Secundo. Deo maxime satis fit per uoluntatem, ubi non inuenit facultatem ut cum B. Augu. sentit tota ecclesia, At illi si sunt perfectae charitatis, talem habent uoluntatem necessario, & tamen facultatem non habent defectu uitae, quare necessario sola uoluntate abunde satisfaciunt.

Deo uoluntate satis fit

Tertio. Perfecti tales omnia reddunt deo, quaecumque debent; quia nihil amplius debent, quam ut se totos ipsos cum intima uoluntate offerant. deus enim ab homine nihil requirit amplius, quam ipsum totum, sicut dicitur: Praebe fili cor tuum mihi; immo per poenas cogit hominem ad id, ut se totum offerat; quomodo ergo eo facto poenae manent, ad quid cogunt?

Deo quicquam non habet

Quarto. Pinge animam in morte perfectae fidei & charitatis, quae adhuc forte debeat. vii. dies ieiunare, aut aliam Canonicam poenam implere. Hic ergo deus tam crudelis est, ut animam, quae summa charitate ad eum sitit, eumque iuxta per omnia uehementissime diligit, quae proximo suo omnia plenissime ignouit, & sibi omnia ignosci uehementissime cupiuit, cui propter haec etiam debita fuit apud deum & homines ignoscencia (talis est enim anima, quae sana charitate moritur) hic inquam deus non remittit septem illos dies, propter summam in eum & proximum charitatem & humilitatem, quae sunt summam omnium elemosynarum; qui tamen in euangelio dicit, omnia remitti, & munda esse ihs qui dant, non de corde, sed de ihs quae superfluum, elemosynas: & seruo solum roganti & nihil facienti, nisi promittenti, omne debitum dimisit, etiam promissione data libera. Nec saltem intuetur deus in haere, quod tam facili est uiuere eis, sineque moris periculo talia concedit; moriturus uero & summum iam periculo pressis, tam difficilis est ad remittendum tam parua, tam magnae charitatis; quis crederet aut quibus id uis suadebunt; aut ergo desinant sua tam confidenter praedicare, aut melius roborent, & ista dissoluant. Nos interim sentiemus, animas in purgatorio non propter solam poenam, immo propter defectum charitatis laborare in poena, quia hic noluerunt laborare ad perfectionem, aut si perfectae sunt, omnibus poenis amore triumphatis, liberas esse. Nec enim sic de dei bonitate sapio, quod intuitu perfectae & aeternae charitatis non remittat quibusdam poenam temporis breuissimi, qui propter modicam charitatem, omnibus passim remittit aeternam, & qui saepius in uita ignouit omnes poenas pro uno opere inceptae charitatis, non remittat unquam in morte aliquas poenas, pro omni opere consummatae charitatis. Verumtamen haec sunt disputata, quia mirabilis est deus in sanctis suis; melius faceremus, si tam dubia relinqueremus, & in populum alia certiora doceremus; potens est deus cum illis, nec secundum hanc, nec secundum illam sententiam agere; non enim nostro, sed suo iam iudicio subiecti, quia potest & ibi punire gratis, ut ostendat gloriam

Deus est durus si non remittet uel benemerit uel temporalem poenam.

Aug 18

Charitatis delectu laboratur in purgatorio. De bonitate.

Aug

gratiae suae, sicut fecit in Iob & Pau. Tamen ultimo &

Purgatorij,  
non punitio  
eius dicitur.

Quinto suadeo conclusionem. Si purgatorium tantummodo est poenarum officina, cur non potius uocatur punitorium, potius & purgatorium? Ratio enim & uis uocabuli, purgationem aliquam importat, quae intelligi non potest, nisi uerustatis & peccati relicti, quo sunt immundi, qui terrenorum affectu fidei puritate impediunt. Quod si noua (ut sunt ad distinctiones prompti) uisi equiuocatione, dixerint esse purgationem hic idem quod solutionem ut tum purgatae dicantur, cum poenae fuerint solutae. Respondeo, hoc eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Quod si ipsi contempserint, uim uocabuli ad purgationem uitiorum extendi, esto sane, non contendo, id tamen esse certum est, utrunque esse dubium; ideo praeposere alterum illorum tanta certitudine in populos dispersum, maxime cum nec ratio nominis illorum sententiae conueniat.

Remissio culpa  
non fit sine  
gratiae infusione.

Sexto, Et ad hoc ualet illud Gregorij distincti. xxv. c. qualis, ubi non poenas tantummodo, sed culpas remitti dicit in futuro, scilicet ueniales, ut ibidem exemplum ponit. At remissio culpa non fit sine gratiae infusione, & horror mortis est sanctis peccatum ueniale, sed non paruum.

### CONCLUSIO XIII.

Nec probatum uidetur ullis aut rationibus aut scripturis, quod sunt extra statum meriti seu augendae charitatis.

Mortuus est  
extra statum  
meriti non do-  
cetur solidis  
scripturis.

Hoc enim robustissimum est meum aduersus oppositam opinionem argumentum, quod uidelicet sine autoritate docetur. Nostra autem certe uel ea nititur autoritate, quod sine addita gratia nullus timor pellitur, quem sola perfecta charitas foras mittit. Haec autem conclusio praeuenit argu. eorum, qui dicunt contra me, sunt extra statum meriti, quare tres praecedentes conclusiones falsae. Ego autem ut opinando & disputando, nihil asserendo, sicut coepi, prosequar, dico: Si purgatorium solum est soluedarum poenarum officina, & animae in illo sunt suo affectu (ut ego sentio) immundae, nec ab eo uitio purgantur, fieret purgatorium idem quod infernus, quia infernus est, ubi poena est cum culpa manente. At in animabus purgatorij est culpa, scilicet timor poenarum, & defectus amoris, cum iustus secundum Esa. viij. nihil debeat timere, nisi solum deum; ergo peccant sine intermissione, quod diu horrent poenas & quaerunt requiem. Quod proba, quia quaerunt quae sua sunt, plusque uoluntatem dei, quod est contra charitatem. Quod si amant deum, amant amore concupiscentiae (id est uitioso) cum etiam in suis poenis debeant diligere deum, & glorificari ac fortiter sustinere. Atque ut inter tot disputationum spineta etiam asseram aliquid, Ego libere confiteor me credere, nullam animam redimi de poenis purgatorij propter suum timorem, donec posito timore, incipiat amare uoluntatem dei in tali poena, & plus dei uoluntatem amet, quam poenam timeat, immo solam dei uoluntatem diligat, poenam uero uilipendat, aut in uoluntate dei etiam amet. Quia oportet ut iustitiam diligat antequam saluetur. At iustitia est deus, qui hanc poenam operatur; deinde illud Christi: Qui non accipit (id est, uolens & amans) portam crucis suae, & sequit me, non est me dignus, at crux ananiam est illa poena. Quae cum ita sint, & uerissima credo, dicat qui potest, quomodo iste amor poenarum

Timere alij  
quid fecerit  
cum est peccator.

Purgatorij  
poena adiuuat  
eum, dum ab anima  
non timetur.

Accipere  
crucem.



rum cum timore mutari potest, sine noua gratia infusa. Ego fateor me nescire nisi dixeris, quod purgatorium non habeat terrorem poenarum, ac per hoc nec similem inferno contra praedicta, atq; tunc frustra oramus pro eis, quas audimus, uolentes & amantes esse poenarum suarum sine timore.

Secundo proba, quod augeatur eis charitas. Apostolus dicit; Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum; hoc autem bonum non potest intelligi nisi augmentum iam possessi boni; ergo & purgatorium auget bonum dilecti onis dei, immo maxime omnium auget, dum sicut infern<sup>o</sup> dura est emulatio, & in citis malis etiã diligit, sicut fornax auris pbatu facit, ita poena dilectione.

Tertio. Virtus in infirmitate perficitur, omnis enim poena, si praesens est, charitas est salutaris & proficua; nō enim permittit pretiosissima charitas atq; fo- Charitas in poena glifici  
cundissima aliquid secum sterile. At in purgatorio est maxima infirmitas, ergo maxime perficit charitatem.

Quarto. Impossibile est esse statum in uia; uia autem dei est charitas ad de- Via dei charitas est,  
um tendens; ergo necesse est animas uel procedere uel retrocedere a charitate dei, cum nondum sint in termino & uisione, ut patet.

Quinto. Impossibile est ulla perseuerantia creaturae, nisi assidue accipiat magis ac magis; inde enim dicunt acuti quidam, quod conseruatio rei sit eius con tinuata creatio. Sed creare est semper nouum facere, ut etiam patet in riuiulis, radijs, calore, frigore, maxime dum sunt extra suum principium. Quare & spī ritibus calori, id est, amoris dei in animabus opus est continuata cōseruatio (do nec absorbeantur in suum principium diuinum) ac per hoc & augmentum, etiam si uerum esset quod essent perfectae, licet extra deum esse, nec peruenisse & esse perfectum, sint contraria.

Sed uidere dignum est, quibus nam causis mouentur, ut animabus statum meriti negent, aut negandum probent.

Primum illud uulgatissimum B. Augusti. Hic omne meritum comparatur, post mortem nullum; ergo inquirunt, purgatorium non est merēdi locus. Re spondeo. B. August. & quicumq; patres similia dixerunt, ex autoritate & usū scripturae loquuntur, quae multo fortius in hanc sententiam loquitur; ut est illud Gal. vj. Operemur bonum, dum tempus habemus. Et Christus Ioan. ix. Venit nox, quando nemo poterit operari, Et Apocā. Opera enim illorum se quuntur illos. Et illa manifestissima Hebr. viij. Statutum est omnibus homi nibus semel mori, post hoc iudicium, deinde finis. Gal. vj. Quaecūq; enim ho mo seminauerit, haec & metet. Item oportet nos omnes manifestari ad tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; prout gessit in corpore, siue bonum siue ma lum; & multae aliae, quae omnino sonant, ac si post mortem omnino sit iudici um recipiendi, sicut gestum est, id est meritum hic, secundum illud Eccle. Li gnum ubicūq; ceciderit, ibi erit. Sed haec omnia reque contra torum purga torium pugnat, quia non ponunt statum medium inter mortuos damnatos & beatos. Si ergo illis nō obstantibus, purgatorium defenditur uere, etiam id defendi potest, quod augeatur illis gratia, non obstante illo quod dicitur; Hic omne meritum comparari, quia loquitur non de purgatorio; sicut & illae auto ritates nihil de purgatorio, sed de caelo uel inferno loquuntur; utriq; ergo in termittit purgatoriū. Quare illa uerba Aug. ad purgatoriū nō sunt tendenda. Omne meritū hic, nō illic, id est, nō i caelo aut inferno. Deniq; secūdu B. Aug. etiã hic meritū illud cōparat, q̄ dign<sup>o</sup> sit homo in purgatorio suffragio iuari. Alioquin in caelo uel inferno nullū habet meritū, q̄ mereat ibi iuari, sed tūc quidem

Anias nihil meret hic omnibus coligitur, sed sciuolli.

Autoritates p purgato rio adductae, pprie de inferno & caelo loquuntur





ita ueniet. Quare ualde probabile est, eas præ cōfusione nescire, quo statim sint an dānate uel saluatz, immo sibi uidentur iam ire in damnationē, & descendere in lacu, omninoq; iam esse in portis inferi, sicut Ezechias dicit. Sed & .i. Regum .ij. Dominus deducit ad inferos & reducit, igitur nihil aliud sentiunt, q̄ incipere suam damnationē, nisi quod sentiunt, nondum clausam post se portam inferi, necdum etiā dimittunt uotum & desiderium auxilij, licet nullū apparetis: sic enim loquuntur, qui id experti sunt. Accipiamus simile. Si quis ad iudiciū mortis inopinatus ueniat, puta incidens in latrones, qui dum intentant illi omni ex parte mortem, etiā si statuerint eum terrere, non occiderent: hic ipsi certi sunt eum uicturū; ipse uero nihil nisi præsentissimā mortem uidet, atq; eo ipso iam moritur: solum id sibi reliquum est, quod nōdum sit mortuus, possitq; redimi a morte, sed nescit unde: uidet enim illos posse, sed nolle: igitur fere nihil differt a mortuo. Ita uidet in pauore æternæ mortis fieri, quod non aliud q̄ æternam sibi sentiunt imminere omni ex parte. Sic canit ecclesia pro eis: A porta inferi erue animas eorum; Et libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus &c. Solum id reliquū scientiæ habent, quod deus possit eos redimere, sed nolle illis uideri. Damnati uero statim huic malo addit blasphemiam, illi uero solum querelam & gemitum inenarrabilem, sustētati a spiritu. Hic enim fertur spiritus super aquas, ubi sunt tenebræ super faciem abyssi. Sed de hoc supra latius.

*Aig in purga  
corio incertū  
sunt sunt, &  
dubitat de sa  
lute sua.*

*Simile.*

*Damnati uo  
tra desperat  
ont blasphem  
man.*

*Desiderium  
auxilij facit  
quod se quā  
si certas dis  
cat de salute.*

*Iudiciū p̄tica  
lare in morte  
cuiuslibet.*

*Aniq̄ quōdā  
uquin finem  
mundi de sa  
lute dubitat.*

Secundo, Multa leguntur exempla, in quibus habetur nonnullas animas hanc sui status incertitudinem confessas fuisse. Apparuerunt enim tanq̄ euntes uocati ad iudiciū, ut de S. Vincentio &c. Rursum leguntur multa, in quibus certitudinem suam sunt confessæ. Ad quæ dico. Primo me dixisse non omnes esse certas, Secundo, forte melius secundum prædicta, eas nō fuisse certas, sed præ nimio auxilij desiderio, tanq̄ certæ essent, uelocius inuari postulat, ita ut potius opinentur, & timide præsumant sese certas, q̄ sciant: sicut & in euāgelio de dæmonibus dicitur, quod sciebāt ipsum esse Christum, id est, uehementer opinabantur, ut ait glossa. Ita enim sit naturaliter in omni angustia & pauore, ut uehementer opinemur nos esse adhuc reparabiles, cū tamen magis sit ibi cupido reparationis, q̄ spes aut scientia: sicut in dæmonibus plus fuit cupido sciendi, q̄ scientia. Scientia enim salutis non pauet, neq; trepidat, sed confidit, omniq; fortissime tolerat.

Hic dicitur: Quid ergo de iudicio particulari, quod in morte cuiuslibet hominis fama est agi, & inno. testatur: uidetur enim per ipsum certus fieri homo de suo statu. Respondeo, quod non sequitur eum certum fieri, etiā si sit particulari iudiciū. Potest fieri, ut homo mortuus iudicetur, immo accusetur, sed tanq̄ sententia differatur, nec ei reuelatur. Interim autē accusante conscientia, urgentibus dæmonibus, & minante ira dei nihil aliud faciat misera anima, q̄ ut tremat a sententia, omni momento cum horrore expectata, sicut de corporali morte facit & minatur Deus. xxviii. Dabit tibi dominus cor pauidum, & pendebit uita tua ante te: mane dices, quis det mihi uespere: & uespere dices, quis det mihi mane: Ita & ibi mors æterna simili pauore feriat, & horribili horrore cruciet animā: nec ista sententia multū absona est ueritati, quādo quidē & Math. v. Dominus distinguit inter reum iudiciū, & reum consilij, & reum gehennæ, id est, inter accusatū & conuictū & damnatū. Sed & insignes quidam autores scientia plus q̄ fama, audent dicere, quasdam animas pro suæ tepiditate uitæ, per mortem rapī, & a deo sic proijci, ut usq; in finem mundi nesciāt, an sint damnata

sint damnate uel saluanda. Et si recipitur historia illa de monacho morituro, & propter peccatum fornicationis, uelut damnato, iam blasphemante, deinde ad sanitate reuerso; satis patet, quod iudicium & accusatio inferni potest animam affligere, & tamē nondum esse definitam sententiam latam. Ad idem, id quod in homilia recitat quadam B. Greg. de iuvene, quem in morte deaco abforbere uolebat.

Hæc itaq; de tota materia poenarū purgatorij uerisimiliter pono, motus pri-  
mum ex natura horrois & pauoris. Deinde, quod scriptura hanc poenam tri-  
buit damnatis. Tandem, quod omnis ecclesia dicit, eisdem esse poenas inferni  
& purgatorij; & ita credo hanc nostram sententiā in scripturis satis fundatam.  
Poenā a con- Buccinatores uero indulgentiarum uidentur poenas animarum ita imaginari  
scilicet maxie inferur. quasi ab extra inferantur, sintq; penitus externæ, non autem ab intra in confes-  
sionem nascantur, quasi deus solum ab eis auferat poenas, cum sit cōtrarium ue-  
ritus, quod animas potius a poenis auferat, sicut scriptum est. Diuertit ab oneri-  
bus dorsum eius. Non ait; Diuertit onera a dorso eius. Et iterum: Si transibis  
per ignem, flamma non nocebit te. Quomodo nō nocebit; nisi quia dat fiducia  
am cordi, ut ignem non timeat; non autem ut ignis non sit, cum transeundum  
ei per illum sit. Quare diuersio dorsī ab oneribus non fit, nisi sanando animæ  
Poenā dimi- timorem & confortando eam, sicut & supra dictum est, quod nulla poena uin-  
nuit amor. citur timore sui, sed amore & contemptu. At timorem non auferunt indulgen-  
tiæ, immo inferunt quantum in eis est, dum uelut odibilem rem, poenas rela-  
xandas suadent. Deus autem proposuit habere filios impauidos, securos, gene-  
rosos, æternaliter & perfecte, qui profus nihil timeant, sed per gratiæ luxē fidu-  
ciam omnia triumphent atq; cōtemnant, poenasq; & mortes pro ludibrio ha-  
beant; ceteros ignauos odit, qui omnium timore confunduntur, etiam a soni-  
tu solij uolantis.

Iterum obijcitur.

Oramus pro  
animabus,  
& quare.

Non

Suffragiū cui  
piunt aie ne  
deliciant.

Si uolenter poenas ferunt animæ, cur pro eis oramus? Respondeo. Nisi eas  
uolenter ferrent, certe damnate essent; sed nunquid nō ideo orare debent ora-  
tiones, quædo & Apostolus optauit pro se orationes fieri, ut liberaretur ab in-  
fidelibus, & sibi ostium uerbi aperiretur, qui tamen omni fiducia plenus, mor-  
tem contemnere se gloriabatur? Etiam si animæ non operarent oratiōes, tamē  
nostrorū est, earum labori condolere & succurrere oratione, sicut quibuslibet  
alijs, quantumlibet fortiter patientibus. Deinde, cum animæ non adeo doleat  
pena præsentis, q̄ horrore instantis sibi & intentatæ perditionis, non est mirū  
si cupiant suffragium, ut perseuerent & nō deficiant in fiducia, cum sint incer-  
te (ut dixi) de statu suo; nec tam timeant poenas inferni, q̄ odium dei, quod est  
in inferno; sicut dicitur: Non est in morte qui memor sit tui, in inferno quis cō-  
fitebitur tibi? Et sic patet, quod non timore poenæ patiuntur, sed amore iusti-  
tiæ, ut supra. Timent enim magis, ne non laudent & ament deum; quod fieret  
in inferno; q̄ ne patiuntur. Et hoc eorum sanctissimū, sed anxiosissimū desyde-  
rium, merito iuuat omnis ecclesia, quantum potest; Maxime, quando & deus  
uult illas per ecclesiam iuuari. Et hic tandem sit aliquādo finis tam obscuræ &  
dubie disputationis, de animarum poenis, Quibus qui potest meliora profer-  
re, nō inuidebo. Modo id faciat, melioribus scripturæ autoritatibus nixus, nō  
fumosis hominum opinionibus obnubilatus.

CONCLUSIO XX.

Igitur

Igitur Papa per remissionē plenariā omnīū poenarum, nō simpliciter omnīū intelligit, sed a seipso tantūmodo positurum.

Remissio est  
um poenarū  
s. a. se illicita  
rum.

Hanc disputo, nondum pertinaciter assero.

Rationes meæ sunt.

Prima, Ex dictis concl. v. quod solum Canonica poena remittitur per potestatem clauium, ideo hæc conclusio corollarium est illius; & illa negata, negatur & ista.

Secunda, ex ipso stilo Pontificis, quo dicit: De iniunctis poenitentis miserit corditer relaxamus, ergo non iniunctas a se uel a canonibus, non relaxat. Neque hic curandum puto arbitrarium cōmentum quorundā, qui dicunt: Quādo Pontifex non addit hanc clausulam, de iniunctis poenitentis, tum intelligit omnium simpliciter remissionem poenarum. Dicerem ego: Etsi nō additur, tamen subintelligitur addi tanquā necessaria, & de essentia stili clausula, aut illi probent aliquo textu, quod dicunt.

Stilus pōssit  
cis sonat de  
iniunctis poe  
nitentis.

Tertia, ad solitum uenio argumentum, sed omnium fortissimum, & requiro, quibus nā autoribus probent, etiam alias poenas per clauces tolli, quæ canonice: Et exhibent mihi Antonius, Petrus de Palude, Ang. de Anco. Capreolum.

Redēptioes  
ueniarū non  
sūt meritoris

Deinde & Angelus Summistia suū Franciscū Maronis inducit, redemptiones ueniarum eouique uehementem, ut meritorias eas pronūciare sit ausus, si Christo placet. Quasi uero illi homines tales sint ac tati, ut quicquid fenserint, statim

Theologorū  
opiniones nō  
sunt fidei arti  
culi.

neceesse sit inter articulos fidei numerare. Verū illi magis sunt reprehendendi, qui ad ignominiam nostrā & iniuriā illorū, allegant pro asseritis, quæ illi proprio suo studio fuerunt opinati, prorsus nihil aduertentes illud Apostoli fidei monitoriū: Omnia probate, quod bonum est tenete; longe stultiore Pythagorice, quippe cum in ea tantum assererent, quæ Pythagoras dixisset; isti uero etiā ea, quæ illi dubitauerunt. Sed ad originem & fontē ueniamus ritulorū istorum, id est, B. Thomā & Bonauenturā. Ex his enim illi partim acceperūt, partim de suo addiderūt. Hi itaque & sancti, & graues plane autoritate uiri. Ve

*Indulgentia dicitur propter*

rū cū & ipsi magis opinentur quæ asserant, denique S. Bona. consueatur esse rē duobiosissimam, omninoque incertam; nonne clarum est, ex ipsis etiam nihil posse astrui: Tu uide, si ullum textum aut scripturam adducant: Nec mirum, quod ipsi nihil asserant. Cum enim hæc res sit fidei quidam articulus, si fuerit deter-

Bonauentura  
de indulgenti  
is dubitat.

minatus: adeo non pertinet ad doctores diffinire, quod etiam ad solū conciliū uniuersalis iudicij sit suspendendus; nec summus Pontifex quid temere in ijs habeat statuere quæ sunt fidei, nisi solī præcones ueniarum, illis omnia quæ li-

buit licent; unquam tamen habent omnes rationē suæ sententiæ, quam & Pa-

Indulgentiarū  
utilitates  
student euis  
tare Theo.

nor. li. v. de poe. & re. c. Quod autem asserit, uidelicet hanc: Si indulgentiæ solū canonicas poenas dicuntur remittere, hoc est, indulgentias nimis utilicare, itaque ne uiles sint indulgentiæ, magis placuit fingere, quod nesciunt, cum nullū sit periculum animarū, si indulgentiæ etiam nihil essent, nedum uiles; Miseri-

rimū uero sit, animabus figmenta & illusiones prædicare, etiam si indulgentiæ utilissimæ essent. Adeo non habetur ratio salutis animarū, se d tantūmodo, ne non optima uideamur docuisse, plus laboramus pro gloria nostri uerbi, & si non necessarij, quæ pro fide simplicis, & nobis compulsi populi, sola necessaria.

Sed ante quæ ad beatū Thomā & Bonauē. respondeā, dignū uidetur recitare opinioniones de indulgentijs, ne ego primus aut solus eas in dubiū uocasse uidear.

Glossa super c. Quod autē. li. v. de poeni. & re. assumens declarationem su-

per effica

per efficacia & uirtute indulgentiarum, sic incipit: Quid ualeant tales remissiones, uetus querela, & adhuc satis dubia.

Remissiones quid ualeant uetus est questio.

Alij dicunt, quod profunt quo ad deum, sed non quo ad ecclesiam, Quoniam si quis sine mortali decedat, nondum peracta poenitentia, minus sentiat poenas purgatorij, iuxta modum remissionis sibi factae. Ecclesia tamen uiuenti non propter hoc relaxat satisfactionem. Hec opinio damnatur a Panor. ibidem, & placet eius damnatio.

Valor indulgentiarum uariis a diuersis estimatur.

Alij dicunt, quod profunt quo ad poenitentiam hic iniunctam ex superabundantia, & ad cautelam, id est, tantum eas poenas, quas non secundum modum, sed in cautelam superabundantius, quam peccatum merebatur, imposuit, Et haec plus damanda quam prior.

Alij, quod profunt quo ad deum & ecclesiam, sed remittens onerat se ad satisfactionem pro illo, & haec est absurda.

Alij, quod profunt ad remissionem poenitentiae negligenter omittit. Hanc Panor. damnans dicit, quod ista remunerat negligentiam. Sed meo iudicio, haec non omnino est falsa, quia uere remittuntur poenae quaecumque, etiam negligenter omittit, dummodo displiceat negligentia, immo remittuntur etiam non negligenter omittit, atque adhuc perficienda.

Alij, quod ualeant ad relaxationem iniunctae poenitentiae, dummodo facerentur qui iniunxit poenitentiam, permittat, ut possit commutare poenitentiam cum remissionibus. Et haec est proba sententia & uera in re, nisi quod restringit potestatem conferentis indulgentias. Verum est enim, quod iniunctas poenitentias relaxat, sed non requiritur consensus eius qui iniunxit.

Remittit nihil, quo ad deum.

Sexta, qua ultra istas quinque in glossa praedicta posita Panor. adducit, quod profunt, prout sonant uerba, & quo ad deum, & quo ad poenitentiam hic iniunctam, & hanc dicit tenere a Goss. Host. lo. And. Et hanc ego quoque teneo, ut iam et sonat in uerbis. Sed non sequor intelligentiam omnium. Maxime propter istud uerbum, quo ad deum, per quod si intelligunt etiam poenas a deo impossitas remitti, siue hic, siue in purgatorio, ultra poenitentias ab ecclesia uel canonibus iniunctas, non credo uerum, nisi sub tali moderatione, quia poenae purgatorij remittuntur sine potestate clauium, per solam contritionem. Ideo si quis per se fecit fuerit contritus, credo quod sit quo ad deum a purgatorio absolutus. Quo ad poenas autem huius temporis dico, quod id nullam habet auctoritatem, ut supra satis dictum est Con. v. Non est enim nominabilis illa poena, quae quo ad deum remitti credatur. Ideo ego dicerem, quod illud, quo ad deum, debet intelligi non de poenis a deo impositis, sed de eisdem ab ecclesia iniunctis, ut sit sensus, Remissio illa iniunctarum poenitentiarum ab ecclesia, tenet tam apud deum, quam apud ecclesiam, Eo quod deus approbet hanc ecclesiae suae remissionem, secundum illud. Quodcumque solueris super terram, solutum erit & in caelis. Non ait: Quodcumque solueris super terram, aliud erit solutum in caelis; sed id idem quod tu soluis, & ego solutum habebō. Quia per hoc deus uult homines subijci sacerdoti quod non fieret, nisi deum approbare facta sacerdotis sciremus.

Vides ergo omnia adhuc in opinionibus haerere. Porro id quod Angelus ex suo Francisco Maronis adducit, quod indulgentiae etiam ualeant ad augmentum gratiae & gloriae, non aduenit, quod indulgentiae non sunt opera bona, sed remissiones bonorum operum, propter aliud minus opus. Et si enim opus bonum propter quod dantur indulgentiae, sit meritorium, non tamen ideo indulgentiae sunt meritoriae, cum opus seorsum factum non minus esset meritorium, & forte magis. Indul

Indulgentiae non sunt meritoriae augmentum gratiae.

Voy Com...



gis. Indulgentiæ uero seorsum sumptæ, potius sunt demeritorie, quia remissiones honorum operũ. Igitur cū in omni materia dubitata licitũ sit unicuique disputare, & opponere: & ego quoque dico, me a B. Thoma & Bona. in hac parte dissentire, donec melius probent sua, atque dissoluẽt nostra. Ego enim præter opiniones nihil uideo quæ probent, nec saltem unũ canonẽ, cum tot scripturas ego superius conclu. v. produxerim pro mea parte. Et nunc ne sine canonibus etiam loquar, ecce

*Indulgentiæ sunt p[er] op[er]a in  
q[ui]bus dicitur remissio peccatorum*

Opiniones  
meræ nihil ligant.

Quarta ratio, cap. Cum ex eo. li. v. de pœ. & re. dicit, per indulgentias satisfactio pœnitentialis eneruatur. Hoc uerbũ licet ex dolore potius, q̄ ex gratia dicat Papa, tamen canonice sicut sonat, intelligunt. Ergo si satisfactio eneruatur pœnitentialis, patet, quod non nisi pœna canonica remittitur. Cum satisfactio pœnitentialis sit nihil aliud, nisi tertia illa pars pœnitentiæ ecclesiasticæ, & sacramentalis. Nam de satisfactioe euangelica nihil ad ecclesiam, ut supra.

Indulgentiæ satisfactioe pœnitentiale eneruant.

Quod si quis mihi obicit, Papam non negare, etiam alias pœnas enervari. Sed affirmat duntaxat, nec exclusiue loquitur per. c. Cũ ex eo. ut supra, ubi dicit, quod quæstiones elemosynarum, præter id quod in literis eorum cõtinetur, nihil permittantur proponere populo. Sed nihil continetur in ulla literis apostolicis, præter remissiones satisfactiois sacramentalis, sicut ipsemet dicit Papa. Satisfactio pœnitentialis eneruatur per indulgentias indiscretas & superfluas immo hoc uerbo adhuc rigidius Papa indulgentias restringit. Quia si superflue indulgentiæ solum eneruant satisfactioem sacramentale, ergo modeste & legitime, nec ipsam satisfactioe pœnitentialem eneruant, multo minus ceteras ulla pœnas. Sec hæc sunt non mei fori aut professionis, uiderint Canonice.

Quæstiones elemosynarũ plus opponunt q̄ in literis habetur papalibus.

## CONCLUSIO XXI.

Errant itaq; indulgentiarum commissarij. ij. qui dicunt per Papæ indulgentias hominem ab omni pœna solui, & saluari.

Hanc omnino assero & probo.

Quia saltẽ relinquit pœna tertia, id est, euangelica, imo & quinta, puta mors & ægritudo, & in multis illa oim maxima pœnarũ, scilicet horror mortis, tremor cõscientiæ, infirmitas fidei, pusillanimitas spiritus; quas pœnas si cõparas ad remissas p̄ indulgentias, sicut si r̄e cū umbra compares erit cõparatio. Sed neq; m̄s Papæ est, ut tā friuole & impune fabulẽtur, ut patet ex capi. Cũ ex eo.

Pœnæ nō asseruntur per indulgentias

Quod si dixerint, nec nos dicimus has pœnas tolli per indulgentias. Respondet. Cur ergo populum non instruis de cõgnitione pœnarũ, quas remittis. Sed omnino omnes remitti clamas, quascunq; pro peccatis suis lucre deberet, corã deo & ecclesiã. Quomodo populus per seipsum intelliget, quod tam obscure & large loqueris?

Veniãrũ præcones obicere loquuntur

## CONCLUSIO XXII.

Quin nullam remittit animabus in purgatorio, quam in hac uita debuissent soluere secundum Canones.

Hanc nō latius assero q̄ octauam, ex qua fluit ceu corollarium, quod Canones pœnitentiales non transeant in aliam uitam. Quia omnis pœna temporalis

D ij muta



mutatur in poenā mortis, immo propter mortis poenam tollitur, & tollēda est, immo finge ( ut latius suadeamus ) Romanam ecclesiam esse, qualis erat etiam adhuc tempore B. Gregorij, quando non erat super alias ecclesias, sicutem Graecia: Clarū esset, quod Canonicae poenae non obligabant Graecos, sicut nec nūc obligant, si qui sunt Christiani nō subiecti Papae, ut in Turcia, Tartaria, Lituania, illis ergo nulla istarum indulgentiarum est necessaria, sed tantum in orbe Rhomanae ecclesiae constitutis. Si ergo istos uiuos non obligant, multo minus mortuos, quia sub nulla ecclesia sunt.

R.o. ecclia nō  
semper fuit  
super alias.

## CONCLUSIO XXIII.

Si remissio ulla omnium omnino poenarum potest alicui dari, certum est eam non nisi perfectissimis, id est, paucissimis dari.

Hanc de poenis omnium generū intelligo, & sic assero. Nam quod remissio poenitentialis satisfactiois possit unicuique dari, non est dubium, ut satis est dictum. Immo hanc conclusionē corrigo & dico. Quod prorsus nullis, siue perfectissimis siue imperfectis, potest dari omnium poenarum remissio, quod probō. Nam licet perfectissimis deus non inferat flagella, seu. iij. genus poenarum saltē omnibus & semper, tamen tertia manet, scilicet euāgelica, immo & quarta, puta mors, & quae mortis & ad mortem sunt poenae. Licet enim possit deus omnes perficere in gratia, forte sine poenis, nō tamē statuit id facere, sed ad imaginē filij sui ( id est crucem ) omnes conformare. Et quid opus est multis? Quātumcumq; magnifice extollatur poenarum remissio, quid quaeso efficitur apud eum, qui mortē & timorem mortis atq; iudicij ante oculos habet? Huc si omnis alia remissio praedicatur, & haec non remitti conceditur, nescio si consolatio nis aliquid reportet. Igitur horrorem mortis & inferni attende, & remissiones poenarum, uelis nolis nihil curabis, ac sic non nostro studio, sed rei necessitate iustificabuntur indulgentiae, quae timorem mortis non tollunt.

Poenis non  
deus in gra-  
tia perficit.

Ventū uel  
sunt necessa-  
rio.

## CONCLUSIO XXIII.

Falli ob id necesse est maiorem partem populi, per indifferentē illā & magnificam poenae solutae promissionem.

Et hāc assero, & scio ita contingere. Nam ego ipse audiui multos non secus intellexisse, q̄ quod sine omni poena euolarent per indulgentias. Nec mirum, quando illi sic scribunt, legunt, clamant, quod si quis uenias cōsecutus, ante reciduum moretur, statim euolaret. Haec omnia ita loquuntur, quasi non sint peccata, nisi actualia, ac si fomes relictus nulla sit immundicia, nullum impedimentum, nullum medium, quod moretur ingressum regni. Cum nisi ipse sane tur, impossibile sit intrare coelum, etiam si nulli assit actuale. Nihil enim inquit natum intrabit. Quo circa horror ipse mortis, cum sit uitium fomitis & peccati etiam se solo impedit introitum regni. Quia qui non uoluntarie moritur, non obedit uocanti deo, nisi inuitus. Et tantum ibi non facit uoluntatem dei, quantum inuitus moritur. Tantum autem peccat, quantum non obedit uoluntati dei. Ideo rarissimus est, qui post omnes uenias, non etiam in morte peccet, nisi si, qui cupiunt dissolui, & uocant mortem, Igitur ut non omnino cū eis discor- dem, dico

Mortem uol-  
untarie non  
suscipis, p̄ in-  
dulgentias nō  
euolat.

dem, dico, quod si quis sit perfecte contritus ( id est odiens se, uitamq; suam, & summe diligens mortem ) statim euolabit, remissis sibi poenitis, sed quotus sit hic, tu uideris.

CONCLUSIO XXV.

Qualem potestatem habet Papa in purgatorium generaliter, talem habet quilibet Episcopus & Curatus in sua dioecesi & parochia specialiter.

Purgatorij potestas quibus data.

Hæc est illa blasphemia, quæ me mille mortibus dignum fecit, iudicio scilicet et quæstorum, ne dicam quæstuariorum. Verum anteq; ego hanc cõclusionem ostendam, paululum præfabor de proposito meo. Primũ, dico iterum hæc me disputare, non quo ad sententiam, quam intendo istis uerbis ( hanc enim cõstanter assero, quia eam tenet uniuersa ecclesia ) sed quo ad uerba.

Deinde aduersarios meos etiam rogo, ut ferant dolorem meum, quo crucior dñi audio ea prædicari in ecclesia Christi, quæ nunq; scripta & statuta sunt, quæ do sanctis oli m patribus legimus uisum esse periculosissimũ, aliquid ultra præscriptum coeleste doceri, ut inquit Hilarius, & sanctus Spiridon Cypri episcopus, huius disciplinae tam rigidus obseruator fuit, ut interrumpere sermonem eius, qui statum Graeci uocabuli æquiuocatione usus, Tolle cubile tuum & uade, dixerat, pro Tolle grabatum seu lectum tuum & uade, reprehendens eum in re, quæ sensum nihl mutarat. Atq; huius doloris mei ueniam puto mihi iustissime ab illis deberi, quando nos ferre cogimur, nunq; rogati aut moniti, eorũ præsumptiones, quibus delectantur ea prædicare, in quibus nos cruciamur audiendo.

Scripturas probari, non est asserendũ

Non hæc dico aut ago, quod tam impudenter arrogans sim, ut me inter doctos ecclesie sancte numerandum putem, multo minus inter eos, quorum hæc sit statuere aut de statuere: Atque utinam nouissimũ merear ecclesie membrũ fieri aliquando. Sed id potius ago, cum sint in ecclesia & doctissimi pariter & sanctissimi uiri, ea tamen est nostri seculi infelicitas, ut etiam tanti non possint ecclesie succurrere. Quid em̄ potuerit hodie, doctrina & pius zelus, satis probauit infelix euentus eorũ doctissimorum & sanctissimorum uirorum, qui sub Iulio secundo studuerunt reformare ecclesiam, instituto ad hanc necessitatem concilio. Sunt & alij passim quos noui, optimi & eruditi Pontifices, sed exemplum paucorum imponit silentium plurimis. Est enim tempus pessimum ( ut ait Amos propheta ) ideo prudens in illo tempore tacebit. Deniq; est nobis hodie Pontifex optimus Leo Decimus, cuius integritas & eruditio delictis sunt omnibus bonis auribus. Sed quid ille suauissimus homo potest unus, in tantarũ confusione, dignus profecto qui melioribus tẽporibus pontificaretur, aut meliora tempora essent sui pontificatõ. Nostro seculo digni sumus pontificari non nisi Iulios secundos, Alexandros sextos, aut si quos alios atroces Mezentios uel sinxerũt Poetæ. Nam bonos ridet hodie etiã Rhoma ipsa, immo Rhoma omnium maxime, in qua enim orbis Christiani parte liberius iudat, etiam in summos p̄nifices, q; in oera illa Babylone Rhoma: Sed fat ista. Cũ itaq; præter innumeros priuatos, etiam in sedib; suis habeat ecclesia doctissimos, si prudens uoluisse existimari illoꝝ exemplo, & ipse tacerẽ. Sed præstat uel a stultis, a pueris, ab ebrijs ueritate dici, q; omnino taceri, ut fiducia doctiori & sapientiũ animosior fiat, ubi audiãt nos rude uulgus tandẽ pro rei nimia indignitate

Cõsiliũ Pifa) nũ, in quo p̄ sedet Card. crucis, pro re formatõis ecclesie labora uit.

Rhoma Babiloni com) paratur.

D in clamare,

clamare, sicut ait Christus, Si hi tacuerint, lapides clamabunt.

Ista itaq; prefatus, ad conclusionem uenio, & primo de ea secundum sententiam, deinde secundum uerba seu sententiam aliorum. Igitur in hac conclusione nihil loquor de potestate iurisdictionis, quia infra sequente mox conclusione nego, & supra, xxxij. & viij. idem negaui. Hanc enim potestatem illi ex his uerbis ceperunt, de qua dico sicut dixi. Statuat ecclesia alteram partem eius quaestionis, & sequar libentissime. Cessent interim temerarij suorum somniorum assertores. Ego dubito & disputo, an habeant potestatem iurisdictionis in purgatorio. Et quam tum hucusq; lego & uideo, teneo negatiuam, paratim tenere affirmatiuam, postquam ecclesie sic placuerit. Interim hic loquor de potestate uirium, non iurium, de potestate operandi, non imperandi; ut sit sensus; Papa nullam quidem habet potestatem in purgatorio, sicut nec ullus alius Pontifex. Si autem habet aliquam, talem certe habet, qualis sit & inferioribus precipitata. Haec autem est, qua Papa & qui libet Christianus potest suffragari, orare, ieiunare, &c. pro animabus defunctis Papa generaliter, episcopus particulariter, Christianus indiuidualiter. Pater itaq; conclusio uerissima. Sicut enim Papa una cum tota ecclesia suffragatur animabus (quale fit in die omnium animarum) Ita quilibet episcopus cum sua dioecesi id facere potest (sicut fit in diebus, quos uocant communes) & Curatus in sua parochia (sicut fit in exequijs & anniuersarijs) Et quilibet Christianus in sua deuotione. Aut ergo nega suffragium esse intercessionem, aut concede quemlibet prelatum cum suis subiectis posse suffragari animabus. Hec igitur puto non esse tam dubia, quam sunt audaces illi sermões de iurisdictione ecclesie in purgatorio.

Purgatorij subesse iurisdictioni potestatis non constat.

Suffragium proprie exponitur.

## CONCLUSIO XXVI.

Optime facit Papa, quod non potestate clauis (quam nullam habet) sed per modum suffragij dat animabus remissionem.

Non credo necessariū, iterū protestari quid disputem, aut quid asseram. Sed cum nostro seculo sint tam zelosi Hæreticæ Prauitatis Inquisitores, ut Christianis sine catholicos, ut conentur ad hæresim adigere, opportunū fuerit super singulis syllabis protestari. Nam quid aliud fecerint Ioan. Picus Mirandulanus, Laurentius Valla, Petrus Rauennas, Ioannes Vesalia, & nouissime diebus istis Ioannes Reuchlin, atq; Iacobus Stapulensis, ut inuit cogentur, & bene sentiendo, male sentire, non facile uiderim, nisi quod omiserint forte protestationem super singulis (ut dixi) syllabis, tanta est hodie in ecclesia puerorum & effeminatorum tyrannus. Itaq; protestor denuo, duo in ista conclusione me facturū. Primum, de potestate clauium in purgatorium disputare, & negatiuam probare, donec alius affirmatiuam melius probet. Secundo de modo illo suffragij inquirere.

Primum probō sic.

Purgatorij non subesse potestati Pontificis, his rationibus probatur.

Primo, per illam uulgatam Hostiensis rationem, uidelicet; Si clauis sese ad purgatorium extenderent, possent euacuare purgatorium; Atq; crudelis esset Papa quod non euacuat purgatorium.

Hanc soluunt sic, Papa potest, sed non debet euacuare, nisi subdit iusta causa & rationalis, ne aduersus iusticiam diuinam temere agat. Hanc frigidam & oscitantem solutionem uix puto proferrent, nisi uel non aduerterent quid loquantur, uel inter uisulos marinos profundissime stertentes, se loqui arbitrentur.

cur. 128

tur. Ita fit, ut ex uno absurdo dato, plura sequantur. Et ut ille ait, *Septem mendacijs eget unum mendacium, ut uerum uideatur.*

Igitur argumentum uix potuit robustius firmari, q̄ tali solutione. Querimus enim, quod tandem nomen erit huius cause rationalis? Constat autē, pro bello contra infideles, uel pro structura sacra, aut cōmuni, alia ue necessitate huius uitæ, indulgentiæ donantur. Sed nulla illarum tanta est, quin in cōparabiliter maior sit charitas, iustior & rationalior. Si itaq; iustitia diuina nō offenditur, si propter corpora fidelū, & res eorum tuendas, aut propter inanitates fabricas, aut usum huius corruptibilis uitæ breuissimum, remittitur tot quot uoluerit (etiam si omnes in eo numero comprehendis, ut sic etiam euacuetur purgatorium) quanto magis non offenditur, si pro sancta charitate redimantur omnes? Nisi forte iustitia diuina tam est iniqua, aut forte melicholica, ut plus faueat charitati in corpora & pecunias uiuentium, q̄ in animas eā egenas exhibite. Maxime cum tanta res sit succurrere animabus, ut fideles debeāt malle seruire Turcis, & corporaliter occidi, q̄ animas non redimi. Si ergo propter, id quod minus est, infinitas, & forte per hoc ipsam omnes redimer, cur nō & propter id, quod maximum est (id est) charitatem? Hic tamen ego illis angustia clausis cōsiliū dederim, ut dicant causam rationabilem nullam esse posse, ut sic secure elabantur huic obiectioni. Et ita si Papa possit quo ad se, nō tamē potest quo ad causam, quæ non esse potest.

Secundo, ipse filius Pape idem probat, in quo dicitur, de iniunctis poenitentis. Manifestum est autem quod tantum donat, quantum sonat, & eo modo donat, quo sonat, ut enist episcopus. xl. Card. c. dies de iniunctis poenitentis, ita Papa profusus omnes plenarie dies de eisde iniunctis relaxat, sed purgatorij poenas nulla claus iniunxit. Hic uero bellus quidā somniator sic fabulatur. Quando Papa dicit, damus indulgentias omnium peccatorū de poenitentia iniuncta, intelligitur de pena imposta per sacerdotem. Quando autem dicit, damus indulgentias omnium peccatorū, de quibus contriti & confessi fuerint, tunc non remittuntur oblita uel ignorata. Quando uero dicit, damus remissionem omnium peccatorū, tunc euolaret, si moretetur. Et sic in manu Pape est, quos uolet saluare. O furor. Vide pronunciatorem hunc q̄ secure asserit, ac si oraculum aederet. Cui si dicerem, obsecro te, unde probabo hæc, si fuero iustus rationē reddere huius fidei? forte noua alia finget mendacia, quibus illa priora statuat magna maioribus. Infelices Christiani, qui coguntur omnia audire, quæcumq; tandem nugari libuit ineptissimis hominibus. Ac si nō haberemus ipsam scripturam, quam precipiente Christo, populum doceremus, & tritici mensuram, non lapparū & tribulorum cados illis tribueremus. Inter cætera poenitentia, quæ hic suauissim⁹ autor fingit, id quoq; nobis audeat persuadere, quod in manu Pape sit remittere uel non remittere ignorata uel oblita, quasi non sciat uniuersa ecclesia, quod post omnē solutionem Pape, cunctis fidelibus restet dicere: De lieta quis intell igit; ab occultis meis munda me domine. Et quod etiam bona opora nostra, cum lob uereri oporteat, ne inueniantur apud deum horrenda peccata. At claus ecclesie, bona opera, si sint mala corā deo nec ne, nescit, nec iudicat, multo minus remittit. Secūdo procedit eius somnium ex laboriosa illa & inuili arte cōfiteōdi, immo desperandi & perdendi animas, qua hucusq; docti sumus arenā numerare, id est singula peccata discutere, colligere, atq; ponderare, ad faciendam contritionem. Quod cum fecerimus, sit ut refrigeremus uel concupiscentias uel odia, præteritorum memoria; & dum conterimus

Indulgentiā  
causa idonea  
est, charitas  
& misericord  
dia in animas.

Indulgentia  
de iniunctis  
poenitentis  
sonant.

Indulgentiā  
ualor apud  
reccentes,

Concedentor  
res notantur.

Cōfiteōdi mor  
tus qui nunc  
est in usu,  
horridus &  
inuisus est.

D iij de præte

de præteritis, noue peccemus. Aut certe si fiat optima contritio, sit tantummodo de uolentia, tristis, mereq; factitia, de metu pœnari simulata duntaxat. Sic enim docemur peccata conteri, id est, ad impossibile, uel ad peius conari.

*Uita uita uita*  
Contritio incipienda ab amore dei.

Cum uera contritio sit incipienda a benignitate & beneficijs dei, præsertim a uulneribus Christi, ut homo ad sui ingrati tudinem prima ueniat ex intuitu diuinæ bonitatis, & ex illa in odium sui, ac amorem benignitatis dei. Tum fluet lachrymæ, & odiet seipsum ex corde, citra tamen desperationem. Tum odiet peccatum, non propter pœnam, sed propter intuitum bonitatis dei, qua inspecta conseruatur, ne desperet, & sese ardentissime odiat, etiam cum gaudio. Sic dum fuerit unius peccati uera contritio, omnium simul erit. Sic Rho. q. ignoras quod benignitas dei te ad pœnitentiam adducit. O q̄ multi id ignorat sancte Paule etiam aliorum magistri. Sic in Numeris legimus, filios Israel non fuisse a serpente suis igitur liberatos per intuitum & horrorem eorum, sed potius aucto intuitu ab eis, & ad serpentem æneum (id est Christum) conuerso. Item & ab Aegyptijs uisus territi sunt, sed dato eis dorso, mare transeuntes saluati sunt. Ita sunt peccata nostra in uulnerato Christo, magis q̄ in nostra conscientia tractanda. Illic enim mortua sunt, hic uiuunt. Alioquin si illorum carnificina seruanda est, fieret, ut si quis subito ad mortem raperetur, non possit saluari, quia non habet tem pus colligendi peccata. Sed habent quod hic dicant.

Papalis ablatio de iniunctis pœnitentijs intelligitur.

Quare ad commentum illius Cõmentatoris dici potest. In omni remissione summi Pont. præsertim illa publica & corâ ecclesia (ut fit in uenijs) debet subintelligi ista clausula, de iniunctis pœnitentijs, siue sint peccata oblita siue igno rata. Hæc enim ad forum ecclesie non pertinent.

Indulgentiarum ex canonicis.

Ortu est autem istud pelagus sermonum (ut mihi uidetur) ex quadã incuria inspicendi originis indulgentiarum. Nam tunc temporis quando uigebat Canonones pœnitentiales, magnum erat relaxare, iij. dies, post hoc ceperunt centum dari, deinde mille dies, tandem multa milia dierum, & anni, & annorum centenaria, & millenaria. Sic enim paulatim pcessit maior, ac maior largitas ueniarum. Post hæc cepit septima pars omnium peccatorum remitti, deinde tertia pars, nouissime dimidia pars, ac sic peruenit ad plenariam remissionem omnium peccatorum, ut satis potest uideri adhuc in statõibus urbis Rhomæ. Quod si in primis gradibus intelligitur pœnitentia iniuncta, certe & in plenaria remissione intelligenda est.

Plenaria remissio de pœnitentijs iniunctis intelligitur.

Tertio, iterum stilus Papæ dicentis, per modum suffragij. Oportet enim diuer sum esse modum suffragij a modo potestatis. Quod si ipsi Papæ (sicut debemus) plus credemus q̄ illis & nobis ipsis, patet nullam potestatem, sed suffragij ualere in purgatorium. Tutius est mihi cum Papa sentire, q̄ cum illis, Papa non arrogat sibi potestatem, sed suffragium sibi uendicat. Et satis miror, qua fiducia illi contra expressam prohibitionem, e. Cum ex eo, plus audiant prædicare, q̄ in literis Papæ continetur, cum suffragij modus ibi solum contineatur. Quod si sic intelligunt, Non habet potestatem quidem iurisdictionis in purgatorium, sed tamen habet potestatem clauis applicandi suffragia in illud. Hic dico & ego quod hoc nemo negat, potestas applicandi siue suffragia, siue satisfactiones, siue laudes dei, prorsus est in manu summi Pont. Verum an illa potestas sic sit stilus Papæ, ut non etiam aliorum Pontificum sit, ut conclusionem præcedenti dictum est, uel quid, ego nondum intelligo in isto modo applicationis, in secunda parte huius conclusionis dicam. Interim hanc primam prosequamur.

Suffragij applicatur ad purgatoriu.

Quarto, & omnium fortissime, Christus non ambiguit, sed claris, apertis, rotundis uerbis



dis uerbis dicit: Quodcumq; ligaueris super terram, ligatum erit & in caelis. Et quodcumq; solueris super terram, solutum erit & in caelis. Non frustra adiecit <sup>Super terram</sup> super terram. Alioquin nisi restringere uoluisset potestatem clauium, satis fuerat dixisse: Quodcumq; solueris, solutum erit. Aut ergo Christus ut nugator superfluit uerbis, aut potestas clauium solummodo est super terram. Sed hic o bone deus, q̄ prompta est quorundam superstitionis, qui sine scitu & sine uoluntate Papae uolunt in his uerbis potestatem ei dare, ubi ipse suffragium sibi usurpat dumtaxat. Et cum sentirent haec uerba Christi sibi fortiter resistere, & errore cōfutare, non id egerunt, ut erroris patrocinium desererēt, & uerbis Christi incorruptis sensum suum accommodarent. Sed e cōtra, uerba eius sensui suo corrupto accommodant & torquent, dicentes illud, Super terram, potest dupliciter con-

strui. Vno modo, ut ad soluentem: Alio modo, ut ad soluendum pertineat. Et primo modo esse Christum intelligendum, scilicet: Quodcumq; Petrus dī fuerit super terram, soluerit, solutum erit & in caelis. Volentes forte, quod & si dīa bolum solueret (modo ipse soluens super terram sit) solutum erit in caelo. Nam qui dicit: Quodcumq;, & nihil addit quo restringat, omnia certe solubilia esse ostendit. Nescio quibus uerbis hanc rudem & insulam superstitionem, immo temeritatem insecerit. Hieronymiano stomacho & eloquio dignus hic erat autor, ut sanctorum uerborum Christi tam audax uolentia & corruptio uindī caretur. Et ut omittam grāmaticam, quae uel sola potuit eos docere, non posse hunc eorum sensum istis uerbis stare, sed magis nouas dialcūcas, q̄ ueram sequuntur grammaticam.

Videntur isti eousq; sapuisse, quasi Christus timuerit, ne quādo talis Petrus uel Papa foret, qui & mortuus uellet ligare & soluere, & ideo necessariū ei fuerit tam insignē mortuorum Pontificum ambitionem & tyrannidē praenire ac prohibere, ne ligent aut soluant, nisi dum fuerint in uita & super terrā. Et forte (ut tā dignos scripturae interpretes digne laudemus) nec sine causa sic timuit Christus, ne uidelicet aliquando contingeret, ut mortuus Pontifex aliquid ligaret, & suus successor uiuus idem solueret: Tum fieret magnus error in caelo & Christus anxius ignoraret cuius illorum approbare officium, ut qui temere permisisset utriq; idem officiū, nec addiderit super terrā, ut mortuus cōpesceretur. Si enim ita non sapunt, quid aetuant; quid laborant ostendere, quod super terram, ad soluentem pertinet: Ecce o uere aureum opusculum auri doctoris, & aureis literis dignissimum, & ne nihil nō sit aureum, aureis discipulis tradendum, illis uidelicet, de quibus dicitur: Simulachra gentium auri & argentū, oculos habentia & non uidentia &c. Recta uia isti incedunt contra Christum. Christus enim ideo addidit, super terram, ne Pontifex, qui non potest nisi super terram esse, praesumat id ligare aut soluere, quod non sit super terram, uelut data opera nostri temporis adulatorum foedissimos praenitens & prohibens, qui inuito & recusanti Pontifici, regnum tradere incipiunt inferorum. Hos S. Hieronymus pro suo seruore dixisset theologos, id est, deum loquentes, cum autem puta, qui apud Vergilium magnum uatibus inspirat furorem. Sed tamen agamus contra eos. Primo, si per hanc intelligentiā clauis ues soluunt mortuos, ergo & ligant, quia utriq; additur, super terrā, dicens: Quodcumq; ligaueris super terram, Ergo & hic oportet eadem industria & acumine nobis distingui, super terram, dupliciter cōstrui. Vno modo, ut ad ligantem: Alio modo, ad ligandum pertineat, ut sic concludant nobis, Pontificem posse ligare sub terra in purgatorio, modo id eūdem (opere uidelicet me dicorum)

In iniquitatem  
Terret mot  
nachum.

Non



dicendi) ut id viuus faciat, & dum fuerit super terram. Nam mortuus non potest ligare. Quod si ista prima pars uerborum Christi, non recipit hanc torturam & uolentiam elusionem, ut ipsimet quantumlibet sint sine iudicio, asserunt: qua fronte audebunt alteri parti eam uim facere, cum sit simili schemate per omnia composita: nisi forte illis, more suo, omnia licuerit, uniuocare & equiuocare & amphibologizare & paralogizare, sicut libuerit & ubi libuerit. Dicunt ergo, quod super terram in prima parte pertinet ad ligandum, sed in secunda parte pertinet ad soluentem: quandoquidem & maiora monstra in sacras etiam literas inuenerunt, pro sua laudabili consuetudine. Quare cum omnes negent. Claves posse ligare, in purgatorio, necesse est negare, quod possint soluere, cum sint illae duae potestates aequales, & aequaliter a Christo ecclesiae suae datae. In hac sententia sunt quidam non pessimi iuristae, an saniores caeteris, uiderint illi.

Claves non exceduntur ad purgatorium.

Secundo. Ex ipsa antithesi ista sententia etiam confutatur. Quia sicut in caelis, utique ad soluendum in caelis respicit: ita super terram, ad soluendum super terram, respiciat, oportet. Et rursus. In caelis ad ligatum, quare & super terram, ad ligatum referri debet. Unde Christus uelut de industria, non dixit. Ego soluam in caelis, sed solutum erit in caelis, ut si quis primo uerbo, scilicet: Quodcumque solueris super terram, falsae intelligentiae calumniam quaereret, in sequente retunderetur, nec permitteretur ad soluendum aptare: quia solutum in caelis, cogit certe intelligi, solutum in terra, non soluendum. Et ligatum in caelis, cogit intelligi, non ligatum, sed ligatum in terra, aut saltem utrumque.

Tertio, si clausi tenditur in purgatorium, quid frustra laborant? Cur non tollunt uerbum suffragii: cur non persuadent Pontifici, ut dicat per modum potestatis, & autoritate potius, quam suffragio soluere & ligare? Quippe, Quodcumque solueris, tantum caueat ne sit mortuus, solutum erit. Quid nos obtundit uocabulo suffragii, quod nemo intelligit potestatem, sed omnes intercessionem?

Purgatorium euacuet papa si in illud potestatem habet.

Quin amplius faciamus, & rogemus Papam, ut purgatorium omnino tollat de rerum natura. Si enim clausi ecclesiae, etiam quo ad soluendum duntaxat, illuc sese extendunt, erit in manu eius totum purgatorium. Quod probo sic. De omnibus in illo existentibus remissionem plenariam: Secundo, omnibus morituris Christianis eandem similiter det remissionem. Tunc certum erit, ut nullus in eo maneat, nullus in ipsum ueniat, omnes autem euolent, & cesset purgatorium. Debet autem id facere, & subest iustissima causa, scilicet charitas, quae per omnia, super omnia, in omnibus quaerenda. Nec timendum est, quod iustitia diuina offendatur a charitate, ad quam potius ipsa nos urget. Quod cum factum fuerit, deponamus totum officium defunctorum, satis hodie molestum, & neglectum tamen, mutemusque id in officia festiua.

Charitas

Quarto & ultimo. Si purgatorii poena est castigatoria & afflictiua, ut supra. Conclutione, tunc certum, est eam non posse solui potestate clauium. At non esse aliam, satis puto ex sufficienti diuisione patere. Patet itaque prima pars huius Conclutionis per hoc tota satis probabiliter firmata, quod suffragium, non in iudicio intret purgatorium.

Suffragii modus quos sit.

Secundum, scilicet modus ille suffragii, & si non fuit a me propositum, ut inquireretur, nec requiritur ad positiones meas, scire quis aut qualis sit, tamen uolens exponam me in eo, quod iuste poteram omittere, ne uidear angulum quaerere, salua semper mea protestatione, quod non meum, sed Pontificis, immo Ecclesiastici forte Concilii sit statuere, quis sit ille modus. Meum est inquirere & disputare, ac rationibus adductis, quid intelligam, aut non intel-

dum intelligam indicare. Ergo duplici uia impenditur suffragium animabus.

Primo, re ipsa & officio presente, sicuti fit, cum sacerdos cum populo orat, se iurat, sacrificat, aliaq; facit nominata opera, pro nominatis animabus. De quo suffragio nullum dubium est, quin uehementer profit, & redimat animas, secū dum quod deo usum fuerit, & illæ meruerint secundum B. Aug. De isto superioris dixi cœli, præcedenti, quod talem potestatem habet episcopus specialiter qualem Papa generaliter, scilicet non iurisdictionis, sed suffragij faciendū in purgatorium. De isto modo hic non queritur, ut notum est.

Secundo, impenditur sine officio uel opere, sed mera iurisdictione per literas uel uoces pronuntiata. Et id quoq; ex duobus thesauris. Primus est triumphantis ecclesie, qui est meritum Christi & sanctorum eius, superabundantiq; debuerant merentibus. Et hunc esse relictum in ecclesia, ut hic remuneretur & compensetur, dicunt illi. Alter est militantis ecclesie, ut sunt merita, bona opera uiuentium Christianorum, quæ habeat summus Pontifex in manu sua, applicare ea, uel pro satisfactione poenitentium, uel suffragio defunctorum, uel pro laude & gloria dei. Sic enim & ego aliquando & docui & scripsi, Papam tripliciter habere militantis ecclesie merita in potestate. Primo, ut ea offerat deo pro satisfactione aliorum. Secundo, pro suffragio animabus. Tertio in laudem dei. Et hanc facultatem spirituales, si uera est, in suis diocesis habere episcopos, si remiter credem. Aut si erro, reuocet me qui potest. Alioquin quomodo stabunt sine errore fraternitates illæ, in quibus sibi communicant sua studia & opera, tã maiores q̃ minores Platitense monasteria & ordines, & hospitalia & parochie. Id enim non potest uerum intelligi, nisi quod tali modo unius opus pro altero satisfaciit, suffragatur, & glorificat deum.

Dico itaque.

Quantũ ego prorsus non intelligo, quomodo sint ista merita militantis ecclesie in manu Papæ, tamen interim sic pie credam, donec suus Gordus hunc nodum dissoluat. Causa autem quare non intelligam, est hæc.

Prima, Si pro uiuentibus uiuentium offerat opera, iam non uideo, quomodo sit remissio gratuita, & non potius uera & iusta satisfactio & perfolutio usq; ad nouissimum quadrantem. Licet enim ille non operetur cui sit remissio, alij tamen operant & satisfaciunt. Tunc enim id fiet, quod omnes cõstanter negant scilicet quod concedens oneret se ad satisfactionem; uere enim Papa tunc non remitteret, sed satisfaceret, scilicet per sibi subiectos.

Secūda, quod sic clauis ecclesie nihil prorsus faceret, nisi quod iam de quo sit in ecclesia, etiam sine clauibus. Nam ex lege charitatis quilibet potest teneri orare. Et Apostolus ait: Alter alterius orare, & sic adimplebitis legem Christi.

Tertia, quod nomen indulgentiæ huic sententiæ repugnat, quia debet illud indulgere, id est, remittere, ut non faciat quod debet, non autem imponere alteri, uel impositum dicere, ut indulgentia prorsus extinguat debitum, non autem per aliu soluar. Quare uidetur potius, sine isto thesauro nuda sufficere potestas clauium ad indulgentias, maxime cum remittatur tantummodo canonica, non autem euangelica satisfactio. Aut iterum hic dicendum erit, ut supra de remissione culpe dictum est, quod sic etiam remittat per hunc thesaurum poenas id est, declaret id fieri, quod etiam sine eo fit, scilicet, ecclesiam pro eo satisfacere cui remittitur. Quomodo B. Augu. dicit, Neminem suscitari, nisi quæ suscitatur unitas ecclesie; ut in uia figuratum dicit. Sed adhuc durat ratio prima & secūda,

Applicatio  
meritorum  
ecclesie militantis & triumphantis.

Militantis ecclesie merita  
Papa in potestate habet.

Fraternitas  
suum fundamentum.

Militantis ecclesie merita  
non esse in manu pontificis  
uidetur probari.

cunda, quod sit tunc potius satisfactio quam remissio, siue declaret, siue concedatur.

Quarta, Thefaurus ille ecclesie militantis magis operatur gratiam spiritus, quam remissionem poenarum, & uidetur satis uiliter tractari, si pro poenarum remissione applicetur, cum remissio poenarum sit utilissimum donum in ecclesia, etiam in omni donabile, & sola clausi potestate, ut uidetur.

Dico secundo.

Thefaurū ecclesie applicari mortuis uirtute clausi um uix est intelligibile.

Non intelligo, quomodo aut quid fiat, quando Papa eundem thesaurum applicat pro suffragio defunctorum.

Causa est hæc.

Prima, Quia iterum non plus uidetur facere, quam quod de facto sit. Nam uniuersa ecclesia de facto orat & suffragatur pro defunctis, nisi iterum hic putetur id facere declaratiue. Nec uideo quid illud obset quod dicitur de missa, quæ plus prodest si per sacerdotem uni applicetur, quam si sine applicatiōe pro omnibus celebretur. Fateor id uerum a me credi. Sed Papa ut summus & generalis omnium sacerdos, certe non potest nisi generaliter applicare, immo debet id facere, etiam sine literis ueniarum.

Secunda. Cum per indulgentias non remittantur nisi poenæ Canonice, profus non possum intelligere, quid animabus remittatur, cum Canones eas non ligent. Denique in morte sunt ab illis absolutæ, cum omnis sacerdos sit Papa in hora mortis. Item quod nulla anima patitur in purgatorio pro criminibus & mortalibus peccatis, sed tantum pro uenialibus, ut dicitur xxv. Qualis. Canones autem uenialibus, immo mortalibus occultis non sunt impositi, sed tantum criminibus cognitis, ut supra dictum est. Dicit ergo qui potest, Quomodo in indulgentiæ suffragantur illis, id est, remissiones Canonum, nisi non tantum indulgentias largiatur, immo illis uelut in superabundantem cautela datis (uel ut solent etiam mortui absolui in facie ecclesie) simul inuoluat ultra indulgentias, applicationem meritorum ecclesie. Et tunc certe indulgentias non sunt suffragium, sed cum suffragio tanquam altero dono dantur animabus, id est, declarantur dari, uel applicantur.

Dico tertio.

De thesauro meritorum Christi & sanctorum ad remissionem poenarum applicato, dicam infra in sua Cœlu. lvij. Vides ergo quam sint omnia obscurissima & dubiosissima, ideo periculosissima doceri. Id unum dico & uideo, quod Papa (in Cle. de poe. & re. c. Abusionibus.) damnare uidetur hanc sententiam, de redimendis animabus per indulgentias, dum dicit, Animas de purgatorio, ut asserunt, mendaciter extrahit. Vbi glossa super uerbo, mendaciter, quia inquit, sunt iudicio dei referuata. Et allegat ad hoc dist. xxv. c. Qualis. Et certe mihi uidetur recte sentire. Nam si per suffragium redimantur, non utique sequitur eas statim euolare: non est idem suffragari & redimere seu liberare. Itaque ego hucusque sapio, quod uideo indulgentias & suffragium meritorum ecclesie esse duas res diuersissimas, alteram sine altera, & cum altera dari potestem. Indulgentiis sufficit sola potestas clausi, sine addito illo thesauro, qui tamen potest addi, uel solus dari. Solus datus facit participem bonorum, ut supra satis est dictum. Hæc si essent certa & uera, sequeretur quod indulgentiæ, in quantum tales profusus nihil prodesse animabus, nisi quod coram ecclesia absoluerentur (id est de iure claretur eas esse absolutas) Aut si prodesse, non id fieret uirtute ipsarum, sed alia adiuncta illis donatione, scilicet meritorum ecclesie. Quæ donatio iterum distinguenda est a generali applicatiōe, qua ecclesia de facto per illa suffragatur animabus,

Purgatorio  
nō extrahuntur  
aīx secundū  
dū Canones

non potest  
fieri

animabus, sine Papæ applicatiōe, & uidentū quid ipsa ualeat. Sed etiā alijs re-  
linquēdus est inquirēdi labor, quibus est nondū fessum studiū in citis dubijs.

Nunc obijciat.

Primo, Celebre habetur, quod quidam magister Parrisijs tenoit in disputa-  
tione sua, summū Ponti. habere potestacē in purgatoriū, & Pōtūfex eo cogni-  
to & mortuo, dedit eam assertam remissionē, uelut cōmendans.

Respondeo.

Me nihil mouet, quid placeat uel displiceat summo Pontifici, Homo est, si-  
cut & ceteri, multi fuerunt summi Pontifices, quibus nō solum errores & ui-  
tia, sed etiam portenta placuerūt. Ego audio Papam ut Papam, id est, ut in Ca-  
nonibus loquitur, & secundum Canones loquitur, aut cū Concilio determi-  
nat, non autem quando secundum suum caput loquitur; ne forte cogar cum  
quibusdam, male Christum cognoscentibus, dicere, quod Iulij secundi horren-  
dæ cædes in Christianum populum, fuerint quedam beneficia pij pastoris in  
oues Christi collata.

Papa ut Pa-  
pa audiendus  
est.  
Iulius. q. bel-  
lator.

Secundo, B. Bona, lib. iij. dist. xx. dicit: Non esse resistendum importune, si  
quis asseruerit Papam habere potestatem in purgatorium. Respondeo primū  
Auctoritas S. Bona, in re hac non sufficit. Secundo, quādo Papa id asseruerit  
non erit resistendum. Tertio, Bona, recte dicit, quia addit, se ipsum exponēs,  
dummodo id consistat per auctoritatem manifestam, aut dictamen rationale.  
Sed illa nondum consistat manifesta auctoritas.

Hic uero obijciat.

Primo, Sixtus, iij. determinasse dicitur, quod per suffragium ille modus ni-  
hil minuit plenitudinem indulgentiarum.

Sixtus. iij.  
de indulgen-  
tijs

Respondeo.

Primum: Si quis pertinax esse uellet, diceret: Proba quod dicis optime pa-  
ter: Maxime cum solius Papæ non sit nouos fidei statuere articulos, sed secun-  
dum statutos iudicare & descindere quæstiones fidei. Hic autem erit articulus  
nouus, ideo ad uniuersale concilium pertinebit eius determinatio, multoma-  
gis q̄ Conceptio B. uirginis, præsertim cum hic nullum, illic multum & ma-  
gnum sit animarum periculum. Alioquin, cum Papa sit unus homo, qui erra-  
re potest in fide & moribus, periculo assidue laboraret totius ecclesiæ fides, si  
quicquid sibi uisum fuerit, necesse sit uerum credi.

Articulus not  
uus fidei ad  
conciliū per-  
tinet.

Secundo, etiā si Papa cum magna parte ecclesiæ, sic uel sic sentiret, nec etiā  
erraret, adhuc non est peccatū aut hæresis, contrariū sentire, præsertim in re nō  
necessaria ad salutem, donec fuerit per concilium uniuersale alterum reproba-  
tum, alterum approbatū. Quod, ne multis agam, illo unico probatur, quod ec-  
clesia Rhomana etiam cum Concilio uniuersali Basiliensī, ac tota ferme ecclesia  
sentit B. uirginē sine peccato conceptam. Et tamē, quia altera pars non est re-  
probata, non sunt hæretici qui contrarium sapiunt.

Tertio: Ego dico mihi nondum uisam illam Sixti determinationē. Sed hæc  
mihi uisa est, quod indulgentiæ dantur defunctis per modum suffragij. Ex qua  
nondū sequitur, quod ideo animæ euolent, quibus ille modus datur.

Quarto, Non possum esse alieni uerbi, multo minus summi Pontificis inter-  
pres: Quare de hæc se ipsum interpretetur, interim opinemur, honoris gratia,  
descendendo dictum tale incognitū. Dupliciter potest id ipsum intelligi. Pri-  
mo, Modus suffragij nō minuit plenitudinē indulgentiæ, id est, licet indulgen-  
tiæ dantur ibi, non per modū indulgentiæ, sed per modum suffragij, tamen tali

Euolare alias  
propter idul-  
gentias, nō cō-  
ceditur.

E suffragio

suffragio & intercessione nihilominus fit, ut euolēt omnino, quibus fuerit *in* pensus. Ac sic non soluendo, sed intercedendo euolant. Hanc nō teneo, sed id, si ita putant dictum.

Secundo, Modus suffragij non mi. ple. indulg. id est, applicatio indulgentiarum per modum suffragij, permittit eas esse quod sunt, scilicet indulgentias plenas, nec tollit id quod natura sua sunt; Solum, quod nō agunt ut indulgentiae, sed ut suffragij. Et hanc admitto, & addo: Quod si non minuit aliquid, multo magis nihil auget indulgentias illa applicatio suffragatoria. Ex ijs sequitur, qđ non euolent animae per illum modum. Et id sonant etiam uerba: Quia non dicit, Modus ille suffragij plene redimit animas: Sed non minuit plenitudinē indulgentiae, scilicet quod indulgentiae licet plenae, tamen tantū faciunt, quantum facere potest suffragij, nec amplius. Iterum obijciunt.

Abolutio  
forma habet  
inquantū  
claus  
ues se exten  
dunt.

Forma abolutionis Apostolicae dicit: Remittendo tibi poenas purgatorij, inquantū claus sanctae matris ecclesiae se extendit. Et hanc formā seruant poenitentiarj Papae, etiam in urbe.

Respondeo.

Primo, Ista sunt extra propositum, quia est forma absoluedi uictorum & morientū, non autē forma applicandi indulgentias iam defunctis.

Secundo, Tamē querendae ueritatis causa dico, quod cum sint dubia, & obscure posita ista uerba, non potest errari in fide, si quis contra senserit, qđ putatur intelligēda. Cur enim trepidat illa forma? cur uelut dubitans dicit: Inquantū claus sese extendunt? Suspecta est mihi ista tremula cauda. Non teneor firmiter credere, quod ipse non audet constanter pronūciare. Cur hic solum & nusqđ alibi adiungit, inquantum claus se extendit? An nondum uidemus qđ uigil sit Christus in Ecclesia sua, ut etiam errare uolentes, non permittat errare? Si tamen nos ipsos, neglecto eius monitorio, nō praecipitarem<sup>9</sup> in errore.

Tertio dico sicut prius, Etiam si Papa cum suis poenitentiarj hīc non erraret, non ideo sunt haeretici, qui negent eius sensum, aut non credant, donec fuerit Concilij uniuersalis iudicio alterutra partiū delinita uel reprobata. Sic enī, licet etiam indulgentijs ornarint festum Conceptionis, tanqđ rem certam fidei non tamē damnant, aut ligant eos, qui solutionē talium indulgentiarum non querunt. Ita quantumcūqđ donetur indulgentiarū, formam illam non est necesse credere esse ueram, donec statuat ecclesia. Et iterū uides, quanta sit necessitas legitimi & uniuersalis Concilij. Sed timeo, nostrum seculum nō sit dignū donari nobis tale, sed potius ut opationib<sup>9</sup> erroris illudamur, sicut meruimus.

Cōcessum p  
indulgentijs  
declarandis  
necessarium.

#### CONCLUSIO XXVII.

Hominem praedicant, qui statim, ut iactus nummus in cistam tinnierit, euolare dicunt animam.

Alas nō uo  
lare certo per  
indulgentias,  
latius pbat.

Hominē praedicant, id est, uanitatem & mendacia, secundum illud: Omnis homo mendax. Et iterum: Vanitas, omnis homo uiuens. Atqđ ista positio secundum meam sententiam, non eget probatione. Probat tamē per sequentem Cōclū. Quia arbitrio dei, & merito animae ualet suffragij ecclesiae. Ideo etiam si illorum esset uera sententia, quod per modum suffragij profunt, non sequitur quod statim euolent.

¶ Primo, non suffragij, sed exauditio suffragij, eiusqđ susceptio liberat: Cū non



non orante ecclesia, sed operante deo liberentur.

Secundo, Natura deus sic agit, ut cito exaudiat, tardet autem dare, ut patet in omnium sanctorum orationibus & doctrinis, ut probet perseuerantiam. Ideo longe distant suffragiū, exauditiō, executioq; eiusdem.

Cito deus exaudiat, tarde dat.

Tertio, Quod hocipsum noue dicitur, sine auctoritate ulla, contra prohibitiōnem Canonis, ne quid ultra q̄ in literis continetur, dicatur. Non ergo dei & ecclesie, id est, uera; sed sua propria, id est, mendacia loquuntur.

Noua dicte de indulgentia

Quarto, Non differūt ille qui loquitur falsum scienter, & ille qui asserit certum, quod nescit esse certum. Sic enim & uerum loquens aliquando mentitur. Sed illa iam dicta sciunt sibi esse incerta, & tamen certa asserunt, tanq̄ euangelia; nulla enim auctoritate uel ratione possunt ea certa esse probare.

Nullus loquitur scienter falsum, sed asserit certum quod nescit esse certum.

Quinto, Tunc suffragium illud esset melius alieno officio & per accidens, q̄ suo proprio, quia non tantum prodest operario, quantum alteri pro quo fit, immo hoc est Peripateticum, ideo transeo: Maxime cum illi ausint concedere, quod non profuit operario, sed animæ &c. Possent & ego istas fabulas ridendas agitare & illudere, sicut ipsi per eas illudunt ueritatem; Sed desisto, ne magis dogma q̄ problema ponere uidear.

## CONCLUSIO XXVIII.

Certum est, nummo in cistam tinniente, quæstum & auaritiā augeri posse, suffragiū autem ecclesie est in arbitrio solius dei.

Mirum est, quod non tanto studio acq; boatu etiam euangeliū Christi prædicatur saluberrimum. Quæ res suspectum facit negotiū, quod plus quæstum q̄ pietatem æstimare uidentur, nisi forte iustissime excusentur, per hoc quod euangelium Christi ignorant. Igitur, cum indulgentiæ sint nullius peccatis, nec meriti, nec præcepti, sed licentiæ tantummodo quædam, licet opus per quod redimuntur, sit pium, uidetur omnino quæstus augeri per eas, magis q̄ pietas dum tam effuse & solæ tractantur, euangelio uilius uix recitatio.

Euangelio neglecto, solæ indulgentiæ populo inculcantur.

Probo primo, Quia suffragium ecclesie non est iurisdicctio Papæ, nec in manu eius, quo ad acceptiōnem dei, sed tantummodo quo ad oblationem, etiam si sit eorum sententia de animarum redemptione per illud.

Suffragiū ecclesie non est sub iurisdicctione Papæ.

Secundo, Falsa esset B. Augustini uulgata sententia, quod suffragia tantum ipsi profunt, qui ea sibi prodesse meruerunt, quia potestate Papæ, non autē merito animæ prodesse, cuiusq; prodesse.

Tertio, Cōtra naturam & uim uocabuli est, ut sit in potestate Papæ, per suffragium redimere. Nam quantumcūq; opus sit excellens, si ipsum uertitur in suffragium, non ut opus, sed ut suffragium operatur. Exauditiō suffragij potius redimit. Aut ergo alijs nominibus de re ipsa loquuntur, & tunc peius fallūt. Aut si proprio uocabulo de re sua loquuntur, tum non stat sententia eorum, repugnante uocabulo suffragij, significationi & intellectui potestatis.

Quarto, Tūc prorsus nulla esset differentia inter suffragium & potestatem, nisi uoce tantum, re ipsa erunt idem, quia idem efficiunt sine alio requisito uoluntate Papæ. Cur ergo nō tacet suffragiū, & cessat nos cogere alia intelligere per suffragiū, q̄ per potestatem?

Hic iterum protestor optime lector, me de suffragiō eiusmodi loqui, tanq̄ uere esset tale. Nam meam sententiā dixi supra, quod dubitem nec intelligam

Protestatio Lutheri.



an sit, aut esse possit tale. Quod ideo dico, ne mihi ipsi quisque contrarium me sibi fingat, dum hic uelut assero suffragium, quod prius pene negaui.

## CONCLUSIO XXX.

Quis scit, si omnes animæ uelint redimi a purgatorio, sicut de sancto Scuerino & Paschali factum narratur.

Non quidem fide dignam scripturam de ijs duobus legi. Narrari tamen auidui, quod potuissent suis meritis liberari, si minus uoluissent glorificari, ideo potius sustinuerūt quæ minuerēt gloriā uisionis. Sed in ijs credat quisque, quod uelit, mea nihil refert. Non enim negaui, quin & alias pœnas luant animæ in purgatorio, quæ supra dixi. Sed uolui, ut etiam illis remissis non euolarēt, nisi & sanarentur in gratia perfectæ. Posse tamen fieri, ut aliquæ nolent redimi ex nimia dei charitate: ex eo fit uerisimile, quod Paulus & Moses potuerunt uelle esse anathema, & separatio a deo in æternum. Si tale in uita facere illi prompti erant, non uideatur negandū & a defunctis idem fieri posse, de quo exemplum de quadam uirgine, uide in ser. Taulei, quæ sic fecit.

Animæ possunt  
nolle redimi.

## CONCLUSIO XXXI.

Nullus securus est de ueritate suæ contritionis, multo minus de cōsecutione penarum remissionis.

Contritio nõ  
requiritur ad  
deletionem peccatorum.

Indulgentiæ  
quæ se fidei  
sup certitudi  
ne contritio  
nis sūt dubiæ  
sine crimine  
id est sine peccato publico.

Hæc dico eorum sententia, qui uolunt contritionem esse necessariam ad remissionem pœnarum; Et non uident, quæ uehementer incerta reddant omnia. Et satis patet conclusio. Nam primam partem omnes asserunt. Secunda autem necessario sequitur. Meo autem iudicio potest fieri certa remissio pœnarum, scilicet Canonicas, etiam si ille dignus non fuerit, nec contritus. Non enim contritio nedum certitudo contritionis requiritur ad pœnarum remissionem, quia tenet remissio etiam si fictis cõcedatur, cum sit in mera potestate Pape. Illi uero, ut supra quoque dictum est, si alias pœnas quæ criminum uolunt remitti, scilicet quorum cumque mortalium peccatorum, faciunt, dum nimium magnificant indulgentias, ut nullæ sint indulgentiæ. Quia nec indulgentiæ quidem sunt, si incertæ sunt, incertæ uero sunt, si nituntur super absoluendi conscientiam, nõ super clauis potestatem; maxime uero si & super omnium peccatorum mortalium non tantum criminum manifestorum contritione nituntur, cum nullus certus sit, se sine peccato mortali esse. Certus autem esse potest quod sine crimine est, id est, sine peccato, de quo coram ecclesia possit accusari, ut supra. Ideo illam conclusio, nego esse ueram, meo sensu loquens; Posui autem, ut uiderent illi absurditatem suæ iactantiæ, qua indulgentias extendunt.

## CONCLUSIO XXXII.

Quam rarus est uere pœnitens, tam rarus est uere indulgentias redimens, id est, rarissimus.

Iterum eorum loquor sententia, ut uideant suæ licentiosæ prædicationis temeritatem,

meritatem, immo contradictionē, qui cum tam multis eas prodesse clamitent & tamen confitentur paucos esse, qui angustam uiam ambulant, nondū erubescunt, neq; attendunt quid loquantur. Sed nec mirum; Non enim susceperunt officium contritionis & angustæ uix docendæ. Meum itaq; sensum dico, quod & si pauci sint contriti, multi, immo omnes in tota ecclesia, possunt esse liberi a pœnis Canonum, per ablationem Canonum, sicut & uere nunc sunt.

## CONCLUSIO XXXII.

Damnabuntur in æternum cum suis magistris, qui per literas ueniarum se curos esse credunt de sua salute.

Hanc assero & probō, Sic Hiere. xvij.

Maledictus qui spem suam ponit in homine, & ponit carnem brachium suum. Non est enim nobis ulla fiducia salutis, nisi unus Iesus Christus; nec aliquid nomē sub cœlo datum, quo nos oporteat saluos fieri. Act. xv. Percreat ergo fiducia in mortuis literis, in nomine ueniarum, in nomine suffragiorum. Secundo sicut dixi, Literæ & uenix nihil conferunt salutis, sed tantummodo auferunt pœnas, nec nisi Canonicas, nec has omnes tamen. Atq; hic mecum utinam terra & plenitudo eius gerneret ac fieret super seductionem populi Christiani, qui passim indulgentias non aliter intelligunt, q̄ salutare, & ad fructus spiritus utiles: Nec mirum cum non exprimaturs rei manifesta ueritas. In felicissimi Christiani, qui nec in suis meritis, nec in sua conscientia bona possunt confidere de salute, docentur confidere in scriptam & ceratam papyrum, cur non ita loquar: quid enim amplius ibi confertur rogo: non contritio, non fides, non gratia, sed tantummodo externi hominis pœnæ a Canonibus statuta: Atq; ut paulum digrediar, audiui ego ipse multos, qui datis pecunijs, & redemptis literis, totam fiduciam in illas posuerunt. Ita enim uel audierant (ut dicebant) uel (ut ego honoris gratia credo) intellexerant, præcones ueniarum docere. Non hic eos taxo, sicut nec mihi licet, qui non audiui præcones ueniales; excusant sese ultra niuem candidius, mea causa licebit, certe populi redarguendi sunt aures tam illotæ, ut illis salutaria dicentibus, ipsi non nisi pestifera audiant. Sed dum illi dicunt:

Ante omnia fratres in Christum credite, atq; confidite, & pœnitentiam agite, Crucem uestram tollite, Christum sequamini, mortificate membra uestra, discite pœnas & mortem non formidare. Ante omnia mutuam inter uos charitatem habere, inuicem seruire, etiam neglectis uenijs. Primum pauperibus & egenis subuenite. Hæc inquam & similia tam pia & religiosa & sancta illis narrantibus, insipientis uulgus, nouo miraculo subuersum, longe alia audit scilicet hæc: O uos infenatos & crassi cordis homines, bestijs prope similes, qui non percipitis tantam effusionem gratiarum. En cœlum undiq; apertum nunc est, si nunc non intres, quando unq; intrabis: En tot potestis redimere animas: O duri, duri & negligentes, duodecim denarijs patrem extrahere potes, & tam ingratus parenti in tantis pœnis non succurris? Ego sane in extremo iudicio excusatus sum, uosq; magis accusati, quod tantam neglexeritis salutem: Dico tibi, si uel unam solam tunicam haberes, hanc quoq; exuendam, & distrahendam iudico, ut tantas gratias obtineas. Tum uero ubi uentum fuerit ad oblocutores gratiæ, cū illi meras benedictiones inuident etiam, stat tre-

E ij menz

*Concordia p̄ scriptis*

*Indulgentia p̄ ueniam p̄ salutem*

*Indulgentijs  
necentes pot  
nunt carnem  
brachii sui.*

*Concionatores  
res p̄p̄tis lei  
ducant.*

*Christi imago  
depingenda  
da populo.*

*Non est p̄ scriptis*

*Ventari p̄  
dicatores ad  
questum oia  
dicunt.*

mens vulgus & coelum ruiturū, ac terrā hiasturam formidat, longe peiores, q̄  
 infernales poenas sibi minari audit: ut verum forte sit, quod ubi illi maledicūt,  
 deus benedicat eorū maledictionib⁹, & ubi benedicūt, deus maledicat. Nā qua  
 uia fieri possit alia, ut illi tam aliena loquantur ab ijs, quae audiunt, quis possit  
 intelligere: Vnde istae quæso uerborū laruae: Sed nec omnia tamen credo, quæ  
 populus passim sese audisse dicit; alioquin haeretica, impia, blasphemā illis præ  
 dicata putarem. Non credo uerum esse, quod unus illorum prohibuit fieri ex  
 equias defunctorū, & sacerdotum inuitationem, sed magis ut imponerent  
 in cistam, qui exequias & missas, parentaliaq; uellent peragere. Populus hæc  
 enīam fingit. Non credo fabulam illam mendacis refertam, ab ullo dictam, ut  
 delictet quod in quodā loco, nescio quot milia (si recte memini, tria uel quinque,  
 animarū fuerint redempta per has uenias, inter quas solū tres fuerunt dam  
 natæ, quia detraxerant indulgentiis, Nemo hanc dixit, sed passionem Christi  
 narrantibus, talia populus audiuit, aut postea audisse finxit, Nō credo uerum  
 quod passim siue uectoribus, siue hospitibus, aut alias seruitutibus, pro precio  
 dant quatuor, quinque, uel quot libitum fuerit, animas, Nō credo, quod in pul  
 pitis, postq; imperuoso mugitu despumauerint suas exhortationes, & ut popu  
 lus imponat, clamauerint; impone, impone, impone, (hanc enī populus uocē  
 caput & caudā, immo & uentrē, ac totū pene sermonem esse fingit) tum, ut apo  
 stolici prædicatores, tam nō uerbis modo, sed exēplo docent, descendāt, primi q;  
 ad cistam eunt, in omnium oculis, irriantes & prouocantes simplicem & stul  
 tum populum, ut pentus exurgant medullas eius. Imponunt itaq; splendido  
 gestu, atq; sonoro tinnitu, tum mirantur, si non pluant ceteri oēs totum æs  
 suū, arident indulgentibus, indignantur omittentes. Non dico ego istas nun  
 dicas esse animarū, & monopoliā: populo indignor qui tam pia studia pro  
 sua ruditate, non speciem, sed usq; ad furorem auaritiā, interpretatur. Quanq;  
 mihi forte dignus uenia uideatur populus, qui ex istis nouis spiritibus, uel no  
 tram mentem, uel errorem accipiat, cum prius magis audire sit solitus, quæ ad  
 charitatem & humilitatem pertineant. Sed si catalogum portentosorum audi  
 tum uelim percensere, nouo uolumine fuerit opus, Ego uero mea sententiā  
 credo, si indulgentiæ essent etiā præceptæ, & salutare, tamē quia in tam gran  
 dem sunt nunc abusus & scandalum redactæ, ut uel hæc sola causa satis iusta  
 fuerit, ut uniuersæ tollerentur: Ne forte si diutius permittantur uigere, tandem  
 præcones earum præ pecuniarum amore insaniant. Vere quidem credo, non  
 omnia ab illis dicta esse, quæ passim feruntur, uerum debuerant saltem popu  
 lum in hoc arguere, & sese clarius exponere, aut quod melius est, secundum  
 Canones modeste loqui de indulgentiis.

Imponendū  
 semper clā  
 mitant.

Indulgentiæ  
 tollendæ &  
 præceptæ essent  
 propter abusus.

## CONCLUSIO XXXIII.

Cauendi sunt nimis, pui dicunt uenias illas Papæ donum esse illud  
 dei inæstimabile, quo reconciliatur homo deo.

Pestilētes hæreticos debueram eos dicere, quid enim magis, impiū & hæ  
 reticum, q̄ dicere indulgentiā Papæ esse gratiā reconciliationis dei: Verum  
 ut stomachum meum premam, uolo potius eos nulla malitia aut uoluntate ta  
 lia dixisse, aut posuisse, sed mera inscitia, & tam eruditionis q̄ ingenij penuria  
 licet & in hoc sit temeritas, quod tam indocti, nō potius bubulci opus fecerūt,  
 q̄ opus

epus docentur animarū Christi subirent. Audiamus itaq; istum bubulcū sua verba grunnientē: sic enim in libello suo postq; indulgentias in quatuor principales gratias distribuerat, & multas alias minus principales. Prima inquit, gratia principalis, est plenaria remissio omnī peccatorū; qua quidē gratia nihil maius potest dici, eo quod homo peccator, & diuina gratia priuatus, per illam perfectam remissionē & dei gratiam denuo consequitur. Hęc illę. Obsecro, quę hereticorū sentina tam heretice unq; locuta est: uel ex hoc loco discę, qua causa fiat, ut cum illi sese sanctissima docere dicant, populus tamen tam impia audiat. Vtinam hęc sit diui Hieronymi zelus & eloquiū. Pudet me tantę tomeritatis, quod iste blaterator non fuerit ueritus, eum libellū ædere in faciem quatuor illustrium, & circumfacentiū uniuersitatū, ac si omnino ibi ingentia uersa essent in fungos putidos. Doleo & hereticis nostris propinquis Pighardis, tandem uentille occasionem iuste criminandi ecclesiam Rhod. si hęc in ea doceri audierint. Quod autē iste insulsus autor, non malitia forte, sed in scitis ista dixerit, ex illo uidere licet, quia inquit, per illam (id est primam gratiam plenariam remissionē) consequitur homo perfectam remissionē. Quid est dicere, per plenariam remissionē consequitur perfectam remissionē, & per gratiam dei consequitur gratiam dei? An non per sebreū somniat, aut phrene si laborat? Sed ad sensum hereticum uerte animum.

Hanc primam gratiam uide eam esse, qua maius dici nihil potest, & quam consequitur homo priuatus gratia, quod nisi de iustificante gratia spiritus intelligi non potest. Nō ipsum aliter intellexisse clarū est: alioquin nō esset, qua maius dici nihil potest. Quanq; si etiam de gratia iustificante alias loqueretur satis impie loqueretur, cum solus deus sit id, quo maius dici nō potest. B. Aug. enim, nō sicut ille, sed in donis creatis, inquit, nullum est maius charitate. Hęc uero gratiam dei, & gratiam Papę in unius uocabuli chaos confundit, dignus autor tali uel opinione, uel errore.

Sequitur in eodem libro.

Per quā etiam peccatorū remissionē, sibi poenę in purgatorio ppter offensam diuinę maiestatis, luendę, plenissime remittunt, atq; dicti purgatorij poenę omnino delentur. Delphicū audiuius oraculū, ut nihil omnino dubitat, qui omnia ignorat, de potestate clauium in purgatorij secure pronunciat, Sed satis de his supra.

Sequitur ibidem.

Et licet ad tantam gratiā merēdam, nihil satis dignū possit retribui, eo quod donum dei & gratia æstimationem non habēt &c. Vides ut iterum spiritus & gratiam dei inæstimabilem uocet, id quod Papa remittit, homo dignissimus, qui ecclesias doceat, id est, hereticorum prostibula. Postq; his uerbis gratiam illam ad forum & nundinas studiose adornarat, mox tamen Mercurium iutum habitū louis uestit, ne ullus intelligat, quod lucrum quæreret, nisi qui nō plus q; ipse intelligit. Permittit pauperibus quoq; eam gratis dari, ita sane si primum undecunq; pecunias corradere tentauerint a bonis (ut inquit) fautoribus: ita ut mendicantes fratres sine licentia suorum superiorum pecuniam procurent (quia multo melior est apud hunc pseudolum remissio uel fictę poenę, q; salutaris obedientia) Cum uero nūq; patuerit uia corradendis pecuniis ut gratiam illam redimant (id est, denuo emant, nō quod illi uendat, sed quod nimia rerum similitudo cogit uocabulis abusi) tum demum dicit: Regnū em̄ coelorum nō plus diuisibus patere debet, q; pauperibus: iterum per uenas uolens patere coelum, Sed subtrahō calamum, ne pro meritis in eos debacchet.

E iiii Sit

Verba culas-  
dam indulge-  
tarij, summa  
gratia indul-  
gentias dicit  
tia.

Libellus in  
dulgentiarij  
blasphemus  
occasionem  
criminandi  
dās hereticis

Prætem clau-  
um etiā i pur-  
gatorij quat  
i certi exten-  
dunt.

Speciū pietatis  
imbecis, q  
minus eorū  
tyrannis in-  
telligi queat.

Sic factis indicasse fidelibus, pestilentiam eorum sermonum tum insigni (ut patet) erat) inuolutam infectis & ruditati, ut dignum esset operculum uicis.

## CONCLVSIO XXXIIII.

Gratix enim illæ ueniales respiciunt tantum pœnas satisfactionis sacramentalis, ab homine constitutas.

Hæc abunde patet ex quinta supra, & uicesima.

## CONCLVSIO XXXV.

Non Christiana prædicant qui docent, quod redempturis animas uel confessionalia non sit necessaria contritio.

Nummū nō deum, pecunias non auaritas quærūt.

Confessionalia.

Impiū opus placere deo nequit.

Hæreticę prauitatis inquisitores ipone hæresim seminant.

Obsecro, cur istam dilationem dant hominibus in periculum: Et quid prodest illis talia prædicari, nisi quod pecunia quæratur, & non salus animarum, etiam si essent uera, nunc cum sint & impia & falsa, multo magis sunt explorenda. Sane & ego superius permisi, posse pœnas remitti, etiam ijs qui non sunt contriti, quod illi negant. Hic rursum quod illi affirmant, negandum puto. Atq; de confessionalibus quidem, idem mihi quod de pœnis iudicium est, scilicet, utrobique non requiri contritionem, neq; quo ad redemptionem eorum, quod negant, neq; quo ad usum, similiter & in pœnis remittendis. Quandoquidem pars confessionalis est remissio pœnæ. Sed in redimendis animabus omnino dissentio, & peto, ut probent dicta sua. Ego quidem in redimendis animabus longe aliud uideri puto, q̄ in remissione pœnarum. Si quidem in remissionibus pœnæ homo recipit bonum, sed in redimendis animabus facit bonum. At impius recipere bonum potest, sed nullo modo facere, nec potest placere opus eius deo, qui ipse non placet, ut Gen. iij. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Deinde contra scripturam est, ut quis primo alteri misereatur, q̄ animæ suæ: & prius festucam de oculo fratris eiciat, q̄ trabem de suo: atq; omnino ut seruus diaboli redimat filiam dei, & hoc apud ipsum deum ridiculum est, ut hostis pro amico regis intercedat. Quis rogo furor hic est, qui (ut utilissima pœnæ remissionem, & ad salutem inuitilem magnificet) peccata, quorum pœnitentia sola fuerat magnificanda, extenuat. Si hoc nunc est hæreticum, malefons, scandalosum, piarum aurium offensiuum, quid tandem est quod his nominum portentis appellari possit? An his titulis, HAERETICAE PRAUITATIS INQUISITORES, ideo catholicos, catholicosq; sententias uexant, atq; fatigant, quo liceat eis solis impune & pro libito hæreses inundare?

Dicunt autē, quod redemptio illa nō innitit operi redimentis, sed merito redimendi. Respondeo. Quis hoc dixit unde probat? Cur ergo nō sine opere redimentis, merito redimendus proprio liberat? sed nō sic crederet pecunia, cupita ppter salutē animarū. Cur ergo nō inuocam<sup>9</sup> Turcas, & ludæos, ut nobilitatā suā pecunias imponat, nō ppter nostrā auaritiā, sed ppter redemptionē animarū? Nec ob stare uidetur, q̄ illi nō sunt baptizati, q̄ hic nō est opus, nisi pecunia dantis, nequa q̄ ania pereūtis; nō em̄ illa datio innitit, nisi redimendæ anī. Credo q̄ si uel asinus imponeret aurū, etiā redimeret, q̄ si requirit aliqua dispositio



dispositio, necessario & gratia: cū Christian⁹ peccator magis displiceat deo, q̄  
 illius infidelis: nec tantū dedecorat aīnū rudibilitas, q̄ Christianū impietas.

Secundo, dicit confessionalia quidem peccatoribus, sicut & remissiones pec-  
 narum dari posse. Sed non dixi, ut hortandi, immo nec permittēdi sint talia re-  
 dimere, sicut ipsi impie & crudeliter docent, quod probō.

Primo, omnis doctrina Christi est exhortatio ad penitentiam, & id agit, ut  
 homines quanto cyus a diabolo recedant, sicut ait Ecclesiast. Ne tardes conuer-  
 ti ad dominum. Et ipse dominus: Vigilate, quia nescitis diem neq; horam. Et  
 Paulus: Festinemus ingredi in requiem illam, Et Petrus: Cū ergo hæc omnia  
 consummāda sint, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus & pieta-  
 tibus, properantes in aduentum diei &c. Sed hæc ideo illi docuerunt, quia soli-  
 liciti erant, non quomodo pecunias colligerēt, sed animas saluarent. Hi uero  
 uelut secure illis inuolunt miserationem dilationem, & quātum in eis est, in pericu-  
 lo æternæ mortis relinquunt, ita ut nesciam an tali studio sint ab homicidijs ani-  
 marum excusati, quippe nō queritur hic salus dantis, sed donum pereuntis: cū  
 si essent boni pastores animarum, & uere Christiani, omnibus studijs agerent  
 ut peccatorem ad timorem dei, ad horrorem peccati inducerent, nec quiescerēt  
 stendo, orando, monendo, increpando, donec animā fratris lucrifacerēt: q̄d si  
 ille pergeret pecuniam dare, perseveraturus malus, in faciem ei reijcerent, &  
 cum Apostolo dicerent: Non quero tua, sed te. Et iterum: Pecunia tua tecum  
 in perditionē, & abhorrent a conspectu eius. Sic recte agerent, sed abisti-  
 hoc a Mercurio nostro: quin id potius agamus, si uenerint peccatores, medita-  
 toribus u idoneis freti (id est lucris) etiam inuito Christo cum uniuersis aposto-  
 lis, sint sicut unus ex nobis, nihil nō potentes, quod nos possumus, etiam ani-  
 mas redimere ipsi sine intermissione pereuntes, etiam ridentibus nobis, & de  
 dono eorum secure gaudentibus, ista est charitas in populum Christi, & fra-  
 tres nostros: ita curamus animas eorum, ut intelligant in suis peccatis, nos nō  
 uisissimam, id est, nullam compassionem habere.

*Cyri Epiphanius ad p̄m*

*Dilecti apo-  
 stolorū & in  
 dulgentiario  
 rum studiū.*

*Mediatores  
 idonei, quib⁹  
 etiam inuito  
 Christo uer-  
 tia impetra-  
 tur sūt iacta:*

CONCLUSIO XXXVI.

Quilibet Christianus uere compunctus habet remissionem plena-  
 tiam a poena & culpa, etiam sine literis ueniarum, sibi debitam.

Alioquin in periculo essent, qui literas eiusmodi nō habent, quod falsum  
 est, cum illæ sint neq; præceptæ, neq; consultæ, sed liberæ. Neq; peccat, qui  
 eas negligunt, nec ideo in periculo salutis sunt. Quod ex eo patet, quia tales  
 iam sunt in uia mandatorū dei. Et per casum, si quando ei nō daretur eiusmodi,  
 dī remissio, debetur tamen ei, ut dicit Papa. Sed hic intercedit, Oacutissimum  
 ingenium quorundā dicentium, quod uera hæc essent, si Canones essent pec-  
 næ tantum a Papa positæ. Nunc uero sunt declaratorij poenarū a deo inflictā-  
 rum. Sic loqui decet eos, qui ueritatem semel perpetuo odio persequi pro-  
 posuerunt.

*Acutū ingel-  
 niū ad decipi-  
 endum incau-  
 tos.*

Primum propunciant uelut ex oraculo, quod deus pro peccatis poenam fa-  
 tisfactoriam requirit: Aliam scilicet q̄ crucem euāgelicam (id est, ieiunium,  
 laborem, uigiliam) aliam q̄ castigatōriam, non enim has intelligūt, quia has  
 remitti nisi a deo non possunt negare.

*Crux euan-  
 gelica.*

Secūdo huic mōstro addūt malus, scilicet quod canones declarēt impositā,  
 ergo



ergo Papa non habet nisi declarare, nunq̄ imponere, nec relaxare; alioquin contra uerbū Christi, q̄ sic docebūt nos: Quicq̄ ego ligauero, tu solues.

## CONCLUSIO XXXVII.

*Verus Christi  
fianus sine  
litteris p̄cipi  
par oibus bo  
nis Christi &  
ecclesie.*

Quilibet Christianus uerus, siue uiuus siue mortuus, habet participationem omnium bonorū Christi & ecclesie, etiam sine litteris ueniarum, a deo sibi datam.

*Non uoluit  
ut dicitur*

Impossibile est esse Christianum, quin Christum habeat: Quod si Christus, & omnia simul quæ Christi, Dicit enim B. Apostolus Roma, xij. Induitimini dominū Iesum Christū, Et Ro, viij. Quomodo non omnia nobis cū illo dona uit: Et, j. Cor. iij. Omnia uestra, siue Cephas, siue Paulus, siue uita, siue mors, Et, j. Cor. xij. Non estis uestri, sed membra de membro. Et alijs locis, ubi dicitur bit unū corpus, unum panem, nos omnes esse in Christo singulos, aliter alteri membra. Et in Cantū, Dilectus meus mihi, & ego illi, quia per fidē Christi efficitur Christianus, unus spiritus, & unū cū Christo, Erunt em duo in carne una. Quod sacramētū magnū est in Christo & ecclesia. Cū ergo spiritus Christi sit in Christianis, per quē fratres cohæredes, cōcorporales, & ciues sūt Christi, quō ibi possit nō esse participatio omnī bonorū Christi: nam & Christus ex eodē spiritu habet omnia sua, ita sit per inexstimabiles diuitias misericordiarum dei patris, ut Christianus possit gloriari, & cū fiducia præsumere in Christo omnia, scilicet quod iustitia, uirtus, patiētia, humilitas, omnia merita Christi, sint etiā sua per unitatē spiritus ex fide in illum. Rursum, omnia peccata sua iam non sint sua, sed Christi, per eandem unitatē, in quo & absorbent omnia.

*Fiducia Christi  
fianorum.*

Et hæc est fiducia Christianorū, & iucunditas cōscientie nostræ, quod per fidē sunt peccata nostra, nō nostra, sed Christi, in quē deus posuit peccata omnī nostrū, & ipse tulit peccata nostra, ipse agnus dei, qui tollit peccata mūdi. Rursum, omnis iustitia Christi sit nostra. Imponit enim manū suā super nos, & bene habemus, & extendit pallium suum, & operit nos, benedictus saluator in secula, Amen. Verū quando hæc participatio suauissima & iucunda permixtio, non sit nisi per fidem, hanc autem homo nec dare nec auferre possit: factis clarum puto, quod uirtute clauis uel beneficio uenialū litterarū hæc participatio non datur, sed potius ante, & sine illis datur a solo deo: sicut remissio ante remissionē, absolutio ante absolutionē, ita participatio ante participationem. Quid ergo participat Papa sua participatione? Respondeo, illi dicerēt ut supra de remissione dictū est Conclu. vj. quod declaratiue participat. Nam quomodo possint aliter dicere, non intelligere me conficior: Meum sensum sequente ponam conclusionē.

*Participatio  
bonorū Christi  
fit per solam  
fidem datam.*

## CONCLUSIO XXXVIII.

Remissio tamen & participatio Papæ, nullo modo est contemnenda, quia (ut dixi) est declaratio remissionis diuinæ.

*Remissio papæ  
licet non  
necessaria,  
non tamē cō  
temnenda.*

Non quod necessaria sit illa declaratio, quæ in litteris indulgentiarum, & publice fit (sufficit enim ea quæ fit in priuata confessione) sed quod non sit contemnenda, quia per eam etiā ecclesie nota fit, & approbatur, priuatim facta declaratio

Declaratio. Sic enim ego intelligendū puto. Qui habet meliora, dicat ea: Non enim quid alias illa participatio publica faciat, uideo. Verum, licet hanc cōclusionem ab omnibus (ut puto) acceptam, non negem, dixi tamē supra Concl. vj. nisi non placere hunc modum loquendi, quod Papa nihil aliud faciat, q̄ quod declarat aut adprobet remissionē diuinam, seu participatiōem. Nam id primo nimis uiles reddit ecclesie clauis, immo uerbum Christi facit irritū quo dammodo, ubi dixit: Quodcumq̄ &c. Declaratio enim nimis modicū est. Secundo: Quia incerta erunt omnia ei, cui sit declaratio, licet alijs seu ecclesie foris in facie certa fiat illius remissio & reconciliatio. Quare sicut superius de remissione culpæ, ita de participatiōe bonorū uolo opinari, donec erudiar melius, uidelicet, quod sicut peccator post peccatū difficillime confidit in misericordia dei, adeo urget ad desperationē peccatū onere suo grauissimū, multoq̄ facilius iram q̄ misericordiā dei cogitat, sicut ante peccatū facilius misericordiā q̄ iram cogitat. Omnia enim peruerse agit homo, timēs ubi non est timendum, sed sperandum, scilicet post peccatum: Præsumens ubi nō est præsumendum, sed timendum, scilicet ante peccatum. Cuius rei exemplū abunde ostensum est in resurrectione Christi, ubi multis argumentis opus fuit, ut sese in cordibus discipulorum resuscitaret. Deniq̄ prima annuntiatio fuit muliebri & deliramentis ab illis comparata. Ita & peccatori prima fiducia apparet mollis, & cui non, uel uix credendum puta: Ita multo difficilior est cōdicere, sese esse participem Christi non ortū (id est, inenarrabiliū bonorum, ut sit particeps diuinæ naturæ, ut ait S. Petrus) Magnitudo bonorū etiam operatur dissidentiam, uidelicet, nō solum esse remissa tanta mala, uerum & collata tanta bona, ut sit filius dei, hæres regni, frater Christi, socius angelorū, dominus mūdi. Obsecro quomodo hæc uera potest credere, qui peccati sui morsu, immo pōdere selessu trahit ad inferos: Hic itaq̄ necessariū est iudiciū clauis, ut homo sibi nō credat credat autem potius clauis, id est, sacerdoti. Atq̄ nihil curo si etiam sit forte indoctus clauiger, aut leuis. Nam nō propter sacerdotem, nec potestatem eius, sed propter uerbum eius qui dixit, & non mentitur: Quodcumq̄ solueris &c. In ijs enim qui credunt in uerbum istud, nō potest clauis errare. Errat uero in ijs solis, qui non credunt absolunonem istam ualere. Nam finge (per impossibile uel contingens) si quis non sit, uel non putet sese satis contritum, & tamē absoluedi tota fiducia credat sese absolutum (fiducia mea sic opinor) hæc ipsa fides eum facit absolutū uerissime, quia credit in eū qui dixit: Quodcumq̄ &c. Fides autē Christi semper iustificat, non secus, q̄ si baptizet te in epus, leuis, imperitus sacerdos. Adde, si etiam non putes te satis contritum (ubi enim nō potes nec debes considerare) nihilominus si credis ei qui dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit, dico tibi, hæc fides eius uerbi facit te uerissime baptizari, quicquid sit de contritione tua, ideo fide ubiq̄ opus est. Tantum habes, quantum credis. Atq̄ sic intelligo quod nostri doctores dicūt sacramēta esse efficacitæ gratiæ signa, non quia sit (ut B. Augusti.) sed quia creditur, ut supra, ita hic, Absolutio est efficac. non quia sit, a quocumq̄ tandem fiat, erret siue non erret, sed quia creditur. Nec hanc fidem potest reservatio caluum impedire, nisi esset manifesta & contempta. Proinde dico: Homo quādo in peccato est, ita æxatur & agitur conscientia eius, ut suo sensu potius participationem omnium malorum sese credat habere. Et talis homo certe proximus est iustificationi, & habet initium gratiæ: Ideo ei confugiendum est ad solatium clauium, ut arbitrio sacerdotis quietetur, & pacem obtineat, atque fiduciam

*Non est p̄missio, q̄ p̄missio*

*P̄m̄ sit natura ad desperationem, ut ge.*

*Non*

*Vereturatio Christi, ita p̄ctōs iustificatio multis argumentis ostēdit.*

*Non*

*opinionem fōm 196*

*Fides ad iustificationem maxime necessaria.*

*Ad iustificationem fōm 196  
Ad iustificationem fōm 196  
Ad iustificationem fōm 196*

*Clauis ad quædam officia utiliter.*

fiduciam consequatur participationis omnium bonorum Christi & Ecclesie. Quod si quis hanc participationem officio sacerdotis sibi factam, non crediderit aut dubitauerit, non errore clauis, sed suae infidelitatis seducit, & magno damno suam animam afficit, & deo uerboque eius iniuriam atque summam irreuerentiam facit. Ideo multo melius est, ut non adeat ad absolutionem, si non credat sese absolui, quam si sine fide accedat; sic enim accedit, & iudicium sibi accipit, non secus quam si baptismum uel sacramentum panis sicte acceperit. Proinde non adeo est necessaria contritio, quam fides. Incomparabiliter enim plus tibi consequitur si des absolutionis, quam seruo contritionis. Et hac fide omissa, nos plurimi soliti

Contritio ad  
desperationem,  
fides uero ad  
remissionem  
facit.

in formandis contritionibus laboramus, ut doceamus homines tunc confidere remissa peccata, quando senserint sese esse perfecte contritos (id est nunquam confidere, sed magis ad desperationem laborare) cum secundum Prophetam, non in nostram contritionem, sed in uerbum eius sit sperandum. Neque enim dixit: Memor esto contritionis meae seruo tuo, in qua mihi spem dedisti, sed memor esto uerbi tui, in quo mihi spem dedisti. Et iterum. In uerbum tuum (non utique in opus nostrum) super speraui. Et iterum: Sustinuit anima mea in uerbo eius &c. Et ut Psal. in Hebraeo est: Tibi soli peccaui, propterea iustificabis uerbo tuo. Igitur nec sacramentum, nec sacerdos, sed fides uerbi Christi per sacerdotem & offitium eius rete iustificat. Quid ad te, si dominus per alium uel aliam loquatur dummodo tu uerbum eius audias, in quo speres atque credas.

Fides uerbi  
Christi iusti-  
ficat.

Sic intelligerem illud quod nostri doctores Scholastici dicunt, sacramenta ecclesiae esse in exercitationem nobis data, hoc est tanquam inestimabilia dona, in quibus occasione habeamus credendi & iustificandi. Nam olim erat sermo domini pretiosus tempore Saulis, nunc uero etiam per leuissimos, pessimos, indoctissimos homines suum uerbum tibi sonat. Tu in uerbum intende, & mitte laudam personae. Erret, non erret ille, tu non eras si crederis. Hic si erro & desipio, reuocet me qui sapit. Consequens ex his erit, ut tres illae ueritates Ioan. Geronimi iam diu in omnes libros & aures transiisse, prudenter intelligendae sint, puta quod non ideo confidat sese homo esse in statu salutis, quia potest dicere se dolere de peccatis, sed multo magis id aduertat, si sic optet sacramentum absolutionis, ut credat, si ipsum fuerit affectus, sese absolui. Hoc enim est sacramentum in uoto suscipere, id est, in fide uerbi uel praesentis uel desiderati auctoris. Caeue ergo, ne quando in tuam contritionem ullo modo confidas, sed in nudissimum uerbum optimi & fidelissimi tui saluatoris Iesu Christi. Cor tuum

Sacramenta  
ad quid data

Tres uerita-  
tes Io. Geroni-  
ni.

fallet te, ille te non fallit, uel habet, uel desiderat. Quae si ita sunt (der dominus deus ut cum propheta Michea sum uir non habens spiritum, ac mendacium potius loquar) timendum est, multas animas periri per indoctissimos illos operum & contritionis bouinatores. Primum, quod fidem uerbi non docent, sed contritionem duntaxat, atque hanc tenuiter satis. Secundo, quod facillime sunt absolutiones impendere & participationes eiusmodi, quasi sit passim omnium, istam fidem habere, neque discutiunt quem aut quare absoluant. Itaque non tam necessarium est absoluendo dicere, doles, quam illud, credis te absolui a me posse sicut Christus ait ad caecos: Creditis me posse haec uobis facere? Crediti omnia possibilia sunt. Haec enim fides certe in illis maxime probatur, qui tremore conscientiae agitari, potius se dissidere sentiunt; illis uero qui tales, misericordiam non sentiunt, nescio an sint clauis illae consolatoriae, cum consolari non mereantur, nisi qui lugent; nec animari ad fidem remissionis, nisi qui trepidat dissidentia retentionis. Atque ut finem tandem faciam, Haec sententia mea, credo, potestatem clauis

Bouinatores  
operum & con-  
tritionis.

*Nota y. p. 100*

clavis non minuit, ut mihi impingitur, sed a falso honore & tyrannica reuerentia in sibi debitam & amabilem reuerentiam reducit. Non enim est mirum, si claves contemptui fiant, si falsis honoribus, id est, terroribus tantummodo offerantur suscipiendæ. Cui cognita earum saluberrima comoditate, saxu sit aut lignu, qui non cum lachrymis eas exofculetur & amplectatur. Quid ergo Pontificem propter eas magnificamus, & hominẽ terribilẽ fingimus? Non illius sunt claves, meæ potius sunt, mihi donatæ, meæ salutis, meæ consolationi, paci & quieti concessæ. Pontifex seruus est & minister meus in clauibus, ipse non eget illis ut Pontifex, sed ego. Adulatores uero omnia Pontificibus in se habent, non nostram consolationem, sed illorum tantummodo potentiam in illis iactant, & per ea ipsa nos terret, per quæ nos maxime oportuit consolari, adeo sunt hodie omnia peruersa. Et adhuc non putamus infelicia esse tempora, in quibus tantus est abusus optimarum rerum in pessimas res nobis uersarum. Itaque istam Conclu. ut facit non omnino teneo, sed ex magna parte nego.

Claves nostras potius quam pontificis dicuntur.

Adulatores peruerunt oia.

## CONCLUSIO XXXIX.

Difficillimum est etiam doctissimis Theologis, simul extollere ueniarum largitatem, & contritionis ueritatem coram populo.

Ratio huius est sequens conclusio.

## CONCLUSIO XL.

Contritionis ueritas poenas quarit & amat, ueniarum autem largitas odisse facit, saltem occasione.

Da uerum poenitentem, & uidebis eam tam ardentem in seipso quarere ultionem offensionis diuinæ, ut cogat te sui misereri, immo ut necessarium sit ei resistere, ne destruat sese, ut saepe legimus & uidimus contigisse. Et B; Hiero. tale scribit suam Paulam fuisse, & ipsemet de seipso, Nihil istis est satis poenarum, quin cum filio prodigo inuocant caelum & terram, & deum ipsum contra seipsum, sicut & Dauid, quando dixit: Vertatur obsecro gladius tuus in me & in domum patris mei. Recte ergo me puto dixisse, poenitentias Canonicas his tantum impositas, qui uel nollit meliora facere, ut pigri, uel certe ut explorarentur de ueritate contritionis suæ. Patet itaque quod difficile sit, saltem doctis, inter odium & amorem poenarum medios ire, ut sic doceant odium earum, ut tamen maxime persuadeant amorem earum. Indoctis uero cum sit nihil difficile, nihil obstat, quia & hoc sit facile. Euangelium quidem docet poenas non fugere, nec relaxare, sed querere & amare, quia docet spiritum libertatis & timoris dei usque ad contemptum omnium poenarum. At multo lucrosius est, & expedit capis quæstorum, ut populus timeat poenas, & spiritum mundi atque timoris in litera & seruitute hauriat, dum audit esse tam horribilem rem, poenas quasdam Canonicas, ut non nisi tanto studio, tanto impendio, tanta pompa, tantis ceremonijs doceatur uitari, quæ tunc nec euangelium docetur amari.

Vere poenitentes ardent poenas efflagitant.

Canonicæ poenæ quibus olim impositæ.

Populus timere poenas multum facit ad querendum.

Obijciat.

Quid ergo dicis de peregrinantibus Rhomam, Hierusalẽ, S. Iacobum, Aquisgranum, Treuetin, multaque alias regiones & loca, causa indulgentiarum, Item

F

in dedica-

in dedicationibus ecclesiarum

Respondeo.

Quatuor causa peregrinationis sunt. Prima est omnium communissima, curiositas scilicet videndi & audiendi aliena & ignota, quae leuitas uenit de fastidio & acidia cultus dei in ecclesia propterea neglecti. Alioquin in comparabiliter meliores indulgentias domi inueniret, quam in omnibus istis locis simul sumptis: similiter & Christum & sanctos praesentis haberet, si non tam stultus esset, ut ligna & lapides praeferret pauperibus & proximis suis, qui bus in charitate seruiret, aut etiam suae familiae prouideret.

*Christiana peregrinatio*  
Peregrinationes propter indulgentias nihil merentur.

Altera est tolerabilis, scilicet causa indulgentiarum. Nam cum indulgentiae sint liberae, non praecipit, ac per hoc nullius meriti: nihil prorsus meretur, qui praecise propter indulgentias peregrinatur, iuste autem illi sic illuduntur, qui domi Christum & meritum negligunt, ut foris decuplo plus consumant sine fructu & merito. Ideo qui domi maneret & illud cogitaret: Charitas operum multitudinem peccatorum. Et illud: Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda uobis, longe melius, immo solum hic bene ageret, quam si omnes uenias in Hierusalem & Rhoma asserret: sed non placet adeo recte sapere, ideo tradimur & in desideria nostra.

Vota

Tertia est causa afflictionis & laboris pro peccato: quam credo raro contingere saltem solam. Nam & domi posset sese affligere & laborare, si laboris tantummodo quaereret: si tamen facit, non est malum, immo bonum.

Votorum ad sanctos in melius commutatio bona.

Quarta, honesta, sed si fiet singulari deuotione pro honore sanctorum & gloria dei, ac suo profectu, sicut sancta Lucia ad beatam Agatham, & quidam sancti patres Rhomae uisitarunt: quod non fecerint curiositate, exitus probauit. Proinde mihi placet in istis facultatibus, quod etiam uota talium peregrinationum commutentur in alia opera, atque utinam gratis commutarentur.

## CONCLUSIO XLI.

Caute sunt ueniae Apostolicae praedicandae, ne populus false intelligat eas praeferi ceteris bonis operibus charitatis.

Triplex bonorum operum genus, quae largiendo sunt

Ego sic dicerem ad populum: Ecce fratres, scire uos oportet, quod triplex est genus bonorum operum, quod expansionibus pecuniae fieri potest. Primum & ante omnia, si quis pauperibus donet, aut proximo egeno mutuet, & omnino in quacumque necessitate laboranti subueniat. Hoc opus sic est agendum, ut etiam intermittere sint structurae ecclesiarum, & omittenda oblationes ad uasa & ornamenta ecclesiarum. Postquam hoc fuerit factum, & non restat qui egeat, tum secundum erit, nostras & in nostris terris ecclesias & hospitalia, & publicae utilitatis structuras primum iuuare. Postquam ad id fuerit factum, tum demum si placet, potestis & pro indulgentiis redimendis tertio loco dare. Quia in primo est mandatum Christi, in nouissimo illo nullum mandatum.

Pontifex non quaerit pecunias, sed salutem animarum.

Si dixeris, ista praedicatione parum colligitur pecuniarum per indulgentias. Respondeo, Credo. Sed quid hoc mirum: cum Pontifices per indulgentias non quaerant pecunias, sed salutem animarum, ut patet in ijs, quas dant in consecrationibus ecclesiarum & altarium. Ideo non uolunt per suas uenias impedire meliora, sed promouere potius charitatem. Ego libere dico, quod qui aliter docet populum, & hunc ordinem peruenit, non doctor, sed deductor populi est, nisi quod populus propter peccata sua mereat aliquando non audire ueritatem recte praedicari.

Conclu



## CONCLVSIO XLII.

Docendi sunt Christiani, quod Papæ mens non est, redemptionē ueniarum ulla ex parte comparandam esse operibus misericordiae.

Papam intelligo, ut supra dixi, prout sonat personam publicam, id est, ut per Canones nobis loquitur. Non enim sunt Canones, qui prædicent ueniarū dignitatem comparari operibus misericordiae.

Papa nō uult comparari in dulgencias operibus miſericordiae.

Pater autē Conclu. Quia præceptum dei infinita dignitate præstat, eo quod per hominem quoque permittitur, ac nullo modo præcipitur: cum illic sit meritum, hic nullum.

Hic obijciatur.

At ueniam redimuntur per piū opus, puro contributionē ad fabricā, uel capti uorū redemptionē, ergo sunt meritoria. Respondeo, Nō loquor de opere, sed de uenijs, nam opus illud poterat fieri sine uenijs, non enim alligatur necessario uenijs. Veniam autē sine opere concessā nihil conferunt, sed tantūmodo auferūt. Opus autem sine uenijs confert, quia illic nostra recipimus, hic damus. Et ideo illic carni, hic seruitur spiritui. Et breuiter illic naturæ, hic satisfit gratiæ. Quare ueniam seorsum sumptæ sunt incōparabiles ad opus misericordiae. Item opus sine uenijs purius est, quā cum uenijs, & ueniam sunt operis aliquid uitium, quia recipit mercedem suam, immo plus quā mercedem suam. Sanctius itaque agerent si nude cōtribuerant, & nō propter ueniam. Nō quod ueniam sint malæ & noxiæ sed quod abusus peruersus nocet, dum tale opus nō facerent, nisi ueniam essent ac sic finis operis huiusmodi sit uenia, imo ipse homo, qui quaerit quæ sua sunt cum deberet opus propter deum & gratis facere, & ueniam non aliter acceptare quā gratis, sibi non propter contributionem datas, ut sic illi ueniam non emat, nec isti uēdant; oportet enim utrobique esse gratuitam donationem, uel erit manifesta simonia, & uenditio turpissima. Sed quis hæc populo dicit, quando dicitur, Impone gratis, & ego concedo gratis?

Opus bonū fieri potest sine uenijs, ueniam autē non bonæ sine operibus.

Purius est opus sine, quā cum uenijs.

Simonia est, cum emuntur ueniam.

Item, Timendum ne per illā ordinis peruersitatem magna in ecclesia alatur idololatria. Quia si populus doceatur propter poenarū euasione contribuere (quod spero non fiat, & si multi forte sic intelligant) tunc clarum est, quod nō propter deū contribunt, & erit timor poenarū, seu poena idolorū eorum, cui sic sacrificant. Quod si ita fieret, tale aliquod malū ageretur in ecclesia, quale olim in Rhomanis gentilibus agebatur, quando Febri & alijs lauis & noxijs numinibus seruiebāt, ne laederentur. Ideo hic uigilandum pro populo, & tam dubia atque periculosa negocia uix doctissimis cōmittenda.

Idolo sacrificant, poenarum timore redimentes indulgentias

## CONCLVSIO XLIII.

Docendi sunt Christiani, quod dans pauperi, aut mutuans egenti, melius facit quā si ueniam redimeret.

Pauperibus dātes melius faciunt, quā si indulgentias redimerent.

Hanc sic pono propter rudes, nam satis ex prædictis patuit. Hanc autē conclusionem cū dubus præcedētibus & sequentibus, non ego primus aut solus, sed omnes & tota ecclesia tenet; nisi quod solus populus hæc nunquam audit, forte timentur, ne nimis cito intelligeret tam apertam & solidam ueritatem: nam & S.

F ij Bona.



Bona, & ceteri omnes, quando in hac materia agentes sibi ipsis opponerent, et go omittenda sunt reliqua bona opera. Respondet unanimiter, nequaquam. Quia cetera bona opera sunt meliora, quo ad praeium essentiale obtinendum. Patet ergo conclusio, cum hoc illi dicant, qui tamen asserunt indulgentias esse thesaurum meritorum Christi & ecclesiae.

## CONCLUSIO XLIIII.

Quia per opus charitatis crescit charitas, & fit homo melior, sed puenias non fit melior, sed tantummodo a poena liberior.

Patet, Quia solum remissio poenarum sibi datur, nec indulgentiae plus ualent, ut etiam omnes concedunt, quam ut tollant poenas. At ablatio poenae non facit bonum, siue meliorem in charitate.

## CONCLUSIO XLV.

Docendi sunt Christiani, quod qui uidet egenum, & neglecto eo dat pro uenijs, non indulgentias Papae, sed indignationem dei sibi uedicat.

*Peccat graue  
et subrahens  
egeno, quod  
emundat pro  
uenijs.*

Quia peruertit ordinem suprapositum, & contra id agit Ioan. Si quis uiderit fratrem suum necessitate habere, & clauerit uiscera sua ob eo, quomodo manet in eo charitas dei? Hanc autem necessitatem nostri philosophi iuniorum uocant exitum, scilicet ut charitati nunquam uel rarissime locum faciunt operandi: cum tamen ipsi, si in necessitate essent non extrema, uellent sese iuuari, alios uero uolunt iuuare, cum iam exhalauerint spiritum. Optimi sane theologi & Christiani, qui faciunt hoc hominibus, quod sibi uellent fieri.

## CONCLUSIO XLVI.

Docendi sunt Christiani, quod redemptio ueniarum est libera, non praecipua.

*Uenias sunt  
millae, non  
praecipua.*

Satis id supra dixi, quod uenias sunt de numero eorum, quae licent, non autem eorum quae expediunt, quo modo in uet. lege libellus repudiij, sacrificium Zelotypiae, et in no. lege, lites & iudicia propter infirmos, immo propter duritiam uestram inquit Christus, quae quicumque egerit tolleratur potius quam commendatur, immo, ut Glossa dicit li. v. de poe. & re. Quod autem & multi alij melius faceret, ut per se satisfacerent, & non redimerent uenias, quas tamen non nisi criminosi redimere opus habent.

## CONCLUSIO XLVII.

*Effundere non  
debent Christiani  
in uenias,  
quae suae  
sunt necessariae  
uitae.*

Docendi sunt Christiani, quod nisi superfluis abundant, necessaria tenentur domui suae retinere, & nequaquam pro uenijs effundere.

Quia Apostolus dicit: Qui suis, & maxime domesticis non prouidet, fidee nequaquam, & est infideli deterior. Sed sunt multi, qui nec panem, nec uestem commode habent, & tamen crepitu & strepitu uenialium praedicatorum inducti, se ipsos fraudant, & inopiam suam conficiunt, ut illorum copiam augeant.

Conclu

## CONCLUSIO XLVIII.

Docēdi sunt Christiani, quod Papa, sicut magis eget, ita magis op  
tat in uenijs dandis, pro se deuotā orationem, quā promptam pecuniā.

Hanc conclu, riderēt domini nostri Curtesani Rhomane Curie consēj. Cer  
tum tamē est, quod ante omnia debet Pontifex a suis subditis optare orationē,  
sicut & sanctus Paulus sepius a suis optauit. Et hæc est multo iustior ueniarū  
dandarum causa, q̄ si mille struerētur basilicæ, eo quod summus Pont. tot mō  
stris demonum, & impiorum hominum obsecus magis q̄ stipatus, non possit  
errare, nisi cum totius ecclesie maximo malo: tunc maxime, si libenter audierit  
hanc pestilentē Syrenarū suarū uocē. Non præsumitur tantæ celsitudinis apex  
errare. Item & illam, Omnia iura positiua sunt in scrinio pectoris sui. Non præ  
sumitur quidem errare, sed an bona sit illa præsumptio quæritur. Et sunt quidē  
in scrinio pectoris eius omnia iura sua, sed an pectus eius Bonum sit quæritur,  
id em̄ oratione curandum est. Sed de hac re omnium pulcherrime B. Bernhar.  
ad Eugenium Papam de consyderatione,

Papa multis  
monstris ob  
sessus.

Vox aduato  
rum pestilē  
de Papa.

## CONCLUSIO XLIX.

Docēdi sunt Christiani, quod uenizæ Papæ sunt utiles, si non in eas  
confidant: Sed nocentissimæ, si timorem dei per eas amittant.

Vide itaq̄ periculum, Populo uenizæ prædicatur directe aduersus ueritatem  
crucis & timoris dei, quia permittitur libertas eorum a pœnis, deinde securitas  
remissorum peccatorum. Et euidentis signum uidetur, uenias tali factantia præ  
dicatas non esse ex deo, quod populus pronius accurrit, acceptat, obseruat, q̄  
iplum sanctū euangelium dei, ut probeur ueritas, quia quod ex deo uenit, fa  
stidit mundus, alius uenit in nomine suo, & hunc suscipit. Et erroris causa sunt  
ipsi fabularum talium magistri, qui sedulius & pompolius, q̄ euangelium eas  
prædicant, tum quod omnibus prædicant, quæ paucorum sunt. Nam ut supra  
patuit, Venizæ sunt relaxationes, licentiz, permissiones, atq̄ indulgentiæ & ue  
re indulgentiæ (si rigidam uerbi significationem accipimus) id est, molliculæ  
permissiones delicatarum, frigidorum, durorum Christianoꝝ, id est Crabaonī  
tarū & Hydrophororū ac seruoꝝ, magis q̄ Iſrahelitarū principum atq̄ filiorū.

Venizæ ex deo  
nō sunt, quia  
aduersas ue  
ritatē crucis.

Probo autem conclusionem.

Si opera charitatis seruide agentū sunt talia, ut nemo in eis confidere, aut se  
curus esse possit, siquidem & Iob sanctissimus aereur omnia opera sua. Et, Bea  
tus uir qui timer dominum. Item, Beatus uir qui semper est pauidus, quanto  
magis uenizæ incomparabiliter inferioribus talibus operibus, plusq̄ cum timore  
suscipiendæ, & minus q̄ fiduciam minimam, id est, nullā prorsus debemus ha  
bere. Sanctus timer, ne minus operetur, aut patiat q̄ debet. Et ubi peccator crit  
cui remittitur, ut minus agat, & agere possit: Et quantum nostros uaniloquos,  
& mentium corruptores intelligo, faciunt nobis ex negotio indulgentiarum  
negotium perambulans in tenebris, & operationem erroris, dum per illas ho  
minibus fiduciā suadent omnibus, quæ tamē paucis conueniunt, & q̄s (ut dixi)  
frigidis ac infirmis. Vide ne exinde factū sit, magistro sancto spiritui, ut proprio  
eorum testimonio appellent, Negotium S. Petri, negotiū sancti spiritus: quasi

Fiducia nulla  
in uenijs hæ  
benda.

Negotiator  
res se esse &  
Simonentes,  
ipsi latentur.

F ij ipsemet

*Venit quib' utiles.* Ipsimet constentur, negociatores sese esse, & Simonenses nutndinas habere. Quod autem dixi, sunt utiles, intelligo, non omnibus, immo ueteri homini, & stertentibus operarijs, eo quod melius sit illis eas remitti poenas, q̄ ut ferrent inuitae; ueruntamen ista uoluntate eis permiffa propter maius malum uitandū, non debent secure frui, neq̄ in ea cōfidere, sed eo magis dolere & timere quod tales sunt, qui egent propter maius malum in minore malo relinqui. Quando uiderunt etiam eos timere, qui feruentissime in bono proficiunt; ideo dixi esse nocentissimas, si sine timore de tali licentia gaudeant.

## CONCLUSIO L.

Docendi sunt Christiani, quod si Papa nosset exactiōnes uenialiuū predicatorū, mallet Basilicam S. Petri in cineres ire, quā ædificari cute, carnibus & ossibus ouium suarum.

*Indulgentiarum impia doctrina.*

Sic enim nostri uenatores robustissimi, postq̄ omni Christianæ uitæ ordini statum pecuniæ numerum indixissent, tandem & uxores mendicare docent etiam inuito uisō, & fratres mendicantes, etiam inuitis prelatis suis, alicunde corradere: ut omnino nullus sit, qui residuū oboli habet, quin huc tribuat. Deniq̄ factū est, ut tunicas etiā uendere hortētur, aut undecunq̄ mutare, q̄d & factum dicitur. Ego uero sapio, quod cum indulgentiæ sit utilissimum bonum omnium bonorum ecclesiæ, nec nisi utilissimis ecclesiæ donandū, deinde nec meritorium, nec utile, sed plerumq̄ nocentissimū, si non sint timorati, quod maiestratione digna sit talis doctrina, & contra mandata dei, Vxor enim debet sub uiri potestate esse, & eo inuito nihil facere, etiam si esset meritorium, multo minus mendicare pro uenijs sibi non necessarijs forte. Tum religiosi suam obedientiam seruare, etiam si possent alibi martyrio coronari, nec Papa unq̄ intendit contrarium, sed falsi interpretes illius. Alius uomat stomachum, ego me cohibeo, unum dico, hinc saltem intellige lector, an non suis prædicationibus pestilentiosius id agant, ut populum credere faciāt, quasi sit salus in uenijs, & uera dei gratia: Alioquin quomodo tam anxie eas cōmēdarent, ut opa meritoria, & mandata dei propter illas irrita facerent: adhuc tñ sunt adeo non hæretici, ut gloriarentur se hæreticorum persecutores.

*Pestilentissima doctrina mactatur & perducuntur innocentes Christiani quicquid.*

Hoc scilicet uoluit Papa, ut homines suæ curæ commissi propter lapides & ligna usq̄ ad uitam cutem radantur: immo ut pestilentibus doctrinis ab istis latronibus & furibus (ut Christus ait) mactentur & perdantur. Melius erat Cæsarem illum habere, qui dixit: Boni pastoris esse oues tondere, non deglubere. At ij non deglubunt modo, sed deuorant eos corpore & anima, uere sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis &c.

## CONCLUSIO LI.

*Templorum opes pauperibus potius distribuenda, q̄ ex ipsijs quaerendū.*

Docendi sunt Christiani, quod Papa sicut debet, ita uellet, etiā uenita, si opus sit, Basilica S. Petri, dare illis, a quorum plurimis quidam concionatores ueniarum pecunias eliciunt.

Sic B. Ambrosius calceas confluat, pro redimendis captiuis, & B. Paulinus Nolanus seipsum captiuum tradidit pro suis. Et ad hoc ipsum habet aurum ecclesia, u

*Ambrosius*

eleſta, ut eſt in decretis ex eodem Amb. ſumptum. At nunc bone deus, quanti ſunt qui ligna, immo folia portant in ſyluā, & guttulas ſuas in mare, id eſt obſoſos in mariſupium illud, cuius (ut Hieronymi uerbis utar) lucrum eſt totius orbis religio.

*legimus y folia in / hinc / quibus / in mare / p. 67*

CONCLUSIO LII.

Vana eſt fiducia ſalutis per literas ueniarū, etiā ſi commiſſarius, imo ipſe Papa impignoraret animam ſuam pro illis.

Hoc quoq; portentum audent ſine omni fronte proferre, ut timorem dei ab hominibus tollant, per indulgentiaſq; ſecum ad indignationem dei perducant eō adictum Sap. de peccato propiciato, noli ſine metu eſſe. Et iterum, Delecta quis intelligit? At inquit: Non tollimus timorem dei. Si poteſt ſecuritas per uenias ſtare cum timore dei, uere non tollitis, ſed populus acceptis literis, cum tanto ſuramentū hiatu commendatis, ſi timer, quod non ſufficiunt literæ coram deo, quomodo erit uera illa glorioſa ſecuritatis promiſſio: ſin confidit ſuſficere, quomodo timebit: Infelix ſit omnis ille ſermo in æternum, qui ſecuritatē & fiduciam ſuadet in aut per rem quācūq; præter nudam miſericordiā dei quæ Chriſtus eſt, Omnes ſancti non ſolum timent, ſed etiā deſperantes dicunt Non intres in iudiciū cum ſeruo tuo domine. Et tu eos per literas ſecuros introducis in iudicium eius. Vnde ego illam fabulā, quam quidam in tam effrenis mendacijs gurgites ſinxerunt, non ueritate penitus uacua credo, ſcilicet ueniſſe quendam mortuum cum literis ueniarum ad infernum, per eaſq; petiſſe libertatē, tunc occurriſſe dæmonem, qui legens, inter manus præ ſeruore ignis, caram & papyrum conſumpſit, ſecumq; traxit in profundum.

*De timorem tollunt literæ ueniales.*

*Fiducia atq; ſecuritas per rem nullam præ Chriſtū*

*ſubſtantiam Non*

CONCLUSIO LIII.

Hoſtes Chriſti & Papæ ſunt, qui propter uenias prædicandas, uerbū dei in alijs eccleſiis penitus ſilere iubent.

Quia officium & mens Papæ eſt, ut ante omnia ſemper & ubiq; uelit uerbū dei prædicari, ſicut ſibi præceptum eſt a Chriſto nouit, Quomodo ergo credendus eſt, Chriſto & ſibi ipſi repugnare? At noſtri id audent, ſicut & omnia,

*Verbū dei ſi dicandū ante oia, nō uenias*

CONCLUSIO LIIII.

Iniuria ſit uerbo dei, dum in eodem ſermone æquale uel longius tēpus impenditur ueniis quā illi.

Satis patet ex dignitate uerbi dei, immo ex neceſſitate, cum uerbum ueniarū neq; ſit neceſſarium, neq; multum utile.

CONCLUSIO LV.

Mens Papæ neceſſaria eſt, quod ſi ueniæ qd̄ minimū eſt, una cāpana

F iij unis







Pelag. egregie tractans dicit. Quomodo est sanctus, si pro impietate sua orat? Rursum: Si est impius, non est sanctus &c. Itaq; sancti per orationem & cōfessionem suae impietatis, merentur sibi non imputari peccatum.

Tertio, B. Augu. li. j. retracta. Omnia mandata implentur, quando quicquid non impletur, ignoscitur. Tractat enim ibidem quaestionem, An sancti impleverint mandata perfecte. Et negat, dicens, quod magis ignoscente deo, q̄ implete homine.

Si quoq; in  
digenit misericordia dei.

Quarto, idem Confess. ix. Vae hominū uitae quantūcūq; laudabili, si remota misericordia iudicetur. Ecce etiam sancti indigent misericordia in tota uita tua. Ad quod illud Iob: Si etiam iustum quippiam habuero, iudicem meum de precabor. Quomodo ergo superfluent alijs, qui sibi non sufficiunt?

Quinto, B. Aug. li. ij. aduersus Iulianū, inducit decem antiquos patres ecclesiasticos, puta Hilarium, Cyprianū, Greg. Nazan. Ioan. Chrysoft. Amb. Hieronymum, Olympium, Rethiciū, Innocentium in eandem sententiam, & illorum autoritate nititur: Probās nullū sanctū in hac uita sine peccato esse, secundū illud prima lo. j. Si dixerim⁹, q̄a peccatū nō habem⁹ &c. Et in de natura & gratia idē.

Merita scōrum non sapient.

Ex quibus & multis alijs, quae longū esset hic narrare, concludo, Merita sanctorum nulla esset superflua sibi, quae nobis ociofis succurrant. Et ut aliquando audax sim, ea quae iam dixi, proteitor, me nō dubitare, sed paratū sum ignē & mortē suscipere pro illis, & haeretici aileram omnem qui contra sapuerit.

Item

Tamen per impossibile admittendo, quod uere superfluerent merita sanctis necio si satis dignū opus fieret ab Ecclesia, ut tam pretiosa merita, tā uiliter expendere, scilicet pro solutione poenarum, cum solutio poenae sit utilissimū donum ecclesiae, & utilissimis donabile, ut iam saepe dictum, Martyrum autem & sanctorum poenae debent esse potius exemplum ferendarū poenarum. Sic enim oramus: Quorum festa colimus, uirtutem quoq; passionis imitemur. Item nec ecclesia mater, tunc uidetur pie agere, quando relaxat, sed quando castigat & coereet, ut patet in excoḿmunicacionibus & censuris; quas poenas utiq; non relaxat, sed potius infert, tunc maxime, quando fuerit maxime sollicita pro filijs suis. Si autē relaxat, quasi desperans hoc facit, timens peiora euenire. Igitur cū sint poenarum remissiones tam uile donum, & sola potestas clauis ibi satis sit, uideretur certe non parua irreuerentia fieri tam egregijs laboribus sanctorum si stertentibus impartirētur. Multo melius B. Aug. in ser. de Marty. Solennitates martyrum (non remissiones) sed exhortationes martyriorum sunt, ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

Ecclesiastica  
rū poenarum  
inflictio me  
or est q̄ earū  
relaxatio.

Cōsio sanctorū  
est p̄ter indulgentias.

Probata est itaq; ista pars, quod merita sanctorum non possint esse thesaurus nobis, cum sint penuria ipsismet sanctis; nisi quis sic putet ea, nobis esse thesaurum, nō quia superfluent, sed quia est communiō sanctorū, quod quilibet pro altero laborat, sicut membrum pro membro; Sed hoc fecerunt in uita, & si nūc facerent, intercessione potius q̄ potestate clauis id fieret.

P̄tū est enī  
in bono ope  
sanctorum,

Sed hic a longe audio quorundam acutum argumētum, utrum est inquit, Sancti non fuerunt sine peccato in hac uita, sed ueniali, nihilominus plura poterunt facere q̄ debuerunt. Cum istis quidē obtusissimis ingenijs difficile est agere in hac re. Tamen breuiter dico, id esse ueniale peccatū, quia minus facit q̄ debent, nō autē id quod ipsi fingunt solum ueniale peccatum, scilicet risum, uerbū leue, cogitationē. Est quidē hoc ueniale peccatū, sed magnū ueniale, ue rumetiam opus bonum optime factum est ueniale peccatum, ut ex Bea. Augu. supra. Tunc mandata complentur, quando quicquid per nos implei, ignoscit, quod in

quod in omni opere bono fit, semper enim ibi uenia petenda est secundum orationem dominicam. Sed hæc aliam disputationem requirunt, de quo alias. In de sanctus Bonauentura, cum asseruisset hominem posse sine ueniali peccato esse, utiq; defecit sanctus homo.

Bonauentura lapsus est.

De secundo, scilicet merito Christi.

Hoc non esse thesaurum indulgentiarum disputo, esse autem thesaurum ecclesie, hæreticus negat. Siquidem Christus est pretium mundi, & redemptor; & ideo uerissime & solus unicus ecclesie thesaurus. Sed quod sit thesaurus indulgentiarum, nego, donec docear; & causa negandi est.

Meritū Christi non est thesaurus indulgentiarum.

Prima, Quia nullis (ut ita sepe dixi) scripturis id probari, nec rationibus ostendi potest. Nec ipsi, qui hoc tenent, pbant, sed simpliciter narrat, ut oibus notū est.

Dixi autem prius, quod in ecclesia aliquid asserere, cuius nulla potest ratio uel autoritas reddi, est ecclesiam hostibus & hæreticis irrisioni exponere, cū secundum Apollolum Petrum teneamur rationem reddere de ea, quæ in nobis est, fide & spe. Et Paulus, ut fit episcopus potens in doctrina sana, etiam contradicentes redarguere. Hic autem adeo est nulla autoritas, ut si hodie determinaret ecclesia Rhomana partem affirmatiuam, nihilominus maneret idem periculum, scilicet, quia non possumus rationem reddere aliam, nisi quia sic Paps & Rhomana ecclesie placuit. Sed quæstio ratio faciet, si ab ijs urgeremur, qui Rhomanæ ecclesie non sequuntur, ut hæreticis, Pighardis. Hi non uoluntate, Paps & Rhomanæ ecclesie, sed uel autoritate, uel rationem probabilem querent. Et certe iste est mihi uel unicus scopus in ista materia tota.

Autoritate scripturæ aut evidentis argumenti, nõ ecclesie Romane uel fidelis probandi.

Secunda, Omnia argumenta hic plus ualent, quæ de thesauro militantis ecclesie & sanctorum meritis adducta sunt, scilicet, Primo, quod tunc indulgentie non sunt indulgentie, sed translationes operum alienorum ad alios, & uera ac legitima satisfactio, quia id facim, qd per alium facimus. At per indulgentias (ut dicit Canon lib. v. de poen. & re. ca. Cum ex eo) poenitentialis satisfactio enervatur: non ait transferitur, sed enervatur. Secundo, Quod tunc ecclesie clauis nihil faciunt, & uere uilificantur, quia non soluunt, sed ligatum alio traherunt. At impium est dicere, quod clauis non soluit; Si autem soluit, totum tollit. Tertio, quod merita Christi de facto, sine clauibus eadem operantur, non enim erunt ociosa.

Quarto, quod tunc insignis fiet irreuerentia meritis Christi, si solimodo poenæ relaxationi expendetur, cum ipse per ea fuerit exemplum omnium martyrum. Contrarium itaque erit nature meritorum Christi, ut seruanti pigris, quæ extirpulant etiam seruentes. Vilissimum est enim, ut id dictum est, remissio poenæ.

Tertia, Respondeant mihi ad istam contradictionem, B. Thomas & Bona. & sui sequaces conitanter & unanimiter dicunt, Quod opera bona sunt meliora q̄ indulgentiæ, ut supra satis est dictum. Esto ergo hæc uera.

Item per indulgentias applicantur & expenduntur merita Christi. Esto etiã hæc uera; quia & hanc conitanter oēs asserunt. Item merita Christi incõparabiliter sunt meliora q̄ bona opera nostra, immo sola bona. Esto etiã hæc uera.

Hic ego concludo & infero, infelix qui non dimittit opera sua bona, & soliquærit opera Christi, id est indulgentias: cum sit omnium blasphemiarum ultima sententia, sua opa bona præferre operibus Christi; Aut ergo opera Christi non sunt thesaurus indulgentiarum, aut superbit miser, qui non omittit omnibus præceptis, etiam diuinis, solum indulgentias redimit, id est, merita Christi. At contra S. Tho.

Merita Christi si applicentur indulgentiæ, non est opus bonum, sed opus operantis.

Merita Christi si applicentur indulgentiæ, non est opus bonum, sed opus operantis.

U. n.

S. Tho.

S. Thomas & Bonaventura dicunt, quod non sunt precepta indulgentiarum, & sunt utiliores bonis operibus: Ergo non sunt opera Christi, & tamen sunt opera Christi simul & semel.

Merita Christi  
sicut ut satis factio  
choris appellat  
cari per indulgentias, pro  
bari non potest.

At forte, ut sunt arguti, respondebunt per Aristotelicas distinctiones. Verum est merita Christi, ut simpliciter sumpta, sunt meliora nostris operibus. Sed sic non sunt indulgentiarum, vel per indulgentias sic non applicantur. Accipiuntur autem prout solum sunt satisfactorie pro peccatis, & isto modo applicatur. Respondeo proba quod dicitis. quid si nolumus istud tibi credere nuda narratis probare iubeor spiritus an ex deo sint. Secundo. Vbi nunc illud est, quod supra dictum fuit, ideo illa per venias dispensari, quia non essent remunerata, sed quia fecissent quaedam, quae non debuerant. Talia ergo sunt tam utilia merita, ut nullam aliam recipiant mercedem, quam ut sint aliorum pigrorum satisfactio. Tunc arguo sic. Opera supererogationis sunt omnium nobilissima & perfectissima. Admittitur ita. Et talia non remunerantur martyribus vel sanctis, sed conceduntur pigris & stertentibus: Et sic sancti remunerantur secundum opera & merita sua minorata, quia perfectiora relinquunt alijs. Quis ita insaniat oro? Ergo sancta Catharina pro martyrio & uirginitate sua nihil accepit, sed haec ecclesiae relinquit, & sufficit ei premium orationis uigilantium & aliorum bonorum operum? Quod si dixeris, quod simul & pro eis remunerati sunt, & simul ea reliquerunt, ubi illud quod dictum fuit. Esse quaedam quae non sunt remunerata? Vides ne quid sit sine autoritate loqui, & per tenebras diuinare?

Opera supererogationis sanctorum non condonantur per indulgentias.

Quod si impium est dicere, quod opera supererogationis, uel plura quam debuerunt sancti, sic sint utilia & eis non remunerata: Quia magis impium est, Christi opera, quae omnia sunt superabundantia, sic utilificare? Quare indulgentias ita magnificare, & tamen rursus nostris operibus eas minorare, hoc est Christum & sanctos eius in suis meritis blasphemare, nisi id erronee & non uolenter fiat.

Quarta, refutatio arg. quod glossa de poenitentia, & re. c. Quod autem. adducit, scilicet. Si indulgentiae sunt remissiones poenitentiarum omnium, non debet homo ultra teinurare aut bona facere. Nec soluit per hoc, quod sit incerta remissio, sed blasphemantur potius clauis ecclesiae: licet eum iuuent in hac sententia omnes sermo doctores Scholastici. Illud autem quod nescit homo an amore dignus sit, intelligitur de futuro euentu, quia qui nunc credit, nescit an sit in fide perseveraturus. Vnde ibidem Ecclesiasticus ix. statim additur. Nescit homo an amore uel odio dignus sit, sed omnia seruantur incerta in futurum. praemisit enim: Sunt iusti & opera eorum in manu dei &c. Quod si remissionem culpae faciunt incerta, multo magis & poenitentiae cum culpa manente, & poenitentiam quoque manere necesse sit, sicut ibi

Poenitentiae remissio  
lo sicut culpae  
incerta est.

dem dicit glossa, quod remissio illa intelligitur, quando per contritionem (immo per fidem clauium) omnino deletum est peccatum. Quod ergo sunt indulgentiae? Incerta donatio. Absit, absit, ut tam impia illusio ab ecclesia Christi, immo clauibus fiat. Tum enim uere, ut quidam dicunt, indulgentiae essent quaedam impiae fidelium deceptiones. At istum errorem uentur, dum quaerimus pro opera nostra, & nostram iustitiam iustificari potius quam per fidem. Ideo de contritionibus tantummodo docemus, quando optime docemus, nihil de fide clauium quae maxime omnium docenda erat. Sed supra de his latius est dictum.

Fides clauium  
inculcanda  
populo.

Aut ergo indulgentiae non sunt thesaurus meritorum sanctorum, Aut optime sequitur, quod consecutus debet quiescere ab operibus suis bonis pro peccatis. Sed quod ista sententia sit impia in Christum, quia si per uenias mihi impenduntur merita Christi, & ego adhuc incertum habeo, mihi esse peccata remissa, ideo



Arif. verbo (sicut Christianos deceat) omnia nostra suspecta habemus, ut solus Christus sit lux, iustitia, veritas sapientia, omne bonum nostrum; Igitur sancti illi uiri cum uiderent Aristotelem ab indoctis & Christum ignorantibus, in tanta auctoritate ueneratione haberi, ipsi (ut erant humiles sensu) pia simplicitate sunt secuti & in errorem lapsi, ceteris occasio fuerunt tot turbinum, opinionum, quæstionum, errorum, sicut in SCHOLASTICIS DOCTORIBUS uidemus. Et digni sumus, qui Christum relinquimus, ut ipse quoque nos derelictos, etiam per electos suos, in occasione daret erroris & infiniti laboris. Sicut ait in Ezech. xliij. Propheta cum errauerit & locutus fuerit uerbum, ego dominus decepi prophetam illum. Et ibidem: Si uenerit ad prophetam interrogans me per eum, ego dominus respondebo ei secundum multitudinem immunditiarum suarum. Ideo cum timore & iudicio omnia sunt legenda & suscipienda, etiam a magnis & sanctis uiris tradita, secundum Apostolum, Omnia probate, quod bonum est, tenete. Et illud Ioan. Probate spiritus, utrius ex deo sint. Quæ consilia qui omiserint, & in hominem consili fuerint (sicut ij qui dicunt: Male cum tantis errare, quæ tecum recte sapere) digni sunt, quos etiam contemnunt & relinquant consilio; qui enim consilium spiritus spernit, cur non spernetur merito a spiritu consilij? Ita & indulgentiis factum est. Cui uiderent sancti homines illas uulgo ratum esse fieri (ut solet uulgas facere semper iudicium Paradisi & Martirij) & nollent tam uiles eas credere, ceperunt uel fingere honestum & pretiosum eorum fundamentum, quia nullum aliud occurtebat, nec uspiam erat.

Fig. 19

Præter scrip-  
tura omnia le-  
genda cum lu-  
ditio.

Sancti quare  
essent uerit  
inambus in-  
dulgentiis fun-  
damentum ma-  
gnificum.

At rem itaque redeamus, & meritum Christi queramus, & probemus, non esse thesaurum indulgentiarum, iam causa  
Quinta, Nulli datur gratia contritionis, quin simul ei dentur merita Christi; Ergo ante indulgentias habet thesaurum meritorum Christi, & nisi haberet, non proficerent ei indulgentiæ, secundum opinionem ipsorum (ita enim sapiunt sublimiter de remissione poenarum) Nam per contritionem homo redit in gratiam, sicut filius prodigus cum Christo patre suo, qui dicit: Omnia mea tua sunt. Et Esai. ix. paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Rhoma. viij. Quo modo non omnia cum illo nobis donauit.

Merita Christi  
sunt recondita  
in comitan-  
tibus.

Sexta, Alioquin feliciores essent in ecclesia ij, qui sunt peiores. Dicitum est enim, quod indulgentiæ profunt criminosis duntaxat, & ipsi dabitur thesaurus meritorum Christi. Pueris autem, uirginibus ac innocentibus non dabitur, quibus maxime debetur, immo qui habent eum soli. Sed in argumentum parum facit apud eos, qui credunt omnes poenas tolli, nec posse indulgentias conferri peccatoribus sine contritione, quod ego non credo.

Ultima, quam secum fert ipsa conclusio, probationem, scilicet, quod merita Christi & sanctorum eius sine Papa operantur opus suum duplex, scilicet proprium, & alienum; Proprium, id est, gratiam, iustitiam, ueritatem, patientiam, mitertatem in spiritu hominis electi; quia iustitia Christi & meritum eius iustificat & remittit peccata, sicut Ioan. ait; Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et Esa. xliij. Seruire me fecisti in iniquitatibus tuis, & laborem præbuiisti mihi in peccatis tuis. Ego ego sum, qui deleo iniquitates tuas, & peccatorum tuorum non recordabor; delet autem merito suæ passionis. Et isto modo concederem, quod merita Christi sint quidam thesaurus, non ecclesiæ, sed dei patris, qui nobis per suffragium efficaciter apud deum impetrat remissionem culpe. Sic dicit in lob per figuram: Faciem eius suscipiam. Et Apostolus Heb. xij. Sanguinem Christi melius clamantem quam Abel, quia sanguis Abel uindictam & iram postulat; Sanguis Christi

Thesaurus  
patris meriti  
Christi.



Christi misericordiam clamat, & interpellat pro nobis. Alienū (sic enim Efa. uocat. ca. xxviii.) id est, crucem, laborem, pœnas uarias, deniq; mortem & infernum in carne, ut destruat corpus peccati, & mortificent membra nostra super terram, & conuertantur peccatores in infernū. Nam quicūq; in Christo baptizatur & renouatur, ad pœnas, ad cruce, ad mortes paratur, ut æltime, tur sicut ouis occisionis, & mortificet tota die, sicut ait Pſal. Ego autem ad flagella paratus seu ordinatus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Sic sic oportet nos fieri conformes imagini filij dei, ut qui nō accepit crucem suā & secutus fuerit eum, non sit eo dignus, etiā si sit omnibus indulgens plenus.

Imagini filij dei nos oportet conformes fieri.

Theologus crucis a scho lastico dicitur.

Causa pro Deo

Crucē christi & reliquias sūctorū multē respicit.

Passiones & martyria sūctorū p̄stant reliquias.

P̄fices Romani notant

Diluuū idalgentiariū ualuit orbem

Quo circa nunc uide. Num quo tēpore cepit THEOLOGIA SCHOLASTICA, id est, illusoria (sic enim sonat græce) eodē euacuata est Theologia crucis, sicutq; omnia plane peruersa. THEOLOGVS CRVCIS (id est de deo crucifixo & abscondito loquens) pœnas, cruce, mortem, docet esse thesaurum omnium pretiosissimū, & reliquias sacratissimas, quas ipsemet dominus huius Theologie consecrauit, benedixitq; non solum tactu suæ sanctissimæ carnis, sed & amplexu suæ super sanctæ & diuinæ uoluntatis, easq; hic reliquit uere oculandas, quærendas, amplexandas. Quin beatus & benedictus, qui dignus fuerit deo uisus, ut ei donetur hi thesauri reliquiarum Christi, immo qui intelligat sibi donari. Nam cui non offeruntur? Sicut beatus Iacobus: Omne gaudium existimate fratres, cū intercitiōis uarias incideritis. Nō est enim omnium hæc gratia & gloria, ut hos accipiant thesauros, sed electissimorū filiorum dei.

Multi peregrinant Rhomā, aliāq; sancta loca, ut tunicam Christi, ossa martyrum, loca & uestigia sanctorum uideant, quod non damnamus quidem, sed hoc gemimus, quod ueras reliquias, scilicet passionē & cruce, quæ sanctiū uerunt ossa & reliquias martyrum, & tanta ueneratiōe fecerunt digna, ita nescimus, ut non solum nō acceptemus oblatas domi, sed summis uiribus repellamus, & persequamur de loco in locum; cum deberemus summa sit, & iugibus lachrymis, id apud deum postulare, ut darent nobis tam pretiosæ reliquie Christi omnium sacratissimæ, tanq; donum electorum dei filiorum. Sic Pſal. xv. titulum in Hebræo fertur habere, Michtam, quod aureū insigne uelut muniticulum intelligas, cum sibi non nisi passio Christi canatur. Et Pſal. Testimonium Asaph, quod cruditi uolūt potius, locale Asaph, seu donum delitiosum Asaph intelligere. Et ibi tamen Crucis personat hymnus. Quin tam sanctæ sunt eiusmodi reliquie, & tam pretiosi thesauri, ut cum aliæ possint seruari in terra, aut ut honorificissime in auro, argento, gemmis, serico, hæ nō possunt seruari nisi in coelestibus, uicis, rationalibus, immortalibus, puris, sanctis seruatilis, id est, cordibus fidelium. omni auro & gemma inæstimabiliter pretiosioribus. At nunc adeo deest fides uulgi, qua hæc religionem talium reliquiarum colat, ut etiā summi quidam Pontifices auctores & duces eis fuerint, non modo repellendā, sed etiam persequendā, adeo ut Turcas uorare uoluerint, deinde & ipsos Christianos in peiorem, q̄ inferni damnationem excommunicare, potius q̄ uellent obolum sui census remittere, nedum nominis aut corporis iniuriam sustinere. Qui tamen interim nihilominus cataractas cœli aperuerunt, & inundauerunt thesauros indulgentiarū & meritorum Christi, ita & hoc diluuiū prope sit pessundatus orbis Christianus, nisi me fallit fides mea.

THEOLOGVS VERO GLORIAE (id est, qui non cum Apostolo solum crucifixū & absconditū deum nouit, sed gloriosum eū genibus, ex uisibilibus inuisibilia eius, ubiq; præsentem, omnia potentem uidet & loquitur)

G ij discip



discit ex Aristotele, quod obiectum uoluntatis sit bonum & bonum amabile, malum uero odibile, ideo deum esse summū bonū, & summe amabile. Et inde dissentiens a Theologo crucis, diffinit thesaurum Christi esse relaxationes & solutiones poenarum, tanq̄ rerum pessimarū & odibilissimarū. Contra Theologus crucis, thesaurum Christi esse impositiones & alligationes poenarum, tanq̄ rerum optimarum & amabilissimarum. Et tamē adhuc ille accipit pecuniam pro suo thesauro, huius nec gratis oblatum dignant̄ uel intuitu, sed persequuntur deniq̄. Sed quis erit iudex horum, ut sciamus utrum audiamus? Ecce inquit Esa. lxxvi. Ego erigam illusiones eorum. Et. j. Cor. j. Infirma mundi elegit deus, ut confundat̄ fortia &c. Quod iudiciū si adeo placet, ut uerū est, id nobis restat cōsistendū, si uolumus uera loqui, quod thesauri indulgentiarū sunt omnīū maxima damna, si intelligantur eo, quo modo ebuccinantur, scilicet esse eos oīm poenarū remissionē, nō tāti Canonice, cū nō sit maius damnum, q̄ tolli imaginē filij dei ab hominibus, & eos spoliare thesauris inestimabilibus; de quibus sancta Hagnes iucunda & beata iactantia superbiebat, appellans eos uernantes, coruscantes gemmas ac ornamenta, monilia pretiosa &c.

## CONCLUSIO LIX.

Thesauros ecclesie sanctus Laurentius dixit esse pauperes ecclesie, sed locutus est usu uocabuli suo tempore.

Patrimoniu S. Petri cōfir-  
mar donatio  
Constantini  
ficta.

Patet satis ijs, qui legendam sancti Laurentij uiderunt; deinde nō est nune usus uocabuli, ut thesauros ecclesie uocent homines pauperes, sed patrimoniu Christi & S. Petri appellamus, quod palea quaedā, sine tamen grano Constantini, dedit ecclesie. Ideo & Psal. ij. ubi deus dicit Christo: Postula a me, & dabo tibi gentes in hereditatem, & possessionē tuam terminos terrarū; intelligi oportet oppida & agros ab oriente in occidentem. Alioquin nostro tempore si quis loquatur aliter de rebus ecclesie & spiritualibus erit barbarus nobis, licet & beatus Laurentius facultates ecclesie dixerit diuitias, sed nō solas.

## CONCLUSIO LX.

Clauis p̄sē est merito Christi donata esse thesaurum istum.

Si istud meritum uocaretur, & thesaurus indulgentiarum, scilicet potestas clauium, plana est intelligentia. Nullus enim dubitat, quin merito Christi donatum sit ecclesie, quicquid donatum est.

## CONCLUSIO LXI.

Clarum est enim, quod ad remissionem poenarum & casuum, sola sufficit potestas papæ.

Præte soluit & dissoluit papa, nō merito Christi.

Probat̄ ex ipso stilo Papæ, dum nunq̄ meminit meritorū Christi in ligando aut soluendo, sed tantummodo dicit de plenitudine potestatis, ex certa scientia & motu proprio.

Secundo

Secundo, ex cōmuni omnium sententia probantur indulgentias virtute illius uerbi donari, ubi Christus dicit: Quodcūq; solueris &c. Quod uerbum putant sine uigore esse, nisi potestatem donandi permitteret. Quare & ipsi solam potestatem intelligunt sufficere, nulla autem autoritate probant thesaurū sed hanc autoritatem uelut sufficientem adducunt; quæ tamen sonat nudam potestatem, non autem applicationem meritorum.

Tertio, Alioquin etiam in alijs ligationibus & solutionibus intelligēda esset distributio meritorum, puta, quādo sacerdotali officio excommunicat, absoluit, ordinat, deordinat, statuit, abrogat, præcipit, prohibet, dispensat, mutat, interpretatur. In his enim omnibus agitur uirtute illius uerbi, Quodcūq;. Si ergo in istis non est necessaria distributio meritorum, sed sufficit potestas nuda clauium, quantomagis in remissione poenarum Canonicarū, cum talis remissio sit nihil aliud q̄ absolutio a poenis, immo si uspiam sit distributio meritorum Christi, maxime fieri debet in absolutione excommunicati; ibi enim reconciliatur ecclesie peccator, & rursum declarat particeps honorū Christi & ecclesie. Nulla itaq; est ratio, quare illud uerbum, Quodcūq; solueris, in indulgentijs includat thesaurum Christi, & non etiam in omnibus alijs solutionibus, cum sit eadem autoritas, eadem uerba, eadem sententia in illis.

Soluere p̄ uenias nō dicit apertionem thesauri meritorū christi

Quarto, si soluere per clauem in uenijs dandis, importat apertionem & effusionem thesauri ecclesie, ergo per oppositum, ligare importabit collectionem & inclusionem thesauri eiusdem. Sunt enim contrariæ potestates, & contrariorum operum. Sed nusq; & nunq; est usus colligēdi aut includēdi hunc thesaurum, & tamen si solutio & effusio est, etiam inclusio esse necesse est; cū utrunq; donatum sit ecclesie, nec frustra, aut uane donatum. Ergo sicut ligare intelligitur sine collectione thesauri, debitorem facere, nec aliquid ei positivè auferre: ita soluere cogit intelligi, liberū facere, sine expēsiōe thesauri positivè,

CONCLUSIO LXII.

Verus thesaurus ecclesie, est sacrosanctum euangelium, gloriæ & gratiæ dei.

Satis incognita res est euageliū dei in multa parte ecclesie, ideo paulo latius de illo dicendum; Nihil enim reliquit in mundo Christus, præter solum euangelium. Vnde & nihil seruis suis uocatis tradidit, q̄ mnas, talenta, pecunias, denarios, ut ex ipsijs uocabulis thesaurorū ipsum uerum thesaurū esse ostenderet. Et Paulus dicit sese thesaurizare filijs suis. Et Christus thesaurū absconditum in agro. Et hoc ipsum quod est absconditum, facit, ut sit pariter & neglectus.

Thesaur⁹ ecclesie est euageliū.

Est autem euangelium secundū Apost. Rho. j. Sermo de filio dei incarnato, nobis sine meritis in salutem & pacem salutato: Est uerbum salutis, uerbum gratiæ, uerbum solati, uerbum gaudi, uox sponsi & sponsæ, uerbum bonum, uerbum pacis, Sicut ait Esa. xl. Quæ iucundi pedes euangelizantiū, euangelizantium pacem, prædicantiū bona. Lex uero est uerbum perditionis, uerbum iræ, uerbum tristitiæ, uerbum doloris, uox iudicis & rei, uerbum inquietudinis, uerbum maledicti. Nam secundū Apost. Lex est uirtus peccati, & lex iram operatur. Est lex mortis, ex lege enim nihil habemus, nisi malā conscientiam, inquietum cor, pauidam pectus: a facie peccatorum nostrorum, quæ lex ostēdit, nec tollit, nec nos tollere possumus. Sic itaq; capis ac tristibus, omni

Euangelium timorem qui ex lege, sui gratiæ.

psi 40

Compluris

Po. nas timē  
tes nōdū au  
diōrunt euā  
gelium.

noq; desperatis, venit lux euangelij & dicit: Nolite timere; Consolamini con  
solamini popule meus: Cōsolamini pusillanimes, ecce deus uester, ecce agnus  
dei, ecce qui tollit peccata mundi, ecce qui solus implet legem pro uobis, qui  
factus est a deo uobis iustitia, sanctificatio, sapientia, redemptio, omnibus qui  
credunt in eum. Hoc suauissimū nuncium cum audierit conscientia peccatrix  
reuiuificat, & tota exultat in tripudio, plenāq; fiducia, iam nec mortē, nec ami  
ca mortis pœnarum genera formidat, neq; infernum; ideo, qui pœnas adhuc  
timēt, nōdum audierūt Christum, nec uocem euangelij, sed uocem potius  
Mosi. Ex hoc itaq; euangelio nascitur uera gloria dei, dum docemur, non no  
stris operibus, sed gratia miserentis dei in Christo, impletam legem & impleri  
nō operando, sed credendo; non deo aliquid offerendo, sed ex Christo omnia  
accipiendo & participando, de cuius plenitudine participamus omnes, & ac  
cipimus. De qua alius latius.

## CONCLUSIO LXIII:

Hic autē est merito odiosissimus, quia ex primis facit nouissimos.

Stultitij cru  
cis odio hūc  
superbi.

Euangelium enim destruit ea quæ sunt, confundit fortia, confundit sapien  
tia, & redigit eos in nihilum, in infirmitatem, in stultitiam, quia docet humili  
tatem & crucem. Sic Psal. ix. In crepasti gentes & perijt impius, nomen eorum  
delesti. Verum hanc regulam crucis horrent omnes, quibus placet terrena &  
sua, dicentes, durus est hic sermo; ideo non est mirum, si sit odiosissimus sermo  
Christi, ijs qui diligunt aliquid esse, sapientiam, potentiam, coram deo & homi  
nibus, & primi sibi uidentur.

## CONCLUSIO LXIII.

Thesaurus autem indulgentiarum merito est gratissimus, quia ex  
nouissimis facit primos.

Quia docet horrere pœnas, immo facit liberos a pœna, quod est solūmodo  
iustorum. Nullus enim indiget indulgentijs, nisi seruus pœnarum, id est, qui  
non calcet eas, contemptu superbo eis dominās, sed premitur illis & fugit eas,  
sicut puer ab umbris noctis & tenebrarum; & tamē permittuntur liberi, cum  
iusti etiam subiecti sint pœnis uarijs.

## CONCLUSIO LXV.

Igitur thesauri euangelici rhetia sunt, quibus olim piscabantur  
uiros diuitiarum.

Euangelio  
quodā piscat  
bantur uiros  
diuitiarū, sē  
uero diuitias  
uirorum.  
Istichō qd  
Rhomæ legi  
tur.

Sic enim Apostolus: Non quero uestra, sed uos. Et Christus: faciam uos fi  
tri piscatores hominū. uerbū enim dulce trahit uoluntatē, immo facit uolun  
tatem hominis in Christū. Vnde S. Petrus in urbe piscator, dicit,  
Ecclesiam pro naue rego, mihi climata mundi  
Sunt mare; scripturæ, rhetia; piscis, homo.

## CONCLUSIO LXVI.

Thesauri indulgentiarum, rhetia sunt, quibus nunc piscantur di  
uitias uirorum.

hanc

Hanc puto ex dictis claram, quia per remissiones pœnarũ homo non fit melior, nec trahitur plus ad deum (hoc enim solo uerbo Christi fit) cum sint uerba hominis, dantis licentiam ac relaxationem, magis q̄ capientis & ligantis. Quod si aliquid capiunt, certe nihil nisi pecunias, non autem animas capiunt. Non quod damnem istud negocium pecuniarum contribuendarum, immo meo iudicio uidetur, dei prouidentia id curare in isto negotio, ut cum sit uilissimum inter dona & officia ecclesiæ, nec dignum in futura uita coronari, saltem in hac uita uel modica pecunia remuneret, ut nihil maneat irremuneratũ, quæ q̄ olim gratis fiebant relaxationes.

Indulgentiæ  
homo non trahit  
tur ad deum

z. d. d. d. d. d.

## CONCLUSIO LXVII.

Indulgentiæ, quas concionatores uociferantur maximas gratias, intelliguntur uere tales, quo ad quæstum promouendum.

Indulgentiæ  
maximæ, quo  
ad quæstum

Sic enim audet audax ignorantia, ut maximum uocet quod minimum est, & relinquatur tum populo iudicium & facultas recte intelligendi, ut errans credat dei gratiam hic dari. Ipsi enim non exponunt, ne sibi ipsis contradicere cogantur, aut mendaces inueniantur, quod paruum dixerint magnum.

## CONCLUSIO LXVIII.

Sunt reuera minimæ, ad gratiã dei & crucis pietatem comparatæ.

Immo comparatæ ad dei gratiã, sunt nihil & nullæ, cū potius contraria operentur gratiæ dei, tamē propter ignauos & pigras toleratæ, ut patet ex dictis.

## CONCLUSIO LXIX.

Tenentur Episcopi & curati, ueniarum Apostolicarum, Commissarios cum omni reuerentia admittere.

Quia auctoritati papali in omnibus cum reuerentia cedendum est. Qui enim potestati resistit, resistit dei ordinationi: qui autem deo resistit, ipsi sibi damnationem acquirunt. Et dominus ipse: Qui uos spernit, me spernit. Igitur licet in rebus exiguis, nihil tamen minus, q̄ in magnis auctoritati cedendũ. Hinc illud etiam uenit, quod & si Papa ferret iniustas sententias, timendæ tamen sunt, & ut Carolus inquit Imperator: Quicquid imposuerit, quantumuis graue sit, ferendum est: sicut & experientia uidemus fieri ab ecclesia, quæ certe infinitis oneribus hodie premitur, & tamen pie & humiliter fert quæta. Id tamē intelligendum est, ne quis in erroneam conscientiam ueniat, quasi ideo sint timendæ iniustæ sententiæ, quia sint approbandæ tanq̄ iustæ ab ijs, qui debent eas timere. Cum ipsemet Pontifex aliquos decernat ab ecclesia ligari, qui tamen coram deo ligati non sunt, & cogit eos ligationem ferre, nec eis nocet talis ligatio, quia est poena tantum, & timeri debet, non autem scrupulum conscientiæ facere: sicut timere debemus deum in omni alia uolentia, etiam prophana, & nõ per contemptum superbe relictari. Ita & onera sunt ferenda nõ quod recte fiant, & approbanda sint, sed ut flagella a deo inflicta & humiliter portanda. Quare, sententiæ iniustæ & onera sunt timenda, non propter illud

Pœnitentiæ auctoritati deservendi quilibet grauius onera, uti solent, imposita.

Non quæ pœnitentiæ auctoritati deservendi quilibet grauius onera, uti solent, imposita.

Excusatio timeri debet, nõ est scrupulus conscientiæ facere, & c. flagellũ ferenda, nõ est approbanda.

Non quæ pœnitentiæ auctoritati deservendi quilibet grauius onera, uti solent, imposita.

G. h. uerbum,

uerbum, Quodcumq; ligaueris: sed propter illud generale præceptū: Esto con-  
sentis aduersario tuo in uia. Et illud: Qui te percusserit in maxillam dexterā,  
præbe ei & sinistram &c. Et Rho. xij. Non defendēs te uosmetipsos &c. Si em̄  
hoc esset consiliū (ut multi etiam Theologi uidentur errare) tunc liceret ea-  
dem libertate resistere Papæ in suis oneribus & sententijs iniurijs, qua Turcæ,  
uel alijs aduersarijs: sed nullis prorsus est resistendum, licet nō sit eorum opus  
approbandū, ne sit error in consciētia. Sed hæc materia necessaria ualde, aliud  
tempus & opus postulat.

## CONCLUSIO LXX.

Indulgentias  
ultra commis-  
sionem ma-  
gnificiant.

Sed magis tenentur omnibus oculis intendere, omnibus auribus  
aduertere, ne pro commissione Papæ illi sua somnia prædicent.

Probatissima est regula illa iuristarum, Papam in omnibus concessionibus  
sic agere, ut nulli alteri præiudicet, nisi id faciat expressa mentione, & plenitu-  
dinis potestate, ut docet quoq; mos Curie atq; stilus. Quare certissimum est,  
quod dans indulgentias, uult eas esse nihil plus q̄ indulgentias, neq; aliquid  
ualere, q̄ quod natura sua ualent; permittit autem ualere, quantum ualent, con-  
tensus quod dederit, nisi q̄ enim declaret ualorem earum. Hæc est commissio  
Papæ. At nostri præcones ultra procedunt, & non solum sese iactant per pul-  
pita, quod sint Papæ, quos rectius pappos alij putant: Verum & nomini con-  
tendant officium tam Papæ q̄ ecclesie; ac nobis uelut e cælo stantant & pro-  
nunciant cum fiducia quid sint, immo longissime ultra q̄ sint, & esse unq; pos-  
sunt indulgentias, ut uel ex libro suo potest probari nouissimo. Horū itaq; som-  
nia tenentur Episcopi prohibere, ne sinant lupos intrare ouilia Christi: sicut ex  
preste præcipitur lib. v. de pœ. & re. c. Cū ex eo. Et Cle. eodē. c. Abusionibus,  
ut nihil permittant populo proponere, q̄ quod in eorum literis continetur.

## CONCLUSIO LXXI.

Contra ueritatem Apostolicarum ueniarum qui loquitur, sit ille  
anathema & maledictus.

Quia & si res parua sit ueniarum largitio, respectu gratiæ dei, & ad tantum  
boatum prædicantium eas, tamen contra potestatem superbe agit, qui contra-  
dixerit, ideo merito maledicetur: cum obedientia ecclesiastica ea sit mirabilior,  
quo etiam in uisioribus suo sensui cedit, & humiliatur. Quæ autē sit ueritas  
indulgentiarum, satis hucusq; est disputatum, & adhuc expecto determinatio-  
nem ecclesie, nisi quod certum est, eas esse relaxationes tantum temporalium  
pœnarum, quæcūq; tandem illæ sint. Relaxatio uero pœnarum (ut dixi) uiliss  
est donum, quod ecclesia donare potest, præsertim si eam donet ijs, quibus cul-  
pam remisit. Remissio uero culpe est maximum omnium, cum sancto euan-  
gello, quod illi non ita curant, aut certe ignorant.

Culpe remif-  
sio & euan-  
g. supra indul-  
gentias præ-  
dicanda.

## CONCLUSIO LXXII:

Qui uero contra licentiam & libidinem uerborum concionatorū  
ueniarum, curam habet, sit ille benedictus.

Sic enim

Sic enim hodie habet uidua Christi, sancta ecclesia, ut omnibus omnia liceant, & presertim THEOLOGIS SCHOLASTICIS: inter quos inuenire est, qui ueras etiā sententias damnent, nulla causa nisi quia ex suo fonte non prodierunt: ipsi tamen licet asserere, quod deus peccatum facit, deus est causa mali culpæ, & multa alia, quæ si quis poeta uel orator (ut uocant) aut græcè, latine, hebraicè doctus diceret, omnium hæreticorum pessimus fuerit: sed id maius damnum. Tantum est crimē, si quis Christianus Turcis arma deserat, aut Rhomam petentes impediat, aut literas Apostolicas uiolauerit, ut nulla unquam data sit facultas, illa remittēdi, etiam si plenissima plenissimarum daretur, sed sibi referuat sedes Apostolica: tam sancte tunc agebat ecclesia, & seruatis dei mandatis primum, etiam tam parua uoluerit, tanto rigore coercere, nondum enim erat illa Lerna & Tartarus Simoniarū, libidinum, pomparum, cædium, reliquarumque abominationum in ecclesia. At si illa ita rigide coercentur, quo tandem putamus rigore sunt coercenti, qui non Turcis, sed demonibus offerunt, non quæcumque, sed nostra propria arma, id est, uerbum dei, dum illud suis somnijs contaminant, & (ut Esa. solet loqui) conuertunt in idolum per spiritum suum, ut sit non instrumentum, quo trahatur anima, sed seducatur in falsas opinioniones: Ad hoc uitium passim ita licet, ut uitiosissimus sit, qui non uirtutem & meritum meritorum existimet a quocumque factum fuerit, Sic & beatus Hieronymus queritur, scripturam omnibus patere, non ad discendum, sed ad lacerandum. Deinde, si qui euntes Rhomam impediunt, adeo peccant, quid illi, qui euntes in cœlum impediunt, non solum peccantibus doctrinis, sed etiam corruptissimis moribus? Et illi, qui non literas Apostolicas, sed diuinas uiolant, quo ibunt? clauem scientiæ tulerunt, ipsi non intrant, & introeuntes prohibent. An ista portenta sunt forte maiora & peiora, quam ut in die Coenæ legantur & referantur? Sed legantur solum in cœlo, & nunquam remittantur.

Benedictione itaque digni, qui nituntur purgare scripturas sanctas, & elucere dare ex tenebris opinionum & humanarum rationum, quibus prope facti sumus Pelagiani sensu, & Donatistæ opere. Sed hæc alias.

## CONCLUSIO LXXIII.

Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in fraudem negocii ueniarum quacumque arte machinantur.

Iterum dico sicut prius (quicquid sit de intentione personali summi Pont.) potestati clauium humiliter cedendum & fauendum est, nec temere contrahendum: dei enim potestas est, quæ siue per usum, siue ab usum agatur, debet timeri, sicut omne aliud opus ex deo, magis autem illa.

## CONCLUSIO LXXIII.

Multomagis fulminare intendit eos, qui per ueniarum prætextum in fraudem sanctæ charitatis & ueritatis machinantur.

Quantumcumque enim potestas honoranda est, non ideo tam ignaui esse debemus, ut ab usum eius non reprobemus, aut non resistamus. Sic enim omnes sancti, potestatem seculi, quam etiam dei uocat Apostolus, sustinuerunt & honorauerunt.

Theologi  
scholastici  
ueritatem  
damnant,  
quia non ex  
eorum libris  
fluxit.

*quædam in uerbo*

O dñi Theol  
logi redite rã  
de ad bonã  
mentis, & pu  
rã Christum  
docere non  
hoim sũtia.

*aliquid*

Repurgato  
res scripturas  
hãdici sunt.

Patri clauis  
cedendũ huius  
militar.

*quædam in uerbo  
quædam in uerbo  
quædam in uerbo*



norantur, etiam in medijs poenis & torturis, quas illa infererebar, sed tamen con-  
stanter eius abusum detestabantur. Et non ideo sustinuerunt, quia illi recte ute-  
rentur potestate persequendo, sed reliquerunt illis conscientiam malefacti, &  
per mortem secum traxerunt testimonium, & confessionem innocentiae, sicut  
B. Petrus ait: Nemo patitur sicut fur & c. Ita si ecclesia uel pontifex aliquē pri-  
uauerit cōmuniōne fidelium, sine causa, debet id sustinere, & potestatem non  
damnare: sed nō debet ita timere, ut approbet quasi benefactum sibi, sed potius  
mori in excommunicatione, non est enim excommunicatus, nisi errante clauē, cu-  
ius errorem si approbet petens absolui, iam peius errat: clauē honoret & se-  
rat, errorem non prober.

*Venia*  
*Super A. 22*  
Excoꝛcacio  
papa sine cā  
timeatur, nō  
approbetur.

Venia non  
sunt grauior  
dei.

Pontifex ui-  
detur neficere  
extinctā fide  
alioq̄ daret  
cū indulgen-  
tias p̄ ea red-  
integranda.

Igitur fulminandi sunt, qui ita uenias praedicant, ut eas gratias dei uideri uer-  
sint, hoc est enim contra ueritatem & charitatem, quae sola talis gratia est. Null-  
toq̄ melius erat, nullas esse usquam indulgentias, q̄ tales opinioēs in uulgum  
seminari: quia sine indulgentijs possumus esse Christiani, sed talibus opinio-  
nibus non possumus esse nisi haeretici. Certum est autem, quod summus Pon-  
tifex uel credit uel debet uelle esse in populo, primum mutuam charitatem &  
misericordiam, aliq̄ precepta dei in illo florere, ac sic donat indulgentias. Nūc  
uero fallitur, quia charitas & misericordia & fides prope extincta est, necum  
refriguit apud nos. Hoc enim si sciret, omittis uenijs id ageret, ut populus pri-  
mum ad mutuam charitatem rediret. Ita testor ego dominum Iesum, quod po-  
pulus magna ex parte (alia parte) ignorat, quod opera charita-  
tis meliora sunt q̄ uenijs, credit potius sese nil melius agere posse, q̄ uenias re-  
dimere. Et huius haeretice & pestilentis opinionis nullum habet correptorem  
aut fidelem magistrum, sed potius per pompofas istas buccinas instatissimos  
autores.

#### CONCLUSIO LXXV.

Opinari uenias papales tantas esse, ut soluere possint hominem,  
etiam si quis per impossibile dei genitricem uiolasset, est insanire.

Maria uirgi-  
ni si quis iur-  
hiles iurpū,  
is per indul-  
recuperabit  
gratiam.  
deo dicitur  
17921

Coactus sum insanos uocare, qui talia opinantur, ac uenia nobis a diua uir-  
gine est petēda, quod talia dicere & cogitare cogimur, nec patuit uia, qua hāc  
necessitatem uitaremus. Nescio quo diabolo operante factum sit, ut populus  
istum rumorem ubiq̄ spargeret, siue id uere ita dictum est, siue ita intellectum  
a populo. Ego quidem & si constanter asseratur a multis, & magni nominis  
hominibus, ita esse praedicatum in multis locis, potius tamen mirabar, q̄ cre-  
debam, sed auditu fuisse falsos existimabam. Ideo nolui in hac conclu. ullum  
cōcionatore taxare, sed uulgū monere, qui talia opinari coepit, quae forte null-  
dixerit: siue em̄ illi dixerūt, siue nō, mea nō refert, donec certior fiam. Opinio  
tamē illa pessima, undecūq̄ orta fuerit, detestanda & damnanda. Verū tamen  
non mirum fuerit, tale quid a populo fuisse intellectū, quādo audit, magna &  
horrenda peccata, quodammodo leuissima existimari, propter magnitudinē  
gratiarum. Vera & euāgelica praedicatio est, peccata quoad fieri poterūt magni  
ficare, ut homo ad timorem & legitimā poenitentiam ueniat. Veniēq̄ quid pro-  
dest propter uilissimā poenarū remissionem, tot auxilijbus tonare, ad extor-  
lendas uenias, & propter saluberrimam crucis sapientiam uix mutire? immo  
quomodo id non noceat simplici uulgo, qui tantum solet aestimare uerbum  
quāto fuerit gestu & apparatu praedicatū? At euāgelij nullo, uenias omni ap-  
paratu

Petā magni-  
ficanda a pi-  
dicatore.

Euāgelium  
cū apparatu  
praedicandū

parans proferunt, scilicet ut uulgus euangelium nihil uenias omnia credat esse. Mirum tamen est, cum audeant clamare, homicidia, latrocinia, libidines generis omnis, blasphemias in uirgine Maria & dei, facilia, ut his uenijs remittantur, cur non etiam illa leuiora remitti clament, quae in Bulla coenae referuntur? Pontifex nō remittit: uide ergo forte ne & illa non remittat, aut saltem nō tam facile remittat, quae multo sunt illis grauiora,

Bulla q̄ legit̄  
in coena dñi  
Romae.

## CONCLUSIO LXXVI.

Dicimus contra, quod uenias papales, nec minimum uenialium peccatorum tollere possunt, quo ad culpam.

Hanc Meosin non posuisssem, nisi uoluisssem praecedentis conclusio opinionem detestabilem facere. Patet autem, quod nulla culpa remittitur, nisi a solo deo. Ideo nec illa magna per facultates remittuntur, sed declarantur remitti, & coram poena remittitur. Haec dico secundum illorum sententiam; Mea autem patuit superius factis. Verum hic morandum fuisse in ueniali peccato, quod ita uile scit hodie, ac si nullum pene sit, & timeo cum magna multorum perditione, qui secute stertunt in peccatis, ubi non uiderint sese crimina committere. Ego id fateor, donec legi scholasticos doctores, non quae intellexi, quid & quantum esset ueniale peccatum: an ipsi intelligant, nescio, Id breuiter dico, qui non assidue stertent & agit, ac si mortalibus peccatis plenus esset, ois unquam saluabitur, quia dicit scriptura: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine; nam nō solum uenialia, quae nunc passim uocant, sed etiam bona opera nō possunt iudicium dei sustinere, sed egent ignoscete misericordia. Quia nō ait: Non intres in iudicium cum hoste tuo, sed cū seruo & puero tuo, qui seruit tibi. Ille ergo timor doceret misericordiam dei suspirare, & in eam considerare; ubi ille deest, incipimus considerare in conscientiam nostram, magis quae in misericordiam dei, dum nihil criminis nobis conscius fecisse, & ij in horrendū cadent iudicium,

Culpa nō est de ueniale

Bona opera  
non possunt  
sustinere iudicium

## CONCLUSIO LXXVII.

Quod dicitur, nec si S. Petrus modo papa esset, maiores gratias donare posset, est blasphemia in sanctum Petrum & Papam.

## CONCLUSIO LXXVIII.

Dicimus contra, quod etiam iste & quilibet Papa habet maiores scilicet euangelium, uirtutes, gratias curationum &c ut prima Corin. xii.

Quia in potestate & obedientia Papae sunt omnes, qui ista habent in ecclesia, quos potest mittere quo uolet, etiā si ipse personaliter nō haberet, ut nō dicam quod bulla coenae adhuc nō est remissa cū suis calibus, Adhuc maior esset gratia summi Pont. si has omnes facultates gratis donaret omnibus Christianis, qui eis egerēt. Deinde si sublaris canonibus onerosis, libertatē populi Christiani restitueret, & tyrannides officiorum, ac Simonum exploderet. Sed haec nō sunt forte in potestate eius, inualuit enim inimicus, & princeps putnciarū facta est sub tributo: dextera dñi faciet hanc uirtutē, si id digni fuerimus impetrare,

Canset onerosos Pont. deberet tollere.

## CONCLUSIO LXXIX.

Dicere crucem armis Papalibus insigniter erectam, cruci Christi aequiuale, blasphemia est.

Qua

**Cruce Christi  
cū cruce idol  
gentiarū ma  
le comparatur**

Qua fronte sint hi homines, quis nō uidet, quid nō audeat, qui talia audeat  
His credendæ sunt animæ Christi sanguine redemptæ, Christi cruce uiuificat  
totum mundū occiso peccato, crux illa armata largit̃ qualdā poenas remitti, &  
sic sunt equalia, poena æterna & temporalis. Sed quid persequar portenta oīa,  
quæ ex tali sermone sequunt̃, quæ nec cœlū possit sustinere, ut proferantur.

## CONCLUSIO LXXX.

Rationem reddent episcopi, curati & theologi, qui tales sermones  
in populum licere sinunt.

**Indulgentia  
riorū sermo  
nes timendæ**

**Duo gladij  
falsæ ierpe/  
tantur.**

**Papæ tyrannū  
faciunt.**

**Bella pmo/  
uent gloriæ  
Theologorū**

**Hæretici cō/  
burūtur, nō  
extirpantur  
hæretici.**

**Errores no/  
stros oportet  
nos carperere,  
alioq̃ deicidū  
culi sumus  
ijs qui foris  
sunt.**

At timetur potestas ecclesie, dentq̃ errores & offensiones hodie factas in se  
dem Rhomanā, uindicant̃ gemino gladio, sed nunquid ideo tacendū? Nolite  
timere eos qui occidūt corpus, animā autē non possunt occidere: qui me con  
fessus fuerit corā hominibus, cōfitebor & ego eū coram patre meo. Verum id  
ego uehemēt̃ admītor, quisnam illam glossam inuenit primus, quod duo  
gladij significet, unū spirituale (non ut Apostolus uocat, scilicet gladiū spiri  
tus, uerbū dei) aliū materiale, ut sic Pōtificem utraq̃ potestate armatū, nobis  
nō patrem amabilem, sed quasi tyrannum formidabilem faciant, dum nihil nisi po  
testatem undiq̃ in eo uideamus.

Et ista est fidelissima glossa, super patrū decreta, in quibus tam rigide prohibētur clericis arma. Hic uide, num deus iratus, uidēs quod pro gladio spiritus & euangelio, dilexerimus intelligere ferrū, iustissime nobis fecit, ut daret gladiū, quē uoluimus, & auferret quē noluimus. Ita ut nusq̃ in mundo fuerit cru delior strages bellorū, q̃ apud Christianos. Rursum, uix neglectior sacra scri pta, q̃ apud Christianos. En tibi gladiū quē uoluisti. O glossa uel tartarū di gna. Adhuc tū sumus faxei, ut irā dei nō intelligamus. Cur quæso illud amā bilissimū ingenium, nō etiā duas clauēs, pari uidelicet subtilitate interpretat, ut una sit diuitiarū mundi largitrix, altera uero diuitiarū cœli? & quidē de altera aperit, & exundat diuitias Christi; sed alterā nō potuit sic intelligere, sciēs uo raginē rapacissimā diuitiarū in ecclesia. Non em̃ expedire ecclesie & patrimo nio Christi, ut cetera liberalitate diuitias mūdi, quæta p̃fundit diuitias cœli: ideo altera clauis est clauis sciētiae, cui si adderet̃ alter gladius, q̃ est gladius scientie apostolicæ, diceret: In ijs omnibus nondū est auersus furor domini, adhuc ma nus eius extenta, scilicet, quia res est mire molesta sacras literas meditari, qbus instructi (secundū Apostolū) destruemus munitiones, & omnē altitudinem extollentē se aduersus scientiā dei. Compendiū illud laboris nobis placet, ut nō hæretes, aut errores destruiamus, sed hæreticos & errantes concretemus, ducti scilicet meliōre consilio Catonis, q̃ Scipionis in Carthagine uastanda, immo contra uoluntatē spiritus, qui scribit, ideo relinqui in terra promissiois lebusæos, & Cananæos, ut filij Israel discerent bellare, & habere cōsuetudinē bellandi. Quod si sanctus Hieronymus non decipit me, puto de bellis hæreticorū præfiguratū, uel certe Apostolus sit dignus fide, ubi dicit, oportet hæreses esse, at nos, nequaq̃, sed oportet comburi hæreticos, ac sic radicē cū fructibus, immo zizania cū tritico euellere. Quid hic dicimus, nisi qd̃ cū lachrymis oīno dicimus, Iustus es domine, & rectū iudiciū tuū: quid em̃ aliud meremur? Atq̃ hæc ideo quoq̃ cōmemoro, ne Pighardi, uicini nostri, hæretici, infelix popul⁹ qui

quod scilicet Rhomano gaudet, sicut Phariseus super publicanum, non autē cō-  
 putatur: ne inquam, illi nos crederent nescire uitia, & labes nostras, & immen-  
 sum aduersus nostram miseriam superbirent, si nos ista tacere & approbare uis-  
 deremur. Scimus heu nostrum casum, & dolemus, non autē sicut heretici fugi-  
 mus, & seminatuum trāsimus, tanquā alienis peccatis pollui timeremus. Quo su-  
 rioso timore illi sic timent, ut non pudeat gloriari, sese ideo fugere, ne polluan-  
 tur. Tanta est charitas. Nos uero quo miserius laborat ecclesia, eo fidelis assisti-  
 mus & accurrimus, flendo, orando, monendo, obsecrando. Sic em charitas iu-  
 bet, alterum alterius onera portare; nō sicut hereticorum charitas facit, quæ so-  
 lum cōmoda querit alterius, ut potius portetur, & nihil molesti sustineat a pec-  
 catis aliorum. Quo modo, si Christus uoluisset facere & sancti eius, quis fuisset  
 saluus factus?

## CONCLUSIO LXXXI.

Facit hæc licentiosa ueniarum prædicatio, ut nec reuerentiam Pa-  
 pæ, facile sit etiā doctis uiris redimere a calumniis, aut certe argutis que-  
 stionibus laicorum.

Et si amici mei, me hereticū, impiū blasphemū, iam multis diebus clamēt,  
 quod ecclesiam Christi, & scripturas sanctas non teneam catholico sensu. Ego  
 tamē fretus conscientia mea, credo eos falli, me uero diligere ecclesiam Christi  
 & decorem eius. Qui autem me iudicat, dominus est, licet nihil mihi conscius  
 sim. Et ideo istas positiones omnes coegit me ponere, quod uiderim alios falsis  
 opinionibus infici, alios per tabernas ridere, & sanctū sacerdotium ecclesie ma-  
 nifesto ludibrio habere, occasione tam effusa licentia prædicandarum ueniarū  
 Non erat uulgus laicorum ampliore occasione, in odia sacerdotum excitandū  
 quod iam a multis annis propter auaritiam & pessimos mores nobis offensum  
 (heu solo timore poenæ) honorat sacerdotium.

Indulgentiis  
 occasione in-  
 ritum uenit  
 sacerdotium.

## CONCLUSIO LXXXII.

Cur Papa non euacuat purgatorium, propter sanctissimam charita-  
 tem, & summam animarum necessitatem, ut causam omnium iustissimā  
 si infinitas animas redimit propter pecuniam funestissimā, ad struendū  
 ram Basilicæ, ut causam leuissimam.

Purgatoriū  
 cur Papa non  
 euacuet.

Hanc questionem non papa, sed questores excitant, quia ut supra dixi, nūquā  
 legitur summi pontificis super hac re ullum decretum, ideo respondeant illi ad  
 eam, qui suscitauerunt. Ego ad omnes istas questiones uno uerbo responderim  
 quantum pro Pontificum honore fieri potest, uidelicet, quod nemo eos infor-  
 mat rei ueritatem, & frequenter fit, ut male narrantibus, male concedant.

## CONCLUSIO LXXXIII.

Cur pmanēt exequiæ & anniuersaria defunctorū, & nō reddit, aut  
 recipi pmittit bñficia p illis instituta, cū sit iā iniuria p redēptis orare.

Anniuersaria  
 seruātur etiā  
 si alie euolant  
 quod est illu-  
 sio, & techna  
 sacerdotum

Multos scio ista questione fatigatus meos, & multis euasioibus frustra a no-

H bis la

bis laboratum, diximus etiam, si euolarent animæ, tum officia instituta pro istis iam in laudem dei cederent, sicut fit, dum pueri & infantes decedunt. Alius aliter sed nullus fecit satis. Tandem corpi disputare, & negare illorum sermones esse ueros, ut uel sic dicerem tandem a doctioribus, quid hic respondendū foret.

## CONCLUSIO LXXXIII.

*Indulgentia  
uemales pecu-  
nie causa cō-  
ceduntur, &  
nō ppter pici-  
tatem.*

Quæ illa noua pietas dei & papæ, quod impio & inimico ppter pecuniam concedunt animam piam & amicā dei redimere, & tamen propter necessitatem ipsiusmet piæ ac dilectæ animæ non redimunt eam gratuita charitate.

## CONCLUSIO LXXXV.

Cur Canones pœnitentiales re ipsa & nō usu, iam diu in semet mortui, & abrogati, adhuc tamen pecuniis redimuntur per concessionē indulgentiarum, tanquam uiuacissimi.

## CONCLUSIO LXXXVI.

Cur Papa, cuius hodie sunt opes opulentissimis Crassis crassiores, non de suis pecuniis magis, quā pauperum fidelium, struit unam tantum Basilicam sancti Petri

*Fabrica. f. Pe-  
tri est pœnit-  
entia impedi-  
tor.*

Ad hanc quidē & similes ego dico, non est nostrum iudicare uoluntatem Papæ, sed tantūmodo ferre, etiam si quando fuerit iniquissima, ut supra dixi. Verū monendus tamen est, & præcones ueniarum, ut non detur tam manifesta occasio populis loquendi, sicut olim Heli sacerdos fecit, ut propter filios suos, homines detraherent sacrificio domini. Si tamen mens Papæ unquā fuit, ecclesiā S. Petri tot pecunijs corrasis ædificari, & nō potius eorum, qui facilitate eius, in suū lucrum abutuntur. Non est necesse literis tradere, quid passim de structura illa fabulentur; det dominus ut mentiar, non diu poterit ista exactio prospera esse.

## CONCLUSIO LXXXVII.

Quid remittit aut participat Papa iis, qui per contritionem perfectā ius habent plenariæ remissionis & participationis?

*Culpe remis-  
sionem p clau-  
ues, ignorat.*

Hæc inde uenit, quod multi etiā iurissæ nescire se dicant, quid sit remissio culpe per clauces, de qua supra meum sensum dixi.

## CONCLUSIO LXXXVIII.

Quid adderetur ecclesiæ boni maioris, si Papa sicut semel facit, ita cætes in die cuiuslibet fideiū, has remissiones & participationes tribueret?

Hic mire mira, alij cōmunē thesaurum fingunt, qui per indulgentias augeat. Et ideo si homo septies in die remissionē plenariā obtinet, ut in urbe potest fieri, tanto plura bona cōsequetur, si sibiipsis contrarij sunt, quod indulgentiæ sint expen-



expansiones thesauri secundū eos, ergo non collectiones. Alij iuxta diuisionē Remissio pec-  
 continui in infinitū, remitti putant peccata: sicut diuiditur in semper diuisibilia gentias sit ut  
 lignū, ita remittuntur peccata, semper remissibilia ulterius, licet semper minora xia diuisionē  
 fiant, Ego fateor me nescire quid dicam, continui.

CONCLUSIO LXXIX.

Ex quo Papa salutē querit animarū puenias magis quā pecunias,  
 cur suspēdit literas & uenias iā olim concessas, cū sint æque efficaces:

Hæc maxime omnīū urit & displicet, & fateor magna cum specie, illa enim Indulgentiæ  
 suspensio, unica est causa, quod uilescunt indulgentiæ. Itaq; ego nō possum ne- ueteres suspē  
 gare quidem, quod omnia ferenda sunt, quæ pōtēx facit, sed doleo, quod non dūtur, qñ nos  
 possum optima esse probare, quanq; si de mēte pontificis, sine intermedijs ope uæ adueniūt  
 rarijs mercedū, dicendū esset, optima de illa p̄sumenda dicerē, breuiter & cum mirū sinō p  
 fiducia loquendo, Ecclesia indiget reformatione, quod non est unius hominis pter qualitū.  
 Pontificis nec multoū Cardinalium officij, sicut probauit utrunq; nouissimū  
 conciliū, sed totius orbis, immo solius dei. Tempus autē huius reformationis  
 nouit solus ille, qui condidit tempora, Interim uitia tam manifesta negare non  
 possumus, clauis sunt in abusu & seruitute auaritiæ & ambitionis, & gurges ac  
 cepit impetū, non est nostrum remorari eum, Iniquitates nostræ respondēt no-  
 bis, & onus est unicuiq; sermo suus.

CONCLUSIO XC.

Hæc scrupulosissima argumēta Laicorum, sola potestate compefce Laicorū arq;  
 re, nec redditur ratione diluere, est ecclesiā & Papam hostibus ridendos tyrāide, nō  
 exponere, & infelices Christianos facere. ratione dilfol  
 uuntur.

Sic em̄ ex malo fit peius, dum terrore compefcuntur, quanto rectius docere/ mur, hæc irā dei intelligere, & pro ecclesia orare, & talia tolerare in spe futuræ re  
 formatiōis, q̄ dū tā manifesta uitia uolumus cogere, uirtutes uideri, peius irritē  
 mus. Siquidē nisi nos mereremur uexari, de<sup>o</sup> nō pmitteret solos hoies in ecclia  
 dominari, daret nobis pastores secundum cor suū, qui nobis pro uenijs darent  
 tritici mēsuram in tempore suo. Nunc autē etiā si sint boni pastores, tamen non  
 possunt ad officium suum uenire, tanta est ira furoris domini.

CONCLUSIO CXI.

Si ergo ueniæ secundum spiritum & mentem Papæ prædicarentur,  
 facile illa omnia soluerentur, immo nulla essent

Quomodo: scilicet, si, ut sunt, solum remissiones poenarum, non meritorie, Indulgentias  
 ac infra bona opera habendæ, nō fuisset ullus unq; commotus, aliquid de ijs nimum extolē  
 dubitare, nunc propter sui nimiam magnificatiōnem, suscitant quæstiones in  
 solubiles, in earum propriam uilificationē. Mens em̄ pontificis non potest esse  
 alia, q̄ quod indulgentiæ sunt indulgentiæ.

H ij Valeant



## CONCLVSIO XCII.

Valeant itaq; omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Christi, *pax pax, & non est pax.*

## CONCLVSIO XCIII.

Bene agant omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Christi, *Cruæ cruæ, & non est cruæ.*

## CONCLVSIO XCIII.

Exhortandi sunt Christiani, ut caput suum Christum per *poenas, mortes, infernosq; sequi* studeant.

## CONCLVSIO XCV.

Ac sic magis per multas tribulationes intrare cœlum, quã per *securitatem pacis, confidant.*

Satis supra de cruce & poenis dictum est, hodie rarus sermo.

AD CANDIDVM LECTOREM  
ET ERVDITVM.

**N**on tibi hæc ædita existimes erudite & candide lector, quanq; quid opus hoc monitorior quasi timeam Ciceronianã hæc tibi usum *sei*, tu pro genio tuo habes aliud, quod legas, me oportuit, cum mei *si* milibus, nostra, id est, rudia & barbara tractare. Sic placitum fuit in cœlo. Nec ausus fuisset nomẽ summi Pontificis, his meis bullis appellere, nisi ut dissem amicos meos, illius terrore q; maxime confidere; deinde, quod summi Pontificis peculiare sit officium, ut debitorem agar, sapientibus & insipientibus, Græcis & Barbaris. Vale.

Excusatio  
cur Summo  
Pontifici in  
scriptis.

DECLARATIONVM DISPUTATIONIS DE  
uirtute indulgentiarum reuerendi patris, ac sacre  
theologiæ doctoris Martini Luthe  
rij, ad Leonem x. Pon.  
• Max. Finis.

# BEATISSIMO PATRI 89

LEONI X. PONT. MAX. FRATER SILVESTER

Prierias ordinis prædicatorum, factiq; Palatii  
magister, æternam salutem.



Esicio pater beatissime, an ullo sim tēpore letior, q̄ cū tue beatitudinis contēplatione, & gratia aliquid efficio. Quo actum putarim, ut cōmētarijs in primū secundi cōflatis ex dīuo Tho.

Syluester con  
stat commen  
tarios.

immerſus potius q̄ implicitus cū edendis, tum exornandis & consumendis, nō poterim tanta uoluptate detineri, quin relictis, ac postergatis studijs & contēplationibus proprijs Martino nescio cui Luther, qui in ueritatem ipsam, & sanctam hanc sedem cruciatem eleuatam ostentat, me scutum opponerem pro sedis huius, proq; ueritatis honore, ac maiestate pugnatur<sup>o</sup>. Deniq; tridui laborē in opus illud absumpsi, cūta letitia & animi iocunditate, ut amor ipse mihi sensim ueritatē inferret, illaq; iugiter ac celerime animo illaberetur. Oro uero beatitudo tua pauca ista que elucubraui, in tantis & tā infestis laboribus, item & curis, percurrere non dedignetur, & sua beniuola censura inepte dicta, aut eliminare, aut eliminare. Ita cū fier, ut cūta sim post hac fiducia, ac si fida lorica instructus, ut etiā sathanā ipsum in futuro certamine non extimescam, immo audius experiri cupiā an ferreū nasum, aut caput enei gerat iste Martinus, ut effringi non possit. Vbi uero is sua fundamenta in lucem extulerit, sua probaturus, aut improbaturus nostra, quid dam (uolente deo) moliar, & maius, & accuratius expolitum. Eternum uale benignissime Pastor.

Ofcuram;

Olegantem  
amatorem.

Inepte dicta  
eliminare.

Saris Thomæ  
sice.

*18. sub signo...*

Sacrarum literarum professori, Martino Luther, Frater Syluester de Prierio ordinis prædicatorum spiritum humilitatis & ueritatis.

Et si longa mora intercedente Martine mi, literarias manus conferre deſuerim, eo uel maxime quod tarda senectū iam frigeant effice uires, tuis tamen uerbis excitus, ac pene impulsus, quibus undiq; athletas quasi alter Dares in certamina uocas, desuetas palestras, p̄ sancta apostolica Sede, itē pro ueritate tuēda denuo aggredi statui. Quoniā uero codicis abs te (ut fertur) editi fundamenta cernere non datur, nec tu conclusionibus tuis probationem ullā attulisti, earūq; complures sensus cū ueros, tū etiā falsos preſelerāt, non aliter imprimis tecū congredi uelim, q̄ tuarū falsarū positionū opposita subſtinēdo & defendendo, ut quibus innitaris fundamentis edocceas. Quasi ergo tuas sententias percurrens, ac trutinīs, dialogo nobis ipsis qui certaturi sumus inter locutoribus (deo maximo optimo inuocato) futuro, certamini iam principium affero. Vale & melius sentias.

Hic uidetur  
adiutus ab  
aliquo.

Responsio magistri Syluestri de Prierio ordinis prædicatorū, facti palatii Magistri, ad conclusiones magistri Martini Luther.

Tuum dogma ad examissim cribatur<sup>o</sup> Martine mi, normas & fundamenta faciam necesse est. Fundamentum primū est. Ecclesia uniuersalis essentialiter est conuocatio

Initū theolo  
gicum & fra  
ternale.

H ij uocatio

vocatio in diuinum cultum omnium credentium in Christum. Ecclesia uero uniuersalis uirtualiter est ecclesia Romana, ecclesiarum omnium caput, & Pontifex maximus. Ecclesia Romana, representatiue est collegium Cardinalium, uirtualiter autem est Pontifex summus, qui est ecclesie caput, aliter tamen quam Christus.

*Hæc oia peccata Ro. qd unq. aut in e. uange. aut in Paulo. aut in ueterib. inter pretu. uilo legit. Præterea hæc sunt & relictoria (cho) lasticg theologia dogmata*

Fundamentum secundum. Sicut ecclesia uniuersalis non potest errare determinando de fide, aut moribus, ita & uerum concilium faciens quod in se est (ut intelligat ueritatem) errare non potest, quod intelligo in cluso capite, aut tandem ac finaliter licet forte prima facie fallatur quousque durat motus inquirende ueritatis, immo etiam aliquando errauit, licet tandem per spiritum sanctum intellexerit ueritatem, & similiter nec ecclesia Ro. nec Pontifex summus determinans ea ratione qua Pontifex, id est ex officio suo pronuncians & faciens quod in se est, ut intelligat ueritatem.

Fundamentum tertium. Quicumque non innititur doctrine Ro. ecclesie, ac Romani Pontificis tanquam regule fidei in fallibili, a qua etiam sacra scriptura roboretur & auctoritatem hereticus est.

Fundamentum quartum. Ecclesia Ro. sicut uerbo, ita & facto potest circa fidem & mores aliquid discernere, nec in hoc differentia ulla est, preter id quod uerba sunt accommodatoria quam facta, unde hæc ratio et consuetudo uim legis obtinet, quia uoluntas principis factis promissive aut effectiue exprimitur, & consequenter quædammodum hereticus est male sentiens circa scripturam ueritatem, ita & male sentiens circa doctrinam & facta ecclesie in spectantibus ad fidem & mores, hereticus est. Correlarium. Qui circa indulgentias dicit ecclesiam Romanam non posse facere id quod de facto facit, hereticus est. Age nunc Martine & tuas conclusiones in medium afferas.

Mar. Dominus & magister noster Iesus Christus dicens, penitentiam agite, omnem uitam fidelium penitentiam esse uoluit. Quod uerbum de penitentia sacramentali, id est confessionis, & satisfactionis, quæ sacerdotum ministerio celebratur, non potest intelligi. Non tamen solum intendit interiorem, immo interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes.

*Mirum acume querba Christi prima cori que ad ea qd dicit post Christum, ignorata fuerunt, nisi loqua di uerba loquens de confessione sacerdotia locutus est*

Syl. His uerbis tres conclusiones Martine comprehendis, & uerbaliter falsæ quatuor falsitates. Prima falsitas est, quod saluator impossibile iussit, scilicet fideles omni tempore habere actum penitentie interioris uel exterioris, cum enim dicit agite, non loquitur de habituali interiori penitentia, que sola perpetua est, & consequenter loquitur de actuali interiori uel exteriori, agere enim, uel actus uel non sine actu est. Secunda. Verbum Christi dicentis, penitentiam agite, non potest intelligi de sacramentali penitentia. Triplex enim penitentia dicitur consueuit. Primo scilicet ut est uirtus quedam, cuius obiectum est peccatum sub ratione emendabilis, actus uero eius est dolor uoluntatis de peccato ipsa uero est habitualis moralis elicitus dictum actus respectu predicti obiecti. Secundo uero penitentia est sacramentum, cuius partes sunt contritio, confessio & satisfactio. Tertio accipitur uulgariter pro satisfactioe iniuncta a sacerdote, & omni carnis mortificatione. De qualibet aliarum trium dico predictum uerbum Christi non solum posse, uerum etiam & debere intelligi, cum ipse scilicet maderit de bono opere efficiendo. Tertia falsitas est ad hominem, id est ad te, quod scilicet Christus non intendit loqui solum de interiori penitentia, hoc enim in se quidem uerum est, sed tibi quod uis Christi his uerbis indicare penitentiam in omni uita, de exteriori non potest intelligi, quam oportet inter?

ter intercidere somno & gaudio, gaudēdo cū gaudentibus, & h̄mōi. Vnde tibi solū de interiori potest intelligi, nō omni sed habituali, quia etiā interiorē actū liberi ar. dormientes necessario intercidimus. Quarta uero falsitas est, q̄ interior penitentiā nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes, immo dico q̄ exterior sine interiori nulla est, iterior autē sola potest hominē saluare. Potest tñ hoc tuū dictum uerū, & a saluatore intentū habere sensum, scilicet q̄ oīs interior penitentiā operat uarias carnis mortificationes exterius, i. pro loco & tempore, i. q̄n ubi & quō oportet, sed hic sensus tibi uidetur impossibilis.

Quali Christi  
fuit in terra  
suscipere uolū-  
tū, inueniri  
possit.

Mar. Manet itaq; pœna donec manet odium sui, id est poenitentia uera intus, scilicet usq; ad introitum regni caelorum.

Syl. Sic per penā exteriorē mortificationē Martine intelligis, quod inde con-  
ficitur, q̄ penā contra odiū sui, & interiorē penitentiā diuidis, intelligi nō potest  
nisi ut dictū est, i. pro loco & tempore, aliter hec doctrina falsa, impossibilis & er-  
ronea est. Preterea improprie dictū est odiū suū quantū ad uere penitentes atti-  
net nullus eū imbutus gratia diuina odit se, sicut nec proximum, quē ad inlar  
sui diligit.

Voluptatem  
corporis non  
poenam, & a  
morē nō odit  
um sui asserit

Mar. Papa nō uult, nec potest ullas pœnas remittere præter eas quas  
arbitrio uel suo, uel canonum imposuit.

Syl. Supposito q̄ ecclesia per indulgentiarū uā concedat liberationē unius  
anime, uel plurium a purgatorio quod facere nequit, nisi relaxando penā inli-  
ctā a deo, supposito etiam q̄ ecclesia faciat indulgentias plenarias simpliciter,  
relaxando uidelicet omnē penā nulla habita mentione de iniuncta, ita q̄ tali in-  
dulgētia rite assecuta, anima statim e corpore soluta euolaret iuxta sanctorū in-  
terpretationē, dico Martine q̄ male sentis de facto ecclesie circa fidem, aut mo-  
res, quia posito casu possibili q̄ peccator teneatur ad penam iniunctā a sacerdo-  
te, iteā ad iniunctā a canone, & ulterius istis non sufficienter expurgantibus,  
tertio teneatur ad penā iniungendā a deo, tali casu (secundū te) rite assequens  
indulgētiā plenariā, decedens statim non euolaret, & si daretur ei indulgētia  
liberationis a purgatorio, si tibi non esset, non liberaretur, & ita circa factū eccle-  
siae male sentis, a sanctis dissentis, & ideo meo iudicio ista concl. est heretica. Vñ  
& S. Tho. in. 4. dist. cxxi. dicit q̄ ista opinio, scilicet q̄ indulgētiā ualeat solū ad  
remissionē pene iniuncta sacerdote uel canone, est cōtra priuilegiū datū Petro,  
ut quod in terra remitteret, etiā in celo remitteretur, & preterea secundū istam  
opinionē inquit diuus Thomas, ecclesia h̄mōi indulgētiās faciens, magis dam-  
nificaret homines q̄ iuuaret, quia absolueno a penitentijs iniunctis remitteret  
ad grauiores, id est purgatorias, hec sanctus Thomas. cū tñ indulgentia nō est  
plenaria, nec fit secundū aliquā partē quorū reatus, puta remittendo tertā partē  
penarū, nec conceditur liberatio alicuius anime a purgatorio, aliquem colorē  
habere, posset ista positio, quantū ad id q̄ dicit q̄ Papa non uult, quia commu-  
niter dicit de iniunctis penitentijs relaxamus, sed quia subditur, nec potest, quo  
ad hoc positio, heretica est, auferēs aut truncās priuilegiū Christi ad ecclesiam.

Supponis q̄  
nūq; sunt.

Mores & sa-  
ctā Romana  
tenuerunt præ-  
bare.

Quid scelus  
priuilegiū ab-  
soluti Petro?

Concedit ab-  
solutioes pri-  
uilegiū sonare  
de iniunctis  
penitentijs

Mar. Papa non potest remittere ullam culpam, nisi declarādo & ap-  
probando remissam a deo, aut certe remittendo casus sibi reseruatos,  
quibus contemptis culpa profus remaneret.

H iij Syl

Virtute idul-  
gentiarū fra-  
ter nullū cul-  
pam remittit  
ponitex.

Syl. Etsi conclusio ista quoquo modo habeat apparentiā in his qui clauibus ecclesie se contriti subiiciunt, & consequēter iustificati a culpa, in attritis tamē qui uirtute clauium (iuxta sanctorum interpretationē) fiunt contriti, nō Papa modo, uerū sacerdos quisquis peccata dimittit dispositiue & ministerialiter, id est applicando clauēs & sacramenta istis, non autem ea remittunt auctoritati ue, sed hoc excellentioris est potestatis. Vnde hanc conclusionē dico falsam, & gratia disputādi sustineo q̄ sit heretica, esto q̄ heretici nō sint eius positores,

Mar. Nulli prorsus remittit deus culpam, quin simul cum subiiciat humiliatum in omnibus sacerdoti suo uicario.

O Syl. agno-  
sce teipsum,  
q̄ nescio si qd  
ueri tuis ad-  
miseras syco-  
phantiis.

Syl. Leprosus (spiritualiter) Martine es, gestas em̄ cutē uariā & maculo sam ueris falsiq; coloribus, dum multis falsis pauca uera commisceas, uerūq; reddis dictū illud Bede, quod nullatā falsa doctrina sit que aliq̄ uera nō intermisceat.

Mar. Canones pœnitentiales solū uiuentibus sunt impositi, nihilq; morituris secundum eisdem debet imponi.

Syl. Dico ad hoc dictum ut ad precedens proxime,

Mar. Inde nobis bñ facit spiritus sanctus in Papa, excipiēdo in suis decretis semper articulum mortis & necessitatis.

Syl. Recte quidem loqueris, sed que dicis nihil p̄posito attingit, cum nō exel-  
piat Pontifex articulum mortis quo ad impositionem penitentie, sed quo ad  
referuationem absolutionis.

Mar. Indocte & male faciunt sacerdotes ii, qui morituris pœnitenti-  
as canonicas in purgatorium referuant.

Inmo nullas  
omnino refer-  
uat penas, cū  
sint iudicij  
dei.

Syl. Recte doces, sed tamē quod in alijs culpas, admittis; cum enim doces q̄  
Pontifex solū illas penas donat, que arbitrio suo uel canonū sunt inuncte teste  
diuo Tho. absoluis ab his, & ad purgatorias grauiores animas adducis.

Mar. Zisania illa de mutanda poena canonica in poenam purgatoriā  
uidentur certe dormientibus episcopis seminata.

Syl. Dico ut proxime,

Mar. Olim poenæ canonicæ non post, sed ante absolutionem impo-  
nebantur tanquā tentamenta ueræ contritionis.

Quid audior  
iuxta arbitri-  
um nostrum  
deus puniet  
peccatores?

Syl. Nunc quoq; nostra tēpestate qñ pene sunt arbitrarie, idē in omni penitē-  
tentia seruandū dico per Cle. dudum, de sep. ubi & Io. And. Nisi forte nullū sit  
dubiū quin penitens penitentia in iungendam sit acceptaturus & expleturus.

Mar. Morituri per mortem omnia soluūt, & legibus canonum mor-  
tui iam sunt, habentes iure carum relaxationem.

Syl. Quod astruis uerū est, ubi pena ex canone tantū debet, quod si eā quam  
imponit canon, etiam diuina iustitia exigat, purgatorium neget necesse est.

Mar. Imperfecta sanitas seu charitas morituri necessario secum fert  
magnum timorem, tanto maiorem, quanto minor fuerit ipsa, qui timor  
& horror satis est se solo, ut alia taceam, sacre poenam purgatorij, cū  
sit proximus desperationis horrori.

Syl.



Syl. His dictis Martine duas conclusiones, & tres falsitates comprehendis, & Tu frater dei quidē temere. Temeritas em̄ est in his, ad que nobis naturalis ratio non suppetur, uelle aliquid nostra auctoritate desinitre preter & a fortiori contra ea que in doctrina fidei sunt uel sanctorū, q̄ eodē spiritu scripturas interpretati sunt, quod edite fuere in his precipue: que fidei & morum sunt, in quibus concorditer docuere: immo non solū temerariū, sed erroneū est, ne dicā hereticum, ut ex quanto fundamento liquet. Prima autē falsitas est q̄ aperte innuis: q̄ hi qui in purgatorio continentur nesciant se saluandos, quod apertius etiam innuis infra conclusionē tuā, xix. Ego uero cū diuo Tho. cuius doctrina quantū ad fidē & mores attinet, per regulā fidei ecclesiā Ro. & discussa & pbata est, dico q̄ qui purgantur sciunt se liberandos, alioquin a nobis suffragia nō expeterent, quod crebro faciūt, ut liquet ex lib. dial. Gregorij. Secūda uero falsitas est q̄ q̄ purgantur timeant, preter q̄ filialiter, q̄ em̄ tā subintrā in presentī non timēt, quia timor de futuro est malo, alia autē mala p̄ter ea q̄ sibi inter purgandū herent non timēt, cū sciant se ab his malis ad gloriā trāsituros ut dictū est. Tertia falsitas est q̄ hīc timor se solo satis sit facere penā purgatoriā, quod utiq̄ falsum affirmo, quia nec facere potest cū non sit, nec se solo, alioquin impius esset deus, quispe qui preter istā sufficientem (ut astruis) penam, alias apponat, pura assistentie demonū ligationis ad certum locum, dilationis optate glorie, & eiusmodi.

Gravis autem ratio, spe ad firmat magis iter palatij q̄ negabit.

Mar. Videntur infernus, purgatorium, & coelū differre, sicut desperatio, prope desperatio & securitas differunt.

Syl. Hoc uidet quidē forte tibi, mihi autē cū d. Tho. uidet q̄ qui purgantur, habēt spem certā salutis, & cōsequēter nō sunt desperati, nec q̄ si siue ppe desperati. Differunt autē predicta sicut pena ppetua cū desperatione euadēdi, & uoluntate ppetuo adherēdi peccato, quod inferno cōgruit, & sicut pena temporalis cū spe euadēdi, & uoluntate adherēdi deo ppetuo, quod purgatorij est, & sicut priua tio oīs pene, & impletio oīs naturalis appetit⁹, & gaudiū, ut in celo est.

Satis est abū de Syl. tibi sic uideri.

Mar. Necessarium uidetur animabus in purgatorio, sicut horrorē minui, ita augeri charitatem.

Syl. Vno inconuenienti dato plura contingunt, apud Arist. Vnde posito serui timore, qui charitati aduersatur, necessariū tibi fuit Martine modū inuenire quo pelleretur, quod esse nō potuit congruētius q̄ per augmentū eius, quod timori repugnat. Ego uero sanctorū uestigia sequens, & non uocum nouitates cū diuo Tho. dico, q̄ qui purgatoriū patitur est uiator secūdū quid, in q̄ritū a beatitudine retardatur, nō autē simpliciter, unde in charitate non proficit, alioquin bonū esset eis diu esse in purgatorio, ut pfectiores & cōsumtiores euaderent.

Schōrū uestij p̄ta. i. questio maiorū theolozorum.

Mar. Nec probatū uidetur ullis autoritatibus, aut rationibus, quod sint extra statum meriti, aut augendæ charitatis.

Syl. Esto q̄ ista non probentur auctoritate scripture uel ecclesie, que necessaria conuincit (quod ad presens nec astruo nec destruo, cū tibi repente & ex his solū que memorie succurrunt respondeam) uest gemen probatū auctoritate sanctorum, que argumentum probabile facit, tu uero eiusmodi tua auctoritate firmans, uide ne presumas.

Autoritate schōrū. i. Tho. magis, quod probat fert auctoritatē scripturæ & ecclesiæ.

Mar. Nec hoc pbatū uidet qd̄ sint de sua beatitudie certæ & securæ saltem



saltem omnes, licet nos certissimi sumus.

Syl. hoc sicut iam dictum est probatum est saltem probabiliter, tum ex autoritate sanctorum, tum experientia, quia frequenter suffragia petunt, sicut multipliciter patet per beatum Gregorium in libro dialo.

Mar. Igitur Papa per remissionem plenariam omnium poenarum, non simpliciter omnium intelligit, sed a seipso tantummodo impositarum.

Syl. Quid pont. intendat, uel non intendat omittens dico, quod si de posse sit sermo: Papa ex rationabili causa potest remittere omnem poenam siue impositam siue non impositam, ut diuus Thomas edocet, oppositum autem dicere hereticum est, & contra privilegium datum Petro a domino: ut dictum est.

Mar. Errant itaque indulgentiarum predicatores illi, qui dicunt per Papam indulgentias hominem ab omni poena solui, & saluari.

Syl. Dico ut supra proxime, & quod tu Martine uulneratum & cecatum habes oculum, falsitatis trabem pergrandi, alienam festucam contemplanis.

Mar. Papa nullam poenam remittit animabus in purgatorio, quam in hac uita debuissent secundum canones solvere.

Syl. Negare potestatem Pape non se extendere ad relaxandum penas in purgatorio per uiam indulgentie, est male sentire de facto & doctrina ecclesie circa fidem aut mores, ideo hereticum est.

Mar. Si remissio ulla omnium omnino poenarum dari potest alicui, certum est eam non nisi paucissimis, id est, perfectissimis dari.

Syl. Quod asseris certum Martinus, utique certum est, non quod in ueritate ut reris sed in falsitate, dat enim ueniam non solum perfectissimis, sed etiam imperfectissimis modo habeat gratiam dei & charitatem per quam sunt ueniarum capaces, & seruetur indulgentie tenore siue isti multi sint, siue pauci, quod soli deo notum est. Si tamen de multiplicitate salutis doru, aut assequentium indulgentias ex coniecturis & suauis rationibus uolumus definire, dico probabiliter, & salua rei ueritate, quod sunt ualde multi, ad quod arguo ex fundamento Theologico, scilicet quod clauis ecclesie de attrito faciunt contritum, unde omnis qui cum attritione confitetur, consequitur contritionem, & gratiam, & consequenter indulgentiam & salutem si perseverat. Sunt autem ualde multi, qui indulgentiarum tempore confitentur, si credunt se mortali peccato detineri, & cum attritione, id est dolore imperfecto, qui tunc est quam homo uellet habere doloris & gratiam a deo, nunquam de cetero peccandi. Unde omnes tales consequuntur gratiam & consequenter indulgentiam, nisi post confessionem, ante ueniam acceptio nem relabantur. Et si plene non efficiunt quod mandatur, consequuntur partem proportionalem ueniam, ut docet diuus Thomas. Et ex eodem fundamento probabiliter teneco, quod & si maior pars Christianorum non uiuat in gratia dei, maior tamen pars dei gratiam in morte consequitur confitendo cum attritione, consequenter autem etiam saluatur si perseverat. Et quod saluator dicit multos esse uocatos, sic intelligendum est est dictum, quia totus mundus est uocatus.

Mar. Falli ob id necesse est maiorem partem populi per indifferentem illam, & magnificam poenam solutae promissionem.

Syl. Non fallit maior pars populi si attriti confitentur & reliqua obseruant, eo uel maxime quod declamatores credo docent propter ueniam alia pia opera non esse relinquenda, cum nullus pro certo sciat se ueniam assecutus, item quia & si illi ueniam non assequantur, primum tamen opus faciunt quod eos in salutem disponit.

Mar:

Vna heresia  
oppositum  
Tho. dicitur.

Vide ne tu si  
ter falsitatem  
etiam a dulatio  
ne labores.

Facta ecclesie  
Romanen  
sui improbat  
e est heresia.

Imperfectis au  
seruanda por  
tione opinor ut  
seruantes, re  
supiniqui cor  
lli inueniatur.

Novum Theo  
logie fundam  
entum, igno  
ratum Apstis.

Lubrica anti  
sa indulgentia  
rum.

Multi uocati

Dare nimos  
ueniarum cau  
ponatoribus  
non miseris fa  
me peruenit  
bus disponit  
ad salutem.

**Mar.** Qualem potestatem habet Papa in purgatorio generaliter, tale habet quilibet episcopus & curatus in sua diocesi & parochia specialiter.

**Syl.** Quantum ad propositum de themate super quo disceptamur, id est quantum ad applicationem satisfactionis unius ad alterum, est multiplex differentia inter Papam in ecclesia tota, & episcopum in diocesi, & curatum in parochia. Harum prima est secundum opinionem, que sentit indulgentias fieri ex thesauro satisfactionis Christi, non autem sanctorum, quia iuxta eam solus Papa potest indulgentias facere, sicut solus dispensat communia toti ecclesie, cuiusmodi est dictus thesaurus. Sed quia istam opinionem falsam existimo, dico quod alia differentia est, quia Papa dispensator est thesauri infiniti, cum dispenset satisfactionem Christi, non autem alij, sed merita subditorum suorum duntaxat. Ex hac autem sequitur alia, quia solus Papa facit indulgentiam plenariam, cum solus sit certus quod thesaurus per eum dispensabilis sufficiens sit ad penas omnes diluendas. Alia etiam est, quia Papa dispensat bona, que alij dispensant, non e contra, unde & aliorum potestatem limitat & restringit, non e contra. Vtrum autem curatus indulgentias edere possit, modo non discutio.

Vide somnium ultra Epimethida de dilectis papa & reliquorum episcoporum

**Mar.** Optime facit Papa, quod non potestate clavis, quam nullam habet, sed per modum suffragij dat animabus remissionem.

**Syl.** Quantum ad indulgentias attinet, Papa habet clauem iurisdictionis secundum sanctos; etiam in purgatorio applicatiue, animas tamen a debito seu reatu penarum non absoluit, sed eis tribuit unde penam uel debitum soluant, applicans & adiiciens eis satisfactionem Christi uel aliorum

Christus fuit aut obliuio aut paru can didus, quod cessauit inimicis sui merita non appu care.

**Mar.** Hominem predicant, qui statim ut iactus nummus in cistam tinnierit, euolare dicunt animam.

**Syl.** Predicator animam que purgatorio detinetur astruens euolare in eo insueti, in quo plene factum est illud, gratia cuius plena uenia datur puta deiectus est aureus in peluim, non enim hominem, sed meram & catholicam ueritatem predicat, tu uero oppositum dogmatizas, si pertinaciam addideris, uide iuxta predicta quid inde merearis, factum & doctrinam sancte Romanae ecclesie reprehendens. Nec plus est reprehensibilis declarator sic docens, quam cocus fastidienti stomacho substatialis cibos accidentalibus saporibus exacuens.

Mera & cathol. ueritas, quod tinniente in cista aureo statim aia er uolet e purgatorio, o inial niam.

**Mar.** Certum est nummo in cista tinniente augeri questum & auaritiam posse, suffragium autem ecclesie est in arbitrio dei solius.

**Syl.** Certum est etiam Martine ista concludi, esse detractorem, & utri ponentis os in celum, nec minus certum est, erroneum & hereticum esse dicere: quod ex tante rationabili causa Papa non potest pro uoluntate plus & minus dare de suffragio unius alteri, cum deus hoc sibi concefferit.

Nolite os ponere in caelum

**Mar.** Quis scit si omnes animae in purgatorio uellent redimi, sicut de sancto Seuerino, & Paschali factum narratur.

**Syl.** Quicquid sit de somnijs, propter que nunquam a sana doctrina recedendum est, doctor angelicus in .xxj. distincti. iij. querens an pena purgatorii sit uoluntaria, & multiplicitate de pena distinguens sic concludit. Absolute nulla pena est uoluntaria, quia ex hoc est ratio pene, quod uoluntati contraria, sed conditionate, siue ex suppositione alicuius finis pena est uoluntaria, sicut uult quis pati uisionem ut sanetur & hoc dupliciter contingit. Aliquando enim per penam aliquod bonum acquirimus, ut patet in uisione; & sic ipsa uoluntas assumit penam, ut in satisfactione patet,

Arguta dist. de pena si sit uoluntaria.

patet: quæ scilicet in hac vita est meritoria. Aliquando uero per poenam nullâ bonâ nobis accrescit; tamen sine poena ad bonum peruenire non possumus; sic patet de morte naturali: sine qua scilicet non uenitur ad regnum; & tunc uoluntas penâ non assumit, sed tolerat, & quantum ad hoc uoluntaria dicitur; & sic poena inquit purgatorij est uoluntaria. Ex quibus uerbis diuî Tho. patet: quod qui in purgatorio sunt; illâ poenam non eligunt; sed illatam patienter tolerant, & uellent libenter ea carere si possent. Adde quod anima separata grata deo nullâ habet maius desiderium, quàm uidendi deum, cum ad hoc omne suum uelle sicut ad finem ordinetur; licet pro dei uoluntate patienter toleret; unde si cum dei uoluntate possit carere poena impediente uisionem in hoc maxime letatur; plus quàm gaudium aliquod in hoc mundo nobis possit obtingere. Dicere autem oppositum, ridiculum & stultum est.

Hic hinc puer  
fuit uirum r/  
dei senex.

Mar. Nullus securus est de ueritate suæ cōtritionis, multo minus de consecutione plenariæ remissionis.

Syl. Hoc de uiuentibus uerû est: anime uero que purgantur, certæ sunt se dei gratiâ habere; & consequenter se indulgētiâ assequi, si rite conferantur, maxime plenariâ; quibus statim a tormentis ad gaudia deducuntur.

Mar. Quam rarus est uere poenitens, tam rarus est uere indulgētiâ redimens, id est, rarissimus.

Syl. Esto quod recte doceas; tamen superflue doces; cum iam idē supra uirtualiter posueris, immo plus, quia dixisti non assequi nisi perfectissimos, qui rariores sunt quàm uere poenitētes, cum inter hos quidam sint alij minus perfecti. Dico etiam quod uere poenitētes tot sunt, quot attriti confitentē, cum omnes tales dei gratiâ assequantur, nisi obicem ponant.

Attritus est  
tens obicem  
ponit mirabili  
more.

Mar. Damnantur in æternum cum suis magistris, qui per literas ueniarum securus se credunt de sua salute.

Syl. Qui per dictas literas sine bonis operibus tutos se putant fatui sunt, qui uero ex spiritali commodo eiusmodi literarum concipiunt spem melius uiuendi & moriendi, & purgatorias penas citius euadendi, recte sentiunt, & sic docentes recte docent. Time autem tibi magis Martine, ne uana eruditione inflatus, non respicias, eternoque percas & damneris.

Huius quale pe  
riculum mihi  
natur.

Mar. Cauendi sunt nimis, qui dicunt uenias illas donum esse dei in æstimabile, quo reconciliatur homo deo.

Indulgentiæ  
donum inestimabile,  
quia  
auti pondo  
plus sexcentis  
non potuimus  
eas precium  
hactenque  
re licet modo  
ueniat uilius.

Syl. Cauendi sunt magis detrahentes dei uicario, cum iniuste, tum etiâ false & erronee. Qui uero dicunt (ut refert) uere dicunt, modo reconciliatio illa intelligatur improprie per amotionem reatus, qui animum a dei contemplatione clara secludebat.

Mar. Gratia enim illæ ueniales tantum respiciunt poenas satisfactoriis sacramentalis ab homine constitutas.

Syl. Iam liquet ex dictis quantum falsa & erronea sit ista sententia, etsi de posse Pontificis maximi sermo sit, est etiam heretica, quasi Papa non possit omnem penam per indulgentias abolere.

Mar. Non Christiana prædicant, qui docent quod redempturis ani  
mas

mas per confessionalia, non sit necessaria contritio.

Syl. Nullum esse declamatorē reor; qui tam stulte docerit: qua uero intentione tales positiones in medium afferas ipse uideris. Si qui tamē docerent; q̄ non contriti nō uane indulgētias prosequuntur; quia proderunt contritione ex post facto accedente; non male docent apud complures peritos; quia sicut Papa potest cōstitutionem facere aut inficere ut ex tunc; ita etiam possit indulgentias largiri ut ex nunc suo tempore ualidas.

Quali nō sic  
declarent  
cōmissarij.

Mar. Quilibet Christianus uere compunctus habet remissionem plenariā a poena & a culpa, etiam sine literis ueniarū sibi debitam.

Syl. Si sentis q̄ omnis cui plena remissio pene debetur; eam assequitur; non obitante q̄ ueniarū literis careat; esto q̄ uerum doceas; tñ nihil dicis; quia deū dare omnibus que eis apud ipsum debentur ex congruo uel condigno; dubita uir nullus. Si uero sentis (ut uerba tua pre se ferit) q̄ sine dictis literis omnibus uere cōtritis debita sit plena remissio penarum; hereticum est; & Canones oēs penitenciales euacuas & eueris; & tertiam partem sacramēti penitentię; id est satisfactioem; & omnia iura loquentia de penitentiā salutari imponenda; & purgatorij. Nisi forte dicas; q̄ penam omnē remitti; & penam omnē exoluere idem sit; quod absurdum est.

Quali ueteres  
sece nō  
ignoraſſent  
tertiam hanc  
partē p̄niz.

Mar. Quilibet uerus Christianus, siue uiuus siue mortuus, habet participationem omnium bonorum Christi, & ecclesię, etiam sine literis ueniarum a deo sibi datam.

Syl. In opere bono quo reatus pene deletur; puta ieiunio; oratione; & elemosyna, duo sunt secundū doctrinam sanctorū; unum est meritum, quod nullius esse potest nisi operantis, qui solus pro opere proprio premio donatur; alterū est satisfactio, que aliud a merito est, unde is qui elemosynā largitur pro anima parentis, sibi quidē meretur, pro amico autem satisfacit ad abolendū penę reatum. Quis enim ausit negare elemosynam horum utriq̄ ualere. Si ergo de bonis operibus Christi & ecclesię loquaris quantum ad meritum, licet pro alterius merito nullus muneretur; quilibet tamē deo gratus ex aliorum meritis aliquid boni percipit, puta protectionem deī, sicut deus recordatus Abrahę, liberauit Lothi tempore euerſionis Sodome, uel saltem ipsum gaudium, quod quisq̄ bonus habet de bono alieno, secundū illud Psal. Participē me fac deus omnium timentium te &c. Sed quia hoc participiū paucis nō potest plene absolui dimittatur. Si uero loquaris de eisdem Christi & ecclesię operibus gratia satisfactioem, dico cum diuo Thoma, quod in absolutiōe a peccatis ex bonitate dei interueniente Christi martyrio, semper aliquid relaxatur de pena, non autem pena tota, alioquin plene implens iniunctum a sacerdote uel canone, etiam si nō plene satisfecerit deo euolaret, quod est hereticū, immo non oporteret sacerdotē quicq̄ imponere, nisi forte per uiam medicine ad precauendū imposterā.

Doctrina s̄  
top. 6. Tho.  
numeros p̄  
nūero. Pigit  
fectionē ope  
ris bonitidi  
culam.

Participium  
opinor nois  
& uerbi.

Mar. Remissio tamē, & participatio Papę nullo modo est contemnenda, quia, ut dixi, est declaratio remissionis diuinę.

Syl. Siue de culpa, siue de pena intelligas, utrobicq̄ damnabiliter erras, quia & culpam relaxat dispositiue, & ministerialiter, & similiter penam per uenias ut crebro iam dictum est.

quasi in v. q̄dā in s̄ p̄  
de ueniarū p̄niz. s̄ q̄  
uolū p̄niz. p̄dā p̄niz.

Mar. Difficillimū est etiam doctissimis Theologis, simul extolles re ueniarum largitatem, & contritionis ueritatem coram populo.

Hoc est san-  
cti Thomæ  
& Capreoli.

Sancti Thomæ  
& Capreoli.

Thomistice  
altingit deo  
difficultate  
ignoscendi  
nisi a Ponti-  
ficis indulgenti-  
gator.

Syl. Postquam Martine peruerse docuisti, iam nunc detrahere incipis, & ueniarum declamatoribus, & Pontifici consequenter. Quod autē difficile astruis ego impossibile astruo tibi, tuique similibus, qui nō es (pace tue dixerim) bonarum disciplinarū preceptis institutus, qui duo falsa precepta tenes, que uenias euertunt: unum quidē, quod uera contritio aboleat omnē penā, ut supra uideris in uerere; aliud, quod uera contritio penas uenijs p̄eligat semper, ut sequenti con-  
clu. patebit. Theologi autē bene instituti facile efficiunt, quod tu difficile pre-  
dicas, dicentes: quod sicut in humanis offendens quenq̄; cū iactura honoris, aut rerū, & si ex bono animo offensus restituatur ad amicitia abolita culpa, nō tamē semper abolita emenda, immo nec actione iniuriarū plerunq̄; ita etiā & deus abolita culpa lege cōmuni uult quod peccatorū emendā p̄stet, ut qui peccando sue uoluntati plusq̄; debuisset indulgere, aliquid cōtra suā naturalē uoluntatem ex uoluntate electiua patiat, quod est penas dare pro culpis.

Mar. Contritionis ueritas poenas quærit & amat, ueniarum autem largitas relaxat & odisse facit, saltem occasione.

Se elidit, nā  
si uera contri-  
tio amat po-  
enas, ergo nō  
indulgentias  
eas remittit  
tes.

Syl. Hec est tua potissima ratio, quare difficile dixeris utraq̄; posse saluare. Dico uero cū sancto Tho. quod si diu penas dare pro secleribus est alicuius boni allatiuum, ut in presenti uita, quando meritorū est, uera contritio amat penas ad merendum & precauendū a peccatis, sine tamen contemptu ueniarū, quia utrunq̄; melius est q̄; alterum, ubi uero pene nullum bonum asserūt, sed recu-  
dant a bono glorie, quod eis non exsolutis haberi nequit, pene non assumuntur, sed tolerantur, dulcissimumq̄; est animabus ab eis, misericorditer absolui,  
& ita in purgatorio est.

Mar. Caute sunt ueniarū Apostolicæ prædicandæ, ne populus falsè intelligat eas præferri ceteris bonis operibus charitatis.

Syl. Verū utiq̄; doces, sed nō minus caute sunt improbandæ & restringendæ in præiudiciū apostolicæ facultatis, & priuilegij concessi a deo beato Petro.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod Papæ mens non est, redemptionem ueniarū ulla ex parte comparandā operibus misericordiarū.

Indulgentias  
aiunt puoca-  
re ad opa mi-  
sericordiarū.

Syl. Docendi sunt etiam, quod mens pontificis est per uenias promouere fideles ad opera pietatis, siue diuini cultus & misericordie, & quod melius est benefacere & uenias assequi q̄; horum neutrum, uel alterum moliri.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod dans pauperi, aut mutuans egenti, melius facit q̄; si uenias redimeret, quia per opus charitatis cre-  
scit charitas, & fit homo melior, sed per uenias non fit melior, sed tan-  
tummodo a poena liberior.

Indulgentias  
sunt meritorij

Syl. Docendi sunt etiā, quod qui utrunq̄; potest melius est. Docendi sunt etiā quod per uenias nō fit homo melior essentialiter: fit tñ melior cōcomitater, quia erogare in opus pium aut alias bonū pro assecutiōe ueniarū meritorū est, unde ce-  
teris paribus melius est dare elemosinā gratia ueniarū, q̄; gratia meriti precise  
quia



quia sibi duo bona sunt, scilicet meritū, & sublatio impedientis ac retardantis a gloria, id est, reatus penarum, hic uero unicum est.

Mar. Docēdi sunt Christiani, q̄ q̄ uidet egenū, & neglecto eo, dat pro ueniis, non indulgētijs Papæ, sed indignationē dei sibi uendicat.

Syl. Docēdi sunt etiā scriptores castigat<sup>o</sup> scribere, q̄ tu scribas, q̄a quod scribis, nō est uerū, ubi quis potenti pauperi pōt elemosynā sine peccato negare, quod creberrime accidit, neq̄ ubi negat cū peccato q̄dē ueniali, sed sine mortalit, quia p ueniali solo nō uendicat sibi hō indignationē dei, cū gratie, & charitati, ueniale nō respignat, & cōsequēter nec amicitie quā ad deū habemus.

Quam mali  
gne patrocini  
natur paup̄i  
bus bene pa  
titus frater.

Mar. Docēdi sunt Christiani, quod nisi superfluis abundant, necessario tenentur domui suæ retinere, & nequaquā effundere.

Syl. Docendus es & tu sufficiētius diuidere, quia tēporalis hominū facultas insufficienter diuidit per necessaria que quis domui sue tenet retinere, que uel licet sunt necessaria, sine q̄bus nō & sup̄flua, sed hec est diuisio sufficiētis iuxta diu<sup>o</sup> Tho. Bonorū em̄ tēporaliū hominū quedā sūt necessaria ad uitam suā & suorū, que dicuntur necessaria, sine q̄bus nō, supple uiuūt, quedā uero sunt necessaria ad uitā decentē, que dicuntur necessaria, sine q̄bus nō bene, & quedā nec sic nec sic, que dicuntur superflua simpliciter. De primo necessario nec uenie sunt redimēde, nec elemosyna danda, nisi quis eligat mori dando pro bono rei publice. De secundo tenent homines elemosynā dare solū in necessitate extrema, pōt autē & debet homo dare de consilio extra dictū casum partē huius necessarij cum indiuisibili nō consistat, nō autē totū. Sic ergo patet q̄ etiā non habens superflua, potest redimere ueniās, ex parte eius quod est necessarium, sine quo non bene.

O filosofos  
pho plus q̄  
Aristotelicū  
hoc est p̄ q̄  
gentiū, extre  
ma necessita  
te. I. cū apliū  
pōtēte nō p̄  
est elemosy  
na danda.

Mar. Docēdi sunt Christiani, quod redemptio ueniarum est libera, non præcepta.

Syl. Docēdi sunt etiā, & docere debēt boni filij ecclesie Romane & conser<sup>u</sup> quenter dei, q̄ princeps pro cōmuni bono possit coactiue exigere bona a subditis, sed pontifex Romanus, utriusq̄ potestatis apicē tenens, pro fabrica Basilice sancti Petri, que est totius Christiani populū bonū, petit quod iubere possit, & petendo munerat ex thesauro sibi tradito.

O adulatorē  
pōt ne pontif  
ad emendas  
indulgētijs  
cogere

Mar. Docēdi sunt Christiani, quod papa sicut magis eget, ita magis optat in ueniis dādis pro se deuotā orationē, q̄ promptā pecuniā.

Syl. Immo nō sunt sic docēdi, quia hoc esset eos a multis bonis que ueniarū gratia faciūt dimouere, sed pot<sup>o</sup> sunt docēdi, q̄ oēs fideles ex debito charitatis tenent pro summo pastore, etiā sine uenijs orare, & q̄ papa multoties dat uenias, ut fideles prouocet ad orandū pro se, ut semp facit in sua capella. Quando uero ultra orōnes etiā pecunijs indiget ueniās largit, nō gratia pecuniarū, sed eius rei ad quā pecuniā ordinat, puta in restauratiōē hospitaliū & ecclesiarū, & hoc cū facit, omnes quorū interest letant & gratulant oēs, nisi q̄ tu, Martine id quod in alijs ecclesijs in restaurandis laudat, in fabrica prima totius reip̄, Christiane uitaperas, qui si a dño nostro habuisses bonū Episcopatu cū plenaria indulgentia ad ecclesie tue reparatiōem, forte dulcoribus uerbis abunduisses, & quibus detrahis, ueniās extulisses.

Lepide dicit  
nā rarus est  
trapezica, q̄  
nō uelit pecu  
nias propter  
utium.

Vide q̄puly  
chre ex le all  
os metitur.

Mar. Docēdi sunt Christiani, quod ueniz Papæ sunt utiles, si non

I ij in eis



In eis confidant, sed nocentissimæ, si timorē dei per cas amittant.

Pro indulgentijs agenda gratias, nam potius p. beneficio redemptio-  
nis.

Syl. Docēdi sunt etiā, q. confidētia ueniarū ab alijs bonis operibus nō retrahens nihil obest, sed occasionaliter prodest, dum anima ex hoc in gratiarū actus ones affurgit. Docēdus etiā es tu, ut cautius obserues, ne paucis uerbis tibī ipsi contradicas, qui interdū uenias dicis esse utiles, interdū solum signa diuinae relaxationis, que signa etiā apud te sunt fallacia, cum scribas nullū esse certum q. relaxationem penarum sit assecutus.

Mar. Docēdi sunt Christiani, quod si Papa nosceret exactiones uenialium prædicatorum, mallet Basilicam beati Petri in cineres ire, q. ædificari cute, carne, & ossibus ouium suarum.

Maximū se-  
cretū, qd. nei  
mo homin. ig-  
norat. Luth-  
erius traduxit  
cōtra charita-  
tem. Quisim  
impudētē.

Syl. Docēdi sunt potius Christiani, q. tu iniuste prædicatoribus detraxeris contra ordinem fraternæ correctiōis, talia secreta, si qua sunt (quod tūx credo) in publicū per uniuersum orbem seminando, qui talia si noneras, debuisti fraternæ correctiōis normam obseruare, eo uel maxime q. talis sit huius innocētissimi pontificis mens, ut nullus non iniūque modo, uerumctiam nec indecēter operetur aut utatur.

Mar. Docēdi sunt Christiani, quod Papa si sicut debet, ita uellet, etiam uendita, si opus sit, Basilica sancti Petri, de suis pecuniis daret illis, a quorum plurimis quidā concionatorū ueniarū pecuniā eliciunt.

Syl. Docēdi nō essent ista populi, quia esset contra fraternā charitatē, sed si nō sperat de clamatiū correctiō per secretā monitiōnē (ista em̄ nō sunt in ambone, docēdus esset is plarus, cuius interest, & singulariter dñs noster Papa, si tamē aliq. tales sint, quod ut credā, uix adduci possem, quia esto q. declamatores forent rapaces, per uim tñ nō extorquēt, spōte uero nullus est adeo stultus, ut si usq. adeo sit egens, ut pro eis suffragio Basilica sancti Petri uendēda foret, uel id pro indulgentijs pecunias effundere, unde potius credo q. loquaris per talenta, & talia aut excogitas, aut exornas.

Mar. Vana est fiducia salutis per literas ueniarum, etiam si cōmissarius, immo Papa ipse animam suam pro illis impignoraret.

Tragedice  
loqui & ex-  
haurire au-  
tes.

Syl. Vana est ista tua cōclusiō & similes, quia nullus est tam stultus, ut salutē suā talibus literis cōmittat sine uolūtate penitēdi uel statim uel tandē, sed tu ut deris loqui nō theologice, sed tragedice ad aures populorū exhauriendas, uide autē ne dātinō iudicio inde exhaurias maledicta irrationes & censuras.

Mar. Hostes Christi & Papæ sunt ii, qui propter uenias prædicādas, uerbum dei in alijs ecclesijs silere iubent.

Mérito alibi  
interdictum  
ne predicet  
q. minus in-  
dulgentie ut  
lius ueneat

Syl. Raris crebra cedere consueuerūt, sic celebrius colis annalis solennitas sanctorū, q. sabbatina dei matris, aut pene quotidiana trinitatis. Sic ex causa potest ex cuius declamatori pro loco & tēpore indulget, ut alijs silentiū indicat, quo populū habeat frequentiorē, ut inquisitori utq. ordinario, quod potest cōmēdari. Astruere uero pape hostes esse, qui cum sua gratia & beneplacito operantur, aut etiam dei, stultum & ridiculum est.

Quasi deus  
uipā de quo  
suos in indul-  
gentijs sit lo-  
catus.

Mar. Iniuria sit uerbo dei, dum in eodem sermone æquale, uel longius tempus impenditur ueniis, q. illi.

Syl. Dico ut supra proxime, & ulterius, q. ita loqueris, ac si publicatio ueniarum cum his que illam comitantur, declaratoria & hortatoria, non sit semina-  
tio

tio uerbi dei, quod nego.

Mar. Mens Papæ necessario est, quod si ueniat, quod minimū est, una campana, unis pompis, & ceremoniis celebrant, Euāgelium, quod maximū est, centū campanis, centū pompis, centū ceremoniis p̄dicet̄

Syl. Dico ut supra proxime, & ulterius, q̄ conuulsiōes cōclusiones nō decēt grauem theologū, sunt enim puertiles, & uidentur esse uitii stomachati, & inferentis os in celum, & contra stimulum calcitrantis.

Eccē uerū p̄  
eri potius fa  
centur q̄ gra  
ues theologi

Mar. Theauri ecclesiæ, unde Papa dat indulg. neq̄ satis nominati sunt, neq̄ cogniti apud populum Christianum.

Syl. Non est mirū si uulgus ista nō nouit, cum tu, qui cū orbe uniuerso te distiputaturū obtulisti, ista aut nō intellexeris, aut fingas, ut patebit. Sunt enim isti theauri noti & nominati, nō quidē lumine nostre rationis, sed spiritus sancti, qui per sanctos suos nos edocet, quibus tu nō assentiens, autoritate tua, aut tui similitū, alios thesauros effingis. Venie ergo siue indulgētie auctoritate scripsere nobis nō innotuere, sed auctoritate ecclesie Ro. Romanorūq̄ pontificum, que maior est, inter quos sanctus Gregorius primus (teste diuo Tho.) indulgentias dedit Rome in stationibus, ceteriq̄ sunt secuti. Theaurus ergo iste fecundū sanctos, cū theologos, tum etiam canonistas, sunt merita Christi & sanctorū, non ea ratione qua merita, sed qua satisfactiōes.

Indulgētia  
auctoritate  
scripturæ no  
bis nō innot  
tuere, sed p̄  
uicū Ro. q̄  
illa maior ē.

Mar. Thesauros certe unde indulgētiæ dantur, non esse temporales patet, quia non tam facile eos profundunt, sed tantummodo colligunt multi concionatorum.

Syl. Nō doces Martine, sed detrahis, nō cōcionatorib⁹ tantū, quos scis rem sua nō pmouere, sed innocentissimo pontifici, & qdē iniuste, quippe qui nil uellet aut inique, aut etiā indecēter agi, maxime uero p̄textu sue auctoritatis.

Mouet inuol  
dā Lutherio

Mar. Nec sunt isti theauri merita Christi & sanctorum, quia hæc semper sine Papa operantur gratiam hominis interioris, & crucē, mortem, infernumq̄ exterioris.

Syl. Immo secundū sanctos tam theologos, q̄ canonistas celebriores, sūt p̄dicta merita Christi & sanctorū, nō ea ratione qua merita, sed qua satisfactiōes Christo sup̄uacaneæ, sanctis autē superabundantes. Quarū satisfactiōnū ualorē uerū est quidē in nobis operari, & nobis applicari, sed non sic, ut plene per eas liberemur ab omni reatu, nisi in casu duplici: primo quidē si nos p̄ satisfactiōnē plenā eis cōiungamur; secūdo uero si pontifex eas nobis plene p̄ indulgentias applicet. Si aliter sentis, aberras a fide, nec indulgētiarū thesaurū intelligis.

Bellū s̄onū.

Mar. Thesauros ecclesiæ sanctus Laurentius dixit esse pauperes ecclesiæ, sed locutus est usu uocabuli suo tempore.

Syl. Etiam nunc latenter mordet potius q̄ doceas, quasi tēporibus nostris pauperes nō sint p̄tōficis hominūq̄ thesauri, puto autē quod licet Romanus clerus a p̄fectione primeua declinat, quod nō inficior: tu tamē nō sis talis, q̄ possis irreprehensibiliter reprehēdere, & qui a primeua patrū religiositate nō declinat, quod equidē uel hinc conijcio, quia nullus sapiens est (ut reor) qui te esse detractorē iniustū non astruxerit, quan̄ q̄ etiā utinā sic Rome essent bona cetera, sicut elemosine plē, quod ut reliqua taceam, etiā pauperū numerus sine numero indicio sit; maxime uero in pio pontifice, qui nulli quantumuis

Hoc clamat  
totus mundus  
nec ignorat  
Germania.  
q̄ritūq̄ bar  
bara italis dī  
cat.

extero aut ingrato uiro, scit petita denegare.

Mar. Sine temeritate dicimus clauces ecclesie merito Christi donatas, esse thesaurum istum. Clarum est enim quod ad remissionem peccatorum & c<sup>a</sup>. sola sufficit potestas Papæ.

Medite thesaurum edifica tur arx.

Syl. Si cuiusq; sancti testimonio citaueris, tecum in hoc sentientis, temere te sic docuisse negabo, qd' puto nō facies. Et quidē fateor ad id sufficere potestatem pont. maximi eo modo quo potestas regis ad arcem fabricandā, uidelicet medi ante thesauro, q nō sit potestas, sed materia potestatis. Cū em̄ ecclesia ex thesauro isto faciat indulgētiā plenariā, si thesaurus iste sit clauces ecclesie, aut clauces admote peccatoribus operabunt cum electione, sic q in sacramentali penitētia nō operabunt quantū possunt, absoluendo ab omni pena sicut ab omni culpa, aut semper penā totaliter abolebunt, quorū utrūq; falsum est; primū quidem, quia nullus sacerdos sic absoluendo intendit, sed intendit peccatori benefacere quantū potest; secundo uero, quia purgatorū tollit; unde doctor angelicus docet per clauem remitti partē pene, nō totam. Iste ergo thesaurus materialiter est satisfactio Christi & sanctorū, effectiue autē est clauis iurisdictionis qua dispensatur. Igit potestas pont. per clauē ordinis oēm culpā, & per clauē iurisdictionis, cuius est indulgere, omnē penā ex causa potest aboleri.

Clauis potest.

Mar. Verus thesaurus ecclesie est sacrosanctū euangeliū.

Syl. Verū quidē Martine dicis, sed tñ equiuoce loqueris de thesauro; & hoc ipsum uerū quod dixisti, ad malū finē ordinas, ut uideat, ut etiā statim patebit.

Mar. Thesaurus euangelii est merito odiosissimus, quia ex primis facit nouissimos, thesaurus indulgentiarū merito est gratissimus, quia ex nouissimis facit primos. Igitur thesauri euangelici retia sunt, quibus olim piscabantur uiros diuitiarum, thesauri indulgentiarum sunt, quibus nunc piscantur diuitias uiuorum.

Canē uocat.

Syl. Si mordere canē est propriū, uereor ne tibi pater canis fuerit, qui ad hoc uideris natus ut mordeas, uereor insup ne ppter tuā dicitatē, & illationē tuā oris in celum aliquid mali tibi cōtingat; nec uideo quō uenias excusandus ab anathemate ex capite multiplici, nec puto q uir sis mētis compositæ, qui talia caraciteribus formanda tradideris.

O Christia; nā modestia.

Mar. Indulgentiæ quas concionatores uocant maximas gratias, intelliguntur uere tales quo ad quæstum promouendum.

V. burse & alie indulgentiæ plus pñt

Syl. Iam pontifice deserto, spūs sancti muneribus detrahis, quasi ipse indalgētie nō anime, sed burse perutiles sint, quod blasphemiam dixerim.

Mar. Sunt tamen reuera minimæ ad gratiam dei, & crucis picturam comparatæ.

Sic maxime p hyperbole ut culcæ.

Syl. Hi qui uenias gratias maximas astruunt nulli cōparantes, excusandi ueniunt p hyperbolen, tu uero qui eas cōparas gratie Christi, uide quo nā pacto excusabere dicēs eas minimas, cū etiā sint gratie alte, & alia dona minora, puta ipsa bona fortune, nec reor poteris aliquā excusationē pretēdere, que ueniarū declamatoribus eque nō congruat, cōsequenter autem iniustemordes.

Mar. Tenentur episcopi & curati ueniarum Apostolicarum, commissarios cum omni reuerentia admittere, sed magis tenentur omnibus

bus oculis intendere, omnibus auribus aduertere, ne pro commissiōe  
Papæ sua illi somnia prædicent.

Syl. Si tibi talia dicenti animus inesset equus & bonus, tacendū esset, sed sicut  
diabolus in omni suo opere suam superbiam, ita tu quoq; in omni pene tua con-  
clusionē tuam malevolentiam redoles.

Mar. Cōtra ueniarum Apostolicarum ueritatem qui loquitur, sit  
ille anathema & maledictus.

Syl. Effigiem geris eius, qui consignare se putans, in lumē proprium impia-  
git. Veritati enim ueniarum aut ignorantia, aut malitia multum detraxisti, ut  
liquet ex dictis.

Mar. Qui uero contra libidinem & licentiam uerborum concio-  
natoris ueniarum curam agit, sit ille benedictus.

Syl. Sit inquit benedictus, si charitate, si iustitia, si pietate mouetur, qui uero Malo modo  
maius querē  
dus cunctus.  
contra licentiosum in dicendo, licentiosior est in scribēdo, a deo quidē bonus  
efficiat, ab hominibus uero ad aliorū monumentū castigetur.

Mar. Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in fraudē negocii indulgen-  
tiarum quacunq; arte machinantur, multo magis fulminare intendit  
eos, qui per ueniarum prætextum in fraudem sanctæ charitatis & ue-  
ritatis machinantur.

Syl. Dominus noster Papa tante uirtutis creditur, ut per suos ministros nil Mouet inui-  
diam,  
inducens fieri uelit, an uero in eos delinquentes intendat animaduertere p ana-  
thema ut dicis, puto nescias.

Mar. Opinari uenias Papales tantas esse, ut soluere possint hoīem  
etiā si quis per impossibile dei genitricē uiolasset, est insanire.

Syl. Astruere q; habēs plenitudinē peccatis a Papa ad uenias possit absoluerē a Sic affirmat  
se prodest.  
culpa in dicto casu per ordinis clauem, & a pena per clauem iurisdictionis, non  
est insanire, sed sane sentire, cum etiam idem possit in eadē, & in eos, qui aut  
uirginem aut Christum interemissent, modo essent uiatores. Videris autem  
loqui tragedice.

Mar. Dicimus contra, quod uenias Papales nec minimum pecca-  
torum uenialium tollere possunt quo ad culpam.

Syl. Immo tibi tollere nō possunt ueniale, etiā quo ad penā, quippe quoniā Curr nō Mar-  
tini uerba di-  
cimus libere,  
si ita creditis  
secundū te sunt solū signa & nō causa remissionis. Quod uero per uenias cul-  
pa remittat, predicatorē ueniarū docuisse credo nullū, quippe cū etiā radori-  
bus liqueat assecutionē ueniarū præexigere culpārū abolitionem, cū huius rei  
gratia etiam rustici sua crimina fateantur.

Mar. Quod dicitur, nec si sanctus Petrus modo Papa esset, maio-  
iores gratias dare posset, est blasphemia in sanctum Petrū & Papam

Syl. Et si sanctus Petrus credat sanctior fuisse omni post futuro pontifice, &  
in gratijs personalibus copiosior, quantū tamē attinet ad clauē iurisdictionis &  
I iij ordinis

Pe. et Leo. x. ordinis erroneum est, ne hereticum dicam: dicere Leonem. x. Petro primo mi-  
 sequitur, et si norem, & non posse de iure quecumq; ille potuit.

Mar. Dicimus contra, quod etiā iste & quilibet Papa maiores ha-  
 bet, scilicet euangeliū, uirtutes, gratias curationū &c. ut. i. Cor. xii.

Syl. Timeo ne dei iudicium super tuum caput portes, qui per ironiam ita ir-  
 risorie loqueris uniuerso orbi de tanto pontifice: Vtinam autē tibi sint ille uir-  
 tutes, que in domino nostro predicantur.

Mar. Dicere crucem armis papalibus insigniter erectā, cruci Chri-  
 sti æquiuale, blasphemā est.

Syl. Tibi nō credere quoniā iam cepi, neq; hoc puto ab aliquo ueniariū decla-  
 matorē p̄dicatū ita nude, ut recitas, quāq; quilibet crux in qualibet materia eque  
 representet imaginē Christi, & eque adoranda sit, seclusa ratione contactus,  
 de qua ad presens breuitatis gratia supersecedo.

Mar. Rationem reddent episcopi, curati & theologi qui tales ser-  
 mones in populum licere sinunt.

Syl. Videris Martine uelle te per hec iustificare, quasi recte feceris, detrahem  
 do uenijs cōtra preceptū dñi nostri Pape, & detrahēdo ueniariū cōcionatorib⁹  
 & pontifici contra preceptum dei, sed nequaq; propterea q; theologus sis, ue-  
 nis in predicatis excusandus, sed arguendus, plectendus, & ad omnem heresim  
 abiurandam cogendus.

Mar. Facit hæc licentiosa ueniariū prædicatio, ut nec reuerentiā  
 Papæ facile sit etiam doctis uiris redimere a calumniis, aut certe argu-  
 tis quæstionibus laicorum.

Syl. Pulchre sub colore excessuū eorum qui declamant, iterum impingere  
 uis in pontificem, quæstiones secularibus asseribens, sed age, en reuerentiā &  
 amor ad pontificem docebit me soluere insolubilia tua, incipe.

Mar. Scilicet cur Papa non enacuat purgatorium propter sanctissi-  
 mam caritatem, & summam animarum necessitatē, ut causam omniū  
 iustissimam, si infinitas animas redimit propter pecuniam funestissi-  
 mam, ad structuram Basilicæ, ut causam leuissimam.

Syl. Deus qui tanq; agens supremū, omnia uertit ac dirigit in finem postre-  
 mū, unde & omnes homines uult saluos fieri, nulli uoluit gratiā, qua in finē il-  
 lum dirigit & saluē elargiri, nisi ex parte eius, qui gratiā erat acceptur⁹, esset  
 p̄paratio quedā, & meritū cōgruitatis, quē apparatus qui habere nequeat ut in-  
 tantes, his uult suffragari p̄ alios Christus quoq; q; p̄ nobis infinite satisfactio-  
 nis passionē tulit, nō uult illā nobis suffragari, nisi nos p̄ nostrā satisfactionem  
 insufficientē, eius satisfactioni sufficienti & sup̄abundanti iungamur. Cum er-  
 go deus post penam anime ex contritione & clausibus misericorditer abolitā,  
 ex sua simul misericordia & iustitia talem animā addiderit tali pene exoluen-  
 de, puta annorū centum, qua ratione debet pontifex totam illā penā, uel etiam  
 aliquod meritū afferat, puta elemosyna, aut ieiuniū, aut oratio a se aut ab alio  
 pro se oblatū: Inde est q; clamant omnes sancti, cum theologi, tū canoniste, in  
 ueniariū largitiōe causam aliquā oportere interuenire, que causa est q̄cqd̄ est  
 in dei gloriam, uel promotionem boni cōmunis, & hmōi. Patuerit ergo cur  
 Papa

Facit christū  
 infirmo, &  
 nihil gratis  
 nobis largi-  
 entem.

Sancti cano-  
 nistæ.

Mouet inui-  
 diam.

Quilibet  
 crux q̄q; ado-  
 randa sp̄i  
 Syuzetra.



papa purgatorij nō euacuat, quia uidelicet nō subest rōnabilis causa relaxādi rigore iustitię diuine in oībus aniabus purgatorij, que si subesset, utiq; posset illud euacuarē, puta si daret plena indulgentia, etiā defunctis porrigētib; adiutricēs manus ad expeditiōē in Turcas, & q̄libet ania purgatorij amicū haberet, sibi debite & cōplete suffragantē. Charitas autē pont. & necessitas aię nō est ratio efficacis relaxandi iustitiā diuinā, quā deus talis necessitatis cōsciū, & infinitę charitatis ac misericordię uisceribus plenus sanxit & inuolabiliter seruat. Age nunc Mar. & alia quesita multiplicā.

Nulla est cā rōnata p oībus aiabus redimēdis e purgatorio

Ecce pecunia potior ē charitate.

Mar. Cur pmanēt exequię & anniuersaria defūctorū, & nō reddīt aut recipi pmittit bñficia p illis instituta, cū iā sit iuria p redēptis orare.

Syl. Due huius cause sunt. Prima qdē, q̄ incertū sit, an is q̄ porrigit manus adiutricēs ut anie culpā plenā ueniā obtineat, secūdu p priā facultatē porrigere rit qd̄ necesse est pōtē em̄ aliqñ porrigere nimis parce, q̄ casu aia non alsequit indulgentiā plenā, sed secūdu pportioniē exhibitā ad id totū quod fuerat exhibendū, ut docuit diuus Tho. Alia uero causa est, quia & si suffragia nō profunt iam redemptis, alijs tamē profunt, & hoc ipsū morituri intendebāt, qui sibi anniuersaria ppetua ordinarūt, cū nō sit uerisimile q̄ crederēt se in purgatorio perpetuo futuros, donec celi cū terra mouendi forent.

Paucę dotes nō nanciscitur indulgentias p aiab.

Mar. Itē quę noua illa pietas dei & Papę, quod impio & inimico ppter pecuniā cōcedūt aiām piā & amicā dei redimere, & tñ ppter necessitatē ipsiusmet pię & dilectę aię nō redimūt eā gratuita charitate.

Syl. Quę est ista noua ignorātia tua (ut cū stomacho loquar) ut putes q̄ de iñfinita charitate sua (iustitia sic exigēte) aiām cōsciū in tali necessitate cōstituerit, & deinde nulla facta mutatione ex parte dei uel animę debeat eam ex tali necessitate educere: Interueniat ergo causa aliqua necesse est, ut clamāt sancti uniuersi, si dei iustitia aut relaxāda penitus, aut certe mitigāda est, q̄ causa nō ex parte dei (inuariabilis em̄ est) sed ex parte anime pensanda est.

Pecunia pōtē mutare aiām i purgatorio & intendit illa charitas non mutat.

Mar. Item cur Canones pœnitentiales re ipsa & non usu in semet abrogati & mortui, adhuc tamen pecuniis redimuntur per confessionem indulgentiarum, tanq̄ uiuacissimi?

Syl. Visis conclu. tuis Martine, doctus mihi primo aspectu uisus es, dicta uero tua exactius pserutanti, mihi uideris satis grossus: quippe qui nō uideas, q̄ licet canones eiusmodi quo ad id sint abrogati, q̄ secūdu illos penitentię nō sūt necessario imponēdę peccatoribus, cū hodie sint oēs arbitrarie, nō tñ abrogati sunt quantū ad hoc, ut reatus ad penā iuxta eos taxandā nō maneat, nisi forte alicubi diuine iustitię mensurā excedant, plus iusto imponētēs, & quātū ad istum reatum pene uiuentē & ligantem redimuntur. Vnde tibi pro regula obseruandū est, q̄ ecclesia Ro. sicut in dicto, ita & in facto suo nō fallit in fide aut moribus, alioquin a uia salutis aberras.

Acumen de pœna arbitrarie.

Optā regulā

Mar. Item cur Papa, cuius opes hodie sunt opulentissimis Crassis crassiores, non de suis pecuniis magis, q̄ pauperum fidelij struit unā tantum Basilicam sancti Petri.

Syl. Vbi multe diuitie, sibi (diuina scriptura testis) multi sunt qui comedunt illas; & forte S. dñs noster p suo gradu & maiestate est pauperior te, cui si census esset exiguus, forte non uacaret ista conscribere. Quid uero latenter reprehendis

P̄scilicet Ro. pauper.



Impare pōt  
pecuniam

hendis ex laicorū persona pontificē, qui pecunias excipiat a spēre offerētibz  
qui pro hoc cōmuni; & quidē celeberrimo bono, iuste tanq̄ summus in mun  
do gemina potestate rex imperare eas & indicere posset.

Mar. Item quid remittit, aut participat Papa his, qui per contritio  
nem perfectā ius habent plenariz remissionis & participationis.

Syl. Si quis tantā cōtritione torqueat, ut omnīū peccatorū suorū reatū aboleat  
at, huic Papa nihil penarū remittit, sed si reris oēs contritos esse eiufmodi, euet  
tis purgatorū, & non modo hereticus, uerū heresiarcha es quantū ego sentio,  
qui hactenus nullū relegerim ista nefanda docuisse.

Mar. Itē qd adderet ecclesiz boni maioris, si Papa sicut seffacit ita  
cēties in die cuilibet fidelīū has remissionēs & participatiōes tribueret

Plenariū in  
dulg. sepius  
redimens, la  
cū habet ex  
ponendo pec  
cunias.

Syl. Duo bona adderent, unū quod necesse esset fideles toties repetere cau  
sam gratia cuius dantur ueniz, puta elemosynā aut orationē, aliud, quia remit  
teretur omnis nouus penarū reatus, si quis post uenizā incidisset.

Mar. Ex quo papa salutē q̄rit animarū p uenias magis q̄ pecunias  
cur suspēdit uenias & literas iā olim cōcessas, cū sint æque efficaces?

Syl. Ideo facit, ut sicut olim p̄decessores sui uenias dederunt p structuris mī  
noris momēti, & q̄ iam forte uel ex toto, uel ex parte explete sunt, ita ipse pro  
ista structura largiat omnīū preclara, & in hanc fidelīū pla uota colligantur.

Mar. Hac scrupulosissima laicorū argumēta sola potestate cōpescere,  
nec reddita ratione diluere, est ecclesiz, & papam hostibus ridendos  
exponere, & infelices Christianos facere.

Apex petis  
in pontifice.

Syl. Ecclesia Ro. que in Ro. pōtifice uirtualiter inclusa est, equalis & spiritua  
lis potestatis summū in papa apicem tenet, & seculari brachio (prout iura de  
cernūt) pōt eos q̄ fide primo suscepta, deinde male sentiūt cōpescere, nec tenet  
rationibus certare ad uincēdos, p̄tuentes, nisi maxime ueritas in aperto est,

Minatur.

ego tñ uolo tecū rationib⁹ agere, & experiri quid scribēdo possis. Hostes autē  
se imidētes, & corpales & spūales, solet ecclesia ad nihilū (deo iunāte) deducere.

Mar. Si ergo ueniz secūdum spiritum & mentē Papæ predicarentur,  
tur, facile omnia illa soluerentur, immo non essent.

Argotizatio  
nibus.  
Elegantia  
italica.

Syl. Si mens pōtificis esset illa quā tu scripsisti, esset mens male docta, & lon  
ge a ueritate aberrans, ut patuit, & clarius patebit; cū iam non conclusionibus  
sed argotizationibus agemus.

Mar. Exhortandi sunt Christiani, ut caput suū Christū per poenas  
mortes, infernosq̄ sequi studeāt, ac sic magis per multas tribulatiōes  
intrare eodum, q̄ pro securitate pacis confidant.

Syl. Exhortādi etiā sunt, ut caueāt a doctrina tua tuiq̄ similiū, que nec sana,  
nec charitativa est, sed detractoria & fugillatiua. Tribulatiōes uero in hac quā  
dē uita a uiris p̄fectis eligunt, quādo sunt alicuius boni allatiue, in futuro autē  
fecus, ut supra ex diuo Thoma deductū est. Hac ergo sunt Martine, que ad

Quā Thomi  
stice puocat  
Lutherū ad  
certamē, qui  
nōq̄ posthac  
in arenā prof  
dibit.

cōclusiones tuas respōdēda occurrerūt, posthabitis in fine quibusdā uanis que  
loqueris. Eia nūc age, aut improba mea, aut tua proba. Ego quoq̄ imposteriū  
itidem faciam. Et ut latior tibi campus certaminis addat, etiā ea q̄ in Syluestrina  
scripsi, sublinenda propono.

FINIS.

REVE

# REVERENDO IN

CHRISTO PATRI SYLVESTRO PRIERA  
ti, ordinis Prædicatorum, sacre Theologiæ professori cele  
berrimo, sacriq; Palatii Apostolici magistro, F. Mar  
tinus Lutherus Augustinianus, æternam in  
Christo Salutem.



REVENIT AD ME REVERENDE  
Pater, Dialogus ille tuus, satis superciliosus, &  
plane totus Italicus & Thomisticus. In quo & si  
causaris te iam senẽ armisq; defectum, denuo me  
is uerbis ad certamẽ impelli, tñ uelut Entellus ille  
de me Darete, ut ais, referre paras uictoriã in spe  
rato, nisi quod eo ipso Dareta magis q̃ Entellã  
exhibes, quod rumores pontis ante salutẽ, & (ut  
dicitur) Encomium ante uictoriã. Age igitur,  
fac quod facis, fiat uoluntas domini. Vale.

Omitto fundamenta tua, quorum intelligentiã magis suspicor q̃ capio. Et  
more exemploq; tuo, mihi quoq; fundamenta iaciam necesse est.

Primũ est illud beati Pauli, Omnia probate, quod bonũ est tenete, & Galij  
Si angelus de celo aliud uobis euangelizauerit, q̃ accepistis, anathema sit.

Secundũ est illud B. Aug. ad Hiero. Ego solis eis libris, qui Canonici appel  
lant, hũc honorẽ deferre didici, ut nullã scriptorẽ eorũ errare, firmissime credã  
Ceteros autẽ qualeslibet doctrina, sanctitateq; polleat, nõ ideo uerũ esse credo

Tertium, illud Cle. de pce. & re. c. abusionibus. (quã illi sic senserũt & c.  
Questoribus nihil licere, inuenijs prædicandis, pponere populo, q̃ quod in  
eorum literis continetur, hoc est quod tu dicis, ea quæ ecclesia de facto facit.

His fundamentis, si me intelligis, simul intelligis totũ tuum dialogũ fundi  
tus euersum. Nam tu perpetuo uerborũ textu, non nisi nuda uerba pontis, aut

solas opiniones dicit Thomæ mihi nunc demum decantas, qui æque ut tu  
dis uerbis incedit, sine scriptura, sine patribus, sine canonicis, deniq; sine ul  
lis rationibus. Ideoq; meo iure, id est, Christiana libertate, te & illum simul re  
ijcio & nego: immo ita cogit me autoritas fundamenti primi & tertij, & suadet

exemplũ Augustini in fundamento secundo. Nã si apud Iurecõsultos, puerbiũ  
recipit, Turpe est iurista loqui sine textu, tu uide q̃ sit honorificũ Theologiũ,  
qui maxime omnũ debet, loqui sine textu, quẽ Apostolus iubet calceatũ esse

pedibus in præparatiõẽ Euangelij, & Episcopũ potentẽ, nõ in syllogismis &  
opinionibus hominũ, sed in doctrina sana; nimirũ ea, quã alibi diuinitus in  
spiratã uocat. Hoc em̃ cõsiliũ si fuisse seruati, minus nunc ecclesia haberet in  
utilium questionum & opinionum, & plus Euangelij & Christianæ uerita  
tis.

lam accedamus, & iudicemur simul.

Primo, Quatuor falsitates in tribus primis cõclusiõibus a me cõprehensas, p  
nuncias. Primã, quod saluator impossibile iusserit, scilicet fideles omni tẽ  
pore habere actum poenitentia, interioris uel exterioris. Cum enim dicat, agi  
te, nõ loquitur de habituali interiori poenitentia, quæ sola ppetua est, & cõsequẽ  
ter loquitur de actuali, interiori uel exteriori. Agere enim, uel actus, uel nõ sine

actu

Fundamẽta  
Lutherij p  
intelligẽtis

Thomas nu  
dis uerbis, si  
ne scriptura,  
sine patribus  
sine canoni  
bus, deniq; si  
ne ullis ratio  
nibus loquit

Theologus  
scriptura lo  
quatur.

CONCORDIA SEM- ST. LOUIS

actu est. Hæc tua. Vere tua sunt, id est, adeo scholastica & Thomistica, imo Aristotelica, ut me pigeat & tædeat ea confutare. Rogo, ubi hæc scriptura, patres, aut canones sonant? Deinde miror, quod iuxta Peripateticam istam Theologiam, uerbum illud agite, non ad solam internam actionem reuerti.

**Modestia  
Lutherij.**

Item quid si & ego tua inuidia usus te calumniarer, & dicerem: Omnè uitam, quod ego polui, non esse idem quod omni tempore, quod tu interpreta- ris, sed tamē admitto, nec duriter agam tecum, reuerebor canos tuos & digni- tatem tuam. Rem ipsam tueri conabor. Ideo paulo fusius hic tecum fabulabor ut iam secundo tonum tuum dialogum subuertam.

**Agite, nō di-  
cit actum, in  
euangēlio.  
IUSTITI**

Primum, falleris reuerende pater in uerbo, agite, quasi id actum importet, quem contra habitū distinguas. Idem est enī, agite poenitentia, quod poeni- teat uos, seu, ut ausus est interpres Latinus Actū. 7. Poenitemini & saluamini &c. Nam & Græci Metanoite, quod poenitentiam agite, transferunt, respiciē- te, seu ad mentem & cor redite, significat.

**Poenitentia  
habituāle ue-  
teres non po-  
suerunt.**

Secundū, habitualis illa poenitentia, nec a uobis intelligibilis, nec uulgo tra- dibilis, nulla est apud me, sed a uobis conficta ex Aristotele, præsertim, si qua- litatem quandā in anima perpetuam & ociofam intelligitis, aut doceam ex scrip. patribus, canonibus, rationibus. Nolo, ut scias, te, aut S. Thomam nudos habere magistros, in his rebus quæ ad animam pertinent, quæ uerbo dei uiuit, & palcitur, ideoq; unus est eius magister Christus. Hunc autem in te lo- quentem non audio, sed Aristotē & hominem.

**Aristotelem  
loquitur Sy-  
ueter, non  
Christum.  
Impossibile  
fuit deus in  
preceptis.**

Tertium, pessime facis, quod negas saluatiorem impossibilia iussisse, plus q̄ pessime facis, quod hoc salutarē audes appellare. Ideo enim semper orare oportet: Dimitte nobis debita nostra, quia nunq̄ facimus, aut implemus mandata dei; Nec possumus in hac uita implere. Sicut B. Augu. locupletissime contra Donatistas & Pelagianos testatur. Sed & Paul. Rho. viij. queritur se captiuū in legem peccati, & non facere bonum quod uult. Similiter & Gal. v. Caro cō cupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Hæc enim sibi aduersan- tur, ut non ea quæ uultis facias. Iste sunt inimicitia, quas posuit deus inter te men serpentis & semē mulieris, id est, inter carnem & spiritū, inter cōcupiscē- tiam & charitatē. Quod ergo non omni tempore poenitemus, & respiciamus, uitium est, licet impossibile sit fieri. Conclulit enim deus omnes sub pecca- tum, ut omnium misereatur.

**Christiani  
semp cupit  
promerere.**

Quartū, Omnes doctores Ecclesiastici sentiunt tecum, nullus autē tecum. Sic enim B. Augu. totam fidelium uitam, crucem & martyriū esse pronunciat. Quemadmodū & Job. vij. militiam seu tentationem uocat, uitam hominis sus- per terrā. Et B. Bern. Stare in uia dei, & nō proficere, est deficere. Et alibi: Vbi incipis nolle fieri melior, desinis esse bonus. Et hoc est quod in Psal. uita iusti uocatur uia, semita, non domus aut status, ut uitam eius quendam cursum, & non statum esse doceat. Sicut de Christo omniū iustorum archetypo dicit: Ex- ultauit ut gygas ad currendam uitam. Sed hanc uiam semper currere nō potest homo, nisi dilatetur cor eius, iuxta illud: Viam mandatorū tuorum cucurri, cū dilatasti cor meum. Hæc est illa renouatio mentis, quā Apostolus Paulus, nō ut tu, intermittendam, sed de die in diem, de claritate in claritatem, in eandem quæ in Christo est, formam promouendā docet. Sed nō ex nobis, immo sicut a spiritu domini &c. quia præceptum est impossibile &c.

**Renouatio  
mentis semē  
per curanda**

**Christus opi-  
rima in noi-  
bis sine noi-  
bis operatur**

Quintum, In omni bono opere potius agunt, q̄ agunt filij dei, sicut Rho. viij. dicit: Qui spiritu dei agunt, hi filij dei sunt. Et ea opera, omniū qui remo-  
tiorum

tiorē Theologiā gustauerūt iudicio, sunt optima, que sine nobis, in nobis operatur Christus; & ea fere pessima, que iuxta Aristotelis pessimam doctrinā, nobis eligentibus, & ut uocant, libero arbitrio mediante, operatur. Sic em̄ sit, ut optime ieiunet, qui alia meliora meditatus, ne cogitat quidē an ieiunet. Hic em̄ longissime omnīū ab edendī cupiditate separatur. Nō aut̄ ita qui se sentit & proponit ieiunare, ita qui sancta meditatur, aut ea que suæ sunt uocationis, operatur intentus, quibus eū a uitis abstrahit, uel abstractū conferuat, sine dubio uerissimi me poenitet, si tñ id amore dei, nō sui causa faciat. Quia id demū est uitam & uerā poenitentiam agere, animū a uitis propter deū separare, & separatū seruare, magisq; separare. Tu uero q; sacramentalē illā & initialē poenitentia ob oculos tantum uersas, cuius seruo & tu multo durare non potest sine miraculo, inuenisti impossibilitatem.

Propositum nostrum non dat operi bonitatem.

Agere uerā poenitentia, est a uitis abstinere.

Secundam falsitatē meam ita pronuncias. Verbū Christi dicentis, poenitentia agite, non potest intelligi de sacramentali poenitentia. Hanc falsitatē esse sic ostēdis. Tripliciter, inquit, poenitentia dici consueuit. Primo est uirtus quaedā, cuius obiectū est peccatū sub ratioe emendabilis; actus uero eius est dolor uoluntatis de peccato. Ipsa uero est habitus moralis, elicētis dictū actū respectu pradii obiecti. Secundo poenitentia est sacramentū, cuius partes sunt, contritio, confessio, satisfactio. Tertio accipitur uulgariter pro satisfactioe iniuncta a sacerdote & omni carnis mortificatione &c. Hæc Syluester.

Martinus. Iste ne est quæso cæstus ille immani corpore Entellinus, quo aduadaculum hunc Daretæ cruentabis? Doleo & iā poenitico, me adeo cōtemplisse quendā tuæ secte patrē in nostra Germania, qui contra meas easdem positioes & ridicule, & ineptè pugnant. Longe tñ acutius & doctius q; tu. Et nisi canos tuos uereret, sicut me decet, pfecto hāc tuā distinctionē pro dignitate tractarē.

Syluester in sciam miratur Martin.

Primo, quis dedit tibi, aut diuo Thomæ hanc potestātē, ut uerbū simplicissimū, simplicissimi & unici doctoris Christi, in tres diuideres sectas? Hocine est scripturā interpretari, an potius dilacerari? Quia scriptura quibus patribus, quibus rationibus hanc distinctionem stabiles quæso? Thomæ non credo, Syluestrum, & si Palatii magistrum, nego.

Thomas simplicia dicitur guit.

Secundo, iterū ructuas Aristotelicam philosophiam de uirtute morali, de obiecto, de actu elicito, quasi ego talia nōq; audierim: deinde que talia sunt, ut in populo doceri nō possint, nec ad scripturæ intelligentiā utilia, portenta duntaxat uerborum, non nisi ad contentiones fouendas consista.

Scholasticæ Theologiæ dogmata ualenti tñ ad pugnas uerborum.

Tertio, poenitentiam uirtutem, dolorem uoluntatis desinis. Qua rogo autoritate? Tuas: Quid hæc ad Martinum?

Quia est magister sacri Palatii.

Quarto, quod est omnium acutissimum, immo immanissimum cæstus Entelli, quod poenitentia primo modo uirtutem, distinguis a poenitentia tertio modo, quā uocas omnē carnis mortificationē. Ergo poenitentia uirtus nō mortificat carnē? Quid ergo facit? Viuificat carnē uel finit uiuere carnē? Quod aut̄ nō mortificet carnē, tua illa probæ acutissima distinctio, q; poenitentia primo modo non est poenitentia tertio modo. Hoc sic intelligo, Poenitentia dolor uoluntatis, qui uere mortificat carnem est, non mortificat carnem. Si hæc Germanus diceret, frigidus coelum culparem. Nunc quia Italus hæc dicit, sub ardenti celo degens, quid pretendam, non inuenio. Nisi quod uerum te in epistola dice-re credo, scilicet te & senem esse, & in commentariis Thomæ non tam implicatum, q; immersum, immo submersum credo.

Commentarij Thomæ immerfus est Syluester.

Quinto poenitentiam secundo modo satisfactioem etiā esse dicis, licē tertio modo

K modo

modo satisfactionem esse, dicit. Et primo modo si est dolor voluntatis, non potest fieri quin & ipse dolor satisfactionem operetur. Rogo quomodo tandem distingues satisfactiones: Hæc ideo impugno, ut hanc tuam distinctionem de nouo septē aliis noue confictis distinctionibus defendas, more sacre Scholasticæ Theologiæ. Et tū dicas, omnes nihilominus in uerbo Christi intellectas, ut persuadeas mihi doctrinam Christi sine Thomæ & Syluestri distinctionibus intelligi non posse, id enim opus est ut persuadear, qui Christum nisi sine Thoma intelligi uix credo.

**Pœnitentiã** agere, non intelligitur de satisfactione, alioqui Papa non posset dispensare.

Sexto, Libera me quæso ex his angustis meis. Si uerbum Christi potest intelligi de sacramentali pœnitentiã, præsertim tertiã eius parte, id est satisfactione, uerbum autem Christi est præceptum immutabile, quomodo sit ut sacerdotibus potestas sacramentalem satisfactionem mutet, dando indulgentias & remissiones satisfactionis: Nonne uides uel aliam esse satisfactionem sacramentalem quam Papa remittit, scilicet ecclesiasticam; uel si eadem est, nullas esse prorsus remissiones, & indulgentias esse meras illusiones, & simulatas remissiones. Non enim remittere potest, quod deus præcepit & ligauit.

**Syluestri distinctione** inuoluit.

Septimo, si satisfactio comprehenditur in pœnitentiã secundo & tertio modo, utraq; autē est quæ a sacerdote iniungitur, rogo quomodo stabit hæc distinctio: Sacramentalis enim satisfactio non est nisi quæ a sacerdote imponitur: & eadem est, te autore, quæ tertio modo accipitur, iure mihi ueniam dabis, si hæc non capio. Aeneum enim caput, & nasum ferreum habeo, id est, indocile & incapax tantæ tuæ Theologiæ ingenium, si ita placet.

Tu nunc uide, quomodo uerbum Christi non solum posse, sed debere etiam intelligi de qualibet harum trium pœnitentiãrum, contendas.

**Verba Syl.**

Tertiam falsitatē meam persecutus dicit: Tertia falsitas est ad hominem, id est ad te. Quod scilicet Christus non intendit loqui solum de interiore pœnitentiã. Hoc enim in se quidem uerum est. Sed tibi, qui uis Christum his uerbis indicare pœnitentiã in omni uita, de exteriori non potest intelligi, quam oportet intercidere somno & gaudio, gaudente cum gaudentibus, & huiusmodi, unde tibi solum de interiori potest intelligi, non omni, sed habituali, quia etiam interioris est actum liberi arbitrii dormientes necessario intercidimus. Hæc Syluester.

**Falsitas ad hominem.** Pœnitentiã agunt sine intermissione, ois qui sunt in gratia.

**Carnificina & hypocritis conficta, est pœnitentiã a Theologis**

Credo hæc acuta tibi & firma uideri. Placet autem quod dicit falsitatē esse ad hominem, id est, ad faciem & apparentiam, reuera autem ualidissimam ueritatem De habituali pœnitentiã, & omni uita agenda, supra satis dixi; quæ & si non sit omni uita, debet tamē fieri omni uita, ideo enim peccamus, quando hi qui sunt in gratia, nullo momento sunt sine pœnitentiã, tam exteriori quàm interiori, quia sanctificantur se ab omni inquinamento carnis & spiritus, licet & carnificinam illam confictam quæ hypocritis non faciunt.

**Pœnitentiã luget & gaudet.**

Id non satis admirari, possum quod aperte negas pœnitentiã in gaudio agi posse, cum pœnitentiã eo sit purior, quo fuerit hilarior & iucundior. Hilaritatem diligat deus. Sed Apostolum quæso reprehende, qui Theſſalonicensibus præcipit: Semper gaudeat in domino. Et Psal. semp. laus eius in ore meo. Dic rogo, ut aliquando etiam plerent, & maledicant in domino. Igitur semper in domino gaudentes, semper in nobis plorandū. In deo habemus unde gaudeamus; in nobis, unde lugeamus. Ideo sit gaudium in luctu, & luctus in gaudio; gaudium in abscondito, luctus in cognito. Sed hæc non sum Scholastica, ideo dissero in aliud tempus.

Quod



Quod uero dicis, Vel in somno interciderere necessario act<sup>o</sup> poenitentię. Agno-  
 sco egregium Aristotelem in te ex Ethicis suis fabularem, ubi dicit, q<sup>d</sup> miser &  
 felix dimidio uitę nihil differunt, uterq<sup>e</sup> em̄ dormiunt nocte, id est, nihil agunt,  
 uel felicitatis, uel infelicitatis. Quō pōt tibi uera Theologia placere, cui placet tā  
 insipiens philosophus? Audi Apostolum Pau. ad Ro. Qui manducat, domino  
 manducat. Qui non manducat, domino nō manducat. Et iterum; Qui uiuit,  
 domino uiuit. Qui moritur, domino moritur. Sic & ad Corin. Non estis uestri  
 empti enim estis precio magno. Hunc, rogo, liceat imitari, & dicere; Qui dor-  
 mit, domino dormit. Qui uigilat, domino uigilat. Et alibi; Siue comeditis siue  
 bibitis, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite. Domino autē dor-  
 mire, credo non negabis esse dei uoluntati parere. uoluntati autem dei parere,  
 optima certe poenitentia, & a uitis purgatio est. Puto etiam quod dormiens ui-  
 uat; si uiuit, certe domino uiuit, ut hic dicit Apostolus.

Poenitentia  
 uera nō inter-  
 cidit p̄ som-  
 num.

O impij theo-  
 logorum, zel  
 meritarē, qui  
 simplicem &  
 purā Christi  
 philosophiā,  
 Aristotelicis  
 nugis infecti  
 sis.

Item quomodo audes dicere, dormientem fidelem esse uacuum ac ubi bo-  
 nis, qui tum maxime bonis actibus plenus est, quando deum in se quieto agere  
 patitur, & sabbatum domini celebrat? Sed sisto, nescio enim an Thomistica  
 theologia hanc theologiam unq<sup>am</sup> fenserit. Paulina est enim, non Peripaterica.

Thomistica  
 Theologia.

Quartam falsitatem meam tandē hanc ponis, Quod poenitentia interior nul-  
 la est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes. sic enim ego posui. Immo,  
 inquis, exterior poenitentia nulla est sine interiori; interior autem sola potest ho-  
 minem saluare. Sed hanc falsitatem meā tu ipse tollis & dicis; Potest tamen hoc  
 dictum tuum uerum, & a saluatore intentum habere sensum, scilicet quod om-  
 nis interior poenitentia operatur uarias carnis mortificationes exterius, id est,  
 pro loco & tempore &c. Gratias ago tandem, quia defendis me. Hic cōcorda-  
 mus aliquantum, sed rursus repente dissentis, dicens; Hic autem sensus tibi ui-  
 detur impossibilis. Hic ego, Tibi uidetur impossibilis, mihi, uero est non tantū  
 possibilis, sed & in esse semper, ut Peripaterice tecum loquar, Quia omnia iusti  
 opera sunt poenitentia, id est, mutationes & renouationes de die in diem. Hęc  
 autem non possibilis modo, sed necessaria quoq<sup>e</sup> sunt, nisi sis de nonagintano-  
 uem iustis, qui poenitentia non indiget; aut socius Pharisei, qui non est sicut  
 ceteri hominum. Nam nos cum ecclesia cōgemimus assidue; Errauit sicut ouis  
 quę perijt, quare seruum tuum, & cum publicano uocē turturis sonamus; De-  
 us propitius esto mihi peccatori. Et cum Iob; Veremur omnia opera nostra. Et  
 Dimitte nobis debita nostra, cum omnibus sanctis dicimus, non solum uerbo  
 sed corde & opere. Semper enim in timore dei agimus. Timor autem principi-  
 um est sapientię, id est, mutatio de insipientia ad sapientiā, quę est uerissima  
 poenitentia. Factis ostendit se non egere poenitentia, ait Bern., qui non assidue  
 ad poenitentiam festinat. Tuam tamen sententiam non damno, qui non noui-  
 sti aliam q<sup>am</sup> sacramentalem illam, & nescio quanto tempore duntaxat durantē,  
 Nos nec continuam istā semper agi a nobis pro debito dolemus & confitemur  
 iudē & poenitemus simul, & non poenitemus satis.

Poenitentia  
 sunt omnia  
 opera iusti.

Timor dei.

Syluestro  
 ignoscendū,  
 qui praxer sa-  
 cramentalem,  
 nullam nouit  
 poenitentia.

Hęc rogo uerbosissima a me tractata boni consulas, quia necessariū fuit offē-  
 dere tibi, q<sup>od</sup> nihil meas positiones caperes, & q<sup>od</sup> frustra ex tā infirmis principijs  
 totum hunc Dialogum deduxeris. Nihil uideo xelicum in dialogo, quod non  
 ex his abunde confutatum iam sit. Sed sponte mea latius tecum agam.

Quoniam ad propositionem meam quartam dicis, doctrinam hanc esse fal-  
 sam, impossibilem & erroneam, nisi poena intelligatur pro exteriori mortifica-

K ij tione



catiōe, pro loco & tempore. Satis iam dictum est, Exteriorem poenitentiam esse debere assiduam, & si fieri non potest quo ad actus poenitentiae a te intellectos fieri autem potest quo ad actus a Christo doctos, id est quos ecclesia remittere non possit, hi sunt renouatio mentis, de die in diem. Verā ergo pro tua opinioe dicitis. Sed non probas meam sententiam falsam & impossibilem. Illud uero nō possum tolerare, quod dicitis, improprie a me dici, odium sui, quātum ad uere poenitentes attinet. Nullus em̄ imbutus gratia diuina, inquis, odit se, sicut nec proximum, quem ad instar sui diligit.

Odiū sui habet quilibet bonus, quia in deo se diligit.

Libens permitto, ut cum tuis, de odio sui, proprijissime loquaris, modo permittas mihi, ut cum domino Iesu Christo improprie loquar, quando dicit: Qui odit animam suam in hoc mūdo, in uitam aeternam custodit eam. Et cum Apolo stolo Rho. xv. Non debemus nobis placere. Et iterum: Non qui seipsum commendat, ille probatus est. Tu uero cum persuadeas, uere poenitentes sese diligere, necessario cōcedes, ut & cōmendent sese itaq̄ uere diligibiles, bonos, iustos, sapientes, & sic sibi placeant, id autē nihil aliud est, q̄ cum Pharisaeo horrenda sit perbia, nō poenitere, sed irridere deū. Sic enim docetis infelices discipulos Scholastici Theologi, superbire scilicet & perire. Sed latior est ista materia, q̄ nunc patiarur negotium tractare. Error enim & ignorantia dilectionis, longe lateq̄ nimis persuasit, doctores maxime.

Superbia dicitur et Syl. cum Theologis scholasticis.

Dilectio cū odio sui in bono non coniungitur.

Ego sic sapio, quod homo Christianus seipsum non diligit, nisi in deo, in seipso uero non nisi odiat, hoc est, cum ipse sit mendax & uanus, deus autem uerax, nihil eorum quae ipse cupit aut nouit, diligit, sed omnia quae sibi contraria sunt, querat. Nihil autem est contrarium mendacio & uanitati q̄ ueritas. Ita fit ut dum se odit, & sibi semper contraria amat, uerissime se diligit, non in seipso, sed in ueritate, quae mendaci sibi est contraria. Sic sancti crucem, mortem, stultitiam, ignominiam dilexerunt & cupierunt, quibus tamen ipsi non nisi perdebantur, quia seipso in nihilum redegerunt, ut esset deus omnia in omnibus. Et hoc habent uerba Christi: Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Proinde, quando Christus dicit proximum diligendum ad instar sui, meo iudicio, de peruerso & incuruo amore loquitur, quo homo querit non nisi quae sua sunt, qui amor non rectificatur, nisi ommittat querere quae sua sunt, & ea quae sunt alterius, querat. Haec sententia est B. Pauli epist. v. Nō quae sua sunt cōsiderantes, sed quae aliorum. Et, i. Corin. xij. Charitas non querit, quae sua sunt. His uerbis manifeste prohibet amorem sui. Ideo sensus praecipi esse uidetur, Diliges proximum tuū sicut teipsum, id est, diliges te solum & peruerse. Si autē amorem eiusmodi in proximum tuum dirigeres, iam uere diligeres, quod ex eo patet, quia non praecipit ut homo diligit se. qd utiq̄ fecisset, si bonus esset sui amor sed inuenit amorem sui, & alio transfert, & ita rectificat. Et heu rem fontibus lacharum dignissimam, quod hac amoris scietia tā uacui sunt omnes ferme Doctores Scholastici, ut pro sancta charitate, foedissimam cupiditatem docerēt. Nec altius incedunt, q̄ ille paganus, qui dixit: Proximus esto tibi, quod tamē alius rursus gentilis Terentius damnauit.

Proximū diligas sicut teipsum, amor te incuruo.

Amāte se peccatores.

Illud quod ais, Nullus imbutus gratia & uere poenitentes odit se, uidetur inferre, quod uacuis gratia odiat se: quod tamen contra omnes scripturas est, quae ubiq̄ detestantur eos, qui seipso amant, ut, ij. Timoth. iij. & illud omnes quae sua sunt querunt. Inde etiam apud tuos magistrōs damnatur affectus commo/di. Item fructio creaturae, usus dei, & abusus rerum, Amor male accendens &c.

Nisi

Nisi illud Psal. x. te mouet, quod dicitur, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. licet in Hebr. sit, odit anima eius. Idei tamen permitto q̄ odit animā suā: Sed hoc facit pessime diligendo animā suam, ut Bea. August. Ioan. xij. interpretatur. Amor ut pereat, odium ne pereat. Sed fortasse uoce tantummodo hic dissentimus, nisi quod scio uoces has raro pro ueritate intelligi.

Contra quintam propositionem meam, ubi dixi, per indulgēcias non remitti poenas, nisi arbitrio sacerdotis uel Canonum impositas, Dicis, me circa factum ecclesie male sentire, & sanctis dissentire, ideo conclusionem meam tuo iudicio hæreticam esse.

Hic si te interrogem, qui sint illi sancti, & quod factū ecclesie, nō uideo quid dicas, nisi quod sanctum Thomam nomines, cum quo te remitto ad fundamētum meū primū & secundum. Nam ego nō capio quomodo in isto uerbo Christi sit. Quodcūq; solueris &c. Petro sit datum priuilegium. Non enim priuilegiū, sed lex generalis & irrefragibilis data est, nō Petro tantum, sed omnibus profus sacerdotibus, & toti ecclesie. Cur ergo tu cum Thoma tuo id soli Petro arrogas, & ita arrogas ut priuilegium appelles? Aut si Petrus potest huius uerbi uirtute soluere poenas purgatorij, cur non & quilibet sacerdos? Est iste modus interpretandi euangelij?

Secundo, quod duo supposita facis. Primum, quod ecclesia per indulgēcias concedat liberationem unius animæ. Secundum, quod ecclesia facit indulgēcias simpliciter plenarias, ita quod anima euolaret soluta a corpore &c.

Respondeo, uide tu R. P. ne supposita illa tua, sint apposita per te & humanū diem. Redde rationem huius fidei & spei. Vtinam uera diceres, immo abis ut uera dicas, quasi in manu ecclesie sit animas liberare, q̄n̄ & quomodo uoluerit.

Tertio doce me unum factum ecclesie, in quo dedit liberationem unius uel plurium animarum, nisi cryptas forte S. Sebastiani & Laurentij ac Pudentianę aliaq; Romana loca mihi recitabis. Sed tu uide, quid ipsi uos Romani de his locis sentiat. Deinde quod fabulis saltem aucta sunt ista loca, utcūq; cooperint. Sed de ijs latius in Declarationibus meis. Interim ego fateor, me usq; hodie in hac re dubitare. Nec sum hæreticus, si negatiuam teneo, donec determinetur a concilio.

Quarto, Cle. de pœ. & re. c. abusionibus, manifeste dicit glossa in uerbo, mēdacter ideo nō extrahi animas per indulgēcias, quia sunt iam iudicio dei subiecte. Hunc interim textum Decretalis (id est Papæ) id est factum ecclesie, ut tu dicis, sequar cui consonat euangelium. Quodcūq; solueris super terrā, non sub terra, non obstante quorundam uiolenta adulanteq; glossa contraria. Nec uidi aliquam bullam, que aliter habeat, nisi quod per modum suffragij, animas redimi passim dicitur, de quo ubi supra. Sed tu, qui contra me disputas tanta alacritate, ut ipsa lætitia tibi influat ueritatem, tanta fiducia quoq; ut Satanam ipsum non extimescas, eo maxime scilicet inuicto robore fretus, quod defacto ecclesie nō licet male sentire. Vnum id respondeo, cū qua ecclesia, & tu, & Thomasti tui sentitis in facto ecclesie, de conceptione B. uirginis: Num cū uirtualiternum cum representatiua: num cum essentiali: nō cum exule illa & a te proscripta, que est concilium generale: Si ergo licet tibi non modo non bene, sed contra sentire in facto ecclesie, quia opinionem tenes nondum reprobata, Cur ergo non permittor tibi dissentire in opinione, neq; determinata, neq; reprobata: præsertim cū tu nihil pro te habeas, nisi nudā S. Thomę narrationē. Ego autē clarū textū Cle. & aperta uerba Euangelij, deinde Gersonem, qui multis annis

Peccator per sine diligenti do, animam suam odit.

Quodcūq; ligaueris &c. dictum uidetur toti ecclesie.

Anias libera re q̄n̄ & quō uult, non est in potestate ecclesie.

Crypte SS. Sebastiani & Laurentij in urbe.

Animæ iudicio dei subiecte sunt, nō ecclesie. Super terrā: sub terra non dat potestatem Petro.

Sic em̄ scribit Syl. in epistola sua ad Leonem. X. Syl. ecclesiarū fabricator

Concilium generale extir.

*Sensu 3 indulgentias in isto*

posterior Thoma, dicit opiniones esse ad utramque partem probabiles in hac re. Deinde penes me aliquot eruditos & acutos tractatus quorundam in Germania, qui etiam damnant tuam & S. Thomae sententiam.

Quinto quod ponis casum, si peccator teneat ad poenā a sacerdote iniunctā item a Canone iniunctā, item a deo iniunctā, tunc sequi ex mea propositione, talem percepta plenaria indulgentia non euolare, aut non liberari a purgatorio, & ita de facto ecclesie male sentio, & haereticum sapio.

Indulgentie plenariae contra feruntur a deo cuiuslibet uere poenitenti.

Respondeo, Tu quoque uide, ne de facto ecclesiae tā bene sentias, ut factū dei pessundes. Idcirco pono tibi rursus casum. Si peccator sit plene & uere contritus, ideo facto dei omnes poenae sunt ei remissae, quid cōfert huic remissio plenaria? Si autē non est plene contritus, quid proficit ei remissio plenaria, cū maneat imperfecta ibi charitas iusticie, imperfectū odiū peccatis? Sed latius ista in declaratione Thomista, nihil probans, neq; allegās, de poenis tantūmodo multiplicas uerba, quas continet charitas. De cōtritiōe nihil dicis, q̄ dīligit poenas.

Tū Papa q̄ cōhibet errare potest.

Sexto, Nō credo usq; hodie p. clausas remitti poenas a deo inflictas, & rationes meas uidebis in declaratione, nec tu unq; id poteris pbare, sine probatione aut tibi nihil peritus credo. Et ut animū meū scias, Mihi uidetur id in grauissimū ecclesie ludibriū uergere, si ea doceamus, de q̄bus nullā p̄fusa rationē reddere possumus. Nec satis tibi esse credo etiam factum ecclesie, quantū hīc nō sit factum ecclesie, quia tam Papa q̄ concilium potest errare, ut habes Panormitanū egregie haec tractantem lib. v. de const. c. significasti. Ideo fundamenta tua, ubi distinxisti ecclesiam in essentialē, representatiuam, uirtuale, ut iacet in uerbis, nego & pro nihilo habeo. Tua em̄ sunt, id est, sine scriptura & autoritate ulla prolata.

Ecclesia uirtualis & representatiua.

Ego ecclesiam uirtualiter non scio, nisi in Christo; representatiue, non nisi in Concilio. Alioquin, si quidquid facit ecclesia uirtualis, id est Papa, factū ecclesie dicitur; obsecro quanta mōstra in ecclesia pro beneficiis numerabimus? Nonne Iulij Secundi horrendas Christiani sanguinis effusiones? Nonne Bonifacij Octauij tyrānides, in toto orbe abominabiles, & per omnes chronicas pulsiferas? De quo extat prouerbiū, Intrauit ut uulpes, regnauit ut leo, mortuus est ut canis. Nō eo nobis tandē p̄uideas, ut sub nomine representatiuē & uirtualis ecclesie, omnia illa iamdiū intollerabilia portenta in ecclesia, pro factis sanctissimis ecclesie colamus? Ne uerū facias, quod nostri Germani de tuo Dialogo sentiunt, scilicet, te hoc Dialogo, non tam Martinum resellere, q̄ Pontifici & collegio Cardinaliū adulari uoluisse. Si autē Papa est uirtualis ecclesia, Cardinales representatiua, collectio fidelium essentialis, quod uocabis Conciliū generale ecclesie; non est uirtualis; non representatiua; nō essentialis; Quid uirtualis fortasse accidentalis, nominalis, & uerbalis ecclesia.

Pontifici adularatur Sylue.

Septimo, Nouā hanc Thomae tui intelligentiā reijcio, qua illud uerbū Christi, Quodcumq; solueris &c. sic intelligendum proponis, ut Petrus soluere possit, etiā a deo inflictas poenas.

Quodcumq; solueris, aliter exponitur apud ueteres

Iterum quero, qua autoritate, qua industria hanc intelligentiā existis uerbis trahere? Cur non beatus Thomas tuus tecum relinquit eum sensum, quem Ecclesiastici patres, praesertim Chrysolostomus, ad Hebraeos tenuerunt, ut ijs uerbis nihil aliud Christus uoluerit, q̄ quod ligationem & solutionem Petri, fideles non fecus habeant, ac si Christus ipse ligaret & solueret, hoc est, ratificauit ligationē & solutionem eius in terra, Quo nō fit, ut aliquis Petrus soluat in caelo, uel extra terram. Aut cur non astruis etiam ligare posse Petrum, & poenas a deo inflictas infligere, cum sit utraq; potestas una & aequalis? Corrige ergo uerbū Christi

Ligare & soluiere eiusdem potestatis.

fit, & ita doce, Quodcumq; ego ligauero in caelis, tu solue super terram. Hanc enim tuam esse intelligentiam in uerbis Christi, euidentis est. Sed q̄ absurda & impia eadem sit, credo uel palpare possis. Igitur facias quod facis. Ex istis uerbis Christi nunq; aliud probabis, q̄ quicquid Petrus non potest ligare, id nec sol uere potest; quis quicquid ligauerit & soluerit, t̄q; deo ligante & soluente obedire teneamur, ut salua sit unitas ecclesie sue, quam his uerbis constituit.

Octauo, Inducis sanctum Thomam, quod secundum meam opinionem Ecclesia huiusmodi faciens indulgentias, magis damnificaret homines, q̄ iuuaret quia absoluendo ab iniunctis poenitentijs, remitteret ad grauiores, id est purgatorias. Hæc sanctus Thomas.

Respondeo, siue hæc sanctus Thomas, siue alius dicat, nihil ad me: per fundamentum meum primum, secundum & tertium, Opinio est tantum, nondū decretata ueritas, cui si interim contradixerō, non ero hæreticus.

Secundo, uellē a B. Thoma doceri, qua dialectica fiet ista consequentia, Ecclesia remittit solum iniunctas poenitentias, ergo remittit ad grauiores, id est, purgatorias.

Vos Thomistæ grauius estis reprehendendi, qui sancti huius uiri opiniones & sepius falsas meditationes nobis pro articulis fidei audetis statuere. Et id unice curatis, ut sicut nihil præter Thomam dignamini uestra lectioe, ita nihil uultis in eo falsum uideri. In qua sententia iamdiu contra omnes Vniuersitates, & totū fere mundum contenditis.

Tertio, fundamentū Thomæ falsum iudico, scilicet q̄ deus requirat poenas a peccatore, nec remittat, nisi requisita satisfactione. Contra uerum, est quod spiritum contribulatū & contritum non despicit. Et quod remittit, totū remittit, nisi forte flagella adhuc pro suo arbitrio inferat, quæ nec ecclesia, nec cœlum relaxare potest. Ideo quando ecclesia remittit iniunctas poenitentias, uel ad grauiores remittit, quia non habet potestatem remittere ad alias poenas, non ad remittere. Sed deus in probationibus meis.

Inique itaq; mihi imponis, quod detruncē priuilegiū ecclesie, & hæresim sapjat ea propositio. Tu potius uide, an non in deum sis impius, qui ut potestatem ecclesie uana adulatione extollas, in præiudiciū diuinæ potestatis extollis, id est, tribuens, quod solus dei est. Quare mihi ignosce quæso, si tam sollicitus sum pro dei honore & potestate defendenda, q̄ tu es pro ecclesie potestate eleuanda. Et expectemus uterq; in hac re sententiā & determinationē Ecclesie seu cœlij.

Miror autem, cur hanc potestatem ecclesie te appellare priuilegium delectet nisi quod titillare uideris eos, qui magis de potestate dominante, q̄ de charitate seruiente gloriantur. Siquidem priuilegium non ad communitatis ministeriū, sed ad proprietatis commodum pertinet. Et hanc gratiam debemus Scholasticæ uel Theologicæ, quod commune bonum ecclesie, potestatem clauium, non ministerium multorum, sed dominium feceritis paucorum, Tyrannidem ethnicam, non seruitutem Christianam spectantes.

Nono, idē dico ad illud, quod sequeretur animas magis dānificari, q̄ iuuari per indulgentias plenarias, quia remitterentur ad grauiores, obsecro te, quid ecclesia ad hoc facere potest, quod anima uadat ad purgatorium? Ipsa absoluit eā a suis poenis, nō remittit ad purgatoriū, facit q̄ potest: si hoc non sufficit, defunctus est animæ migrātis, non ecclesie absolute. Nō em̄ potestas ecclesie, sed fides purificat, saluat, liberat animam ab omnibus malis: quæ fides ab ecclesia dari non potest.

Peccata em̄  
mittit non rei,  
quia satis  
satisfactione.

Syluester imi-  
p̄ adulator.

Priuilegiū pe-  
tri.

Scholastica  
Theologia  
tyrannidem  
louet.

Fides saluat,  
non ecclesie  
potestas.

Damnū anie  
ex diffidentia  
in Christum.

Decimo, illi damnificant animas, qui omittunt eis persuadere plenā fiduciā in Christo, & contemptum poenarum. Et non nisi magnitudine poenarum terrent, & pusillanimes faciunt, quatenus uirtutem potestatis magnificent, quæ tā ta mala possit tollere. Da animam imbutam charitate, & erit dura sicut infernus emulatio eius.

Contra conclusionem meam sextā, ubi dixi, culpā nō posse remitti potest/te clauis, nisi declarando uel approbādo &c. Latissime resolui meipsum in hac materia, ut uidebis in Declarationibus; quia & ipse hanc conclusionē aliorum sententia, nō mea sic posui. Tua autem confutatio prorsus nihil est. Dicitis etiā quod attritū uirtute clauium, iuxta sanctorum interpretationē, forte sancti Thomæ, sunt contriti. Et ideo non modo Papa, sed quisque sacerdos dimittit dispositiue & ministerialiter.

Fides, nō uirtus  
clauis uel  
solutio.

Attritio scho  
lasticorum.

Respondeo primum, siue sancti sint, siue peccatores, qui sic loquunt, nihil moror, hoc scio quod errant. Error inquam est, quod attritus fiat contritus uirtute clauis, quia ut ait Apostolus: Oportet accidentem credere. Fides autem nō solum cōterit, sed etiam iustificat. Impossibile est etiā, quod digne accedat ad sacramentum, nisi iam iustificatus & uere contritus. Vnde illud commentum de attritione satis late uagans, figmentum est, & nihil in rerum natura, nisi simulatū onem forte uolueris eam intelligere, quæ magis indignum faciat sacramento. Quid dicam? Etiam iste tuus Dialogus confirmat sententiam meam, iādiu mecum moratam, quod uidelicet Theologia illa Scholastica exulē nobis fecit ueram & sincerā Theologiam. Nā uides, quo perpetuo hoc Dialogo nihil ago, nisi quod resisto & redarguo Scholasticam Theologiam, id est, fallam scripturæ & sacramentorum intelligentiam.

A solo deo re  
mittit culpa.

Secundo. Tu ipse cogis dicere, quod omnes omnī facultati dicit, scilicet a solo deo remitti culpam. Quomodo ergo uirtute clauium uenit cōtritio, quæ sola uirtute gratiæ dei uenire ab omnibus dicitur? Vide ne tua conuictio magis sit hæretica, quæ mea propositio, licet confutator forte nō sit hæreticus. Si autē sola gratia dat contritionē, quid faciunt ecclesiæ clauis, si non declarant uel approbant gratiam, quæ eas iam præuenit? Immo nullus uenit ad sacramentum sine fictione, nisi gratia eum mouente ad sacramentum.

Cōtritionem  
ajunt ex con  
fessione uenire

Non est  
solutio

Aut responde reuerende pater, cur ante & non post Baptismum queritur baptizandus, an credat? Cur absolendus queritur, an doleat digne de peccatis antequam absoluat? An noua iterum Theologia, materiam sacramenti poenitentiae non cōtritum, sed attritum pones? Ergo cōtritio non est prima pars poenitentiae, sed posterior confessio. Et tamen omnes dicunt, quod confessio sine contritione nulla sit. An forte postquam fuerit absolutus, id est, sacramentū consecutus, & uirtute clauium contritus, tū demum incipiat repetere confessionem? Quod si hæc Theologia uera est, meū fuerit consiliū ut quilibet peccator prius absoluat, quæ cōfiteri permittat. Et ita omnia peruerso ordine, ita uult Scholastica theologia, agamus, absoluendo etiam quod nescimus. Deo gratias immo uæ nobis miseris, qui tantā fiduciam in creaturā ponimus, & clauibus tantam uirtutē tribuimus. Sed non permittit dolor & negotiū omnes errores, in hoc sacramentū in uectas per traditiones hominū, per censuram; occasionem dedisse meliora ualentibus sufficit. Igitur nunc quatuor sunt partes, scilicet, Attritio, Confessio, Cōtritio, & Satisfactio. Iudeo profecti Theologia, adiutorio philosophiæ

Philosophia  
Theologia  
petita.

Contra conclusionem septimam, ubi dixi, Nulli remitti culpā, nisi subiecto sacerdoti, quam eū ueram assereres, & tū inculpatam dimittere nō uelles, eo me saltem



saltem ut utperio credasbi, quod leprosum appellasti, quia miscerem aliquas ueritates falsitatibus.

Gratias ago, quod aliquando, licet cum obprobrio, ueracē me confiteris. Sed id admiror, quid acciderit uobis Thomistis ut tā diuersum sentiat. Hanc enim meam cōclusionem, Thomistæ & tuæ sectæ fratres in Germania miro zelo detestantur. An alium habeatis Thomam in Italia, & alium in Germania, ignoro. Nisi forte mihi suspicionem facere uultis, quod nec Thomistæ Thomā, nec Thomas Thomistās intelligat.

Thomistæ nō  
conueniunt.

Ad octauam dicis, sicut ad septimam, id est, esse ueram, sed mixtam alijs falsis ideo me leprosum & maculosum. Dico & ego sicut ad præcedentem. Conueni at primum Thomistis inter seipos, & tunc pugnent contra me, quando miror hanc conclusionē te non reprobare, cum tam multis persuasum sit eā esse falsam.

Ad nonam, ubi dixi, excipi articulum mortis & necessitatis in decretis Papæ. Recte me dixisse sentis, sed non apte facta apposite, quod illa exceptio intelligitur, non quo ad impositionem poenitentiae, sed quo ad reservationem casuum.

Primo Manhu; quid hic audio? supra me sunt quæ dicis, ideo nō possum ad ea respondere. Si Papa etiā in morte reseruat impositas poenitentias, fateor me non intelligere, quomodo alias quæ iuxta Canones imponendas asseras; procedente enim cōclusionē admisisi, morituris poenitentias Canonicas non imponi. Hic rursum dicis, Papam non remittere poenitentias, nisi forte intelligas, ut inferius, poenitentias a sacerdote, uel a deo inflictas, nō excipi articulo necessitatis. Sed de ijs iam supra dictum est, quod poenas a deo inflictas, non sit ecclesiæ uel reseruare, uel relaxare; & sacerdotis impositio mere est arbitraria.

In morte nō  
potest poenit  
entias reser  
uare.

Verum si ita sapis, fragmenta illa cōmunia sequeris, quod quia sacerdos incertus est de quantitate poenæ infligendæ, ideo morituro non potest omnia soluere, sed relinquit hoc Papæ.

Incertum poe  
næ infligendæ  
relinquit Pa  
pæ, secundū  
Thomā.

Primum, quis credat, quod deus a morituro requirat aliam quam mortis poenā; quam solum sufficere dicunt ad plenariam remissionem omnium peccatorum & poenarum, si uolenter fuerit suscepta: quod uerissimum est, quia preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

Mors uoluntaria.

Secundum, si ignorat sacerdos quantitatem infligendæ poenæ, quis eam certā facit summo Pontifici? at inquis, huic dictum est: Quodcumque solueris &c.

Respondeo; nunquid & quilibet sacerdos eiusdem uerbi uirtute soluit? Hæc & his similia, nō nisi ex opinionibus dicitis; & in ecclesia dei docetis, quæ probare præsertim non potestis.

Ad decimam, Arguis me admittere, quod in alijs damno. Nempè, quod animas ad purgatorium addico, dum solum iniunctas dico remitti poenitentias.

Respondeo ut supra. Non remitto eas ad purgatorium, sed iustitia & rigor dei; quem potestas ecclesiæ tollere non potest, nisi oratione, non potestate clauis.

Iustitia remittit ad purgatorium.

Deinde suadeo, ut fortiter moriantur; quod eos tutiores faciet a purgatorio, si omnes omnium indulgentiarum.

Vndecimam præteris. Ad duodecimam dicis, etiam nūc ante absolutionem poenitentias imponi, ut c. dudā. Respondeo; Non tenes quod uoluisti, quod & culpa mea est, quia ne satis me expressisti; sed nec optuit, cum dispositionem proponerem.

Sensus meus est, & fuit, quod olim nō absoluebatur ante poenitentiam expletam; quod ex eo poterat intelligere, quod subiuncti, tantum tentamenta ueræ contritionis. Nostro enim seculo, ubi solum imponitur, non autem impletur ante absolutionem, nō potest explorari, an uera sit contritio. Et utinam ille uetus mos reuocaretur.

Absolutio olim post impletam poenitentiam.

Ad



Ad tertiamdecimā. Concedis uerum esse per mortē omnia solui, ubi ex Ca-  
none tantū poena debetur. Quod si eā quā imponit Canon, etiā diuina iustitia  
exigat, purgatorium neges, necesse est:

Oratio pro  
dest alab<sup>9</sup> in  
purgatorio.

Iudicium nō  
est incertū.

Respondeo. Siue iustitia exigat, siue non; nihil hoc ad clauē ecclesie, sed ad  
orationes duntaxat; Sicut Iacobus dicit, quod oratio fidei ecclesie saluabit infir-  
mū; & si in peccatis fuerit, remittent ei. Secūdo. Fieret tunc ministeriū clauis  
aliud nihil, q̄ negocium perambulans in tenebris; quia solueret, nesciens quid  
& quantū solueret; quod mihi certe satis absurdū uidetur. Nam iudiciū ferri nō  
debet super te profus in cognita. Clauē em̄ rem certā & solidā operari debet.  
Sed iam satis supra & alibi. Tertio non sequitur, ideo purgatoriū a me nega-  
ri, sed solum quod purgatoriū uirtute clauis non possit solui, ut infra.

Ad quartādecimā, & quintādecimā; ubi disputauī, quæ mihi uideretur  
esse poena purgatori, scilicet horror, & timor, ac prope desperatio; tres mihi sal-  
tates imponis, & temeritatem,

Fidem i utrū  
uerunt.

Thomistica  
confusio  
dubia asini  
mare.

Thomistic  
reticū uocant  
non sententiā  
cum Thomā

Animā i pur-  
gatorio non  
sunt certæ

Nihil præter  
Thomam ali-  
legat Sylue.

Fides regula  
est ecclesie  
Romanæ, &  
q̄m altarum.  
Ecclesia Ro-  
dicipula fidei

Respondeo ad temeritatē prius. Eiusdē criminis reus mecū es & tu, & S. Tho-  
mas, immo Thomas omnī maxime, Qui p̄ oīa ferme sua scripta aliud nihil fa-  
cit, q̄ disputat; & quod grāde est, etiā ea quæ fidei sunt, in questiones uocat, &  
sōdē uertit in utrū, ut nōstī. Cur ergo mihi quæso, non permittis disputare de his  
rebus, quæ sunt dubiosissimæ, & non determinatæ: nunquid ego ecclesia sum,  
immo plusq̄ ecclesia, ut meæ disputatiōes pro definitiōibus accipiantur? Sed  
cōsuetudo ista est Thomistica; qua omnia asserere soletis, etiā quæ disputatiue,  
proponitis, aut in Thomā legitis. Ideo & me assertorē credis, non disputatorē.  
Verū ut uidebis in declarationibus, si in nulla mearū propositionū parte dispu-  
to, hæc parte maxime disputo, & ita disputo, ut meam sententiā firmius probare  
mihi uidear, q̄ tua opinio sit probata; non tñ definitio, sed iudiciū ecclesie expe-  
ctō. Ideo ignosco tibi, quod me hæreticū uocas, sciens hunc esse morē Thomi-  
starū, ut hæreticus esse, uelit nōstī, cogatur, duntaxat apud Thomistas, qui opi-  
niones Thomæ non fuerit secutus. Nunc reliqua.

Prima, inquis, falsitas est; quod aperte innuo, eos qui in purgatorio sunt, ne-  
scire sese saluandos esse; ut & .xix. propositione dixi. Tu uero cū diuo Thomā,  
cuius doctrinā per regulā fidei, ecclesiā Rhomanā, & discussam & pbatā dicis,  
ponis, quod sciunt se liberandos, alioquin suffragia non expererent.

Respondeo. Rē ipsam omitto, quia disputo; & intra cōel. .xix. nō oēs esse certas  
dixi, licet aliquæ forte cognoscāt, de quibus late in declarationibus, si peruene-  
rūt, aut perueniēt in manus tuas. Nam id credo me probare & probasse, quod  
non oēs sciunt se esse saluandas; ut testantur exempla multa, de animabus eun-  
tibus ad iudiciū &c.

Probationes tuas tantū uideamus. Primo autoritatē B. Thomæ inducis; cu-  
ius sententiam, sententiam sanctorum uocas numero plurali, forte reuerentiæ  
causa. Et ut huic credam, dicis a Romana ecclesia, regula fidei probatū. Miror  
quod inter tot ecclesie doctores, non aliquando alium quoq̄, aut textum scri-  
pturæ inducas: ideo per fundamentum secundum iterum tam te, q̄ Thomam  
reijcio: Quia & Augustin. recept<sup>9</sup> est ab ecclesia magis q̄ S. Thomas; Paulus  
autem maxime, qui fundamentum meum primum est.

Secundo quid miror uelis quod ecclesiā Rhomanā fidei regulā uocas. Ego  
credidi semper, quod fides esset regula Rhomanæ ecclesie, & omnium eccle-  
siarum, ut Apōstō. Gal. vj. Et quicunq̄ hanc regulam secuti fuerint, pax su-  
per eos &c. Rogo, eo usq̄ digneris adulari Romanæ ecclesie, ut eā p̄mittas  
disci

discipulam esse fidei, quæ regulatur fide, non regulat fidem, Sed forte hæc uerbi est contrauerſa, quia regulam fidei improprie locutus, uocas, quod ad eam si dem quæ Romana ecclesia proficitur, omnium fides debet conformari. Et placet mirifice. Nam & ego gratias ago Christo, quod hanc unam ecclesiam in terris ita seruat, ingenti, & quod solum possit probare fidem nostram esse ueram, miraculo, ut nunquam a uera fide, ullo suo decreto recesserit, nec tot barathris peſsimorum morum, diabolus tantum efficere potuit, ut penes hanc non maneret ab origine sua canonicorum Bibliæ librorum, & ecclesiasticorum patrum & interpretum autoritas, & autoritatis synœcra professio: licet multi forte sunt nimis, qui prius tim his libris profus nullam habeat fidem: nec eos curer, aut legere, aut intelligere.

Ecclesia Ro.

Romæ peſſimi moris.

Tertio, illam consequentiã tuipſe quaſo perdende: Animæ expetunt suffragia, ergo sciunt se esse saluandas. Fuiſti ne tuipſe aliquando in periculo, uel mortis, uel alterius necessitatis: in quo neſciebas, an tibi eſſet pericundum, uel emergendū: Si fuiſti, recordare quaſo quæ anxie quaſieris auxiliū & conſiliū, eo maxime, quo ignarus fuiſti auxiliū & conſilij. Et, ut ille ait, una ſalus tibi fuiſt nulla ſperare ſalutem. Si non fuiſti, obſecro uelis credere ijs qui fuerunt. Vbi eſt ergo argumentum tuū: petunt ſuffragia, ergo ſciunt ſe ſaluandas? Quid ſi contrarium uerius ſit: petunt ſuffragia, ergo ignorant ſe ſaluandas? Sic in quã poteſt fieri, ut a facie æternæ iræ horrentes, timeant perire, & in lacum ire ſempiternum: & ne intrent, orare, & ſuffragiū quaerere. Hoc eccleſia uidentur ſentire quando pro eis orat, ne abſorbeat eas tartarus. Itē. Libera eas de ore leonis. Ecce in ore leonis iam iam deglutientis, & in abſorptione tartari eas eſſe eccleſia proteſtatur. Sed latius ubi dixi.

Suffragia petunt ergo dubitant de ſalutē ſua.

Eccleſia dicit eas de ſalutē dubitare.

Secunda, inquis falſitas eſt, quod qui purgantur, timeant, præter ſiſſaliter: quia timor de futuro malo &c. Reſpondeo: tuo te gladio peto. Temeritas eſt in ijs quæ nos ratio naturalis non docet, uelle aliquid definire noſtra autoritate. Elue hanc temeritatem tuam, qui ſine autoritate, tanta fiducia pronuncias, non eſſe in purgatorio, niſi filialem timorē. Thomã enim non audio. Secundo uideo te eo erore laborare, quaſi poſſit eſſe filialis timor in uia cã purus, ut nullus cum eo mixtus ſit timor ſeruiliſ poenarū: quod iuxta ſcrip. & eccleſiaſticos patres non eſt poſſibile, cū nulla uirtus perſiciat niſi in patria. Et hæc meæ poſitionis cauſa eſt, quod aīæ ſunt impectæ charitatis, habentes mixtū timorē poenarū, id eſt ſeruile. Aut doce me, quō de poena doleant ſi non timent eā, ſi non diſſentiant ab ea: niſi definitio doloris B. Aug. alia eſt in purgatorio, alia ſup terrā, qua dicit: Dolor eſt diſſenſio animi ab iis rebus, quæ nolentibus nobis accidunt. Dolent ergo: Sed hoc ſit, quia nolunt: ſi nolunt, ſeruiliſ timent poenā. Tu cape, ego nec fingere poſſum, quid quis doleat de poena, quā non timeat, aut horreat. Tertio id uero quæ acute dixiſti, quia timor ſit de futuro malo: aīæ aut ſunt in præſentibus malis. Si cogitare poſſes, uel gultaſſes uitæ futuræ unā guttulā, nō iſta diceres. Oīa ſunt illiſ præterita, oīa præſentia, oīa futura. Breuiter, quia hæc ſunt ignora tibi. Hoc eſt quod dico, quia poena purgatorii eſt timor futuri mali, id eſt, horror dānatiōis: ſicut ſupra exēplū dedi, de ijs qui in periculo ſunt conſtituti.

Temeritas Sylueſtri reſdarguit.

Filialis timor pure non eſt hic.

Poena uolita nō inferi doletorem.

Poena purgatorii.

Quarto: quod ſi ſolus iſte horror ſatis eſſet poenarū, impius eſſet deus, quia alias poenas adderet. Obſecro, creatorē tuū modeliſ nominare uelis miſera creatura nunquid ideo deus impius eſſet, quia nō ſecundum caput tuum opinioibus Thomiſticis diſſertum, ageret: Deinde nec me intelligis: nō dixi hanc poenam eſſe ſufficientem, id eſt omnem quam patiuntur animæ: nec de aliis poenis diſputaui: Sed hæc ſolā nō tantā eſſe, cã uehementē, ut ſola poſſit uice purgatorii eſſe, cã

Sylueſtri in deū immoderate taxat.

esse, cum in ea sit omnis poena, immo alię poenę seorsum nihil sunt ad istam, ut dixi in declarationib.

Ad decimam sextam cõclusionem, ubi purgatorium dixi uideri prope desperationem: tu contra, certam spem salutis in purgatorium ponis: & hoc non, nisi si nuda Thomę autoritate, quod remitto ad fundamentum meum secundum.

Secundo uchementer dubito, an scias quid sit certa spes, cum tua ipsius sententia sit, quod homo nescit an amore dignus sit.

Tertio, hanc cõclusionem ex supradictis apertam relinquo, quod morituris & periculo pressis, licet nondum sit desperata, prope tamen, ac uelut similis est desperata, salus. Omnis enim timor, pars quedam est desperationis.

Timor pars  
desperationis

Ad decimam septimam, ubi ex consequenti animabus augere necessario charitatem dixi, tu pulcherrimo Aristotele mihi occurris, quod uno inconuenienti dato, plura mihi contingerent, scilicet nõ minus absurdum esse, quod timorẽ feruilem in animabus posui, q̃ charitatis augmẽtũ. Deinde tu q̃ optimas tuas conuenientias profecutus cum Beato Thoma, contrarium asseris, nihil allegas aliud, pro more tuo, nisi noua uocabula, scilicet, quod animę secundum Thomam, sunt uiatores secundum quid, non simpliciter. Quis dixit tibi, & Thomę esse eas uiatores secundum quid, non simpliciter? An Aristoteles in Elenchis suis? Quis temeritatem, ut tu uocas, tibi permisit scrutandi eius, ad quod nulla suppetit nobis ratio, naturalis præsertim: cum non disputes, sed definias? An illa tua fortissima ratio, qua dicis: Alioquin bonum esset eis, diu esse in purgatorio, ut perfectiores & consumatiore euaderent? Hoc argumentum credo non posse fieri, nisi a Thomassa: tantum habet acuminis. Nam ex eo etiam sequeretur bonum esse, ut nullus sanctorum moretur: & ut martyres usq; in diem iudicij carceres & unguas sustinerent; quia si charitas potest augeri instatu in quo sunt bonum est ut diu in illo maneant, hoc est, semper moriantur pro Christo, quo perfectiores euadant. Hęc tu, ut dicis, non sequens uocum nouitates, sed ueritigia sanctorum.

uiatores secundum quid, & simpliciter noue dictũ.

Si grãtia augetur in purgatorio, ergo sicut aias diu illic esse argumentum Syluestri.

Decimam octauam, ubi uidetas me petere autoritatẽ scrip, uel rationis omititis, nisi quod autoritate sanctorum pluraliter, id est, S. Thomę, dicis fieri argumentũ probabile. Concedo esse argumentum probabile, id est, dubium & dilectum, cui non sit necessariũ accedere fide. Et hac tua professione obstrictũ uolo ut quoties mihi diuum Thomam adducis, sine scrip, sine patribus, sine ecclesia, sine ratione loquentem, memor sis, te dialecticum, non theologum agere: id est, probabilia tantummodo tradere, non credibilia. Quid ergo? Hoc pacto nõ omnino conuenimus in unũ, & finis est disputadi; quia hoc qd affirmas tu, ego nego: uis ergo ut istamus? nam deinceps, præter diuum Thomam, nihil ponis, nisi quod aliquando me cõuictis in secularis, ubiq; autem inuidiosum Pontifici me facere studes. Sed transiam breuiter.

Probabile argumentũ, sed non necessarium, quod ex nudo thoma sumitur.

Decimam nonam præteriens, dicis idem quod supra ad decimam quartam & decimam quintam dixisti, quo & ego te remitto.

Contra uicesimam dicis, summum Pontificem posse remittere poenam tam impositam, q̃ non impositam, ut docet diuus Thomas. Oppositum autem dicere, est hæreticum, & contra priuilegium datum Petro. Respondeo: nego, & ratio negandi dicta est supra Con. quinta. Hæreticus autem ero, si postq; ecclesia determinauerit, non tenuero.

Ad uicesimam primam, me conuictio pungis, ideo transeo.

Ad uicesimam secundam, ea dicis quę supra Conclu. quinta sunt confutata. Nego

Nego esse factum & doctrinā ecclesie, relaxari poenas purgatorij per uiam indulgentie; quanquā admiror, quod hanc propositionem nō approbaueris, qui superius docuisti & admisisisti, Animas in purgatorio non soluere canonicas poenas, ut dicit mea hæc propositio.

Ad uicesimam tertiam, longo uerborum tractu repetis id quod supra tractatum est propositione sexta, de attritione & contritione; quod ibi dixi, hic dictum puta. Non est enim fundamētum Theologicum, ex attrito fieri contritum uirtute clauium, sed erroneum. Deinde attritio seu dolor ille imperfectus, nō est idem quod uelle habere dolorem & gratiā dei; sed uel est simulatio fallax, uel est inītiū gratie uerissimum, sicut B. Augu. ait: Desyderium gratie est inītiū gratie, licet alibi: Velle esse iustum est magna pars iustitie. Immo Apostoli in eo gradu permanserunt. Rho. vij. Velle mihi adiacet, perficere nō inuenio. Non ergo attritionis nec liberi arbitrij, sed gratie est tale desyderiū, ante oēm uirtutem clauium. Secundo facillime admitto, quod dicitis, indulgentias conferri posse etiam imperfectis; nec hoc negat mea propositio; immo ego credo, quod remissio poenæ sacerdotalis potest conferri indignis & non contritis. Sen sus autem meus est, quod nulla omnium omnino poenarum, tam a deo impositarum, quā ab homine, nisi perfectissimis potest dari, immo nullis in hac uita; manet enim poena mortis, dolor cordis &c. Et nullum est dubium in hac propositio, experientia teste, & omnium sententiā.

Ad uicesimam quartam, Negas falli populū, si modo attriti consistant &c, quod ut supra de attritione dictum est, rejicio.

Secundo, quod addis, alia opera bona non esse relinquēda propter uenias; cum nullus pro certo sciat se uenias assecutum. Item, quia & si illi ueniam non consequuntur, pium tamē opus faciunt, quod eos in salutem dirigit.

Respondeo. O miserum patrociniū ueniarum; obsecro si incertum est consequi nos uenias, quid facimus; quid doces? Apostolus prohibet, ne in incertum curramus. Hæc tua apud me uerissima sunt, immo apud omnes. Hinc est quod ego tota fiducia suadeo hominibus, ut relictis uenijs, inuicem beneficiant; quia hic sunt certi se se gratiam dei consequi, illic uero incerti an gratiam hominis consequantur. Hic tandem dicitis & sentis ad omnia uota mea, immo plus quā uolui. Ego qui hæreticus, perfidus, erroneus accusor; nunquā tam uiliter de indulgentijs locutus sum, nec loqui uolo. Quid est quæso donum incertum, nisi nullum donum? Quare ergo tot pompis irritatur uulgus ad incertū suum bonum, quod ad certissimū bonum sine pompa potuit induci? Hoc modo peius fallitur, non maior pars populū, sed totus populū. Quid si ego ista dixissem? Secundo. Vbi nunc est potestas Papæ, ubi uirtus clauium, si non nisi incertū operantur? Iam Christus nihil dedisse uidetur ecclesie, qui nihil certum ei dedit. Eo scilicet peruenit res Ecclesie, studio Scholasticæ Theologie; ut quæ donata sint nobis, nesciamus, & id pſitemur nos nescire, cōtra Apost. i. Corin. iij. Sed uide meas declarationes. Credo me id effecisse, ut intelligi possit, quid claus & quid non operentur; id quod incerte, sed certe.

Tertio. Altera lacinia frigidi huius patrociniij tui, miserarum ueniarum est hæc; quod & si illi uenias non consequantur, tamen pium opus faciunt &c. Uolo premere quæ sic cogito: tu quæso uide quid dicas, & quid inde sequas. Hoc dico interim; non potest populū ad pium opus induci, nisi spe incerta ueniarum. Dico hoc populo, & uide si unum obolum pro tali ueritate cōsequaris. Quis enim pro incerto certum laboret? Ideo necesse est præconibus ueniarum

L hanc

Poenas purgatorij relaxari p in indulgentias, non est factum ecclesie.

Ex attrito si attritum uirtute clauium, est error

Remissio poenæ sacerdotalis indignis non contritis dari potest. Poenæ a deo impositas nemo, neq. pſtissimis potest auferre.

Incerti sumus de cōsecutis ueniarū, secū dum Theologos.

Disfacere nobis iuicē, melius quā uenias redimere.

Scholastica Theologia.

Pro incerto labore certū nemo facile suscipit.

Docent populos in propriis iustitiis considerare. hanc ueritatē nō docere. Et tamē nō fallit maior pars populī. Ad has impias fabulas peruenimus, dū docemus populos nō in certissimā & nudissimā miserī cordia dei, sed in propriis iustitiis incertissimas, immo nullas considerare.

Veniens principaliter instituitur. Quarto, sic ueniens essent pro mortuis solidiores & pro uiuis; quia tua sententia profunt defunctis certissime, uiuis autē incerte. Et tamē pro uiuis sunt principaliter & directe instituta. Quod si directe non sunt nisi incerte, quōd quædam certe sūt, quādo sunt indirectæ. fateor hæc etiā in Glos. lib. v. quod autē, posita. Primo me mouerūt, ut de indulgētis dubitarē. Et quomodo non dubitarē cum dubitare iubeat, a tantis ueniārū tutoribus, doctoribus, præconibus?

Veniens sunt pia fraudes. Quinto. Vide ne populus pium opus pro uenijs facere doctus, non faciat eo ipso nisi malum opus; scilicet, si opus huiusmodi alijs non faceret, nisi uenias speraret. Hic patet, quod non deum pro fine, sed creaturam, scilicet remissionē poenæ, in opere suo habet. Nisi uerum sit, quod aliqui dicūt, indulgētias esse pijs fraudes, quod homo bonum opus facit propter deum, & spe placēdi deo, prouocatus ad hoc per uenias.

Potestas intercedendi pialib⁹, apud omnes. Ad uicesimam quintam, ea quæ dicis, nihil curo, non enim sunt ad propositum. Tu intelligis propositionem meam loqui de potestate iurisdictionis; quæ tamen negat superius & inferius in purgatorium ualere. Ego loquor de potestate operandi. Et quidem non fuit mens mea, ut sic fallerentur legentes; sed tunc sicut occurtebat, ita ponebā. Potestas itaq; hæc est: quia Papa generalit̄ intercessione orat pro defunctis cum tota ecclesia; Episcopus speciali, ut in diebus communibus; Curatus, in singulis ferijs. Ergo est potestas orandi & intercedēdi, de quo alijs.

Ad uicesimam sextam, dicis ecclesiam habere potestatem in purgatorijs, secus dum sanctos, id est, S. Thomæ; & hoc per applicationē meritorū Christi.

Respondeo, ut supra. S. Thomam nego.

Ad uicesimam septimam, ardens in defensionē tuorum dicis: nō hominē, sed meram ueritatem & catholicam prædicari ab ijs, qui animam eo instanti, quo plene factum est illud, gratia cuius plena uenia datur; puta, quando delectus est aureus in peluim.

Respondeo, o suavissimam glossam; quis ignorat, q̄ anima, quando satisfactum est pro ea, in instanti euolet? Nunquid hoc impugnaui: quis ista nō credit? Sed & hanc glossam tuā dederunt postea tui quoq; fratres Germaniæ.

Secundo, huc attende, & hic respōde, ubi uergeris, & nodus hæret. An sit hoc minem prædicari uel deum, dicere, quod anima per indulgētias euolat. Hoc tu iam iterum factio & doctrina ecclesiæ, id est, opinione tua & S. Thomæ, probas, & nō aliter: quanq̄ tu non tam uiliter pendis animas, q̄ hi nostri. Si quidē tu aures in peluim, nostri duodecim quatinos satis esse dicunt.

Tertio: quod si etiā uerum esset, per indulgētias redimi animas; qua dicitur, lectica didicisti, eodem momento satisfactum pro anima, quo factum est id, gratia cuius donatur uenia: Ita diuinatis de ijs rebus absurdissimis, ac si præsentibus omnia uideretis. Nonne posset fieri, ut dum ille nummum iactat, interrim angel⁹, sicut Thobix fecit, offerat deo memoriā hui⁹ facti, & deinde aiām uisitet, & aliqua mora intercedēte redimat, aut aliud fieri qd nos ignoram⁹.

Concionatores indulgentiarū obicūte loquuntur. Quarto, apertissimam inducis similitudinem; quod talis prædicator sit similis coco, qui substantiales cibos accidentalibus saporibus excauit. Immo hoc dolemus, quod comestores illi, nimis accidentialibus & alienis uerbis adulterane uerbum dei. Deniq; iube, ut prædicatores illi hoc modo sua uerba intelligēda doceant



doceant; & uidebis eos omni populo sibi sum & fabulam fieri; nullus enim ita intellexit. Quare fatis uideo, quantum sollicitauerint apud te, ut hanc eorum conscientiam utcumque excuiores, & leuiores; sed frustra.

Ad uicesimam octauam, me detractorē uocas, & es qui ponit in cœli os suffi quia deus, inquis, concessit Papæ dare de suffragio pro uoluntate sua.

Respondeo. Nolo tecum cōiūctis agere mi pater. Scio quod omnia facilius sustinemas, q̄ ueritatem. Tuis uerbis non potest offendi auaritia; quia nō tan gis eam, sed tingis & pingis. Nam quod Papa possit dare suffragium, non nego; sed quod suffragium faciat animam euolare, hoc interim nego, donec tu aliud probaueris.

Ad uicesimam nonam. Primum somnia mea uocas. Deinde ex S. Thoma de poena uoluntaria longum trahis sermonem. Et in fine dicis; Contrarium si quis asserat, stultus & ridiculus sit.

Respondeo. Sum optime contentus, ut tu sapias & rideas, usquequo uoles. Sim ego stultus & ridiculus.

Secundo. Ego questionem duntaxat posui. Tu sicut egregius Thomista, pro more uestro, nec nūrum uestris opinionibus contrarium ferre potes. Nihil tamen prius probas.

Tertio. Ista distinctio B. Thomæ est falsissima, meo iudicio; scilicet, quod aliqua poena est per quam bonum acquirimus, ut quæ est in hac uita. Alia autem per quam nullum bonum nobis accrescit; sicut est mors naturalis, & poena purgatorij; quia licet sine ea, ut ais, non peruenitur ad bonum, tamen bonum non per eam accrescit. Respondeo; Ita loqueris sine iudicio, ac si necesse sit uerbum B. Thomæ oraculum haberi. Cur ergo Apostolus errat, quid dicit; Omnia cooperantur in bonum sanctis; Sed forte, ut estis prompti ad distinctiones, id est, scripturæ discriptiones, dices, quod omnia cooperantur, scilicet huius uitæ; sic enim soletis elabi. Contra, Rhoma, xv. Qui moritur, domino moritur. Et Psal. cxv. Pretiosa in cōspectu domini, mors sanctorum eius. Doleo ego sanctum uirum eo prolapsum, ut neget per mortem bonū accrescere; cū sancti martyres, martyrio & morte summum præmium & aureolam obtinuerint. Igitur, siue hæc dicat angelicus, siue humanus doctor, insulsissimum errorem dici, cum fiducia proclamo.

Quarto, eodem sensu, probabiliter, nihil asserendo, dixi; Animas quoque uoluntaria passione poenarum purgatorij, perfici in charitate; quia necesse est; ut ament & eligant poenas, quas sentit deum eis infligere. Hæc enim uoluntas dei est, quæ super omnia diligit, aut certe diligere laborant.

Ad tricesimam, repetis eandem tuam cantilenam, quæ animæ certæ sunt de gratia dei & salute &c. quibus supra respondi.

Ad tricesimam primam, dicis me superfluum dicere; eo quod supra posuerim perfectissimi mos consequi uentis, hic autem uere poenitentes, qui tamē minus rari sunt.

Respondeo. Recte fecisses, si meas propositiones intactas reliquisses. Tu incedis ad Aquilonem, & ille ad Austrum; adeo cōuenit tibi cum intelligētia eorum. Tu audes egregie mi Pater, perfectissimos discernere a uere poenitentibus? Deinde, quod absurdus est, poenitentes & attritos factis eisdem, nisi obicem ponant. Ista figmenta obicis & attritionis, supra quoque reieci, & nunc rejicio. Humana sunt cōmentata nuper inuenta, sine auctoritate ulla & ratione. Neminē poenitet uitæ suæ, nisi gratia fidei præuentum, ut tenet una sententia totius ecclesiæ. Quid mihi ergo de fictitia illa poenitentia, quæ tu attritionem

Veritas uir.

Suffragiū nō facit animā euolare.

Per mortem aliquid bonū acquiritur.

Distinctionibus dissipat scripturam.

Aiæ i purgatorio p̄ficiuntur in charitate.

Attritio fictitia poenitentia



figis: Nec est ullus tam perfectus in hac uita, qui non egeat poenitentia, ut supra dixi. Tu autem poenitentiam extra ecclesiam uideris ponere, inter attritos duntaxat: quod est euidentis error.

Ad tricesimam secundam, ubi ego docui, ne ullus fideret in literas ueniarit: quippe cum dicat Script. Maledictus qui confidit in homine. Tu acutissime uolens unum malum uincere, gemino te perdis. Primum, fatuos eos asseris, qui sine operibus bonis tutos se putant. Quid ergo supra dixisti, quod attritus consequens sacramentū & indulgentias, euolaret, si moretetur: cum talis omnino sit sine bonis operibus. Deinde uideris admittere, quod cum bonis operibus possint esse tuti, hoc secundū te Christianum est: secundum Augu. & Paulum, Pelagianum est. Cum talia opera reuera nulla sint, quib⁹ tuti esse possumus: sed nuda misericordia salui erimus, ut Apostolus Tit. ij. Nō ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Ita & alibi: Sola fidei iustitia gloriatur. Secundū. Qui uero ex spiritu uili cōmodo eiusmodi literarū, concipiunt spem melius uiuendi & moriēdi &c. recte sentiunt: & sic docentes, recte docent.

Nemo ex bonis operibus tutus est.

Misericordia dei nos tutos facit.

Respondeo. Remissio poenarum tantū conferit per literas & indulgentias: dignum ne ergo iudicas hanc spirituale cōmodū uocare: Quid anima inde boni consequitur? Nihil profus, & tamē est spirituale cōmodum. Ita laeditis uerborum & nominum licentia, donec omnia confuderitis.

Spes ubi melioris a deo

Secundo, quomodo melius spes uiuendi nascitur ex remissione poenarum? id est, uita ex morte: Mortua res est poenarum remissio: & ita mortua, ut etiam tuis Magistris testibus, meli⁹ sit satisfacere per se, q̄ satisfactioem remitti per indulgentias. Sed quid ego cum tuis nudis uerbis pugno? Spes uitae melioris ex deo per gratia eius uenit. Gratia autē nō in remissionibus, sed in infliccionibus poenarū potissimū operat⁹: ut ad Corinth. Virtus in infirmitate pficitur.

Ad tricesimam tertiam, Vbi nihil habuisti quod diceres, id noluisse conari, ut me Pontifici odiosissimū faceres: cuius me detractorē iniustū, falsum erroneumq; deblateras. Euidens signū est desituti a ueritate, furor & indignatio.

Respondeo tibi semel pro omnibus. Summi Pontificis potestatem honoro, sicut decet. Vestras autē, uel opiniones, uel adulationes contemno. Ideo huius conclusionis meae, hanc enim disputo, contrarium libera fronte haeresim pronuncio. Non est in manu hominis reconciliari hominē deo: nec Papa potest gratiam dei iustificantem donare, ut tota sentit ecclesia. Cuius cōtrarium nullus fuit tam foedus haereticus, qui doceret.

Secundo, ut tuis praecōnibus utiq; succurras, iterum figis distinctionem, pro Thomistarum laudabili more, d. Qui uero dicunt, ut refers, uere dicunt, modo reconciliatio illa intelligatur improprie, per amotionem reatus, qui animam a dei contemplatione clare secludebat.

Improprie

Respondeo, miror quod nō eadem opera reconciliationē illam intelligi doces Alphabetum Graecum, uel Hebraeum, aut aliquid aliud, quod non significatur literis & syllabis istis. Si ista licentia improprie loquendi permittit, quid me impugnas? cur non aliquo sensu improprie me uera dixisse figis? cur nō omnium haeresium insanias uno sinu suscipimus, cum possint eorum uerba uera fieri si improprie accipiantur: Vbi manet regula illa, Quod doctori ecclesiae omnis improprietas, quantum fieri potest, uitanda est? Et illud Sapientis: Qui loquitur sophistice, odibilis est. Rogo dent mihi tui improprietate tecum uentam, si uerba uestra non intelligimus ego & populus. Credimus enim uos uti uerbis

uerbis pro intellectu, non pro illusione nostra. Nisi iterum redijt, quod B. Hierony, in Ioanne Hierosolymitano arguit, scilicet quod aliud loquuntur sacerdotes, aliud audiunt populi. Vos autem dedita opera ad improprietatem uertitis uerba; & hoc etiam defenditis, ut gloriam uelitis meruisse.

Theologi  
Scholastici  
illudunt populum.

Ad tricesimam quartam dicitis, quod sit hæretica; quia negat quod Papa possit omnem pœnam abolere.

Respondeo & ego per distinctionem. Hæresis accipitur uno modo, prout est contra opiniones ueras Thomistarum; & sic est hæretica. Alio modo, prout est contra doctrinam fidei & ecclesiæ; & sic est catholica.

Hæreses duplex genus.

Secundo, spero quod mihi etiam non rogatus cōcedes, per indulgentias nō aboleri mortem, & mortis tor pericula, & infinitas passiones huius uitæ. Illis autem manentibus, obsecro, quid magni remittunt uenise, quādo relicta mortis poena, facillia uiculas temporales remittunt; Sed ex mīlca elephantem facere placuit, utinam non amore Amorrei.

Satisfactiones repora  
les remittit.

Ad tricesimam quintam dicitis; Nullum esse declamatorem reor, qui tam stulte docuerit.

Respondeo. Ego nō reor, sed scio. Extant enim libelli positionum, quibus id non solum docent, sed ita defendunt, ut contrarium asserant errorem. Idcirco iterum rogo dominum, ut Thomam Italicum & Germanicum sibi discordem, primo concorder; ut sciam utri pugnem, uel cedam. Sed iterum ad solitū refugium uenis, id est, ad improprietatē forte, d. Si qui tamen docerent, quod non contriti, non uane indulgentias consequuntur, quia proderunt contritio; ne ex post facto accedente, non male docent apud complures peritos. Ergo id Christianum est prædicare: Cur ergo scriptura nos hortatur, ut quantocius conuertamur & conuertamur; & nullam dat fiduciam futuræ poenitentiae, in terris secure dilatare? Sed omni hora uigilandum docet. Siue ualeant indulgentiæ in futurum, siue nō, nihil curo. Id curo, quod pro re leuissima, id est, ueniis, rem illam grauissimam, & solam necessariam, id est, contritionem, tam uiriliter æstimamus, tam frigide curamus; ut nō ad nos pertinere uideatur, quo tempore peccator eam obtineat, modo presentes uenias redimat; quas cum sine periculo non solum differre, sed etiam nunquā redimere liceat; sedulo tamē agimus, ne differat. Si id amore pecunie non sit, cur nō tam sedulo agimus, ne contritionem differat? proprietatis hic ne obstat? Omnia tam acute pro ueniarum gloria excogitant. Et impius sum, qui pro gratia dei uel stupide disputo.

Contritio uel  
leuicia.

Ad tricesimam sextam dicitis, quod sit hæretica; deinde poenitentiales Canones euacuet, euertat, & tertiam partem poenitentiae satisfactionē, & omnia iura loquentia de poenitentia, & purgatorium. Adde quæso, & coelum & terrā, ut omnia comprehendas.

Respondeo. Spero dabis mihi iterum esse, quod per totam ecclesiam dicitur, scilicet, posse contritionem hominis tantam esse, ut deleat omnem culpam & pœnam. Secundo dabis, quod uoluntarie morientes omnia soluant, & satisfaciunt plenissime. His credo sine indulgentiis & literis adesse remissionē plenariam; & tamē me in hoc nō esse hæreticū, nisi apud Thomistas forte.

Secundo, debet ita ideo dixi etiā ijs, qui tam perfecti nō sunt; quia Papa minister est Ecclesiæ; quicquid potest facere fidelibus in salutē, debet sub necessitate salutis, etiā gratis, quod si non fecerit, deus supplebit spero per misericordiam suam, quod homo neglexit per incuriam suam.

Papa minister  
est ecclesie

Ad tricesimam septimā. Postq̄ dimissa disputatiōe, quam de participatione  
L. iij. honorū

Thomistarū  
opiniōes frigidissimā.

bonorum Ecclesie ceperas, dicis tandem hæreticum me esse, si dicerem sufficere impleri iniunctam poenitentiam a sacerdote, sine impletione eius, quæ a deo imponitur; & sic euolare peccatorē, non satisfacto prius deo. Sicut dixi, ueriter iste mos est, si mos uocari posset, tanta cholera æstiuare, ut altera pene syllaba hæreticū dicatis. Nil nisi hæreticū, hæreticū, hereticum, Thomistæ loqui dī dicunt; & tamen nihil profus efficitis, nisi quod contra uestras frigidissimas & nudissimas opiniōes dictum aliquid esse probatis. Ideo mihi de uobis Efa. uidetur dicere: Concipietis ardorem, & parietis stipulam, & illud Gentilis: Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Hyæstrū tuum negat.

Primū, ex prædictis uidisti, quod de poena, quæ deus infligit, omnibus partibus a te diuersus sum, alijs nixus principijs. Ideo totū quod cōtra me machinaris, frustra machinaris; nego principia tua, & te totū a plāta pedis usq; ad uerticem; sicut habes fundamenta mea superius posita.

Secundam, nolo ergo docere uel doceri in ecclesia, quod requisitus nō possum defendere; nisi dicendo, sanctus Thomas sic dixit. Christianus sum, nō Pythagoricus.

Ad tricesimam octauam. Verobiq; damnabiliter me errare dicis, siue de culpa, siue poena intelligā; quia Papa nō declaratiue, sed ministerialiter & dispositiue culpam & poenam relaxat.

Attritio fictitia.

Respondeo. Hæc supra confutata satis sunt; quia ante ministerium Papæ, & ante eius dispositionem, oportet remissam esse culpam. Nihil enim uales tua fictitia attritio.

Papa, præter intercessionē, nihil uerū habet in foro dicit.

Secundo, quo ad poenam a deo inflictam Papa nec dispositiue, nec ministerialiter se habet, ut remittatur. Hoc enim pertinet ad forum dei; in quo Papa, præter intercessionem, nihil iuris habet; ut satis dictum est; nec contrarium est determinatum ab ecclesia.

Thomastri.

Ad tricesimam nonam, tandem plena fiducia, premo peruersum doctorem, Deinde detractorem uenialium, ne dicam, uenialium prædicatorum & Pontificis proclamans. Deinde negas bonarum disciplinarum præceptis institutum. Oportet me eadem animum meum & lectoris mei instituire, ut sciamus cum Thomastri neminem posse loqui, nisi paratum, altero uerbo cōsultum, crimen, blasphemiam audire. Diligitis enim opiniōis uestræ sensum plus q; onager suum fortum. Audiamus ergo istam magnificam tuæ disputationis bullam. Duo, inquis, præcepta tenes falsa, quæ uentis euerunt. Vnum, quod uera contritio aboleat omnem poenam. Alterum, quod uera contritio poenas præligat semper. Primum impugnas, & id nō nisi bene institutorum Theologorum paradigmate; scilicet, ubi ostendens hominem, restituitur in amicitiam, non sine emenda. Ita deus, lege communi, abolita culpa, uult peccatorum emendam præstari &c. Primum, si esses bene institutus Theologus, ut gloriaris, scires iudicium diuinum & humanum dissimilia & contraria esse: Et deum, si remittit, totum remittere; quod homo, quia non est tam bonus q; deus, non facit. Deniq; sic Christus docuit: Vt filij essemus patris, non reddentes, nec requærentes malum pro malo, sed beneficientes malis. Si filios oportet esse

Iudicij diuini & humani nō differunt.

effetales, quanto magis ipse pater talis est? Ideo lex ista communis, quam tu, pace tua dico, singis, non habet locum, nisi in opinionibus tuis. Nec unq̄ legis a deo peccatum remissum, referuata poena, praesertim ea quam Papa remisit tere possit; legis autem semper contrarium, quod omnino poenam & culpam remisit, fat habens uindictae, si homo noua uita totus ei seruiat. Igitur legem illam com unem, qua uirtus deus remittendo peccatum, ille doctus & ueritus tradit, qui dixit; Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor cōtritum & humiliatum deus non despicies. Immo de industria praueiciens, damnat uestram sententiam & legem, dicens: Quoniam si uoluisses, sacrificium dedissem, holo cauitis nō delectaberis. Ad idem est Esa. j. Psal. xlix. & Mich. vj. & multa alia loca scripturae; ad uestram sententiam autem nulla profusus.

Lex dei communis, secus dū quī deus remittit peccatum.

Secundo, iterum inuidiam mihi consistere anhelas, quando me accusas, quod eneruam & euacuem uentias. Hoc, salua tua reuerentia, non uerum dicis. Ista enim sententia mea; quod cum satisfactio sit, omnium sententia, melior, q̄ indulgentia; dico, quod bona opera, quae pertinent ad satisfactionem, sint praesertim uentia; praesertim cum uentia sint nec praecipit, nec consult; ideoq̄ nec meritoria, nec utiles ad salutem: Quia ubi non praecipit, ubi nec obediētia; ubi non obediētia, ubi nec meritum; ubi nō meritum, nec salus. Sunt enim licentia ac permissiones quaedam; ut olim libellus repudiij, & nunc permissio litigium & iurgiorum forensium. Ideo dolere me cōfiteor, quod has res leues tanto boaru ardemus ualgo persuadere, quod cum sine exhortatione pronum eēt ad permissiones; summis uiribus persuadendam fuit ad meliora, id est, ipsam satisfactionem. Ad hoc modo, cum uideant praecones uentiarum, quaelum funditus periturum; prudentissime hanc melioris persuasionem, non modo omittunt, sed omni studio celant quoq̄. Nec multū prodest, quod dicitur, casta uerbi uentias quidem non ualere ad meritum seu salutem; ualere tamē ad celeserem satisfactionem & poenarum extinctionem. Sit sane ita; sed nihilominus redit id, quod prius dictum est, quod adhuc melius sit, etiam poenas & satisfactiones non extingui aut remitti; cum in hoc non nisi optima opera remittantur; scilicet, oratio, ieiunium, elemosyna. Hae enim sunt partes satisfactionis; quas remitti si audes bonum asserere, audebis etiam id quod nihil est, optimū dicere. Igitur uentias quaerant qui uolunt; sed exhortentur plus ad meliora, id est, ad ipsa optima satisfactionis opera. sicut uirgini permittit Apostolus nubere; hortatur autem magis, ut uirgo maneat. Tales & tam discretos uentiarū buccinatores, qui separēt pretiosum a uili, si dederis, nihil est quo dissentim⁹; paucos autem dabis, aut aliquot ex ipsis mendicos facies.

Opera bona quae pertinent ad satisfactioem, sunt praesertim uentia

Litū & iurgiorū forensiū permissio apud Christianos.

Poenas & satisfactiones melius ē non remitti.

Adhortentur potius ad opera satisfactiois.

Ad quadragesimam, cum sancto Thoma (Timui enim, ne cū S. Paulo uel Augustino) confutare conaris alterum meum, ut dixisti, falsum praecipit; scilicet, quod uera contritio poenas quaerit & amat. Et distinguis duplices poenas, sicut & supra fecisti. Primo, q̄dū poenas dare pro scelentibus, est alicuius boni allatium, ut in praesenti uita, quando meritorium est; uera contritio amat poenas, ad merendum & praecauendum a peccatis, sine tamē contemptu uentiarum.

S. Augustinus dicit qd.

Respondeo. Gratias ago tibi quammaximas, Nunquid ego aliud uolui, q̄ quod tu hic dicis? Cur ergo supra, hoc praecipit falsum asserebas? An  
L iij idem

idem apud te diuersis locis & uerum & falsum est? Rogo, si mihi nō uis credere, crede aliquando ueritati, ut Augu. ait: per os tuum loquenti tibi, fortassis ignoranti & inuito, Admitto optimam istam confutationē falsi præcepti mei, qua uerissimum esse astruitur.

Veritas seu  
etur.

Amare poe-  
nas, & quere-  
re indulgentias  
nō sūt simul.

Sequeris: quia utrunq; melius est, q̄ alterum &c. Magne deus, quanta est uis ueritatis, ut omnium se fortissime tueatur, per os detrahentium sibi, Tu qui bonis es disciplinis institutus Theologus, doce me quæso, quomodo hæc duo simul stare possint, amare & querere poenas & satisfactiones, simul etiam remitti & querere indulgentias? Quia unum illorū, ut ais, sine altero minus est: utrunq; autem melius est, id est, ut simul satisfacias, & simul omittas satisfactionem: quod est aliud nihil, q̄ cum ratione, ut ille ait, insanire.

Thomæ  
discordant.

Sequeris: Vbi uero poenæ nullum bonum afferunt, sed retardāt a bono gloria, poenæ non assumuntur &c. De his conclusio mea nihil dixit, sufficit mihi, quod etiam tuo testimonio sit uerissima, pro hac uita. Nisi quod iterum doctor diui Thomæ uicem, & miseram suæ discordiæ sortem: quia hanc conclusionem probat in Italia, & damnat in Germania.

Secundo istud signentū tuū est, quod poenæ in purgatorio nō afferant bonū: contrariū eū superius tenui & defendi, usq; ad determinationē concilij.

Tertio: Ratio tua nihil ualet, quod etiam poenæ & opera hui⁹ uicæ retardāt a bono gloria: & tamen assumuntur: immo ut quidam e tua secta, doctissimus doctor Ioannes Taulerus ait: si coelum coram te apertum esset, adhuc intrare non deberes, nisi primum uoluntatem dei super introitu consuleres: ut etiam in gloria non quæ tua sunt quæras. Sed hæc sententiā uerissimā & theologissimam abicit ut probet Scholastica Theologia.

Volūtas dei  
in oibus con-  
sideranda.

Veniæ peni-  
tentiæ non im-  
probantur.

Ad quadagesimā primā, dicis uerum me docere: & gratias ago. Addis tamen, quod non minus caute sunt improbandæ & restringendæ ueniæ, in præiudiciū Apostolicæ facultatis. Et tu quoq; uerū hîc dicis: immo nec caute, nec incaute sunt improbandæ, sed permittendæ, ut quæret qui uelit: tantum te magnum quis se consecutū confidat, quin maius potuerit consequi.

Ad quadagesimam secundam & tertiam, conaris id persuadere, quod Pontifex per ueniās prouocat ad pium opus: Et melius esse opus pium cū uenijs, q̄ alterum solum.

Satisfactio, si  
ne uenijs est  
gonda.

Mihi longe alta mens est. Melius prouocaretur fidelis ad ipsam satisfactionem sine uenijs, ut supra coactus es concedere, id est, ad multa bona opera: q̄ quod prouocatur ad unum illorū cum uenijs, id est, remissionē multorum. Permitto tamen uenijs ita prouocari: sed dico quod sit incomparabiliter minus: ideo mea conclusio uerissima.

Opus per uen-  
ias sit deter-  
rius.

Secundo erroneū est, quod opus cū uenijs, uel gratia ueniariū melius sit, q̄ sine uenijs: quia si satisfactio est multa & optima merita, quomodo opus unū cum tot meritorum remissionibus melius erit, q̄ ipsa tot merita? Loquamur quæso cum iudicio & Christiana libertate. Neq; enim poteris dicere, indulgentias aliud esse q̄ remissiones satisfactionis: rursum, satisfactionem non potes aliud asserere, q̄ multa bona opera, ieiunij, orationū, elemosynarū. Sufficit ergo quæsumus ut permittamus per unū opus bonū, multa bona opera remitti: non etiā eouq; comendemus, ut melius esse unum multis credatur.

Per indulgentias remittit opera bona.

Tertio, idē est, quod deinceps dicis: quod ceteris parib⁹, mel⁹ est dare eleemosynā gratia ueniariū, q̄ gratia meriti p̄cise. Id est: mel⁹ tibi uidet, ut homo, uno bono opere & merito, faciat se uacuum, multis bonis operibus, erroneū

hoc



hoc & impium esse, pace tua, credo. Semper tu id conaris, ut uenias, nō permiffiones & licentiæ quædam, sed perfectiōnes esse uideantur. Scis autem, quod licentiā omnīs nullam habet laudem, nec exhortationes; nisi quod non peccatum est, & infirmorum, potius pigrorum solatiū. Immo, ut ille uerissime dixit, Licentiā omnes deteriores sumus; ita in uenijs quomodo potest meliori concōmitanter, ut tu dicis, qui per eas tot meritis sit minor: & solum permittitur esse deterior; tu autē & suadere uis, ut sit deterior.

Venijs sunt  
licentiæ.

Sed uideamus tamē pbationē tuā: quia ibi, in quib, scilicet in opere, p uenijs duo bona sunt, scilicet meritum & sublatio impediētis: hic uero unicus est &c.

Respondeo: q̄ studiose claudis oculos, & in aperta luce quæris tenebras. Fa-  
teor, duo bona sunt ibi, id est, meritum, & remissio multorum meritorū; quod bonum est pigritiæ carnis, & damnum optimum optimorum bonorū, & sublatio quidem impediētis, scilicet ad peiora.

Venijs sunt  
remissiones  
multorū me-  
ritorum.

Secundo, hic, id est, in opere sine uenijs, id est, permanente satisfactiōe, nō tunicum est tantum, sed tot, quot sunt in tota satisfactiōe, quæ est optima & meritoria sublatio omnium impediētiorum gloriæ. Et quid multa: si tua dicta recte intelligeres, uideres tibi esse causam assumptam utiuperandi bona opera, & laudandi remissiones eorundem: quod horrendissimū est in ecclesia audiri. Ideo cum fiducia mihi sumpsisti causam laudandi bona opera, non tamē uituperandi uenias. Abstrahe uocabula hæc, indulgētias, uenias: & relicta opinione rem intus, & uidebis te non bonum, nec bonæ causæ patronum. Quid enim potest, etiam ipsa ecclesia, ex uenijs facere, nisi remissionem satisfactiōnum? Quid autē potest p satisfactiōnes intelligere, nisi optima opera, meritoriaq; poenas, & ipsa a deo præcepta: Quid ergo magnificare præsumimus, quod in se nihil est, nisi permissio deterioris, ne peccetur ab infirmis?

Syluester uti-  
tuperat bo-  
na opera, Lu-  
therus ea  
laudat.

Ad quadragesimā quartam, Nouus interpret scripturæ dicis, pauperi posse negari elemosynam sine peccato mortali, licet nō sine ueniali: ideo conclusi onem meā falsam &c. Gratias tibi agit, ut optimo patrono, insignis illa belua Philargyria: quia discit, se posse negare petenti elemosynam sine mortali peccato. Proh dolor & horror horrendus, quid audimus in ecclesia: Cur ergo Ioannes dicit, charitatē nō manere in eo, qui claudit uiscera sua a proximo suo? An charitas etiā recedens, non relinquit peccatum mortale: immo Christus in iudicio cur damnabit eos, qui esurientem nō cibauerunt: &c. Sed forte in persona Impropristiarum ista dixisti. Est aliquis sensus uerus, quem ex India forte adduces postea, ideo interim expectabo. Quod si dixeris, tunc cum ueniali peccato negari, quando pauper non eget, aut alias iusta est causa. Breuiter, si est iusta negandi causa, sine peccato negatur: sin est nulla, peccatum mortale est negasse. Sic euāgelium, sic Apostoli loquunt. Secundo cur non patris, immo maiori studio exquiris, quomodo liceat uenias non redimere, ad salutem inutiles & non necessarias: qui tam periculose & acute exquiris, quomodo bona opera liceat omittere, sola necessaria & utilia ad salutē, deniq; præcepta ab ipso deo: An obsequium deo te arbitraris præstare, si calumniaris præcepta dei & bona opera: tantum ut uenias, nec a deo, nec ab hominē præceptas efficere immodece? Finge nullas esse uenias in ecclesia, sed omnes per se satisfaccere, sicut ofum fiebat: Rogo, utra facies tibi placeret: ueniarum, an satisfactiōnum: Vel ergo tu non recte intelligis indulgētias, uel mala simulatione moliris calumniā bonis operibus.

Pauperi ne-  
gari elemos-  
yna nō pōt  
sine peccato.

*Ayano sine*

Non querit  
ex qua causa  
licet omitte-  
re bona opa

Olim nullæ  
ueniæ.

Ad quadragesimā quintā: iterū distinguis, ut uideris tibi, sufficientius bona temporalia



Necessitate  
extra dicit  
elemosynas  
dandas.

Indulgentiarum  
sic callide im-  
ponunt.  
Vires mon-  
ne, ut corra-  
dant pro in-  
dulgentiis.

Prodesse ut  
nisi oino sub-  
latis esse.

Adulatio ex  
papa monitru  
facit.

Pontifex non  
pote exigere  
nisi oino, seu  
princeps mu-  
di.

Basilicæ nos-  
træ sicut nobis  
utiliores, quæ  
ecclia S. Petri.

Insuperabilis  
basilica san-  
cti Petri.

Non est finis  
exactionum  
indulgentiarum.

temporalia necessaria; & tandē cum Thomistis nostris cōsentiens, dicit, neces-  
saria secundo modo danda pro elemosynis; sed solum in extrema necessitate.  
Rogo, ignosce mihi reuerēde Pater: uxor enim nimis, quod textum aposto-  
li Ioannis de necessitate, perditissime trahis ad necessitatem extremam, quis de-  
dit tibi potestatem, necessitatem illam, extremam faceret? Sic diabolus insidio-  
sissimus hostis, etiā sacras literas nobis illudit & perdit. Det dominus Iesus  
Christus, ut nullus hominū, tibi & omnibus, qui hanc glossam tenent, tribu-  
at, nisi dum perueneritis ad extremam necessitatē: ut discatis, scripturam sanctā  
in corruptam relinquere uel penuria, istam libidinem, & luxuriā corruppen-  
dæ scripturæ, iam ferme trecentis annis patitur ecclesia, incomparabili damno  
suo, a doctoribus scholasticis.

Secundo, conclusionē meam uerā relinquis. Verū nō capis quod uolui. Tu  
in hoc recte sapis, quod necessaria secundo modo, potest homo pro uenijs da-  
re; quod admitto. Sed nostri ueniales præcones de necessarijs primo modo, sua-  
dent hominibus dare pro uenijs. Horum enim uox & literæ, exempli gratia,  
sunt hæc. Si haberes unam tunicam uendere deberes, ut uenias redimeres. Nec  
hoc contenti, suadent: ubi quis necessaria primo modo non habuerit, tum ali-  
cunde mutuæ, aut mēdicet, etiā si sit uxor; deinde fratres mendicantes quos  
suadent, ut corradant sine licentia pecunias. Hæc sunt, mi pater, illa porten-  
ta, quæ apud nos grassantur; nihil nisi impudentissimæ & rapacissimæ auaritiæ  
negociū hic agitur, in tantū ludibriū ecclesiæ Ro. ut hæc sola esset causa abun-  
de latius, ut uniuersæ ueniæ tollerent. Nec me falsa dicere credas; nō tantū uox  
& fama extat, sed & libri eorum, in quibus hæc passim legunt.

Tertio, omnia quæ suades & dicit, ea opinione uel simulatione dicit, quod  
ueniæ sint aliquid bonum; de quo satis supra.

Ad quadragesimā septimā, cū tibi esset uerissima, tamen quia propositum ti-  
bi fuit, nullam nō mordere, licet nullos dentes habeas; ad insignē adulationē  
Papæ uersus, admittis esse ueram; sed ex Papa monitru faciens, tribuis ei utri-  
usq; potestatis apicem: scilicet ut sit simul Pontifex & Imperator. Ita autem tri-  
buis, ut possit imperio iubere pro fabrica sancti Petri, ut pro communi bono.  
Nūc autem incomparabilē modestiā ei interim appingis, quod petit & remun-  
nerat. Hæc tua mollissima, sed nocentissima adulatione id agit, ut futurus alii  
quis Pontifex, laudum huius modestiæ pertaxus, ius sibi credat esse de glubena  
di totius orbis Christianos, idq; cum imperio & potestate.

Secundo dico, quod Basilica sancti Petri est commune bonum urbis Rho-  
mæ. Nostræ autē Basilicæ sunt nobis utiliores, & magis necessaria; quia non  
possimus omnes ad Basilicā sancti Petri cōuenire, uerbum dei audire, & sacra-  
menta percipere, qua sola causa ædificantur; meliusq; esset, quod Basilica san-  
cti Petri non ædificaretur, q̄ quod Parochiales nostræ ecclesiæ desolarentur.  
Id autem agi uidemus, & dolemus, dum omnium ecclesiarum subsidia, per in-  
dulgentias ad insatiabilem Basilicam sancti Petri trahuntur. Quare itas tu-  
as frigidissimas causandi rationes, scilicet quod Basilica sancti Petri est totius  
Christiani populi bonum, etiā rident Germani, sicut iustum est. Cur ego  
non magis Basilicam sancti Ioannis matrem ecclesiarum, etiā bonum cō-  
mune uocas? Sed forte adhuc in futuris annis restat, ut omnes ecclesias Rho-  
manas, deinde & palatia, nouissime & muros, & plateas, & pontes, no-  
stris p̄ns operibus, gratia ueniarum factis, ædificemus; ut non sit finis exacti-  
onum. Quare mi Pater, ego sic, ut debeo, suadeo hominibus; ut primum ui-  
uissem

tris templis benefaciant, deinde suas basilicas, nouissime basilicam sancti Petri iuuent; quia uestra ecclesie nō sunt nobis necessaria.

Ad quadragesimā octauam; adeo impingis, ut ueritate confusus, non possis inuenire quid dicas. Tandē ad hanc descendis ineptiam, dicens: Tu Martine, si habuisses a domino nostro bonum Episcopatum, cum plenaria indulgentia ad Ecclesie tuę reparationem, forte dulcioribus uerbis abundasses; & quibus detrahis, uenias extulisses.

Respondeo; forte & tu spectas me ex animo tuo; quod consilio ex eo, quod tam molliter adularis. Si ego ad episcopatū aspirarem; certe non ea loquerer, quæ tu impatientissime audis. An ignorare me credis, quæ uia Episcopatus & sacerdotia in urbe obtinentur, quādo hanc patri in omnibus plateis orbis cantant. Deniq; nunc facta est rerū foedissima Roma. Omitto reliqua; quæ hic uelut tremēs, & a ueritate fractus, disperdis potius q̄ loqueris.

Ad quadragesimā nonā; Eadem salua uenias utiles astruis, sed occasionaliter, scilicet dum anima ex hoc in gratiarū actiones assurgit. Quasi esses rhetor, tam uarios & exquisitos locos inuenis. Cur non etiam ad balatū ouis dicitis assurgere animā occasionaliter ad gratiarū actionem? Aut quæ laus ista ueniarum, quādo etiam de poenis & malis iubemur laudare deum? Sed piger me pigra sita & inania cōmenta uersare. Illud uero q̄ uigil aduertisti, quod mihi ipsi contredixerim; ut qui uenias hic utiles, superius antē aliter uidear asserere. Dico utiles pigeris, sicut omnes permissiones sunt utiles; ne peccent, si licentiam non haberent. Dico inutiles ad profectum salutis; quod pro tua uigilantia debueras ex eo uerbo intelligere, ubi dixi, si nō in eas confidant.

Ad quinagesimā, assumis causam p̄dicatorū uenialiu, sed astute; quia nō credis talia p̄dicata. Deinde Pōstificē cōmēdas, q̄ tam innocēs sit, ut nullus uideat aut op̄et indecēter. Tertio in ucheris, q̄ fraternā monitionē nō p̄missim

Respondeo; si non sunt p̄dicata talia, aut non credis, quid æstuas ut defendas? Sine in uentum me disputasse.

Secundo, Scio & ego optimū nos habere Pontificem Leonem, X. & uelut Danielem in Babylone; ut cui sua innocentia, uitæ periculum aliquando fecerit. Sed tu quæso dic mihi, quis unquā tam innocenter uixit, ut nullus alius nō inique modo, sed nec indecēter operatus sit, aut uixerit? Videris, nescio quid, maximum a dulari uoluisse; sed inter dicendum, & uerba, & sensus te deceperunt. Forte uoluisti dicere; quod Leo decimus id agit, ut nullus indecēter uiuat; quod cum uideres impossibile, inter uerba mutas sensum, & orationem sine sensu relinquis.

Tertio dic mihi; Quis a disputatore unquā ex postulauit, ut prius eū moneat, contra quē disputat? Cur etiā tu non prius me monuisti, quādo tot nominibus criminum me federe parabas? Cur Pontifex in Decretis suis non prius moneat, q̄ statuit contra abusum quæstorum? Ego in communi disputauit, neminem nominaui. Si innocentes sunt, quid queruntur sese tangi? Ergo nemo p̄dicat euangelium, uitia nemo carpat in publico, nisi prius ostentim singulos moneat, Mihi miraculum est, eos esse innocentes, & tamen meis uerbis moueri. Sed uerum est illud diui Hieronymi; quando uitia communiter arguuntur, qui irascitur, accusator est sui. Deniq; quomodo monitionem meam recepissent, qui etiā te patrono usq; hodie perstant in nocētes? Nō ut quæso mihi mandare, ut innocentes moneam. Si uis autē ut moneā, tam alio accusatore nō egent; quia tu patronus eorum nocentes confiteris.

Visis tēpōs beneficiū. *g. f. l. i. d. l. i. d. p. i.*

Sacerdotia in urbe ueritate nō acquiritur.

Occasionaliter aliter prodesse uenias.

Uiles pigeris ne peccent, omittēdo potestatem inuēntiā inuēntiam.

Leo, X. est Daniel in Babylone.

Moneat prius Pontificē nō oportuit.

Innocētes nō mouentur.

Indulgentiā

Quarto

Quarto, quod autem hæc facta sint, licet tu non credas, testis est tota terra, testes & extantes libri; qui autem id fecerint, ipsi uiderint.

Ad quinquagesimam primam, sicut eadem repetis, ita eadē tibi dicta uolo; nisi quod me per talenta loqui dicis, quod transeo.

Ad quinquagesimam secundā dicis, uanam esse meam cōclusionem, quod ita probas, quia nullus tam stultus sit, ut sic faciat.

Respondeo. Quid ad te quæso, si nullus est tam stultus? Sine me disputare, ut dixi, uel in uentum. Nunquid ideo Decretales Pape sunt uanae de abusionibus quæstorū, quia tu nullum quæstorem contra egisse defendis? Sed præ se neclute forte, ita & loqueris, & phantastiaris. Si nullus est qui sic confidit in literas, nullum terigi. Eos qui sunt, uolui tangere; quos ego nō unum, sed plures nōni; & adeo stultos, ut non solum de animarū redemptione, sed de sua quoque salute certi sibi essent, quia has literas haberent. Deinde cur uis clientulis nō etiam persuades, ut animā suam impignorent pro contritione & satisfactiōe? Quoties tibi rogo, dicendū est, impiū & auaritię ministeriū esse, quod pro uenijs, tam exquisitè, tam magnifice omnia tentant; ac si solæ essent rerū, & pro necessarijs ad salutē, profus uix utuntur. Tu cogita, an simplex populus non discat considerare in literas, tanto luxu & apparatu cōmendatas; Magnam enim cogitent necesse est, quod tam magnifice proponitur. Tu qui interim doctus es nō fidēdū in literas, mox etiam simplicē populū eadem per seipsum discernere & intelligere confidis; contra tot & tantorum persuasiones & irrita uerba. Tandē mihi minaris maledicta, irrisiōes, censuras. Quas & quare? Nō li minari mi pater, Christus uiuit; non solum uiuit, sed etiam regnat; nō solum in cælo, sed etiam in Rhoma, quantumlibet ipsa furia. Si maledicam pro ueritate benedicam dominū. Nō separabit me censura Ecclesię ab Ecclesiā, si tunc gaudeat ueritas ecclesię. Malo esse a te & similibus, si ita persistes, maledictus & execratus, quæ tecū benedictus. Nihil habeo quod possim perdere; domini ego sum; si perdor, domino perdor, id est, inuenior. Aliū ergo quere, quem terreas.

Ad quinquagesimam tertiam, Stultum & ridiculum me uocas; interim tu sapiens dicis. Crebra raris cedere; & annalia festa Sanctorum celebriora esse, quæ sabbatam Virginis matris.

Respondeo: Quo quo mi pater? Aut pluuius describitur arcus, Aut flumen Rhenum. Sed nunc nō erat is locus. Primū, non sunt rara apud nos, sed continua indulgentiarū negocia. Deinde quæ proportio, ut uerbum dei, quod instantissime præcepit Christus prædicari, cedat raris indulgentijs? Si Christus ita non iussisset, staret tua similitudo. Item nō potest Papa iubere silentiū uerbi dei; quod semel emissum, nō est alligatū, sed nec factū a Papa unquē legi. Per idem respondeo ad sequentis cōclusionis futilem confutationē; ubi tu sermōnem ueniarū esse uerbum dei cōtendis; sed improprie, scilicet cū declaratorijs & hortatorijs. Si uerbum dei dicitur, quicquid cū uerbo dei dicitur; omnes hæc retici, omnes demones, omnes homines nō loquunt nisi uerbū dei; quia nihil tam absurde dici potest, quin uerbum dei miseri possit. Ego dico, quod sit uerbum hominis, & de remissione hominis prolatū; quia uerbū dei est, quod fide iustificat cor, & gratiā iustificantiē cōfert; sicut Ro. 1. Virtus dei est in salutem omni credenti. Verbum autē ueniarū nō iustificat, nihilque confert animæ, nisi quod dat licentiā pigritandi in bonis operibus propter infirmos.

Ad quinquagesimam quintam, dicis hanc & similes esse pueriles, uiri stomatici, & inserētis os in cælū, & cōtra stimulū calcitrantis. Respondeo, ueni est

Auaritię ministeriū, tanquam soperere labore rare, pueniis

Populo crasso lingua crassius dicenda.

Censuris terenti nō potest.

Horatius.

Uerbum dei cogitur cedere indulgentijs

Indulgentie non sunt uerbum dei

Uerbum dei

Uerbum ueniarum.

est apud Sylvestrum & Thomistas duntaxat.

Ad quinquagesimam sextam, autoritate Thomę dicis thesauros ecclesie esse merita Christi, in quantum satisfactioes. Et idem per idem probas, & dicis qđ S. Greg. dedit aliquando indulgentias, ut communiter dicitur, non potest probari. Ideo nec S. Thomas aliquid in hac re efficit.

Non potest probari de S. Gregorio.

Ego quidem non cum uniuerso orbe me disputatum obtuli; quia nesciebā quod positiones mee esse tam late uagaturę: ideo non mihi arrogantiam hęc ascribere. Casus me in has res perduxit, ex quibus cum silentio me eripere non possum: forte deus ita uoluit. Ego tamen istam conclusionem non asserui, sed & adhuc disputo, expectans concilij determinationē, sicut & omnes alias, quę dubię sunt, aut in controuersia hærent.

Lutheri casus in hęc diti putatioe de indulgentiis, traxit.

Ad quinquagesimam septimam, mire qđ pungeris, qđ auaritiā paululū mordē. Nam & tu quoq; patientius ferre potes, si contra scripturam pugnarem qđ contra auaritiā. Ideo & hęc Pontifici extimē adulatus, inuidiam mihi cōciliare festinas. Quid mihi innocētiā Pontificis obtendis? Nunquid ego eam ignoro? Aut si auaritiā taxo, nunquid ideo Pontificis innocētiā mordeor? Tu uide potius, an impius sis in Pontificem, qui auaritiā & Pontificis innocētiā in unam rem confas, dum morsam auaritiā idem astruis quod lesam Pontificis innocētiā, immo sub prætextu innocētię pontificalis, inreprehētibilem nobis defendis auaritiā: Si sunt innocentes tui clientuli, non mordētur a me: si nocentes, cur defendis? Det tibi dominus, ut aliquando rectius iudices, melius uideas, & a calumnijs mei abstineas.

Qui taxat auaritiā, innocētiā Pōntificis nō mordeat.

Ad quinquagesimam octauam, eadem repetis, quę in ante præcedente dixisti. Tu enim sunt uerba, ideo transeo.

Ad quinquagesimam nonam, iterum totus ardes: adeo in ceteris omnibus patientior es, præter qđ ubi auaritiā tango: quam tū, uelis nolis, non possis negare Rhomę uersari, ne dicā dominari: ut mihi tu quoq; prope fias suspectus, quod magis luca qđ animas cures. Interim innocētissimū Pontificem ad inuidiam meam commendas, scilicet ut tantum decus innocētię, operculum facias nequitie. Id enim anhelas, ut mores Rhomę arguere neminem sinas, nisi te interprete, simul optimi Pontificis innocētiā læsisse probeatur. Quid tuis patronum te uocem Rhomanorum flagitiorum? Cur tu ipse non te quoq; interpretaris læsisse Pontificem, qui aperte scribis, Rhomanum clerum a primę uę perfectione declinasse? Sine me tuis tecum artibus agere, Clerum Rhomanum mordēs? At Pontifex est pars, & quidē nobilior, cleri. Væ tibi misero, qui qui talem ac tantum Pontificem non solum lapsum, sed a tota perfectione declinasse, & in perfidiam & hæresim abiisse, palam asseris. Id enim totum significat declinare, scilicet a perfectione. Vides ne qđ pulchre & ego te auxilijbus istis possem opprimere, si adulari & calumniari uellem?

Auaritia ut tangatur nō potest ferre Syluester. Rhoma auara.

Leo. X. innocētię decus.

Hoc uno locō tractat Syluester Lutherus quemadmodum ab illo ubi qđ tractatus est.

Quę ad sexagesimam cū sequente dicis, transeo. Nihil enim dicis, quod non dictum sit prius. Ego probabiliter posui, quod thesaurus indulgentiarū sit ipę clauēs, ut in declarationibus.

Thesaurus ecclesie, clauēs ipę.

Similiter transeo sexagesimam tertiam: quia admittis eam esse ueram, non tamen sine calumnia.

Ad sexagesimam tertiam, quartam, quintam, & sextam cum ueras esse non neges, neq; negare possis, miror quod ita excaudecis, & totus ignis efficeris. Mirabiliorē disputatorem non uidi, ut quem propositiōes uerę plus mouēt, qđ falsę: cum tamen ueritas queratur disputando. Igitur sim canis, filius canis

M dicax

dicax, nō excusatus ab anathemate, nec mentis composita: & si qua plura, pro modestia tua senili habes, modo uera me saltem momordisse cōcedas, si negas dixisse. Hanc satyram merui, non quia falsa, sed quia uera dixi in auaritiā. Nō credidissē Rhomanam auaritiā tam teneram & impassibilem esse, immo tā

Modestia fer  
nili.  
Austriā  
Rhomanā.

ambitiosā & arrogātem, ut innocenti optimi Pontificis uideri uellet. Ad sexagesimā septimā dicit, me deserto Pontifice, etiam donis spiritus sancti detrahete. Ego miror te senem adeo seruere, ut nec me, nec te intelligere possis. Ego non dixi uenias non esse utiles, sed animā esse utiles nego nisi quo modo licentiā & permissiōes utiles sunt. Quod autem tu id blasphemiam dicas, nihil curo.

Ad sexagesimā octauā, excusandos censes eos, qui uenias astruxerint maximas gratias, sed per hyperbolen. Obsecro, cur & me nō aliqua figura censes excusandum qui nihil assero, sed solum disputo? Cur tibi facis, quod mihi nō facis? Deinde si sunt per hyperbolen excusandi, cur non etiam sunt per cyrologiam accusandi? cum ueritas hac figura quae maxime gaudeat, & ipsa quae optime ueritatis doctores decessit illam uero, ubi potest, fugiant. Immo id unice queror, quod per hyperbolen sunt loquuti.

Theologi im  
proprio loqui  
tibi soli licere  
putant.  
Ioannes  
Ruchlinus.

Si autem uobis permittis mi R. P. improprie & hyperbolice, & quoquo modo libuerit, loqui, cur non & Ioannem Ruchlinum, integrum & eruditum uirum, eadem aequitate tractastis, & aliqua figura eum excusastis? Aut si in hunc tam rigidi fuistis cōsors, ut in syllabis innoxij inueniretis uenenum: certe nō permittetur uobis tam larga & libera figurande locutiōis licentiā, ut falsa dicta pro libito feminare & interpretari possitis. Aut si qua uenia uobis dabitur, diu pla huic debetur, & eo absoluto, uos rei permanebitis.

Syluester ca  
lumnator.

Secundo, noua usus dictione, putas me inexcusabilem, quia uenias appella uerim minimas gratias, cum sint & aliae gratiae, & dona minora: scilicet bona fortunae &c. Si mente fuisses quiesca, uichises cur haec addiderim, ad gratiam dei & crucis pietatem comparatae. Ego comparationem feci ad crucem. Hanc quia si non uideas, nouam comparatiōem facis ad bona fortunae. Si sic ad iniquitatē & calumniam tantum uigilas, quis poterit tibi uerax uideri?

Transco qua in sexagesimā nonam cum tribus sequentibus, amarulentus euonis.

Quid accidat  
ex ista infama  
ueniarum cō  
mendatione.

Ad septuagesimā tertiam, non nego quidem posse omnem casum absoluti potestate clausis. Sed insanit esse dixi, & dico, proueniarum magnificentia, quae nihil profunt ad uitam, tā horrenda monstra criminum, in exemplum uocare, & pro magnitudine potestatis, leuicula facere. Ex qua insanissima ueniarum cōmendatiōe fit, ut uiles fiant contritiōes & uera poenitentia. Boni praedicatoris est peccata ut sunt, magna praedicare, ut misericordia dei magnificet. Aut dic cur non pro contritiōis magnificentia simile aliquid dicunt? scilicet quia non pecunias, sed paupertatem hi sermones afferunt. In rebus non necessarijs, nec utilibus ad salutem, sed tantum permissis, honorificum putas, in ecclesia dei tot auxesibus tonare: cum nec Christi passionem sic uelit ecclesia praedicari.

In septuagesima quinta, non dixi Papam minorē Petro, immo nolui ut Patiam & Petrum neparent maiores gratias habere, quae sint uenias.

In septuagesima sexta, ut nihil omittas, quo me execrabilem facias Pontifici, & cum tibi uni adulantissimo propitium: lingis me ironice de tanto Pontifice loqui. Vides ne quantus sit mihi hic locus inuehend i in te? in tuam pene dixissem, sed reprimo me, Attrige aures, & audi, si saltem domi eas habes. Ego dico

non



non ironice, sed plane: quod omnis Papa habet maiores gratias, quæ uenia sint, scilicet Euangelium & gratias curationū, & omnia quæ scribuntur. j. Corinth. xij. nō in persona sua, sed in potestate sua; id est, eo modo quo gratias ueniales habet. Nā etsi sedulo dissimulas, non tamen credo adeo stupefiscis, ut uenia Pa-  
 pa in psona sua habere dicas, sicut uirtutes psonales; nisi dixeris, quod depositus  
 Papa etiā omnia possit quæ prius. Igitur quicquid est in ecclesia donorum & mi-  
 nisteriorum, dixi in manu Papæ esse, ut ordinet, mittat, donat, sicut corpori ec-  
 clesie expedire uiderit. Hæc autem sunt incomparabiliter maiores gratiæ, quæ ue-  
 nia. Melius facit enim Papa, si unum bonum pastorem uni ecclesie præcecerit,  
 quæ si omnes simul indulgentias dederit. Tu autem in personam tantū huius Leo-  
 nis. X. intentus, sicut decet graphicum adulatorem, intelligis in uerbis alienis  
 quicquid uolueris; & tamen detractor & calumniator esse non uis.

Papa habet  
 maiores gratias, quæ sunt  
 uenia.

Syluester gra-  
 phicus adula-  
 tor.

In septuagesima septima mihi non credis, quid ad me? per hoc nobis non sit  
 factis omnia illorum optimi consulis, nisi quod respector personarum, mea soli  
 us pessimi consulis.

In septuagesima octaua, nec excusatio me dignaris. Quod est istud nouum  
 Syluestrinum forum, in quo reo negatur excusatio? Sed oborto collo rapitur  
 ad abiurandam hæresim: sit, siue non sit hæreticus?

Syluestriū  
 forum.

Sed ubi uera mea non potes negare, saltem personam meam omni studio cō-  
 tendis opprimere. Vtina tecum mihi liceret, & corpusculi permitteret imbecillitas,  
 coram de ijs rebus conferre. Non dubito me tantum tibi ostensurum, ut sal-  
 tem modestius deinceps disputares. Hæc fat de propositionibus, cætera credo  
 uideris, aut uidebis in declarationibus meis.

**A**D questionum uero laicarum confutationes uolui quiescere: sed inci-  
 dit & permouit perspectum iam tuum ingenium, & audiam uictoriae,  
 & impotens pugnae. Ideo si possum, paucis respondebo.

Questiones  
 laicorum.

Ad primam: cum longū illud Tarantara induxisses, ubi inter cætera etiam  
 meritum congrui, & preparationem hominis ad gratiam necessario præcedere  
 docuisses insulsiōem gratiæ. Quæ hæresis iam quidem per Ecclesiam præualida  
 copiosissime confoditur a beato Augusti, contra Pelagianos, & nostra uniuersa-  
 litate cepit explodi. Tandem commemoras iustitiam diuinam non permitte-  
 re euacuari purgatorium. Et hoc probas autoritate sanctorum, id est Thomæ:  
 ex ipso enim cæteri Theologi & Canonistæ suxerunt. His itaq; percrensitis, cū  
 questio ista laica adhuc stare; scilicet, quod charitas & necessitas essent cause iu-  
 stitiam euacuandi purgatorij, & hic totus nodus esset; hunc sic soluitis fortiter  
 Dicens: Charitas autem pontificis, & necessitas animarum, non est efficax ra-  
 tio sic relaxandi iustitiam diuinam; quam deus talis necessitatis conscius, & in-  
 finitæ charitatis ac misericordie uisceribus plenus, sanxit. Hæc tua solutio, omni  
 glacie frigidior, & ut tuis discipulis utar, petitio principij, tantū efficit: ut si quis  
 uelit tibi credere, sit quietus; qui nolit autē credere, nihil audierit nisi uacua uer-  
 ba. Quid enim istis uerbis respondisti, nisi quia deus non uult, charitatem & ne-  
 cessitatem esse causas sufficientes: Et non probas, deum id non uelle, quia si de-  
 us pecuniam, aut quodlibet temporale, nisi forte non sit conscius etiam tempo-  
 ris, efficacem reputat causam, cur non etiam charitatem ipsam, in quam omnia  
 ista ordinari uoluit? Nunc si ego quaerem: Cur ergo pecunia, aut temporalis  
 res est causa efficax: eadem principij petitione dices: deus ita uoluit. Si de uolū-  
 ta ergo dei disputandū est: scimus quod nulla res mūdi sic placet, ut charitas; & quod

TALIA HOMINIA

Matheologos  
 rō quorūda  
 hæresis.

Syluestri sola-  
 tio omni glaci  
 frigidior.

Syluester hic  
 singularatur

charitati non donat, non presumitur ulli alteri causę donare. Si autem alteri donat, multo maxime charitati. Et sic patet, quod etiam tu mecum succumbis in ista quaestione.

Iudicia sunt  
& in laicis.

Obsecro te, crede mihi, sunt & in laicis iudicia; & tanta, ut ego me constitear ferme ter in istis quaestioibus succubuisse, & nihil retulisse gloriae, q̄ quod sibi uerba a me data dicerent; sicut & tu hic facis mihi.

Secundę solutio multo frigidior & uanior est, nulli nisi tibi soli satisfaciens. Prima, inquis, causa est, quod uel porrigens forte non secundum facultatē propriam porrexerit, uel nimis parce porrigit. Tolle ista accidētia, & pone, quod de propria facultate, & sufficienter porrexerint. Haec enim a te dicuntur, tanq̄ lubrico; qui tempus redimas, & exitum queras; nihil enim sunt ad propositum. Ergo non est causa, multo minus prima causa. Alia quod suffragia si nō p̄sunt iam redemptis, profunt tamen alijs. Hoc non quarebatur; sed hic est nodus, an omittenda sint officia nominatim pro animabus oblata, an nomina eorum nō p̄ficiari, nō in orationibus memorari oporteat. Hic responde; q̄ si omittenda sunt, omnis deuotio uulgi deficiet, & sacerdotes fame conficiuntur; nisi forte dices, quid ad Rhomanos, quod Germani moriuntur?

Ad tertiam iterum dicit, nō esse causam sufficientem, cui rursus opponitur charitas, ut supra, & permanet quaestio; nisi uelimus nuda uerba Syluestri pro oraculis habere.

Ad quartam. Mihi pro regula tradis, factum & dictum ecclesię Rhomanę. Respondeo; si de uirtuali & representatiua tua ecclesię loqueris, nolo tuā regulam, quia, ut supra dixi, ex c. Significasti, talis ecclesia potest errare. Vniuersalis autem ecclesia non potest errare, ut doctissime etiam probat Card. Came. in primo Sen. Deinde, nec Papa usq̄ hoc dicit aut facit, quod tu factum & dictum ecclesię uocas; promptulus es aequiuocator huius nominis ecclesię, ideo maxime mihi suspectus.

Vniuersalis  
ecclesia non  
potest errare

Rhoma dei  
uoratrix totius  
pene mundi.

Ad quintam dicit: Vbi multę sunt diuitię, multi qui comedunt eas. Hoc est qd̄ querunt, qd̄ Rhoma querit saturare pecunijs suos comestores, & totū pene deuorat orbem. Cur non minuuntur comedentes diuitiarum?

In fine iterum facis ex Papa imperatōrē in potestate & uiolentia. Sed Maximilianus & Germania id non nouerunt, neq̄ credunt; fortissime autem id negant Turcę & Tartari. Frustra quoq̄ celeberrimum illud & commune bonum, quod est lapides & ligna, nobis iactitas. Non enim per hoc soluantur laicorum quaestiones.

Basilica S.  
Petri.

Perfecte con  
trita nihil re  
mittitur.

Ad sextam, sum tibi hęresiarcha, quandoquidem potestatem tibi arrogas baptizandi mei, ut uuleris. Ago tamen gratias, quod uerū esse dicit, nihil remittis ijs qui perfecte sunt contriti. Et scio non omnes esse tales. Sed non ideo intrant purgatorium, quia poenas debent, quas Papa possit soluere, ut probabiliter tenui, & teneo.

Ad septimam dicit, quod duo bona adderentur. Vnum quod necesse esset fideles toties reperere causam, gratia cuius datur uenię; puta elemosynam &c. Scimus mi pater, quod uos libenter uideretis, causam istam una hora milles reperiri. Hoc uerę in auaritię bonum cedit. Nos querimus de bono dantis; quod si est datio elemosynę, melius id fit sine uenijs, & gratis, q̄ p̄pter uenię, ut supra dixi. Tu autem semper imaginaris, uenię esse aliquod bonum.

Alterum bonum, inquis, remitteretur nouus reatus peccatorum, si quis post uenię incidisset. Respondeo, quod iste reatus melius tollit sine uenijs; quia uenię

non

nō sunt pro peccatis uenialibus necessarīe. Si autem de mortali reatu intelligis, iam nullum est istud bonū, nisi centies quis in die peccet mortaliter; quod nullus facit uere poenitens.

Ad octauam, quod Papa suspendit uenias & literas, dicit id fieri pro structura omnium præclarissima. Et hæc uidetur tibi esse iusta suspensionis causa, Nec mirum; non enim nisi quæ Rhomæ sunt, curas. Ego autem dico: sit illa structura honorabilior omnibus, certe nostræ ecclesiæ sunt magis necessarīe. Ad pompam mundi solum respicis, quasi tunc ecclesia sit præclare prouisa, si ligna & lapides in magnum erexerit cumulum, cū si uelletis, possitis ipsi Rhomani Pontificem opulentissime suauare.

Sed aliorum sit iudicium de tuis solutionibus. Ego fateor, me nihil ex his habere, quod laicis reddam, nisi maiores questiones.

Ultimo tribuis Pontifici iterum, ut sit uirtualis ecclesia & Imperator, & Pontifex potens & brachio seculari compefcere &c. Ista opinione tua stante, uelle doceri, an etiam sitis homicidæ? Cur ergo iura non permittunt Ecclesiæ, ad corporalis uitæ periculum, poenitentiam imponere? Sed hæc alias & ab alijs.

In fine dico, non me terrebis ampullis, & minaci strepitu uerborum tuorum. Si occidit, uiuit Christus dominus meus & omnium, qui est benedictus in secula. Amen.

Lutherij marginosus & Christianus animus,

Ecce mi R. P. cursum & duobus diebus tibi hæc reddidi; quia uisa sunt leuicula, quæ tu opposuisti, ideo ex tempore, & ut in buccam uenit, tibi respondi. Si uolueris deinceps retundere, uide ut Thomam tuam armatorem producas in harenam; ne forte tunc non ea modestia excipiaris, qua hæc congressione exceptus es. Res pelli enim meipsum, ne malū redderē pro malo.

Syluestrum monet.

Vale.

FINIS.

M ij

# AD LECTOREM

Io. Ecclus.

Lutherius.

Opiniones  
onera Christi-  
anorum.Exhortatio  
pia & Chri-  
stiana.

Conclusiones R. Patris D. Martini Lutherij de uirtute indulgentiarum ex medio scripturarum capo decerptas. Eccius philosophico dente conatus est arrodere; Scoti, Capreoli, Durandi, Alphonfi, Gabrielis, & aliorum nouorum doctorum opinionibus nimis confusus. At reuerendus pater Martinus Lutherius, aureolam qua uocant, metuit; qui abusum indulgentiarum tam argute primus conuulserit, ad quem tamen tot iam annos tot Theologorum mista confluxerunt. Quam sceleratum est Christianam plebem, pro qua mortuus est Christus, his rebus tam impudenter ludificari; quae forsitan neque in Euangelij, neque in Paulo, neque in Origene, neque in Hieronymo, neque in Ambrosio, neque in Augustino, neque in Hilario, neque in Cypriano, neque in alijs uetribus fundate comperiuntur.

Sunt opiniones, inquit, Theologorum, sed nouorum. Esto. Veri opiniones maneat opiniones, & nihil aliud sint quam opiniones, non autem onera Christianorum. Non faciamus opiniones nouorum Theologorum pares articulis fidei & Christi Paulij decretis. Et pudeat tandem Theologos huius uocis, quae doctiores secreto nonnunquam apud amicos suos effutit: Sic quidem dicerem in scholis, sed tamen, maneat id inter nos, diuersum sentio. Itaque sic dicimus in scholis, sed tamen, maneat id inter nos, non potest probari ex sacris literis. Quin potius si quid docere uolunt, non statim minis cogant homines; alioqui misera erit Christianorum conditio: sed proferant ex fontibus testimonia, sine coactis & apud se natis interpretationibus, & credetur eis. Id quod non fecit M. sacri palatii F. Syluester prius; qui nuper Martino Lutherio respondit: sed sic, ut Theologis & non Theologis risum mouerit, cum sua ecclesia essentiali, uirtuali, representatiua. Quod si laici, respiciente passim mundo, non tam ex libris, quos etiam nobis Theologis meliores legunt, quam ex ingenij sagacitate, multa quotidie apprehendunt circa Christianissimum, quae secus habere putant: quid oportet nos facere a uulgo longe lateque remotos? *Aperite tandem per dominum nostrum Iesum Christum oculos uestros, o Theologi; & omnis Scholasticis opinionibus, omnis suis puerilibus digladiationibus, ad ipsos scripturarum fontes accedite,*

Hae admonendi causa dicta putentur, certe non sine lachrymis & gemitu bonorum uirorum scripta, ad superbam istam pertinaciam, & pertinacem quorundam superbi animi misericordiam: teste Christo, qui est benedictus in secula.

Fiat, Fiat.

Reue

# REVERENDVS PA

TER DOCTOR MARTINVS LVTHERIVS, DISPVTATIONIS SUX PRO DECLARATIONE VIRTUTIS INDULGENTIARUM, HANC PRIMAM PO SUIIT CONCLUSIONEM.

Dominus & magister noster Iesus Christus, dicendo, poenitentiam agite, omnem vitam fidelium, poenitentiam esse voluit.

## ECCIUS IMPVGNATOR.

Cum regnum cœlorum in verbis Christi presentem videatur significare ecclesiam, ac tempus plenitudinis euangelicæ tunc aduentantis, non videtur quomodo poenitentia omnem fidelium vitam exprimat

D. ANDREAE BODENSTEINII ARCHIDIAconi Vuittembergensis Apologeticæ propositiones, pro R.P. D. Martino Lutherio.

Prima Ecclij conclusio contra Vuittembergenses in fundamento est: Ecclesia militans, cui tempus plenitudinis euangelicæ aduenit, cū sit congregatio omnium fidelium, inter quos non pauci sunt iusti, non uideri poenitentia indigere.

1 Eccius non intelligit quod ecclesia ingemiscit: negat quod ecclesia confitetur: & turpiter orationes, in quibus uersatur, ignorat.

2 Quoniam ecclesia annua quadragesimali obseruatione, se purificari confiteretur, & uniuersaliter coacta dicit, peccatores te rogamus &c.

3 Eccius autem tollendo poenitentiam ecclesie, eius purificationem negat quam ipsa confitetur, ne a domino iudicetur.

4 Ecclesia petit dei populū ab omnibus peccatis emundari: quæ uerba sunt poenitentis Psal. I. Ita quoque exoptulat ecclesia: Sacro nos purificante ieiunio. Item: A noxijs quoque uitijs cessare concede.

5 Dicit item: Deus qui culpa offenderis, & poenitentia placaris &c. Et flagella quæ meremur, auerte. Non dicit, meriti sumus, sed meremur. Item Aduerte poenitentia placaris.

6 Et in alia collecta: Parce domine parce populo tuo, ut dignis flagellis castigatus, in tua miseratione respicere.

7 Nonne ecclesia seu populus dei petit se castigari: quod si non est poenitere, Eccius iudicabit.

8 Hoc idem inter suffragia in collecta: Deus qui culpas nostras prijs uerbis percussis &c. ecclesia petit.

9 Vide Ecclij collectam quam ecclesia facit: & petit ab imminetibus peccatorum suorum periculis, deo protegente saluari.

10 Quæ petit a populo dei flagella iræ diuinæ auerti. Sed fortasse Ecclij absque libris facile responderit, ecclesiam deprecari, ut ab imminetibus peccatis liberetur. Non ab his quæ insunt, sed quæ imminet.

11 Verum ut euasiones manifestis occludantur septis, ei collectam hanc opponimus: Purifica quesumus domine tuorum corda fidelium, ut a terrena cupiditate mundati, & presentis uitæ exuantur &c.

M iij Adde



- Adde & alteram eius dici Collectam; qua petit, ut sancta deuotio purificatio nem tribuat.
- 12 Ex qua oratione ad litteram uidemus ecclesiam deprecari, ut fidelium dei corda purificentur; quod humilitatis causa dictum esse, nemo nisi anathemate percutiendus, dicere audet.
- 13 Per fideles dei, quos audet intelligere, nisi eos, qui ex fide uiuunt iustos.
- 14 Secundo ad litteram apparet ecclesiam deprecari, ut dei fideles, hoc est iusti, a cupiditate terrena mundentur; ergo habent immundiciem purgandam.
- 15 Rogo Ecclesiam, quid aliud efflagitat ecclesia, nisi iusti mundentur ab ædificatione illa, qua iusti super fide Christi, lignum, fœnũ & stipulam ædificant.
- 16 Qui non percuti, sed per ignem saluantur; cuius diuersa est penes Augu. & Grego. interpretatio.
- 17 Aedificant qui carnali affectu circa temporalia tenentur &c.
- 18 Petit ecclesia, ut eius membra sancta, a cupiditate terrena purificentur, ut sordes subnascentes diluantur.
- 19 Quod timuit illa, quæ pulsanti sponso dixit: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?
- 20 Petit ecclesia, quod Christus patrem coelestem faciurum promisit, uidelicet ut palmitem ad ferendos fructus purget.
- 21 Cum in multis offendimus omnes, idcirco ecclesia petit purgari ab offensis & culpis, & agit poenitentiam.
- 22 Petit, ut fidelium corda purificentur; quia omnes fideles uetustate ex peccato relictam habent, quæ in interiori homine de die in diem renouatur.
- 23 Petit quod apostolica præcipiunt mandata, renouari scilicet spiritu mentis, & indui nouo homine.
- 24 Eximia est poenitentia, peccata & infirmitates fateri, & sanctam a medicis precari.
- 25 Eleemosynæ ieiunium & oratio, remedia sunt uentilii peccatorum.
- 26 Tametsi euangelicæ plenitudinis tempus ecclesie aduenit.
- 27 Attamen uniuersa ecclesia quædã militauerit quædam poenitentia est indigens.
- 28 Ecclesia militans ideo dicitur, quod rebellat semper, & in omni bono opere uitijis atque concupiscentijs impugnatur.
- 29 Fit, dñs iustus fortiter pugnat, fatigatio: quæ hilaritate datoris lædit uitiatque.
- 30 Beatus est ait, non criminofus, qui allidit paruulos suos ad petram.
- 31 Hoc fit, quod charitas huius uitæ potest augeri; & illud incrementi quod deest, ex uitio nostro deest.
- 32 Hoc uitium peccati est, quod ecclesia sancta quotidiana confessione, nec sterili dolore exprat.
- 33 Hoc uitium habent, qui pedum lotionem indigent.
- 34 Quod boni & mali, filij dei habent; semper enim, dum bene facit iustus, peccat, & bonus & malus est.
- 35 Immo nemo coram deo, nisi iustus, poenitet.
- 36 Adde quod septies in die iustus cadit, sed non colliditur: quia dominus supponit manũ; secundum Cassianum patet, quod fideles iusti cadunt.
- 37 Quibus iustus dñs manũ supponit; & ideo nõ imputat peccata, quod peccata sua agnoscunt, ac femur percutiunt, & debitoribus remittunt debita.
- 38 Mordaces illi qui sub titulo M. & A. uerbum imputat, tanquã indecens seu non congruens notant; litteras sacras tident, & ecclesiasticos adlatrant: sed cur?

Ecclesia militans.

Ex scripturis argumetur nõ ex sophismatibus.

Peccati quod ecclesia exprat.

Aduersarij Martini & Andreæ, facta aut non legunt, aut non intelligunt.

cur: quia legere & intelligere, ut bene loquantur, nolunt.  
 39 Agunt poenitentiam incorporandi; agunt & ueraciter, ecclesiae incorporati.  
 40 Sed & nulli ex literis Apostolicis, quibus ecclesia sancta sine ruga & macula praedicatur, Ecclesiae auxilium petat: ne ceteras scripturas, hac male intellecta, ut Faustus legem Moysi, laceffat & crumpat; quoniam praemissis non obstat Augustinus contra Iulianum libro quarto, capit. tertio.

CONCLUSIO SECVNDA R. P. D.  
 Martini Lutherij ex uerbis Euangelicis.

Quod uerbum, poenitentia, de poenitentia sacramentali, id est confessionis & satisfactionis, quae sacerdotum ministerio celebratur, non potest intelligi.

ECCIVS IMPVGNATOR.

Interiorem poenitentiam magnam esse, Christus & omnes Christiani docuerunt, Siquidem deus cor aspicit & uoluntatem. Videtur hoc docet, quae minuta duo in Gazophylacium misit, & plus omnibus misit, D. Iesu teste. Est enim uoluntas in anima, sicut regina in regno.

D. ANDREAE BODENSTEINI ARCHIDIACONI  
 Vuittenbergensis Apologeticae propositiones,  
 pro R. P. D. Martino Luthero.

- 1 Veruntamen cum Ecclesiae in secunda contra nos conclusione, idcirco magnam interiorem fecit poenitentiam, quod uoluntatem reginam suorum actuum dicit, ostendit se uel ignorare literas sanctas, uel eis aperte contradicere. Ecclesiae literis sacris contra dicit. Audaculus Ecclesiae.
- 2 Nam uoluntas nostra non est regina & domina eorum operum, quae deus ut uoluntatis essent, fecit. Nisi liceat cum audaculo Ecclesiae securitatem uoluntati promittere, contra prophetica & apostolica documenta.
- 3 Idem Ecclesiae se ignorare ostendit, quod poenitentia est donum dei, quod deus in nobis operatur.
- 4 D. Ecclesium hac scriptura satis confutari existimo, quam Hieremias reddidit: *Conuertere me domine & conuertar, quia tu domine deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi poenitentiam; postquam ostendisti mihi, percussi femur meum &c. Quam legat, & uideat confusionem suam, Hieronymus, interprete, Ambrosio, & nonnullos alios non, sine causa reticemus,*
- 5 *Comouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia comota est. Deus commouet uoluntates, & fit contritio,*
- 6 *Discat eodem Hieremias docente, quod dominus conuertit conuersionem nostram, Quod dominus dat poenitentiam; agnoscat orationem, quam scit: Da nobis digne flere mala quae fecimus.*
- 7 Veruntamen cum litera non dicat, *dedisti, sed conuertisti &c. & timendum sit esse, quod pronus fuit haereticum uocitare, M. quem non intellexit, & haec calumniari, legat Apostolum: Ne forte det illis deus poenitentiam; & respiciat a diaboli laqueis, aduerte, det, ait, lege Augustinum.* Ecclesiae primum Mar. de haerestraducere. Deus dat poenitentiam.
- 8 Voluntas est domina & regina suorum actuum, suorum omnium, scilicet malorum. Quando

9 Quando uoluntas dominatur in anima, ridet diabolus, & exultat, quod preparatur ei prada.

10 Deus amat in nobis, quod ipse fecit: at quod ipse non fecit, odit, Ambrosii. facit collectam, quæ in primis legitur: Dirigere, sanctificare &c. Et in pascha: Deus qui per unigenitum &c.

11 Per autoritatem, Omnis plantatio, quam nõ plantauerit pater meus, eradicabitur: & bene ad propositum.

12 Misericordia equidem eius super omnia opera eius; non nostra mutabilis uoluntas: quãdo ab incommutabili uoluntate nõ regitur, tunc tanto citius ap propinquat iniquitati, quanto acrius intendit actioni. Attendi Eccii.

13 Aduerte commodum & periculum, quando uoluntas regitur, & quando in anima regit.

14 Vniuersaliter loquendo, deus est dominus, & rex in anima nostra.

Oia nostra,  
mala sunt &  
peccata.

15 Omnia nostra, quæ deus non fecit nostra, mala sunt & peccata.

16 Perditio tua ex te Israel, tantummodo auxilium tuum ex me. Ex nobis perditiones, ex deo suppetitæ & bona & salus. Si poenitentia salutaris ex nobis, id est uoluntate nostra est, falsa erit, quod perditio ex nobis est.

Iustitia nõ  
firæ sicut pan  
cus mestrui  
er.  
Thomistarũ  
error.

17 Omnis iustitia nostra, hoc est, nostræ uoluntatis, est sicut panus mensuræ atque mulleris. Hanc autoritatem Thomistæ male dicunt de iustitia legis sacramentalis dictam, & nõ intelligi posse de alia lege scripta.

18 Pondera autem, quæ splendidum sit opus, quod uoluntas in anima, dum regit, operatur.

19 Domino deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ, si nobis est: id est, nos habemus confusionem, deus autem iustitiam facit: quid de poenitentia, quando nostræ est uoluntatis.

20 Sed scit Eccius in suis iustificationibus fortasse preces prosternere, & nõ in miserationibus dei: ac habere suam iustitiã, non dei.

21 Deus, ait Hieremias, facit misericordiã in terra. Tu es, alio attestante propheta, misericordia mea.

22 Quod Eccius, nisi furatus, de misericordia, qua deus misericors est, accipere nequit: sed ea misericordia, qua misericordes operante deo, efficiuntur, deus nostra est & dicitur misericordia.

23 Iuxta Davidicum illud: Secundum magnam misericordiam tuã uiuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

24 Opera misericordiarum, & ea sola, deus coronat in misericordia & miseratione nã ei iudicium sine misericordia, qui non facit misericordiam.

Facultas infir  
mi arbitrii  
eneruatur.

25 Quibus documentis lapideum pectus molliri posset, & omnis facultas infirmi arbitrii eneruari: quoniam opera dei nõ sunt in potestate nostra. Dñs enim solus uis cõpeditos, non liberum arbitrium. Dominus erigit elisos, nõ liberum arbitrium.

26 Si opera bona essent in nostra potestate, stulte peterem⁹ ea nobis donari.

Opera bona  
nõ sunt in no  
stra potestate.

27 Omnia quæ ad uitã spiritalem attinent, hoc abbreviato efflagitamus uerbo. Fiat uoluntas tua. hoc est: fac nos facere, fac nos uoluntatis opera suscipere.

Eccius nisi  
un naturæ  
tribuit, nisi  
mum deo.

28 Ecclesia sibi dari seu donari deprecatur, ut deũ quærat, & ut gaudia promissionis quærat ac quæsitã citius inueniat. Petit se illustrari, ut uidere possit agendã: quæ Eccius sine precibus accurate perspicere potest, licet petit dari, ut agnoscat quod ipse situr: & celeste munus, quod frequenter, diligit: quod Eccius ex naturalibus, nullo precatu suffultus, diligere potest. Petit item, deum proueniendo actiones nostras, aspirare. Et rursus adiuuando, prosequi. Eccius autem cum gratiam

tiam habet, nō indiget nouo auxilio, nisi se indigere fateatur. Item ecclesia præstari sibi auxilium petit, ut orationibus & seiunjs intendat, cū multis colle-

29 Quod ex Ezechielis & aliorum auctōricōrum testimonijs deum facere, ut faciam<sup>9</sup> dixi, ostēdā Eccō in orationib<sup>9</sup> suis, ne posteris rursum aberret diebus,

30 Habes orationem in quadragesima, dominicæ primæ feria sexta, quam tibi facis deuotam, pulchre in collecta dominicæ secunde feria tertia petit, ut deo operante impleam<sup>9</sup>, quod eo autore cognouimus. Et in alia sic dicit ad literā; & eius semp faciat inherere mandatis, dominica in tertia. Itē dominicæ quartæ feria quarta, & dominica in octaua Paschæ; qui celebrari fecisti. Et in feriali collecta dicit: fecisti celebrare, fac gaudere.

31 Verum, ut exemplū propositæ poenitentæ habeas, aduerte, quod oras sabato dominicæ quartæ in quadragesima: Da nobis digne flere mala quæ fecimus &c, quid est hoc aliud, nisi: Fac nos flere, largire nobis sletum peccata expiantem.

32 Innumera alia sunt exempla, ex quibus addiscere deberes, deum hoc præstare, quod nos facere iussit: nec alia sibi placere, q̄ quæ ipse largitus est, nec ali quas prosequi actiones, q̄ quas ipse inspirauit: suas prosequitur, suas adiuuat actiones, sua opera, non nostra coronat. Probat<sup>9</sup> per collectam dominicæ quartæ post octauas Paschæ. Et collectam quæ Paschæ, & ad primam inter pascharum legitur festa, per illud, qui habet dabitur, ut abundet &c.

33 Veniamus demum oportet ad infirmitates, ad nihil, cum ecclesia diceres: Deus qui conspici<sup>9</sup> omni nos uirtute destitit, interius exteriusq; custodi: dominica secunda in quadragesima. Absit ut deus false conspiciat, & ecclesia mētiatur, nos omni uirtute destitit.

34 Sublata est per hanc orationem ab homine spes, & bene: quoniam maledictus est qui spem ponit in homine. Eccius est homo, ergo nec in se, uel in sua uoluntate spem poenitentæ faciendæ ponere debet.

35 Et rursus bene, ne dixeris, ego feci mihi hanc uirtutem, sed potius memineris domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere uirtutem.

36 Ergo nos sumus nihil in dei scientia, sed aliquid in diuina eius misericordia. Bernardus.

37 Si omnes profuderimus & exercuerimus facultates, nō habentes dei charitatem, sumus nihil.

38 Si autem diuinas opes, & superna auxilia, & esurientes pauperes, nihilq; habentes mendicatum quæserimus, dominus pro nobis sollicitus erit, per illud: Ego pauper & mendicus &c.

39 Eant, ego & nos fecimus, euanescent nostra, & propria: mortificemus dei spiritu nostra, ut deus factat sua in nobis.

40 Vbi nō ego, ibi felicius ego, Augustinus de cōti. Vbi non aliquid & nihil tibi felicius aliquid, per illud: Exaltauit humiles.

41 Et per illud: Deus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis: destruxisti, ait, nos.

42 Quam diu placent homini, ego, nos, nostra, propria, & meum, nostrū, ali quid: tūdiu uicissim in homine est qd deo displicet. arg. Ambrosius &c.

43 Sed nostrū ego impios in seruitutem redigē, in spūitū ait uehementes habet ueultatis reliquias. Mirabiliter quoq; serpit tentatio: quæ aufert nobis, ego, tu, nos, uos, non ego, non tu, & male tu fecisti.

44 Tunc uero quando, deus regnabit, & erit omnia in omnibus: ego, & om-

Deus hoc nobis præstat, quod d facere iussit.

Maledictus qui spem ponit in homine

Fiducia nostra in deum

103

ne proprium uilefcant:

45 Simoneamus humiliter & uere, ego & nos; & tunc deus nos faciet saluos.

46 Non est homo uerax, in quo deus non loquitur.

47 Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum.

Facere quod  
in se est. 48 Qui facit quod in se est, facit quod deo displicet, mentitur, obloquitur, ac  
sibi officit.

49 Ex præmissis infertur, quod bona operatio non uoluntati humanæ, sed di  
uinæ debet simpliciter attribui.

50 Bonus actus, ut aiunt, quantum ad totam suam entitatem, hoc est, totus  
attribuitur deo.

Contra Ca/  
preolum &  
Scotum.

51 Illi autem qui uoluntati substantiã actus, ut Capreolus & Scotus; modis  
tiero seu entitatem minorem deo attribuunt, quod maius est sibi ipsis; quod mi  
nus, ne dicam feces, deo deputant. Ex propositis infertur ad destructionem illi  
us, quod penes Scotum legimus; uidelicet, quod uoluntas est principalis causa,  
quantum ad principalitatem entitatis in bono opere, feces quantum ad princí  
palitatem esse meritorij. Scotus & sequaces in. j. & Capreo. in. ij.

Augustinum  
male exponi  
tea.

Infertur quoque aduersus eos, qui Augustinum diuellunt ne dicam corrum  
punt, exponentes eius dictum: ipsa gratia augetur, ut aucta mereatur perfici; co  
mitante, non ducente: pedissequa, non præuia uoluntate. dicentes, quod uolú  
tas est pedissequa, quantum ad relationem meritorij, de qua Augusti. nõ cogitant.

R. P. D. MARTINVS LVTHERIVS.

Igitur Papa per remissionem omnium pœnarum, non simpliciter om  
nium intelligit, sed a seipso impostarum.

ECCIUS IMPVGNATOR.

Immo oppositum, quia uel intelligit pœnas Canonum solum accumulatiue,  
ad pœnas a deo impostas concurrere, iam laqueus, non salus esset in Canonibus  
penitentialibus. aut uult eos declaratorios, sicut in ueritate sunt, & ipse nõ  
attendit, iam remittendo pœnas Canonum, aliquas pœnas remittit.

D. ANDRÆ BODENSTEINII ARCHIDIA  
coni Vuitenbergensis Apologeticæ propositio  
nes, pro R. P. D. Martino Lutherio.

1 Eccius dum in canonibus non laqueus, sed salutem esse putat, & hoc late  
ter scribit, iudaiizat, & Paulum, qui dicit, Litera occidit; item, lex est ministratio  
mortis; non intelligit.

Eccius iudaii  
zar, plus cri/  
bueni homi  
nibus q̄ deo.

2 Aut plus hominibus q̄ deo tribuit.

3 Indiget idem Augustino doctore.

4 Et ea caret intelligentia, quam Capricornus, Scotusq; Alphonus & Ga  
briel, præstare nequeunt.

Eccius heresi  
sim in pulmo  
ne habet.

5 Cum autem is error, qui in atramento, seu literis eo factis, aliud auxilium,  
q̄ demonstrationis & manifestationis, urputa salutem ipsam ponit, in Palesti  
no iudicio sit subuersus ac condemnatus; metuendum est Eccium heresim in  
pulmone habere.

6 Non sufficit prædicare uerbum dei, aut illud legendo intelligere; sed oportet ut



ter ut assensus ei accōmodetur.

7 Peiores efficiuntur qui diuina, etiam euangelicam legem, sine gratia audiendo uel legendo intelligunt.

8 Cognitio peccati sine gratia nocet; facit enim nos scire quod uitare non possumus.

9 Nudus sermo ad monendum est utilis, ad persuadendū infirmus.

10 Nec lex sancta quæ faciendā & deuitandā demonstrat, & liberum arbitrium cum ea, ad faciendū salutis opera sufficiunt.

11 Si Eccius salutem in scripturis collocari putat, ipsum in Iudæis Christus reprehendit, ibi: Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis &c. & ei aduersatur Apostolus, qui dicit gratiam lege testificari, non conferri.

12 Immo si error notatus subsisteret, magna Bibliæ pars falleret.

13 Paulus quoque insensibile merito conuinceretur; qui uelut gratiæ defensor dixit: Si iustitia est ex lege, Christus gratis est mortuus.

14 Si Eccius de salute fecius quæ nos dixit, eius conclusio contra Vuitenbergensia posita, non urget, nec ualet, sed aduersus ignem careo pugnat stimulo.

15 Verum si de salute locutus est, more scripturarum, apostolicis aduersatur documentis.

16 Ex præmissis colligitur, quod si canones conscientiam obligant, solum præuaricationes accumulunt, præceptum ecclesiæ ostendunt, & ultra non progrediuntur.

17 Cum autem D. Eccius Vuitenbergenses non dicit attendere ueritatem; uidelicet, quod canones sunt poenarum a deo impositarum declaratorij; nisi false condiantur, euancescet iactata sua ueritas, præsertim si non per scripturas.

18 Petit tamen, ut idem Eccius in propositione sua, quæ incipit, Erronea apparet &c. ad idem & apertius loquatur. Quæ enim cōtrouersia est partium non aduersantium? Nisi sic dicat, Canones cumulatorios, aut declaratorios poenarum. Sed parua & minuta non curamus, nec prosequimur sophismata.

Gratia lege  
testificatur,  
nō conferretur

Ex Vuitenbergæ cursim, VII. die mensis Iulij,

An. domini M. D. XVIII.

N R. P. Martini

R. P. MARTINI LV.  
 THERII AVGVSTINIANI VVITTENBER/  
 GENSI, DE POENITENTIA SERMO.



Poenitentia  
 tres partes.

DE INDVLGENTIIS sepe locutus sum uobis, donec id meruerim, ut hæreticus accuset. Vt autem rem ipsam teneatis, possitisq; uos ipsi cum illis cõferre; ecce procedam iuxta eorum sententiam, nisi ubi locus fuerit mea interferendi. Igitur eorum sententia, Poenitentia diuiditur in tres partes: quæ sunt, Contritio, Cõfessio, Satisfactio.

Prima, Contritio, sic enim coepit uocari uera poenitentia interior, duplici uia paratur, Primo per discussionem, collectionem, detestationem peccatorum: qua quis, ut dicunt, recogitat annos suos

in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum grauitatem, damnum, forditatem, multitudinẽ, deinde amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem; & alia quæ possunt tristitiam & dolorem excitare. Hæc autem contritio facit hypocritam, immo magis peccatorem; quia solum timore præcepti, & dolore damni id facit. Et tales omnes indigne absoluitur, & communicantur. Et si libere deberent, remoto præcepto & minis poenarum, confiteri: certe dicent sibi nõ displicere eam uitam præteritam, quam sic coguntur displicere confiteri; immo quo magis timore poenæ, & dolore damni sic conteruntur, eo magis peccant, & afficiuntur suis peccatis, quæ cognunt, non autem uolunt odisse. Si quidẽ lex & cognitio peccati magis abundare facit peccatum ut Apost. ait Rho. v. Et hæc est illa contritio, quam ipsi uocant extra charitatẽ non meritoriam. Alij uocant attritionem proxime disponentem ad cõtionem, sic enim ipsi opinant; quam opinionem errorem ego iudico. Secundo paratur per intuitum & contemplationem speciosissimæ iustitiæ: qua quis in pulchritudine & specie iustitiæ meditatus, in eam ardescit, & rapitur; incipitq; cum Salo

Attritio dis  
 ponit ad con  
 tritionem, et  
 ror Thomæ.

Contritio, si  
 sic amore ius  
 titiæ Christi  
 anis decet.

Regula:

mone fieri amator sapientiæ, cuius pulchritudinẽ uiderat. Hæc facit uere poenitentem: quia amore iustitiæ id facit, & hi sunt digni absolutiõe, exempli gratia: Si uis poenitere de luxuria, nõ incipias numerare uitia, sceditates, dāna eius nam hæc non diu tibi durabunt, quam sit uiolenta contritio ex ui præcepti facta: Sed intende in speciem castitatis, atq; ad cõmoda eius pulcherrima, ut ipsa tibi intime placeat. Sic de omnibus alijs uirtutibus. Sed hæc regula talis notanda est, quod intuitus uirtutum sit dupliciter, Abstractiue, seu per se; & sic carnalem hominẽ parum mouent: quo modo traditur per uerbum prædicatiõis; sic enim nõ nisi speculatiue uidentur. Concretiue, siue per aliud; hoc est, exempli gratia, ut intuearis homines, qui tali uirtute lucent, quorũ omnium speculum primũ est Christus, deinde sancti in celo. Verum rudem & incipientem maxime mouent exempla presentia, & sui seculi. Ideo uirginitatẽ in uirginibus, & innocentibus pueris intuere, usq; dum gemas a facie pulchritudinis eius. Sic castitatem, charitatẽ, patientiam, reliquasq; omnes. Sic enim B. Anshelmus docet ascendere ad amorem dei ex amore hominis boni. Sic B. Augu. suam cõtritionem hausit ex intuitu illorũ, quos ex Pontiano audiuit; & ipse confitetur ecclesiam sibi ostendisse plenis manibus exempla uirginum & cõtinentium, & sic

Christus sic  
 exipat recte  
 uiuendi, dein  
 de sancti.

& sic odore illo optimo affectum: Sic & Apostolus se esse bonū odorem, alijs in uitam, alijs in mortem. Signum est enim ueræ cōtentionis, si inspecto homine casto, humili, benigno, suspires ex corde, quia nō es talis. Sic & ecclesia orat, ut deus nos per exempla sanctorū suorum restauret. Et B. August. lib. viij. confess. Psal. exix. sic exponit: Sagitte potētis acutæ cū carbonibus uastatoribus: sagittas interpretans uerba uirtutes prædicantia ad abstractiuā cognitionē: & carbones uastatores, exempla sanctorū uastantia omnē linguam dolosam, immo malam cupiditatem. Sic admirabili sapientia dei fit, ut nullus sibi bene uiuat. Et sapius sit, ut boni alijs profint dum nesciunt, immo uere semper nesciunt: qui dum incedunt simpliciter, alijs eorū uerbis & uita mouentur miro affectu. Deniq; & pueri infantes ita nobis uiuunt, ut nobis innocentia speciei suauissime cōmendent, atq; ad poenitentia prouocēt. Sunt enim uiua monitoria. Non est uicq; quod queraris tibi deesse uirtutum exempla tua: pueros intendit, sicut Christus docuit, exhibens paruulum discipulis suis. Hæc est poenitentia iucunda, uera, stabilis, & ex spiritu nata. Ratio omnium prædictorum est: Impossibile est, ut odias aliquid uero odio & perfecto, cuius contrariū non prius dilexeris. Amor semper est prior odio, & odium natura & sponte fluit ex amore: & sic nascitur zelus, qui est iratus amor, id est, odium mali propter bonum. Sic odium peccati, & detestatio uitæ præteritæ, nulla cura, nullo labore quaesita, ueniunt sua sponte: alioquin peruersissimo ordine, & nunq; pro futuro studio queritur amor iustitiæ, per odium peccati, immo machina desperatiōnis, & denūciandi animi est talis peruersitas. Poenitentia enim debet esse dulcis, & ex dulcedine in iram descendere ad odium peccati. Amor enim est uinculum perpetuum, quia uoluntarium; odium temporale, quia uolentium. Igitur perfunde homini, primum, ut diligat iustitiam, & sine magisterio tuo conteretur de peccato: diligat Christū, & statim sui prodigus odiet seipsum. Sic Psal. xliij. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Prius inquit, dilexisti iustitiā, & sic odisti iniquitatem.

## COROLLARIUM.

Plus tibi discutiendum est confessuro, quantum diligas iustitiam, q̄ quantum odias peccatum: multoq; maiore, immo solo hoc labore tibi cogitandum est, quomodo futuram uitam agas bonam, q̄ quomodo deseras, aut odias præteritam malam. Verissimū est enim prouerbiū, & omni doctrina de contritionibus hucusq; data præstantius: quo dicitur Teut. Nimmer thun, die hochstehufz. Optima poenitentia noua uita. Sicut & Apostolus sonat ad Gal. vj. In Christo neq; circuncisio, neq; præputiā aliquid ualet, sed noua creatura. Proinde confessurus id potissimū, & ante omnia tecum cogita, quid faceres, si nō esset præceptum confitendi, si nulla esset quadragesima, si nulli confiterentur, si nullus esset pudor, sed omnis omnium plenaq; libertas: an etiam sic uelles confiteri, conterī, poenitere. Quod si te non ita inuenis, iam scito te non ex amore iustitiæ, sed consuetudine & timore præcepti poenitere: atq; malle sequi turbā, si omnibus liceret non poenitere. Si autē uelles, etiā si nullus poeniteret, cōfiteretur cōtereret: atq; adeo si totus mūdus aliter ageret, nec præcepti halitū ratione poenitere, sed amore nouæ uitæ & melioris: iam uere poenites. Ecce hoc est, quod illi solent dicere, quod contritio in charitate facta, facit remitti peccata. Quod uerbum nescio si omnes intelligant, qui tam frequenter ipsum in ore uersant: hoc scio, obscurissimum esse, nec a me aliquando intellectum. Hic uero inuenies, si non uis mentiri, te non esse talem: sed potius uelles, ut prior

Signū ueræ cōtentionis.

Bonū imprudentes q̄sūt

Pueri innocentes sunt uiua monitoria.

Poenitentia uera.

Confessus quid discutere &amp; cogitare debet.

Poenitentia summa est cū odio uitio rum habere amorem uitæ naturam.

Quando neq; te poenites.

Perfeci con-  
tritionem ne  
mo mortaliū  
habet.

Obiectū.

Responsio.

Confessio im-  
penitentis si  
ficta nō iur-  
tur, prodest.

uita liceret; quia sentis te omnino adhuc inclinari ad uitam priorem. Sic enim  
& B. Augu. confitetur, in contritione sua se fuisse sollicitum de uita præteri-  
ta. Immo li recte perpendas hæc dicta, facile dices, nullum hominē esse in mun-  
do, qui hanc contritionem habeat; uel saltem paucissimos. Et de meipso con-  
fiteor similia omnino. Et si uere ac libere uelis cōfiteri, remoto deo, præcepto,  
pœna, gaudio; scio dices: Si nullus esset deus, nullus infernus, certe uix poeniter-  
rem. Scio inq̄ talem esse tuam cogitationē, quantūlibet fortis contritionem  
ostendas. Quid ergo hic faciemus? Oportet nos esse tales, & nō possumus esse  
tales, omnes ergo damnabimur? Absit. Sed respondeamus; Oportet, ut cogni-  
to te tali, non neges te talem, sed in angulum uadas, & iuxta cōsiliū Christi,  
in abscondito ores patrem tuum in caelis, dicens sine fictione: Ecce optime de-  
us, poenitentem mihi præcipis; sed talis sum ego miser, quod sentio me nolle,  
neq̄ posse; quare tuus prostratus pedibus, oro misericordiā & gratiam; fac pœ-  
nitentem, quem iubes poenitere. Et sic cū B. Augu. ores: Domine da quod iu-  
bes, & iube quod uis. Et cum ecclesia: Cor poenitens tribue. Hæc in quā oratio  
& agnitio atq̄ confessio impenitentis tuæ, si ficta non fuerit, eoislo faciet, ut  
deus te poenitentem uerum reputer; & licet multum adhuc sentias te ad malum  
inclinatū, noli timere. Hæc confessio & oratio faciet, ut Christus suppleat de  
suo, quod deest de tuo. Atq̄ ut hanc orationem facias, non te retrahat indigni-  
tas & impuritas tua, accede confidenter: Quia si non ante uis orare deum, ut  
multi frustissime agunt, q̄ fueris mundus, nunq̄ orabis. Et crede firmiter, qui  
dedit tibi hanc tui cognitionē peccati, te nō rogante, dabit etiam gratiā oran-  
ti; immo ideo dedit cognitionē peccati & iustitiæ, ut rogares gratiā. Sic B. Au-  
gusti. cum Apostolo dicit: Per legem cognitio peccati, ut gratia donetur & im-  
petretur. Accipe simile: Gentiles olim idola sua rogabant, & fiebat quod pete-  
batur. Et auarus cōfidit in diuitias suas, & fit sicut uult. Quanto magis ille ue-  
rus & bonus deus nō sinit se frustra rogari, & in se confidi.

COROLLARIUM PRIMVM.

Contritio uera non est ex nobis, sed ex gratia dei; ideo desperandum de no-  
bis, & ad misericordiam eius confugiendum.

Corollarium secundum.

Contritio p-  
totā uitā dur-  
rat.

Non gremiū  
an cōfiteas sit  
contritus.

Nō oīa mor-  
talia cōfitemi  
da.

Scrupulose  
confitentes.

Contritio incipit in poenitente, sed non cessat per totam uitam usq̄ ad mor-  
tem; & non, ut multi putant, durat per horam confessionis duntaxat. Ecce sic  
habet, quomodo intelligas quod illi dicit, oportere poenitere in charitate, &  
cum bono proposito, quantum deus auxilium gratiæ dederit. Nullus debet sa-  
cerdoti respondere se esse contritum, nec sacerdos requirere, nisi quod potest  
dicere: Nescio an sim cōtritus; rogo tamē dōminum, atq̄ cōfido me sua gratia  
contritum, & quotidie magis conterendum. Hæc de prima parte.

Secunda pars est Confessio sacramentalis, & hic duo sunt notanda. Primum  
ut nullo modo præsumas cōfiteri peccata uenialia, sed nec omnia mortalia;  
quia impossibile est, ut omnia mortalia cognoscas. Ad impossibile autem ne-  
mo obligatur. Vnde in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia cōfiteban-  
tur, ut patet. i. Corin. v. ca. Si quis inter uos est fornicator, aut auarus, aut idolo  
latria, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū huiuscemodi nec cibum sume-  
re. & illud Galat. v. ca. Manifesta sunt opera carnis &c. Vnde multi confiten-  
tur in quinque sensibus, septem donis, septem sacramētis, octo beatitudinibus,  
& alijs multis distinctionibus peccatorum; uelut id curantes, ut nullum pecca-  
tum non cōfiteantur; quam tamē inter ea quandoq̄ nullū, uel uix ueniale sit  
peccatū

peccatum, & fatigant frustra sacerdotem, perduntq; tempus, ac alijs sunt impedimento. Ideo duplici sis confitendi modo instructus. Vno, quo sacerdoti oia manifeste mortalia cōfitearis; quāq; difficile sit discerni mortalia a uenialibus, nisi sint in opere manifesto, aut euidenti consensu cordis, ut maledictio, furū, homicidium, luxuria, detractio, ira, amaritudo &c. Alio, quo deo confitearis reliqua omnia; immo cum B. Iob dicas: Verebar omnia opera mea, sciens quoniam nō parcis delinquenti. Et Psal. xvij. Delicta q̄s intelligit ab occultis meis munda me domine. **Nam nulla sunt opera nostra etiam bona, quin sint peccata damnabilia, si deus in iudicium intret nobiscum.** Sic dicit Psal. cxliij. Non intres in iudicium cum seruo tuo; quia nō iustificabit in conspectu tuo omnis uiuens. Item: Omnis homo mendax &c. Sola uero ista confessione humili & oratione nobis ignoscuntur, & fiunt meritoria. Vnde & iussit nobis, ut oramus: Dimitte nobis debita nostra. Quocirca dum uolumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, q̄ quod misericordiae dei nihil uolumus relinquere ignoscendum; nec considerare in eum, sed in confessionem nostram cupimus; ac per hoc uolumus securi esse, nec iudicium eius timere; quum tamē ei sit beneplacium super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordiam eius. Hæc ideo dixi, ut sitis præmoniti atq; præmuniti in hora mortis; ubi diabolum nō solum mortalia occulta opponet & magnificabit, sed ex uenialibus, immo ex bonis operibus faciet non nisi horrenda peccata; & totam uitam perditissimam ac damnabilem ostendet, ut scias quid facias, scilicet ne tunc dicas: Heu uitam efflem confessus, aut tempus haberē confitēdi; ne forte desperas quod ipse cupit, sed confide & dicas: Scio quod omnis uita mea est damnabilis si iui dicetur, sed dominus iussit, non in mea uita, sed in sua misericordia confidere, sicut ait: Confide filii, remittuntur tibi peccata tua. Psal. lxxij. Quoniam melior est misericordia tua super uitas. Sic enim B. Bernardus, quum aliquando mori se crederet: Perdidit tempus meum; quia perdit uixi; nec habeo, nisi quod cor contritum & humiliatum deus nō despiciet. Sic sic timor iudicij humiliabit te, sed spes misericordiae exaltabit humiliatum.

Secundum, uide ne ullo modo te confidas absolui propter tuam contritionem. Sic enim super te & tua opera confides, id est, pessime præsumes; sed propter uerbum Christi, qui dixit Petro: Quodcumq; solueris super terram, solutum erit & in coelis. Hic inq; confide, si sacerdotis obtinueris solutionē; & crede fortiter te absolutū, & absolutum uere eris; quia ille non mentitur, quicquid sit de tua contritione. Nam sic non crederes sententiæ pronuntiatæ super te a deo, qui mentiri non potest; ac si te ueracem, & ipsum mendacem faceres. Nā sententia illa debet esse rata & certa. Ideo multo magis tibi hic uidentium, quo modo nihil huius fidei desit, q̄ ceteris omnibus; immo esto p̄ impossibile, quod confessus non sit contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absolutus; si tamen credat sese absolutum, uerissime est absolutus. Tanta res est fides, & tam potēs uerbum Christi. Damnabuntur itaq; qui nolunt considerare sese absolutos, donec certi sint se satis contritos; & super harenam, non super petram uolunt domum conscientie suæ ædificare. Sic legitur in ecclesiastica historia, quod B. Athanasius ludens cū pueris baptizauit eos, sicut uiderat fieri a sacerdotibus, & baptizatos iudicauit B. Alexander episcopus. Item quidam minus illudens baptizari uoluit ad placendum imperatori; & inter ludendum, uiso angelo cū libro, credidit, & eo ipso ludicro baptismo uere est baptizatus. Quare plus est a confitente requirendum, an credat sese absolutū, q̄ an sit uere contritus; sicut

N ij Christus

Peccata non manifeste mortalia (sicut deo, nō facerem cōfiteri) Bona opera

In confessione nō cōfiteamur mortis spei misericordiam dei cōfiteamur

Abolutio fit non propter contritionem, sed propter uerbum Christi. Confitens erit dat.

Crederet se absolutū, præcipuum est.



Sacramenta  
sunt efficacia  
gratiae, si cre-  
dantur.

Christus a caecis quaesuit: Creditis me posse uobis hoc facere? Et merito: quia contritio nunquam est uera satis: quod si esset uera, non est tamen certa: & si esset certa, non tamen esset satis. Fides autem & uerbum Christi sunt uerissima, certissima, sufficientissima. Ruit ergo hic error illorum qui dicunt, quod sacramenta nouae legis sic sunt efficacia gratiae signa, quod si quis etiam non sit contritus, sed attritus, modo non ponat obicem actualis peccati, uel propositi mali, gratiam consequatur.

Ego autem dico tibi, quod si etiam contritus accesseris, & non credideris in absolutionem, sunt tibi sacramenta in mortem & damnationem. Fides enim necessaria est: quanto minus attritio, uel non positio obicis sufficit. Denique talis nullus est in mundo, qui non ponat obicem, nisi solus is qui credit: cum sola fides iustificet, & accedentem ad deum oporteat credere. Verissimum est enim dictum illud commune: Non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat. Et B. Aug. Abluit sacramentum, non quia fit, sed quia creditur. Quod si sacramentum non iustificat, sed fides sacramenti: quanto minus contritio, aut non positio obicis iustificat, sed fides &c. Ad hunc tam quaestio resurget: Quomodo ergo differunt sacramenta ueteris & nouae legis, si haec aequae non dant gratiam sicut illa? Haec ad aliud pertinent tempus. Satis fit quod sacramenta nouae legis sunt efficacia signa gratiae, si credis, & non amplius. Haec de secunda parte.

De satisfactio-  
ne nihil legi-  
mus in scri-  
pturis.

Tertia est Satisfactio: de qua quidem nihil legitur in scripturis. Dicunt tamen cum duobus modis fieri. Vno modo, per impletionem operum, quae sunt eleemosynae, ieiunia, orationes. Alio modo per indulgentias. Sed de his habe-

tis uulgarem sermonem  
nuper impressum,  
ideo ad praesens  
omitto: le-  
ge tibi  
idem.

FINIS.

Reuertendi

# REVERENDI PA-

TRIS, AC S. THEOLOGIAE DOCTORIS  
Martini Lutheri de indulgētijs Sermo habitus Vuitten  
berge, in Latinā linguam e Germanica uersus.



Ciendū primo, quod noui autores, ut magister Sen. S. Thomas, & horum imitatores, tres partes faciunt poenitentiae: nempe contritionē, confessionē & satisfactio- nem. Et quibus haec distinctio, ut ipsi eam pponūt, diffi- culter, aut certe neutiq; deduci queat ex scriptura, neq; etiā ex antiquis Christianae religionis autoribus: Nos tamen id inconuulsum relinquemus in praesentiarum & ipsorum more loqui conabimur.

Secundo. Dicunt uenias neq; contritionem, neq; confessionem adimere, sed tantum satisfactio- nem.

Tertio. Satisfactio diuidit in orōnē, ieiuniū, & eleemosynā: ubi oratio oēm animi motum & actionē in se completit ad animā pprie attinentē, ut lectio- nem, meditationē, auditionē uerbi diuini, declamationē ad populū, doctrinā, & id genus. Ieiuniū cōtinet omnia opera afflictiua carnis, ut uigilias, labores, duritiem in uestitu, in lectisterijs &c. Eleemosyna est operum amoris & mi- sericordie aduersus proximum exhibitio.

Quarto. Apud oēs Theologos psuasissimū est, quod indulgētia auferat hu- iusmodi opera satisfactiois pro peccatis debita uel imposita. Nā si absolute oia opera satisfactiois adimeret, nihil boni sup esset a nobis agendum:

Quinto. Multis fuit magna questio, sed nōdū satis excussa atq; definita, im- mo adhuc cōtrouersa: an uidelicet ultra iniuncta opa satisfactiois, quippiam adimāt indulgētia. An ne poenā a deo p peccatis, aut inflictā, aut infligendā?

Sexto. Eam questio- nē intactā ptergredior: sed affirmare possum, qd ex nul- la scriptura colligi queat, diuinā iustitiā, siue poenā, siue satisfactio- nē exigere de peccatore: quin herā tantū & ex corde pfectā poenitentia aut respiscētia, cō- uolūitate ad crucē Christi ferendā, pdictaq; opa satisfactiois exercēdi, etiam si nemo imponat, qā p Ezech. dictū est: Quicūq; peccator cōuersus fuerit, & bñ egerit, pctōis suorū amplē nō recordabor. Itē hoc modo ipse oēs absoluit, Ma- riā Magdalēnā, paralyticū, mulierē in adulterio dephēsam &c. Et audire libe- ret, qmā aliter ualeat astruere, ceteri aliq; ex Doctōrib; in eā partē opinati sūt.

Septimo. Bene fateor iueniri posse, qd deus iuxta diuinā iustitiā aliq; casti- get, aut p flagella urgeat ad pniām, ut Psal. lxxxviij. Si dereliquit filij ei; legē meā, si iustitias mes pphanauerint, & mādata mea nō custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorū, & in uerberib; pctā eorū: misericordiat aut meā nō disper- gam ab eo. Sed hāc poenā amouere aut ignoscere deo tantū in manu est, nulli hominū. Neq; eam ipse omittere uult, sed eam sedulo pollicet sese infligēturū.

Octauo. Propterea illi; imaginarię poenae nomē, quā indulgētia excludit, nemo explicare pōt; neq; quicūq; nouit qd nā sit, si non est neq; flagellū modo exposuit, neq; bona opera, quae satisfactiois nominantur.

Nono. Finge qd ecclesia uel hac tēpestate de terna & apte declaret, aliqd re- mitti per indulgētiās ultra praedicta opa satisfactiois: nihilominus praestaret in finitis modis, qd nemo Christian; indulgētiās redimeret, immo ne peteret

N iij quidē

Theologorū Scholasticorū studiū fuit purā adhuc Theologia dialecticis & philosophicis nugis inuoluerē.

Oratio

Ieiunium.

Eleemosyna

Opera satisfactiois auferunt indulgētia.

Diuina iustitia nullā poenā siue satisfactio- nē exigat a peccatore.

Castigat deus & ad poenitentiam allicit.

Præstaret, quod nemo Christianus indulgentias redimere solet. **Somnia recedentiorum Theologorum.** quidem; quin potius præoptent, tum facta bona, tum illius poenæ tolerantia. Quia indulgentiæ nihil sunt aliud, neque aliud fieri possunt, quæ remissio bonorum operum & salutaris poenitentia. Hæc autem amplecti quæ refugere, multo æquius est atque honestius. Tametsi ex concionatoribus recentiores quidam cõmentum sunt poenas duplices, medicatius, ut uocant, & satisfactorias. Etenim has ad diluendum cõmissum, illas ad sanandam, & uitam in melius cõmutandam, prodesse pronunciant. Verum nobis maior facultas est istiusmodi nugamenta contemnendi quæ istis excogitandi. Nam quicquid deus imponit, in emendatione est, & cõpendium Christianitatis.

**Deus & ecclesia neminem grauare ultra uires.**

**Canonibus obliterati.**

**Multa temere & supra modum ueri asseruntur.**

**Nemo pro peccatis potest satisfacere.**

**Indulgentiæ plus obstant quam proficiunt.**

**Ad fabricam S. Petri quod dandum.**

**Tutius malito dare pauperi.**

**CHRISTIANA DOCTRINA.**

Decimo. Fruuolus est, quod dicunt, numerum poenarum & operum, quibus satisfaciendum pro peccatis, esse maiorem, quæ homo in omnem uitam tum facere, tum perficere queat, ob exiguum uitæ spatium, eoque necessarias indulgentias. Respondedo, quod totum hoc inane est, fictitium, nulloque fundamentum nititur. Nam deus & ecclesia neminem grauare ultra uires; quod Paulus ipse astruit. Deus, inquit, uos non permittit tentari supra id quod potestis. Neque exigua est contumelia Christianismo, dicere, quod nobis importabilia onera imponat.

Vndecimo. Quod si poenitentia per canones antiquatos iniuncta, adhuc essent efficaces, ut pro quolibet peccato mortali, septem annorum poenitentia exigere; oporteret ab eiusmodi constitutionibus Christianitatem abscedere, neque amplius imponere quæ quisque ferre sufficeret. Quanto minus putandum est, illis pridem obliteratis, plus prius obrudiri, quæ pro uiribus expedit.

Duodecimo. Dicitur magno consensu, Peccatorem cum reliqua poena, post contritionem & absolutionem debitam, remittendum aut in purgatorium, aut ad indulgentias. Verum multa etiam alia temere, & supra ueri fidem asseruntur.

Decimotercio. Fœdus est error, quod quispiam de peccatis se putet satisfactorum, quæ ex inexstimabili clementia deus & semper & gratis remittit, atque condonat; nihil a nobis inuicem requirere, quæ ut in posterum bene uiuamus, Christianitas, bene uerum est, aliqua exposcit, quæ potest & debet remittere, & nihil impere ferendum quod ferri nequit; neque quicquam molestus.

Decimoquarto. Indulgentiæ admittunt, propter inertes & pigros Christianos qui nolunt animose neque bona facere, neque mala sustinere. Nam indulgentiæ nihil promouent in melius, sed illorum imperfectionem duntaxat tolerant uelut conueniendum. Ideoque ab indulgentiis dehortari non licet. Atqui neque licitum est ad eas adhortari.

Decimoquinto. Tutius & utilius est dare pure propter deum ad fabricam S. Petri, aut ad alia quæ nominantur in indulgentiis, quæ pro munere uicissim accipere indulgentias. Nam periculum est, ne minus propter indulgentias, & non propter deum impendat.

Decimosexto. Multis nominibus est conducibilis largum & munificum animum ostendisse pauperi & egeno, quæ sic ad structuram profundere spe indulgentiarum consequendarum. Nam plus momenti habere prius opus absoluisse, quæ remissile; & indulgentiæ plurima bona, quæ fieri deberent, condonare, aut certe nihil condonare. Atqui, ut uere te instruat, animam aduertat. Præcipue dederis, in quæ egenti proximo, si quid es daturus; neque fabricam S. Petri, neque indulgentiæ ab hoc euangelico instituto te dimoueat. Nemine uero oppidum tuum, prostrigata inopia rerum, opus habere auxilio tuo, quod fortassis nunc quæ futurum est; ad tæpla, ad altaria ad ornamenta, calices, cinodiam tuam oppidum tuum licet exponere, si lubet: Quo factio si animus te sollicitat, potes impune aut Rhomam, aut alio mittere. Tanta liberalitatis

tatis

*Indulgentiæ plus obstant quam proficiunt.*

*Christiana doctrina.*

tatis argumenta nemo uetat, modo ne indulgentiarū respectu miseris, quādo quidem Paulus dicit: Qui domesticis suis nō benefeceris, non est Christianus & peior quous Ethnico. Ita libere & constanter sentiendum, Qui aliter docet seductor est, & animam in crumena sua quaerit; in uentofq; nummos omnibus animabus anteponit, & plus amat, Quispiam forte respondet: Sic nunq; indulgentias redimerē. Prius in quā ita cōtendebam, ita expetiui, orauī, cōsului, ne indulgentias compares, Ea facultate somniculos pmissa, tibi recta p̄gendū est.

Decimoseptimo. Indulgentiae neq; praecipit neq; consiliū sunt, sed ex illarū rerum numero, quae permittuntur, & sub p̄missionem cadunt; ideoq; nō sunt factum aliquod obedientiae, neq; etiam ullo modo meritoriae, sed tantum excusatio quaedam obedientiae. Vnde consequitur, quod indulgentiae q̄uis interdiciendae non sunt, amoti tamen & subtracti ab eis Christiani, ad opera & poenas quae remittuntur, excitari debent.

Indulgentiae  
neq; praecipit,  
neq; consiliū  
sunt.

Decimooctauo. Quod animae per indulgentias ex purgatorio liberentur, nondum exploratum habeo, neq; credo; tamen recentiores id asseuerant, sed probandi facultatem non habent; Neq; ab ecclesia sancitum est. Quare securus est, ut pro animabus ipse preceris, & exerceas opera pietatis; id quidem rei mediū receptius atq; certius habetur.

Anias e purgatorio  
liberari  
certū

Decimonono. In praedictis nihil dubito, quae idoneis argumētis omnia n̄tantur, & scriptura, & euangelicis decretis, longum ualere dicto doctoribus Scholasticis; qui uniuersi neutiq; sufficiūt unam ad populū concionē sacram cōfirmare; eadē meū amplectamini sine dubitatiōe, sine formidine oppositi.

Doctores  
Scholasticos  
irrigit in cōcl  
onibus.

Vicesimo. Si qui de haereseos crimine me traducunt, quorum scripijs potissimum aperta ueritas uehemēter officit, non magnopere curo. Neq; istorū clamoras contumelias magnopere reformido. Obscuri sunt, cerebri tenebricosi Bibliā gustus in experti; neq; Christi doctrinas unq; legerunt, neq; proprios auctores, quos adorant, intellexerunt; quinimo laceris & cariosis opinionibus fere detriti sunt. Etenim suis assertionibus perspectis, cognouissent nequaq; condemnandū eum, qui non solum nō peractus est reus, sed ne reus quidem factus. Verum ipsi ac nobis deus mentē largiri dignet sanam ac rectā, Amen.

Nihil curat  
sycophantas

FINIS.

Reuerēdi

# REVERENDI PATRIS, AC S. THEOLOGIAE DOCTORIS Martini Lutherij de Matrimonio Sermo habitus Vuit- tenbergae, in Latinâ linguam e Germanica uersus.



**P**rimo. Cum deus creasset Adam, adduxit ad illū omnia animantia; inter quae cū non inueniret quoddam illi cō-  
forme, inquit deus: Nō est bonū quod Adā solus sit: faciū  
ei adnutricem, quae parata sit ad manum. Et immisit so-  
porem in Adam; cumq; obdormisset, tulit unam de co-  
stis eius, & repleuit carnē pro ea. Et aedificauit costam,  
quā tulerat de Adā, in mulierē, & adduxit eam ad Adā.  
Tum Adā: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de car-  
ne mea. Vocetur autē uirago, quoniam de uitro suo sumpta est. Propterea relin-  
quet homo patrem suū & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in car-  
ne una. Haec oīa sunt uerba dei, quibus uiri & uxoris exordium describit, & eorū  
cōiunctio, & quā obrē facta mulier; deniq; quis amor esse debet inter cōiuges.

Secundo. Quādo deus nō coniungit matrimoniū, & non adest ceu pronu-  
bus, tum accidit, ut solet, quod hic inueniatur, ex hoc quod Adam nullā inue-  
nit coniugem, donec ei prouideret dominus de Eua; quā cum uidisset, coepit  
recte amare, & synceriter cognoscens apud se hanc esse cōiugem suam. Inue-  
nes ergo, & nō, quorū animus est matrimoniū subire, docēdi sunt, sedulo & di-  
ligenter orandum esse, ut dominus deus dignetur disponere felix cōiugium.

Matrimonij  
res magna.

Matrimonij  
solū inter ho-  
mines.

Ad quod Salomon etiā hortatur, dicens: Domus & diuitiae dantur a patribus,  
a domino autem proprie uxor prudens. Eua a solo deo Adae concessa est. Res  
itaq; magna in conspectu dei matrimoniū est; tametsi imprudens inuentus, in  
qua affectus dominant, plerūq; circa hoc errat. Nam factū est nō sine causa, &  
admirabili quodā consilio, quod dominus deus solū hominē matrimonio co-  
pulauit. Reliquis animantibus tūc dixit: Crescite & multiplicamini, nō addu-  
cens masculū ad foeminā. Unde & inter bruta animalia matrimoniū nō est. Adae  
autē creauit uxore ex ppria costa; adduxit, & cōsentiēti, acceptētiq; copulauit.

Tertio. Creata est uxor ea causa, ut esset adiutoriuū uiri, cū in omnibus rebus,  
tū praecipue ut liberos generaret; id hodie adhuc obseruat utiq;. Post lapsum  
uiri & mulieris affectus corruptissimi sunt, quando maior pars, non ob mu-  
erum auxilium, sine liberorum amore, ut institutum est, conueniūt; quin magis  
ad explendam carnis libidinem.

Quarto. Matrimonij diiudicat inter amores. Viri & uxoris amorē maximū  
esse oportet iter uniuersos amores. Sic enī scriptū est: Relinquet hō patrē & ma-  
trē, & adheret uxori suae; uxor uicissim uiro suo. Boni adhuc hodie obseruat

Triplex a-  
mor, natura-  
lis, falsus, cō-  
iugalis.

Deinde notandū, qd triplex est amor. Falsus, Naturalis, Cōiugalis. Falsus  
amor triū pecuniā, honore, opes, mulieres hq; phibitas ex pcepto dei. Natu-  
ralis est inter patres & prole, fratres & sorores, & cōsanguineos. Tertius ue-  
ro, q cōiugalis dicit, duos primos excedens, ceu ignis ardet; nihil querit, nihil  
desyderat, pter cōiugē. Sic enī inquit, Nec argentū tuū, nec aurū, neq; hoc, neq;  
illud, sed te uolo, & pter te nihil profus. Caeteri amores, ultra id quod uident  
amare, aliud queritāt: sed, cōiugalis id qd diligit, totū possidere uult. Quod si  
Adā in innocētia pfeuerasset, exoptabilissimū rerū oīm duceret, sponsum esse  
uel sponfam



uēl sponſam. Verumtamen ille amor iam impurus redditus eſt: quandoquidē uterq; coniugum in altero querit, quo concupiſcentiē malē ſatiſfaciat. Hinc eſt, quod hoc tempore ſtatus matrimonialis ſyncerus, & ſine peccato eſſe uix poſſit. Eſt enim ceu hoſpitale infirmorū, quando matrimonio præcauetur, ne corruam in grauiora delicta. Innocenti Adæ ſacillimū erat uirginitatē ſerua- re, & caſtitatē; quod noſtra ætate, ſine ſingulari gratia dei, uix poſſibile fuerit. Quapropter neq; Chriſtus præcepit caſtitatē, neq; aliqui Apoſtolorū, eū prædicarēt: Tameſi illam nobis maximopere cōmendent, cōſulentes, & præ- mio ſollicitantes, ſi quis queat allequi, Qui autem non poteſt, contrahat legi- timum matrimonium; ſtatim enim eſt contrahere, q̄ ſi uiri. Et tamen melior ca- ſitas, ſi cui contingat.

Cæterū Doctores circa matrimonii tria bona excogitarūt: hiſ cauentes, ne carnalis cōcupiſcentia omnino eſſet mortifera. Primo, quod cōnumeratur in- ter ſacramēta. Sacramentū ſcilicet rei ſacræ ſignū eſt, ſpirituale quippiā ſignifi- cans, coeleſte & æternū. Exempli gratia; Bapſimus, quo preſbyteri pueros ab luant, diuinam ſanctam, & æternā dei gratiam deſignat; quæ ſimul inſundit in corpus & animam bapēizat, & quæ purgat a peccato originali, faciens oīa munda, templūq; dei. Hæc in q̄ ſpiritalia ſunt, & corporalibus, externiſq; re- bus longe maiora, per quæ repræſentant. Matrimonii ergo ſacramentū dicit. Eſt namq; typos rei nobiliſſimæ & ſanctiſſimæ, hoc eſt, unionis humanæ & di- uinæ naturæ in Chriſto. Inquit Paulus; Quædamodū uir & mulier duo quædā unum ſunt in carne una, ita deus & homo unus Chriſtus; ita Chriſtus & eccle- ſia unum corpus; quod profecto magnum eſt ſacramentum.

Omnino itaq; res ſancta eſt & ſacra matrimonii, ſi rite fuerit obſeruatū: in cuius typo ſignificat iſ, qui cū deus eſſet, factus eſt homo; qui cū in coelis habi- tauit in hominibus, ſemet illis impartiēs; cuius exēplo cōiuges quoq; uiuant.

Aduertendum eſt hic, uel propter dei honorem, q̄ ſacro ſanctam rem repræ- ſentent copulati uiri & mulieris; certe humanitatem Chriſti leſu ſeruatoris. A quo hoc priuilegiū manauit, ne affectus carnis prorsus eſſent lethales; hi enim in nobis extirpari non poſſunt penitus; mortiferi tamē ſunt quoties extra ma- trimonium conſumantur.

Quapropter coniuges dignitatē huius ſacramēti perpendat, uenerenturq;. Vxo ri uir debet beneuolentiā reddat, ſimiliter & uxor uiro; uideatq; ne ppter importunas cōcupiſcentiæ affectus humanus fiat beluius, & irrationalis.

Secundū bonū. Matrimonii uinculū fidei dicitur. Fides enim fundamentū eſt & ſumma matrimonij; alter enim alteri ſeſe deuouet & dat, ſecluſis oībus alijs. Quia ergo copulati matrimonio, cōcupiſcentiæ carnali occluſerūt omnes uias, & quiſquis ſua coniuge contentus uiuit, nec paſſim delicitur; dominus deus ex gratia concedit, ut huiusmodi delectatiōe gaudeat, etiam ſi illa ſit citra ſpem fruētis, modo ſeruet modēſtitā, ne coniugum amor fiat brutorum.

Hic dicendum foret, quibus nam uerbis contrahentes uti poſſent. Verū res eſt ita inuoluta & impedita, ut ego iuxta meum captum & ſimplicitatem intel- ligere non poſſum. Verendum quoq; quod multa matrimonia ad hanc regu- lam examinata, non ſint matrimonia. Tamen cum præcipue conſtet ex con- ſenſu mutuo, nolo ego in præſentiarum deſinire, ſed deo, cuius iudicia ſunt in comprehenſibilia & mirabilia, committo.

Verba communiter obſeruata hæc ſunt: Ego ſum tuus, Tu es mea. Quanc̄ acuti quidam opinent̄ nō fatiſ eſſe, cum dicitur; Ego te accipio, uel accipiā te, uel ſi

Matrimonij  
tria bona.  
Matrimonii  
eſt ſacramen-  
tum.

Sub typo ma-  
trimonii hui-  
manitas chri-  
ſti repræſentat

Dignitas hu-  
ius ſacramē-  
ti perpendenda.

Matrimonii  
fidei uinculū

Verba cetera  
hæntium.

uel id genus alia uerba. Malim tamen ego iudicare iuxta mentem, quam tunc utraq; personarum contrahentium habuit.

Præterea, circa hoc, quod nonnunquam tacite aliquis promittit uni, deinde alteram ducit, uel occulte, uel manifeste, nescio an omnia uera sint & recta quæ dicuntur & scribuntur.

Consiliū Lu-  
theri dignū  
notari.

Hoc meum consiliū est; Parentes suos liberos instruant, ne uerecundentur ab eis petere coniuges, Item doceantur, ne citra parentum uoluntatem contrahant. Si enim te nō pudet togam, domum, & alia id genus a patribus petere, cur pudebit coniugē petere, rem multo magis necessariā; quod Sampson fecit se dixit; q̄ cū in ciuitate quadā uideret puellā elegantē, & quæ ei placeret, reuertens ad patres; Vidit inquit, puellā quā amo, rogo uos, date mihi illā in uxore.

Fructus ma-  
trimoniū.

Tertium bonum matrimoniū, fructus dicitur, qui finis & officium matrimoniū præcipuum est. Porro, ut doctores de fructu loquuntur, cum dicant fructū excusare peccatū, nō satis est accepisse fructum matrimoniū, nisi educatur ad laudem & honorē dei; alioqui Gentiles hunc fructū etiā habent, Sunt qui solum hæredes querant, uel delectationē ex pueris, nihil curantes gloriā dei, ad quā oporteret semper spectare. Et sunt, qui cū ignorent præcepta dei, ignorent pietatem, pueris inculcandam præcipue, parentes tamen fiunt. Hoc audiant, qui in matrimonio copulati sunt, q̄ nullum opus deo gratias, Christianæ reipub. nihil utilius, parentibus & liberis nihil salubrius contingere potest, q̄ si pueri pie instruantur. Peregrinationes ad Rhomam, Hierusalem, ad Compotiellā S. Iacobi, nihil sunt collate ad hoc; quod est ceu regia uia parentibus perueniendi ad regnum dei. Præterea hoc officio carere, tam absurdum uidet, q̄ ignē non urere, aquam non humectare.

In liberis et  
ducendis mei-  
tetur ut cor-  
lū, uel liberū

Utergo in liberis tuis cælum, sic infernum quoq; citissime meruisti. Nihil abiectius execrabiliusue feceris, q̄ si negligenter pueros tuos educas; quod etiā fit, quando finis blasphemare, impudenter loqui, impuras cantilenas discere, & iuxta prauam eorum uoluntatem uiuere. Tales sunt quidam, qui pueros indecenti amicitia ad mundum alliciunt, ad pompam, & saltum uitæ, ad diuitias instigant, ad honores; magis solliciti de corpore, q̄ anima puerorum; necq; considerantes maximā iacturam imminere rebus Christianis, per pueros peritiam institutos; quæ si debent reformari, necesse est, ut olim a pueris fiat initiū.

Hoc tertium bonum matrimoniū maximum est & utilissimum; quod non solum debita matrimoniū & imperfectiones, uerumetiam omnia alia peccata tolleret, si modo falsus amor lapsæ naturæ, non usq; adeo obcæcaret miseris parentes, qui pluri faciunt puerorum corpora q̄ animos. Hinc Salomon; Qui pareit uirgæ, is odit filium proprium; & qui diligit filium, sæpius castigat. Sunt in corde pueri stulta decreta, & puerilia, quæ per uirgam tolluntur. Hinc idem; Si uirga percusseris filium, redimes animam eius ab inferno. Necesse est ut diligentius & frequentius meditentur coniuges, quæ saluti animæ conducunt, q̄ quæ corporis. Itaq; tandem sic tibi persuade, quod puer est ceu thesaurus eximius a deo commissus, magna diligentia custodiendus, ne a diabolo mundo, uel carne possit furari; & quod hunc thesaurum in morte & extremo iudicio, accurato examine repetiturus sit deus. Vnde enim miserabilis euilatus & horrendus eorum, quæ plangent, dicentes; Beati uentres qui nō pepererunt, & beata ubera quæ non suxerunt; Proculdubio ex hoc, quod filios commissos a deo pessime educarunt. O sanctam conditionem matrimoniū, si recte; miseram, si male fuerit obseruata.

Animę salus  
magis a ducen-  
tenda, q̄ cor-  
poris.

Matrimoniū  
scia conditio

Hæc si quis animaduerneret, facillime concupiscentiam carnis refrenaret; & fortassis citius arriperet institutum uirginitatis, q̄ matrimonij, luuentus cupiditatum sequax hæc ceu parua æstimat; deus autem non sic, qui iuste iudicaturus magni faciet.

## S V M M A.

Si uis ueram agere poenitentiam, summas indulgentias hic & alibi acquirere feliciter mori, tuam profapiam augeri & amplificari: summa diligentia, totis uiribus conare, ut pueri bene instituantur. Si per te non potes, utere aliorum opera, qui sciant, possint & uelint: nec parce labori, pecuniæ, aut sumptui. Hæc sunt altaria, testamenta, uigiliæ & missæ defunctorum: item lumina, quæ tibi lucebunt perpetuo, hic dum uixeris, & alibi post mortem in uita æterna.

Christiana  
doctrina.

## F I N I S

## AD LECTORES

Quia si sermones legetis R. P. Martini Lutherij de decem præceptis, qui proxime sequuntur, meminisse debetis ad populum fuisse dictos: qui nisi rudi, quod aiunt Minerua res tradatur, sic doctorem audit, ut lyræ Prouerbiū alinus, itaq; uel sententiarum acumen, uel uerborum elegantiam ne expectetis. Si quidem hi sermones ea dictionis simplicitate, nimium extemporalis, qua ad populum e sacra cōcione fuere Germanice pronūciati, hic triuiali stilo sunt aditi, nō ut doctos delecent, sed ut rudioribus cū laicis tum sacerdotibus profint: quorum utilitatis præcipue rationem is habuit, qui inuulgandos curauit. igitur quicquid hoc est tumultuarium concionum, boni consilij candidi lectores, & Lutherium non minus purū ac syncerū Christiani pietatis doctorem, q̄ uitæ profus inculpatæ uirum, amate, & Bene Valete.

Laus Martij  
ni Lutherij.

○ Decem

# DECEM PRAECEPTA

VITTENBERGENSI POPVLO PRAEDICATA,  
PER R. P. MARTINVM LVTHERIVM  
AVGVSTINIANVM.

## PRAECEPTVM PRIMVM:

NON HABEBIS DEOS ALIENOS.



PRIMUM quaeritur, cur nō precipit affirmatiue, sic, Habeto propriū uel unū deū, uel adora me unicum deū; Secundo, Cur nō imperatiue magis q̄ indicatiue dicit, non habeto deos alienos?

Ad utrumq; simul respondeo. Quod omne preceptum dei magis positum est, ut ostendat s̄a praeteritū & praesens peccatum, q̄ ut futurum prohibeat. Si quidem iuxta Apostolum, Per legē nihil nisi cognitio peccati. Et iterum, Concluit deus omnes sub peccatū, ut omnū miseretur. Ideo preceptum dei ueniens inuenit peccatores, & auget,

ut amplius abundet peccatū, Romanorū quinto. Leges uero hominū propter futura peccata ponuntur. Ideo spiritus, ut est benignissimus magister, magis loquitur indicatiue; quasi dicat, O miser homo, ecce tuā tibi ostendo prauitatē. Tālis esse deberes, qui nullos deos haberes, nō assumeres nomē dei tui frustra, Sabbatū sanctificares, Non occideres, Non concupisceres &c. Nunc autē totus es alius & peruersus.

Ideo deniq; & negatiue praecipit, quia negatiua est uehementior q̄ affirmatiua. Si quidem & Samaritani olim coluerunt unū deum, sed simul deos suos. Et nūc iudaei atq; gentes, haeretici & mali, immo omnis homo mundi, unū deū colit, quem omnes cognouerūt, ut Roma. j. Apostolus dicit. Sed ibi peccat quod hunc sic colunt, ut simul & sua idola colant. Ita nullus est hominum in mundo qui non in aliquo gradu quodlibet praecipitum faciat; quia nemo est qui nō aliquid quando nomen dei non in uanum assumat, qui non aliquando nō occidat, nō moechetur, nō furetur; sed simul tamen omnia etiam contraria faciat, ut uidebitur latius infra.

## COROLLARIUM.

Omnes filij Adae sunt Idololatrae, & primi huius praecipi rei. Verū sciendū, quod Idololatriæ duo sunt genera. Alterum exterius, alterum interius. Exterius quo homo lignū, lapidem, bestias, stellas adorat, ut notum est ex Ve. test. & libris gentiliū. Hoc autem procedebat ex exteriori. Interius, quo homo uel timore poenae, uel amore commodi affectus, foris quidā omittit culturam creaturae, sed intus manet amor & fiducia in creaturam. Quae est enim religio, non sic dicitur genua diuitijs & honoribus &c. & tamen cor ac mentem, nobilissimā sui parte offerre illis: hoc est deū adorare in corpore & carne, intus autē adorare creaturā in spiritu. Haec Idololatria domina in omni homine, donec sancti per gratiā in fide Iesu Christi. Sicut dicit Psal. lxxx. Audi populus me⁹ & contestabor in te. Israel si audieris me, Non erit in te deus reccus, neq; adorabis deū alienū. Quod

Preceptum de Proprietate  
Preceptum de  
Preceptum de  
Preceptum de

Leges huma  
nae.

Idololatria  
duplex.

Quod est dicere, Tuis studijs & utribus nunq̄ eo peruenies, ut deū alienū non adores: quia & si nō coles imagines, corde tamen mihi praeferes creaturā. Tunc autē non adorabis alienum, si me audieris, id est, fides uerbi mei te faciet liberum a dijs alienis, & uerum cultorem dei. Haec enim abstrahet te a cupiditate & fiducia rerum, & trahet ad creatorem.

Quomodo fiet istud?

Ita fiet, Fides Christi tollit omnem fiduciam sapientiae, iustitiae, uirtutis propriae, docens, quod nisi ipse pro te mortuus esset, teq̄ seruare, nec tu, nec omnis creatura tibi posset prodesse; ac sic oritur omnisi cōtemptus. At ubi audis, quod pro te passus est, & creditis, iam oritur fiducia in eum & amor dulcis, & sic perit omnis rerū affectus ut inuiliūm. Et oritur estimatio solius Christi, ut rei necess. Fiducia i deū  
 faris uehementer, remanistq̄ tibi non nisi solus Iesus, solus faris & sufficiens tibi, ita ut de omnibus desperans unicū habeas hunc, in quo oīa spes, ideoq̄ super omnia eū diligas. At Iesus est uerus, unus, solus deus, quem cū habes, nō habes alienū deum. Iudaei uero timētes, ne alienum deū haberent, si hominem Christū adorent, eo peius adorant alienum deum. Idola cordis sui, quae sibi de deo fingunt. Recte ergo dicit. Si audieris me, q. d. impossibile est ut non adores alienū, si non audieris me, quia non humiliaberis, nec auferetur tibi fiducia creaturae. Non humiliatus autē, non adorabis me, sed te & tua.

Clare ergo patet, quod nemo implet hoc praecipuum, nisi credens in Christū sperans, diligens, nudatus ab omnium rerum affectu. Quod sine gratia dei est impossibile. Qui nō imple  
ant priuam  
praecipuum.

At sunt multi, qui cum interrogantur, an alienum deū habeant, & idololatry sint, constanter respondent, quod nequaquā. Hos ut deprehendas manifesto mē dacio, id obserua, Num sint reb<sup>9</sup> ita mortui, & in Christo ita securi, ut nec diuitijs infellentur, nec paupertate deiciantur, nec honore tumeant, nec ignominia marcescant, nec uita laetentur, nec morte terreant, nec uoluptate gaudeant, nec passionibus tristentur. Et prorsus ita sint ad utrumq̄ immoti & quieti, ut quoquo modo illa cadant, satis eis sit, q̄ Iesum Christū habeant, immo ut paupertatem, ignominiam, passiones, mortem ament & optent, diuitias gloriae uoluptatem, uicā fastidiant praē desyderio sui dei Iesu Christi. Sicut ille Psal. xliiij. Quē admodum desyderat ceruus ad fontes aquarū &c. Et sponsa in Canticis: Filiae Hierusalem, nunciate dilecto, quia amore languco. Et Paulus: Cupio dissolui & esse cum Christo. Qui uero hunc in se affectum nondū sentit, confiteatur se nondū esse purum dei cultorem, sed multa mixtum idololatriae: quia dolet, cupit, amat, odit, non sicut debet, nec ea quae debet. At hic dicit, haec pertinent ad perfectos, non ad omnes: non est necessaria tanta perfectio. Respondeo, Et nos scimus hoc esse perfectorum (id est, non Iudaeorum, sed Christianorū) Nō quod damnati sint omnes, qui tam perfecti nō sunt, sed quod ista meta & finis est nobis propositus, a cuius assecutione nemo excusatur, nisi is, qui cū gemitu agnoscat, & confitetur se non esse talem, & quotidie laborat, ut fiat talis. Et quod minus facit, humiliter petit ignosci, dicens: Dimitte nobis debita nostra. Et illud Cor mundū crea in me deus. His inq̄ timoratis, & consentibus, querentibus petentibus non imputatur ista idololatriae suae mixtura, propter Christum, in quem credunt. Illis uero, qui sine timore, sine sollicitudine proficiendi in securitate stant, omnino imputat, & sunt uere idololatrae. Nec excusabuntur, quod non sit necesse esse perfectum: quasi praecipū illud lapidibus, aut lignis, ac non



potius hominibus sit positus, & ita implendum plene atq; perfecte, ut nec unū iora, aut unus apex sit prætereundus.

*Pecantes cōtra primū præceptum.*

Pro clariore notitia, ita ut inferiores possint capere, qui & quomodo cōtra hoc præceptum peccant, latissime ponam exempla, non tamen omnia ( nisi uelim infinitum numerare ) sed multa, ut eorum comparatione possint reliqua facilius intelligi.

*Superstitiosi.*

Primo. Sunt aliqui adeo rudes, ut uideat diabolus nō serio, sed uelut mortuos suos joco illudere, inter quos sunt sortilegi, diuini, malefici, incantatores, superstitiosi. Et horum multiplex species, sed in compedium eos redigā, atq; ut facilius teneantur memoria, iuxta ætatum differentias distinguā.

*Adulescētia.*

PRIMA est Adulescētia, p̄ se proclius in seductionē hostis. Primo sunt qui conceptis uerbis, certisq; signis nouerunt consecrare, id est, execrari gladios, tela, boasdas & omne ferrū, ita ut non possent lædi ab illis, siue in bello, siue alias. Vidi ipse uel adulescēte, qui stricto gladio in uentrem nudum fixo, tam ualide urgebat aduersum seipsum, donec capulus reflexus copularetur acuminī super uentrem, & nihil lesus gladium rursum remisit.

*Destructores.*

Secundo. Qui possunt hæc soluere, circulo descripto, ductisq; in puluere signis, & ita alter alterius sacramenta irrita faciens, se se occidunt.

*Characteres in uetro.*

Tertio. Sunt qui literas aut characteres super uentrem scribunt, & ad ignē ponunt, torquere soliti hæc machina puellas ad sui amorē. At illæ rursum, aliæ oli-

*Puella.*

*Amasij.*

lam ad ignē ponentes, suos Adonides per multa miliaria uocare possunt. Aliæ caput asini in medio foco ponētes urgent ad se uentre quotquot uolunt, sui mysterij uel amulos uel exsortes. Et mirū dictū quod nō sit salus nec remissio ueni re coactis, donec igne potiri eis licuerit, asinini capitis coctore.

*Litteræ Leonis Papæ.*

*Victorice fortis.*

Quarto. Habentur litteræ, multis sacris & uerbis & signis replete, quas Carolo dicunt a Leone Papa missas, quod ultra iunitatem, etiā madacis est, ut ex Chronicis patet, quod nō fuerint synchroni Leo & Carolus. His tamē tantum tribuunt, ut nec occidat, nec lædi, nec iniuriam pati possit, qui illas porta uerit, ita ut præsumant & iniquis causis uictorias forenses.

*Vxor ducta.*

Quinto. Obseruat menses pro uxore ducēda. Alij ne nascatur proles, alij cōtra, ut prole abundant, ita non deo, sed mensibus tribuunt hominis creationem infelicis insipientia, & tamen sunt libri his nugis referti.

*Cere paschalis.*

Sexto. Sacra illa cere, paschalis cerei, a multis furtim abscondit, nescio in quæ & quanta uel maleficia, uel superstitiones.

*Fur.*

Septimo. Sūt qui accepta aqua benedicta, cum preculis suis sperant se in fornicario ouum inuenturos, quod gestantes sint inuisibiles.

*Vxor ducta.*

Octaui. Furem querunt, dum suspecta nomina in chartulis inscripta, iacūt in aquam benedictam, ut cuius nomen in ima ruat, ipse sit fur questus.

*Illusio demonum.*

Nono. Vxore ducta, stultis obseruationibus intendunt, uter utri sit superstitus, ut q̄ prior obdormiat nocte prima, prior moriet. Itē uxor primo ingressa domus uiri sui, superius limen tēgat manu, adiunctis uerbis, quibus se dominā uiri distinet. Secundum hæc iudicentur similia, quanq̄ sint istula magis q̄ mala, & ludus demonum, ut dixi, uideatur, sed qui tandem in nimium serium uergat. ut assuescit sjs minutis in creaturam confidere, & inde nec in magnis deo credant. Excusant se sane, quod sint sacra signa, sacraq; uerba, quasi non ideo magis sint accusandī, quod rebus, signis, uerbisq; dei, in re prophana & diabolica utantur.

*Virilis ætas.*

Secunda est, iuuentus, & eorum qui coniugio iam sunt astricti, ubi ahectus prolis

prolis & rerū, mulierculas mire seductiles reddit in hoc opere diaboli.

Primo. Curare nititur infantes superstitionis quibusdam ritibus. Nam sunt qui fascinatos curant pueros (quod malum apud nos frequentissimū est, adeo abundant pestilentes uetulae & demonum ancillae in hunc usum) ignoro quodā morbo, quem Teu. die elbe, uocant. His quidā sacerdotes & aedini rustici/ni a magicis meretricibus edocti, literas scribunt penfiles ad collum. Sed nō cōmuni atramento, neq; papyro, nec omni die, nescio an & calamo & pulpito & loco usuali, habet em̄ res ea sua occulta mysteria: & fit tamē quod faciunt, quia credunt. Alij aliū morbum, quem Teu. das herzegspanst, id est, pectoris distensionem, quem eo probant argumento, si mensura a cubito ad cubitum, non sit aequalis mensura a poplite ad collum pueri, Deinde nescio quot modis murmurandi cingulo metientes, capitis dolorem mitigent, sic & alios omnium membro rum dolores. Hic ego uellem pueros intelligere, & loqui, ut matres suas, tam in signis stultitiae arguerent. Non em̄ est dubiū, quin resisterent, & sapientiores se matribus probarent.

Infantes non  
sūt remedia  
superstitiosa  
curandi.

*de his superstitiosis  
ritibus: Col. 3. 12  
4-34*

Dicunt autē, Quis non misereatur infantis & filij uteri sui? Respondeo. Misse- rendum, sed non usq; ad seruitutem diaboli: uel naturalē quare medicinam, uel deum exora in simplici fide. Cur eum quem deus creauit, diabolo seruandū & fanandum offers?

Verū deus ad tentationē incredulorū permittit talia fieri in infantibus, per ma- lesicos, ut diabolū quærāt, qui deū neglexerunt. Neq; em̄ dubitandū est, infan- tium eiusmodi uexationes quandoq; non esse naturales, sed demones per malci eos adiurati, ita cruciatū patētes eorū, occulto dei iudicio, sed iustissimo, ut probet fidem, uel illorum uel aliorum, aut utrosq; puniat.

Secundo. Patres in sufflāt parullis in palanum, uel guttur, nescio quo morbo laborantibus, adducunt autē uerba ad adiurationem idonea septem uicibus.

Tertio. Qui pecora signant atq; sic seruāt a lupo, peste, aqua, igne, quin totā ciuitatē uel domū ab incendio possunt ita seruare? Infelix lupo, iuste quēri potest, portioem suam a deo datam, sibi ereptam per demonum foederatos. Si lob ita fecisset, sua pecora seruasset, sed non a deo laudatus esset.

Pecora & fru-  
tes signant,  
ut seruentur  
a lupo.

Quarto. Eadem religione fructus in agris & hortis cōsignant, adeo stulti, ut qui imbrēm & incrementum ex deo acceperunt, custodiam ex diabolo petant, uelut contra deum pugnantes, ne auferat quod dedit.

Quinto. Ignem & aquam, item serpentes nouerunt adiurare, ne pecori noce- ant ullo modo, id est, ut res eorum non sit subiecta deo.

Sexto. Infirmi dū uouent sanctis uota, deinceps peccatū putant medicinis uti ut feliciter teneant deum suis stultis uotis. Atq; si qua mulier inuncta fuerit olei sacramento, eā per annū non nisi nigris uestibus oportet uti, infatō are in cho- rea, non dormire cū marito. Adeo diabolus familiare habet organū, sexū istum foemineū, ut ipsum in sua sacra asciscat, per ipsum suas leges dicat, suas supersti- tiones, seminet, per omnia contrarie deo, qui sacra & sacerdotiū & uerbū loū ui- ris imponit. Verū longe praeualer sacerdotiū istud muliebre, repletūq; has ter- ras innumeris superstitionibus, benedictionibus, documentis frivolis. A quibus longe plus timet q̄ a legibus & sacris sacerdotū utilibus ac diuini.

Septimo. Huc pertinent, qui ominationes, auguria, ut crociatū coruorum & aliorum, Gentilium portentorum reliquias uel exempla, obseruant.

Octauo. Qui dies Aegyptios obseruant, in profectionibus, in reditu, in aedifi- cijs, in negocijs, in uestibus nouis induendis. Hi si sic crederent, quod ignis in-

Auguria,  
Omen.  
Dies Aegypti  
peiaci ludunt  
tury, qui seruā-  
tur a paucis.

O in byeme

hyeme gratior est q̄ in aestate. Itē quod in aestate cōuenit scenum facere, fruges colligere &c. recte crederēt. Aut quod omne mane bonū sit exire, si quis sanus sit, & necessitatem habet; malū autem, si egrorū sit. Quid enim aliud meretur il-  
 lator ille diabolus, q̄ ut rursus & nos eū rideamus? His non longe iunguntur qui incisionem uenarū, ablaclationē puerorū, salubritatem balnearū, & oppor-  
 tunitatē seminandi, non ex humorū & calorum opportunitate, uel corpo-  
 rū necessitate, sed ex influentijs planetarum & stellarum, nos docent. Cū optimi  
 medici doceant, necessitatem hic esse unicam regulam, Nisi forte parant nos fa-  
 me occidere, dum nō permittunt nisi paucis diebus nos seminare. Sed bene ha-  
 bet, quod istae nugae a nullis uel paucissimis (deo melius cogitante pro nobis)  
 obseruantur.

Nono, Sequitur laeta illa Astrologia seu Mathematica, quae ualde cupit esse  
 scientia, sed non potest stultitiam ingenitā euere. Hae est que nos docet, quis  
 qualis, quantus ue sit futurus, quisquis natura fuerit in horoscopis signorū, con-  
 siliarij scilicet diuini secreti, nec angelis notū. Vnum ego miror, quid nam illis  
 acciderit, ut nō inuenerint stellā quae portendat, quis iustus, quis peccator sit na-  
 sciturus. Quādoquidē suos horoscopos maxime in hominibus ualere uolūt, sū-  
 non est res tam parui momenti, iustitia, peccatū, ueritas, mendacium, sed nec tā  
 rara, q̄ sit balnear, cātor, trāpezita, piscator, orator, amator, q̄ suos habet ho-  
 rosopos. Cur ergo nullū ibi iustitiae & ueritatis signū? Aut si est, cur nō q̄ sortit  
 effectū? Siquidem omnis homo nascitur peccator, mendax, insipiens, licet nulla  
 stella ad hoc factum sit conficta, nec mutatur unq̄, nisi super coelesti gratia ui-  
 sietur. Aut est caelū adeo infestū & incuriosum iustitiae & ueritatis, ut uisissima  
 balnea inluat & ludos & Veneres, iustitiam aut omnino nesciat? Aut tam inui-  
 dus creator, qui nullū signum bonū, sed tantūmodo malū constituit? quippe cū  
 nullus homo nascatur bonus, sitq̄ natura sua est in scientijs persecraturus ma-  
 lus. Hos ego inter subtiles famos numerassem, nisi rudibus essent rudiores.

Sed pulcherrime soluunt obiecta, dicentes, Inscientia non necessitant, sed in-  
 clinant ad peccatū &c. quasi non sit idipsum impissimū sentire, qd deus fecerit  
 creaturā ad inclinationem peccati, & nō potius ad erectiōē iustitiae, ut omnia  
 cooperentur in bonū, non in malū, hominibus: Aut quasi nullus hominū neces-  
 sitate cōpulsus peccet, & nō potius semper inclinatione. Quis inuitū dicit pec-  
 care? Omnis mala inclinatio, non extra nos, sed in nobis est. Sicut ait Christus  
 De corde exeunt cogitationes malae. Non quod intrat in hominē &c. Et B. la-  
 cob, Vnusquisq̄ tentatur a cōcupiscentia sua abstractus & illectus, quae non fa-  
 to, sed origine peccati uenit. Omnia em̄ quae fecit deus, bona sunt, ideo ex natu-  
 ra sua non possunt nisi ad bonū inclinare. Quale est unūquodq̄, tale & operat̄.  
 Quod autē ad malū ferunt, non est natura, sed infortia eorum: sicut Paulus ait.  
 Omnis creatura subiecta est uanitati nō uolens. Illi autem naturā eorū faciēte  
 uanitate, uolentes ex institutione dei illa habere, ut ad peccatū inclinent. Cur er-  
 go Adam & Heuam ante serpentē nō inclinauerunt? cur non Christi? cur nō  
 Virginē? Per eam blasphemans impietas. Vox illa, uox patris Adam est, qui  
 & ipse suā inclinationē ad mulierem transiit, id est, creaturam dei, dicit, Ma-  
 lier, quā mihi dedisti &c. Verū q̄ egregie mihi obfarent, si ullum sanctorū uel  
 martyrum his usum esse, aut seipsisse, aut approbasse possent ostēdere. Nunc  
 autem non modo non approbauerunt, sed eā reprobauerunt, presertim B. Au-  
 gustinus in multis locis, tum B. Grego, Et tamen inuenit ista languidola in spi-  
 entia languidiōres qui credant,

Abraham

Venarū incli-  
 sio non fiat lu-  
 xa Lunatorū  
 nem.

Astrologia  
 uanissima di-  
 scipulo, quae se  
 fecunditate seu  
 inde ostendat  
 Stella nulla  
 peccatū pecc-  
 catorem.

Subtiles sa-  
 tui.

Inclinatio  
 mala in no-  
 bis est, nō ex  
 astrorum in-  
 fluxu.

Abraham, inquit, docuit Aegyptios Astrologiam, ut testis est Ioseppus, quasi Ioseppus nusq̄ excesserit uerum, praesertim tã anhelus Iudaicae gloriae appetitor. Abraham sine dubio docuit Aegyptios deũ colere, & uerã dei sapientiam. Sicut & de Ioseph dicit Plal. c. iij. Vt erudiret principes eius, & senes eius prudẽtã doceret. Nõ est credendũ, sanctos illos uiros, nec astronomia, multominus astrologia opera dedisse, quae iuuentutis sunt studia ociosa. Sed Ioseppus uidẽs huius scientiae opinionẽ apud Graecos extolli, & in gloria esse, fingere uisus est uoluisse, quod etiã in hac re Iudaei Graecis non impares, sed superiores essent, qd in omnibus alijs quoq; facere conatus fuit, quae ad uanam gloriae pertinent.

Deinde eistmũ dæmões nõ fuisse aliqñ mutatos, qui tot seculorũ influentijs subiecti, tum propiores q̄ nos, utpote in aere habitantes, sunt. Non aut uenisse stellarũ influentijs super eos, aut easdẽ stellas eodem modo eis fulsisse, absurdũ uidetur. Manent em̄ obstinati in sua pueritate, nec ullo signo mutantur, cõ nõ sitã animã breuissimo momento influentiarũ mutari dicantur.

Vltimõ. Quid ad Moſen dicemus Deut. iij. Ne forte eleuatis oculis ad caelũ uideas solẽ & lunã, & omnia astra coeli, quae creauit dominus deus tuus in ministeriũ cunctis gentibus &c. Si in ministeriũ, quomodo in dominiũ? At subtiliter euadũt, dicentes autoritate sui magistri Ptolomei, Sapientia dominatur aĩs i. idẽ praeuenire & impedire potest in fluentijs stellarũ. Ergo nõn sunt in dominiũ sapientibus, sed insipientibus tantũ. Quid aut Moſes? cunctis, inquit, gentibus in ministeriũ. Si cunctis, ergo uel cunctae gentes sunt sapientes, & ita domi nantur astris omnes; uel aliqua tantummodo sunt sapientes, & fier, ut non cunctis gentibus sint creata in ministeriũ. Vel Moyses uerax & tu mēdax. Vt omĩtã quod si etiam uere sapiẽs esset dominus astrorũ, nihilominus falsum dixisset Moyses, utpote quod astra non ministrant sapientibus etiã, sed magis impedĩt ita ut nisi illi sapientia praesarent, non possint corũ fata uitare. Non ergo in ministeriũ, sed in bellum sapientibus, & in dominiũ atq; tyrannidẽ insipientibus dicenda fuissent stellae creatae. Quod est & Moysen mendacij arguere, & deum crudelitatis accusare, omninoq; blasphemare. Sed haec aliq; latius tractarũt. Sat sit indicasse uanitatẽ hanc prohibitam. Hier. x. Iuxta uias gentium nolite dicere, & a signis coeli nolite metuere. Solus em̄ deus timendus est in omnibus. Cetera omnia ut ministeria in bonũ electis cooperantia esse, debemus intelligere.

Tertia aetas priore est utularum, aut similia illis operantium, ut qui cũ dæmonibus paciscuntur, de quibus passim habetur notitia.

Primo. Maleficijs possunt oculos laedere & excecare, corpora infirmare, sagittare cura, imaginibus deuouere, & prout libet uel occidere, uel senta & incurabili plaga tandẽ cõsumere; ut uidi plures talia passos.

Secũdo. Possunt tẽpestates, tonitrua concitare, parere fruges, occidere pecora Ite butyrũ, lac, caseũ alijs furari, id est, ex parte, uel bipene, uel mantili mutgere.

Tertio. Huc pertinent, qui scientiã quaerunt per artẽ. Notoriã, de qua in iure sacris dicitur. Ite qui occulta quaerũt per crystallũ, unguẽ, uel eburnẽ capulã tũ prius consecraũt. Nec id possent, nisi puellae uel pueri uirgines, in circulo inclusi, ne desit species bona pessimo illi operi. Dicitur tamen huius inspecũdis mysterium fallacissimum esse. Huius generis sunt, qui uirga diuinationis, occultos quaerũt thesauros, Maxime autẽ ñ, quos uisgo uiros & mulieres sapientes (id est, Magos & Pythonissas) uocant, quorum oracula ex diuersis, & longinquis locis petunt, si quis aliquid amiserit uel quodcunq; passus fuerit,

O iij culus

Abrahã non docuit Astrologiam.

p. 104

Astra dæmones non immutant, sed aiaz secundum Astrologos.

Sapientia dicitur astra.

Sapientia dicitur astra.

Astrologia prohibetur.

Maleficia q̄ dicuntur uel tuba inferre.

Diuini di ar cõsuetudine.

Virga diuina coria.

cuius ignoret autorē. Mirū hos ab episcopis p̄mitti, īpune talia publice audere.

Quarto. Creditur a multis quod equitēt super scobam, alij super hircum, alij super alias nugas, ad quēdam locum, ubi ad conuuiuium conueniāt eius myste-  
rij confortes; quod non solū prohibitum est fieri, sed etiam credi uerū esse, ut in/ fra latius. Sicut & illud, quod uerulæ mutantur in feles seu catos, & nocte uagē tur, prohibitum est credi uerum esse.

Hulde regij  
na noctu ob  
ambulans.

Quinto, dicitur apud aliquos, quandā dominam alios Herodiadē, alios do-  
minam Hulde, alios Venerem, per annū circūuehi, ac uelut lustralē Febrauum  
peragere, quæ hospitibus suis relinquat, uel carbones, uel quisquillas curris sui  
quæ postea inueniuntur esse aurum & argentū, ut etiam in latina lingua sit pro  
uerbium de carbonibus & atro, hinc forte natum.

Lares, famil.

Sexto. Habent quidam domesticos quosdam dæmones, uelut Lares familia/  
res olim habebantur, qui aliquando per diem apparent. Hos uulgo uocant alij  
uichtelen, alij helkeppelin. Et creditur domus fortunatissima esse, quæ talibus  
dæmonum illusionibus occupata fuerit, & plus timēt offendere eos dæmones,  
q̄ deum & totum mundum.

Sacerdotis  
occurus ma  
le omnis cre  
ditur.

Septimo. Aliquæ ut diabolum inueniant, ecclesiam circumeunt ueris uesti/  
gijs, & contra q̄ solitum est fieri, Et inuento illis obuio, sese tradunt ei in pactū  
Ex horū genere esse putande sunt, quæ malū omen esse putent, si mane obuuiū  
habuerint sacerdotem, signant eū sese cruce, ne mala eius diei incurrāt, quæ p̄  
mo occurru sacerdotis sibi portendunt, magistro diabolo, futura.

Verbena cō  
secratur.

Octauo, sunt Incubi & Succubi dæmonum, de quibus latius statim.  
Nono, etiam usq; ad sacramentorum iniuriam proficit ista nequitia Satanæ;  
Sunt eū qui baptizandis pueris uerbena, caseum, nescio deniq; quæ nā alia al/  
ligant. Et quidem uerbena illa, nominatissima est superstitionum ministra: in/  
ris ceremonijs hanc effodiunt, deinde consecrari faciunt. Et horrenda temerita  
te tot nomina dei & sanctorū super eam inuocant, scilicet ex aliquo ludgō p̄r/  
stigiolo seducti.

Mēstrua mu-  
dit, ut illicet  
amorem.  
Pueros co/  
quāt, ut pin/  
giolores sūt.

Omitto hic mēstrua molierū, quib⁹ aliquæ p̄stera infani amoris, sepius mor-  
tis conficiunt. Aliquæ in cibum porcorum miscent, quo faginentur felicius.

Omitto quod infantibus, tabe uel macie laborantibus, ita solent consulere, ut  
positus in baskare, igne supposito in aqua calida modeste coquat, alia foemina  
astante, alia circum domum ter currente, & per foramen interrogant, quid co/  
quis, illa tū respondente, coquo carnem ueterē, ut nō oua fiat, item, quod abla-  
cta tos eo periculo timent relaxare, quod pueri exinde sint futuri maledici, & lin/  
guæ malignæ.

In partu mu-  
lierū suspēti-  
oīa q̄dā sūt.

Omitto monstra quæ agūt in periculo partus. Religiosissime legendā S. Mar-  
garethæ legunt, & ipsi passioni Christi præferunt. Aliæ femorale uiri, parturien-  
ti in collo suspendunt, alijsq; nugis delirant.

Sunt præterea stultæ quædā, quæ cū iocose aliquoties dictū audierint, si quis  
amiserit, & repire uolueris, da elemosynā calidā, scilicet simillā, et pone salē bñ  
dictū desup, & mox inuenies. Quod ille ludēs sic uoluit intelligi, pone salē desu-  
per, scilicet sup rē amissam, & inuenies. Illæ uero intelligunt super simillā. Non  
qd hæc magna sint, sed qd indignū sit, diabolū sic elemosynas & salē bñdictū  
in ludibriū uertere. Etiusdē sapētix molieres sunt illæ q̄ simili ioco illosæ, fron-  
des illas, q̄ in die sancti Marci, p̄ uā p̄cessionis p̄stratæ fuerūt, accipiētes, sup sa-  
ta pisforū & fabarū uerrūt, scilicet ga diei, qñ talibus frōdib⁹ uerrunt lata, salua  
erūt, ut gallinæ, aut uolucres cœli ca nō tollār. No intelligētes, qñ id est, eo tem-  
pore

Mulieres sup  
stiosum ge-  
nū.



pore quo) uerrunt, non facturas id uolucres, Et quis huius seductilis sexus omnia ludicra, ridicula, falsa, uana & superstitiosa recenseat? Ex prima Heia eis in genitum est, falli & ludibrio haberi. Ex ijs similia pensentur. Sed quia sunt qui horum aliqua fieri posse non credunt, alij nimis credunt, ideo parumper de ijs uidendum.

Primum, Non credunt aliqui posse Magas & Phytonissas istas tantu, ut tempestates commoueant, corpori noceant, pecoribus, rebus, filijs malū inferant &c. Habentes hanc suar sententiae causam, quod non credunt eas in creaturis dei habere tantum potestatem, nec daemones tanta a deo permitti. Et tamē cum sic omnia a deo inferri credant, non ad deum confugiunt, talia quaedam passi, ideo persuadendi sunt ut sciant daemones talia omnino posse, permittēte deo. Quod ex scriptura satis probari potest.

Demones permittente deo nocere pōt.

Primo, Iob, i. Vbi ignis de caelo cecidit, & pecora cum seruis occidit. Et uentus irruit, & domum euerit, filiosq; eius oppressit. Item eadem in corpore eius percussit ulcere pessimo. Nouissime autē in anima eū tentauit, grauissima desperationis tentatione. Et tū textus ibi clare exprimit utrūq; scilicet qd diabolus hanc operatus fuerit, accepta licētia a deo. Et quod deus hanc eadē fecerit, sicut ibidē dicit, ignis dei cecidit de caelo &c. & ipsemet infra; Dominus dedit, dominus abstulit &c. Cum tamen dominus ibi dicat ad diabolum; Ecce in manu tua sunt omnia quae habet, & ipse, Tantum ne in animam eius extende manum. Si ergo ignē & fulgura de caelo potest Satan iacere, & tanta mala facere, deo permittente, cur non & nunc idem non possit, ad pactum suum aduratus?

Iob. 1

Secūdo, Aegyptiorū plagas per angelos malos esse factas, testat Psal. lxxviij. Misit iram & indignationem, immisiones per angelos malos. At ille plage fuerunt maiores, q̄ nunc faciunt ullae maleficae.

F. M.

Tertio, Quot obsessi recitatur in euangelio & quot animas quotidie occupat erroribus & peccatis? An minus est animam immortalem perdere, q̄ membrū morturum aut aere uexare?

Quarto, Nōne omnes sanctos martyres ipse persecutus est & occidit? Deniq; ipsum dominum assumpsit, & de deserto in montem, de monte in pinnaculum templi transiit. Item cum Michaelē & angelis eius pugnat.

Quinto, Passio Christi hanc omnia fortius probat. Si enim filius dei tanta sustinuit a daemonebus & membris eorum, quid mirum, si horrea nostra possit destruere, & membra percutere, eadem permissione dei?

Sexto, Illud uide, quomodo deus dat tā multis malis hominibus potestatem abutendi rebus, diuinis, potestate, dominio, in aliorū perniciē & suum peccatū multo magis daemonebus permittit rerum abusum contra nos, sine ut puniat, siue ut erudiat nos. Verum est autem, quod sine dei permissione nec folium arboris mouere possit, quia ut Christus ait, Sine uoluntate patris sui, nec arboris folium cadit in terrā. Ideo Christianos oportet nosse hanc mala per daemones & magas suas quidē inferri, sed tamen a deo sic ordinari. Bonū facit deus per seipsum malū per malos. Vnde Iob (ut B. Aug. ait) non dixit, dominus dedit, diabolus abstulit, sed, Dominus qui dedit, idē abstulit. Sed de ijs latius infra.

Daemones contra trahos multos permittunt.

Secūda, Nimiū credūt, q̄ uetulas mutari in catos posse credūt, aut quascūq; alias formas, & ad cōuulsa uehi nocēte. Et ad hoc est xp̄stus textus. xxv. q. vi. c. Nec mirū, ne ullus credat. Sūt em̄ illusiones diaboli, non autē res uera. Sicut pulchre patet ex q̄dā exēplo, qd Io. keyf. recitat, qd quēdā uetula ut p̄dicatore argueret mē dacti, q̄ talia docuit esse falsa, sero eo uocato, & i oculis ei⁹ sese unges, sedēsq; in linte

Mulieres in catos nō ueruntur.

Io. Guleronius

Intre pistorio, iamq; uolens uelut, ecce statim obdormiuit, & quibusdam gestibus mouebatur, donec caderet de scamno, & uulnus in caput acciperet: tandē reuersa ad se, conuicta est de illusione ex uulnere & casu, quantumlibet uidisse se iactasset mirabilia sua.

Præstigiæ  
sunt.

Idem patet ex Vitis patrum, de uirgine a parentibus ad S. Macariū ducta, quæ ab eo uisa est esse puella, cū alijs uacca uideretur. Et tales præstigiæ plures hodie quoq; fiunt, ut ille qui Iudæo debebat, & dormiens, passus est sibi crura totum a corpore rapi, ut Iudæum confunderet. Idem de monacho quodam refertur, qui plaustrū foeni prope consumpsit &c. Multa de ijs ubiq; referuntur.

Potest em̄ diabolus se mutare de persona in psonā, & miris modis ludere sen sum, de q̄ in legenda S. Martini. Vbi un̄ oim̄ sensus illudit, coeleste quadā ueste a diabolo sub nomine Christi donatus. Simile de quadā moniali, quæ in suo cubiculo sedens, uisa est ab alijs laciniōso pallio seminuda, & bubalo stercore caput uelata, quæ tamen sese credebat in fulgentissima ueste ac aurea corona sedere, a Christo decorata. Item & illud in legenda S. Andreae, quomodo in forma speciosæ mulieris cātum uirum illudit. Item de equestre illo, qui sero in hospitiū ueniens, iucundo conuiuio inter puellas & choreas & epulas sibi uisus, manē iacuit in profundo luto, & equus eius ad arborē seclunus ligatus. Sed omnī efficacissimum est, quod in legenda S. Germani Altifiodorensis episcopi legitur (uide Catalogum sanctorū li. vi. c. ix.) Cū em̄ aliquando hospitatus fuisset & iam dormituri adhuc mensam pararent suis (ut requisitū ab eo dicebant) uicinis in nocte futuris. Tandem ille ueniētes adiurauit, excitato patrefamilias cum suis, percontatus an̄ nosissent istos; illis uero afferentibus fuisse, ut ad uicinos irent uidere, an domi essent; & inuenti sunt omnes dormientes in lectis suis, & sic euidenter illusio dæmonū & patuit & disparuit eo tubente.

At ut contentiosus quoq; satisfaciam. Dicunt enim mulieres in catos fuisse mutatas, eo argumento uerum esse, quod quidam audaculus in uacua domo dormiens, plures uulnerauerit tales catos, manē autē facto, multæ uetulae sint in uentæ sic uulneratæ. Vel enim id fictū est, uel dæmones uere uentulas ipsi uulnerauerunt, ut rei mendaci fidem faciant, ac si uere uentulas ille uulnerasset, qui catos (id est, dæmones) uisus est uulnerare; potest inq; fieri, ut uetulae in somno, uel extasi discurrere, uulnerari sibi uideantur, cum tamen in lecto iaceant quietæ & uere uulnerant a dæmonibus, ut postea credant sese uere discuisse, & ab alio uulneratas esse. Tale est quoq; de equitando super scopam.

De Herodiade & Laribus satis manifestum est, scilicet esse dæmones.

Tertio de Incubis & Succubis tradit̄ insignes autores, quod potest Satan in specie mulieris succubere uiro, & accepto semine, rursus incubere foeminae & ita generare. Sic em̄ sollicitauit quēdam eremitam usq; ad obsecratē, & postea euauit, ut recitat S. Ioan. primus eremitarū apud Hieronymū. Quin dicit, quādoq; diabolus in specie infantis fuisse, & uix quinque nutrices ei satis fuisse.

Suppositioem  
q̄ pallio q̄  
uehatur.

Quarto de ijs qui uehuntur pallio prope dubito, potest fieri ut uehantur paruo spacio, scitio an̄ in longinquo, saltē tam breui tempore, ut dicitur. Hoc scitio etiam, si non uere uehantur, posse cum ludere omnē sensum, ut ille qui uehitur sit quietus, & tamē existimet se uehi ad dominam suam, atq; cum ea omnia peragere: quæ tamen mera sint phantasmata.

Cibos arte  
dæmonis af  
ferant.

Simile iudicium mihi est de afferentibus a longe cibos, & potus, nec obstat quod postea agnoscāt uere loca, ubi fuisse se dicant, quia potuit similes species sensibus ingerere.

Sic

Stimulus, Fob

Mulieres in  
specie catorum  
uulneratae,  
sunt aliqui.

Sic etiam de ministris quos adducit, cuius id iudicium videtur, quia non permissur aliquis eos alloqui, ne uide licet euanescent sicut fumus.

Ultimo de ijs, quae in crystallis uel ebore uel ungue uidentur, certum est esse praestigium diaboli, figuras fingentis in crystallis, quantum sibi permittitur: nō enim semper nec coram omnibus id potest, ut facis compertum est.

Sed ex ijs cetera iudicentur. Infinita em̄ sunt, & quotidie auferuntur eiusmodi, di portentorum genera, defectu operariorum in uinea domini.

Haec aut̄ omnia faciliora & leuicula sunt apud diabolum, puta quibus carni/ os sensus & phantasia illud r̄, infimas partes hominis. Sed maiori subtilitate, ut & maiori piculo illudit mētibus & intellectibus. Et quanq̄ sunt plurimi, quorū sensus illusionibus eius patent, tamen multo plures illudit mente, scilicet doctos in scripturis, sanctos in operibus, ita ut ab Apostolo proprio titulo insi/ gnitur, Corruptor mentium, sicut Heuam seduxit astutia sua, adeo ut in ange/ lum lucis sese transfigurer, unde & B. Ambrosius ser. de pont. Supplantatorē inuisi per omnes uias extendunt laqueos, innumerabilibus mortibus expau/ scendos. Animalia pusilla cū magnis, & reptilia, quorum non est numerus, ita ut impossibile sit ullū hominē esse tutū in quocūq̄ opere, sensu, intellectu suo, nisi qui assidue sibi ipsi suspectus timet in omnibus, & cū lob omnia opera sua ueretur. Sed heu & procholor, q̄ securi sumus hodie tam infimi q̄ summi, do/ cti & pariter indocti, tāq̄ diabolus sit mortuus, adeo ut p̄ nostris opinionibus etiam eruentissima geramus bella, aut sine fine litigemus & contendamus. Sic meruit iniquitas nostra, ut in sensum reprobum traderemur. Igitur de rudior/ nibus & sensualibus hec sint factis. Sequitur aliud genus transgressionis, nempe eorū, qui specie bona illudunt. Quorū rursus duae sunt species. Altera eorū, qui circa reliquias & uenerationem sanctorum excedunt. Altera eorū, qui sapien/ tia & iustitia propria superbiunt contra deum.

De priore, prius.

Duobus modis colunt̄ a nobis, & inuocantur sancti, Primo p̄pter tēporalia & corporalia dūtaxat. Et ij̄ falsē colūt̄ sanctos, immo magis seipos in illis, q̄ sua querunt, nō ea quae dei sunt. Ac ideo sanctos prope in idola sibi transformant. Hos sane B. August. non penitus reijcit, sed ita dūtaxat cōmendat, ut eos me/ liores asserat, q̄ eos, qui per pacta diaboli temporalia quaerūt. Melius est enim etiam temporalia a deo petere, q̄ a diabolo. Sed per hoc non sunt commendati immo nec Christiani. Modica laus est, immo magnum usuperiū, non esse ho/ nos, nisi pessimis omnium comparentur. Et tamen deus, qui dat etiā pullis cor uorū eficas, in hoc cultu eos exaudit, & largit̄ petita, ut per scripturā probatur.

Primo per Naaman Syrum toti Syriae salutem dedit, licet ille esset idololatra, tamen magnus apud regem Syriæ.

Secundo, Samaritani ubi coeperunt deum colere, simul cū dijs suis (quod im/ possibile est placere deo) liberati sunt a leonibus, quibus deuorabantur.

Tertio, Achab & alij multis regibus idololatriæ & malis dedit multiples ui/ ctorias, & beneficia propter aliqua opera externe, hominibus apparentia.

Quarto, B. Aug. li. j. ciui. viij. dixerit Rhomanis concessum a deo tā ingens imperiū, p̄pter insignes quas dē eorū uirtutes, cū tū deo placere non potuerint, sed apud hoīes id tantūmodo merebant. Quinto, Iudæis solo timore pœnæ peccatum uitantibus saepe pepercit, licet essent populus semper errans corde, & displicens deo.

Sexto, & nūc quotq̄ pestes, bella, fames saxp̄ auertit deus p̄pter emendā solo timore

Ministri dei  
monum sunt  
illusiones.  
Imagines in  
crystallo non  
oibus nec ig  
apparent.

Diabolus rōi  
menti illudit.

Corruptor mentium  
Supplantator

Illudis specie  
bona sic dat  
placere.

Scilicet colunt  
res p̄pter tēpo  
ra paulo me/  
liores sunt illi  
qui pro pe  
ccatis sū deo  
holo paciscūt  
tur.

Scilicet em̄  
incepte cultor  
res exaudiunt  
tur.

Achab.

Handwritten notes in the right margin, including the name 'Achab' and some illegible scribbles.

Penā coacta  
sape exaudi  
tur adco.

Falsum cultū  
deus in suam  
glam uertit.

S. Anto. non  
deū inuocat

Morbi cuius  
libet remedi  
um deus per  
quolibet consi  
tere potest.

S. Sebastia.  
S. Martinus.

S. Rochius.

S. Valenti.

S. Vincen.

Cultū uanū  
punitur eccle  
sia & Chri  
stus.

timore in ceptam, cum tamen non placeat deo coacta poenitentia, quae minus est q̄ dimidia poenitentia; quod sane patet, quia remissa plaga, mox redeunt ad ingenium & mores priores, immo peiores. si omnes sicut deum colunt & bene uiuunt propter temporalia, ita receperunt mercedem suam. Ita & cū sanctis dei agimus, quos non ultra colimus q̄ pes aut caput dolet, aut marsupium eget. Et quanq̄ haec sint nobis inutilia & stulta apud deum, nec deo, nec sanctis placita tamē profunt ad gloriam dei, qui ex omnibus potest elicere bona. Cuius deniq̄ naturae est, etiā stultis, immo inimicis & blasphemis benefacere, pluere sup̄ gra tos & ingratos; ut eo ipso nos doceret, haec non esse ea, propter quae sit colendus ipse uel sanctus quisq̄, cum uiderimus ea non rogatum neq̄ cultum pessimis quibusq̄ copiose largiri.

Atq̄ quo haec clarius intelligantur, aliquid enumeremus sanctorum, quorū superstitiosus cultus omnibus notus est.

Primus est S. Anto. qui pro igne sacro a multis, alioqui nunq̄ cognoscēdus colitur, & ita colitur, ut eo prope uentum sit impietatis, quod ipsum sanctū ui rum posse credit suis uiribus seu dono sibi a deo collato, istas curatiōes tribue re. Adeo etiā a deo per intercessionem sancti Anto. sed uelut ab ipso solo Anto/ nio petunt quod uolunt, nihil memores intercessionis. Deinde hanē gratiā cur rationis ita apud hunc solum querunt, ut aut nescire aut non credere uideantur deū posse idem per quemlibet alium conferre. Interim aut nullus plane auditur qui id a B. Antonio impleret, ut & ipse mereatur laetitiam spiritus, ceteraq̄ uir tutes Antonij imitari; de quibus tamen in legenda eius memoria est, nihil pror sus de igne.

Secūdus est sanctus Sebastianus, unus omnium, qui propter pestem colitur, nisi quod nuper socium admisit S. Martinū, & S. Rochiū, non ingrato profus utra & auctoritatis. Florū triū sanctimoniam & fidem, profus nemo est qui cu ret postulare. Et sane ut & ego ineptias suspitionis meae effusiam, uideri potest nonnullos sanctos mera nominum allusione praeter ceteris in hac officia inuoca tos. Siquidem S. Tonij Italica allusione prope sonat, ac si sanctus ignis, id est fa cer ignis diceret; quasi is propter nomen suum, sacro igni sit remediabilis patro nus; quo modo & Gentiles Rho. Febrem & alias allusiones rerum, dijs tribue runt. Sic & Sebastianus sanctus paltian, quasi pro peste, idem ualeat solus; cum ni hil in eorum uita de pessilentia legatur. Vnde & in Italia, si duo praeter nō secus honorantur, ac si inter gentes uideres numina laeua placari.

Iam sanctus Rochius nomen habet, quod Germanice uindictam sonat, & iram, quasi ipse ideo utilis sit uindictam dei auertere, quia Rochius uel uere uo catur uel fingitur. Huius tamen legenda, si recipitur, talia quaedam narrat

Tertius Valentinus, morbi caduci praefectus, quem cum nihil legitimus egisse cum hoc morbo, prope iurarem ex allusione Germanica, eum in huius auxiliij sortem uenisse. Nam cadere uallen significat, quod ad Valentinum q̄ proximi me alludit. Nec mirum cum & sanctum Vincencium superstitiose mulierculae deputauerint rebus perditis inueniendis, eadem ductae allusione. Germanice enim inuenire, uinden dicitur; Atq̄ ideo Vincencium seruis perditarum rerū & custodem constituerunt.

Nec est magnum, nec mirum, quod deus haec fieri permittit, & continuis ad huc beneficijs eadē prosequitur, & ecclesia similiter approbat, praesertim de S. Antonio; quia, ut dixi, deo parum cura est de ijs tribuendis, quae etiam hostib⁹ tribuit. Et linat uel stultos uel infirmos in fide, interim illis gaudere bonis, dā non

non sunt melioribus digni, uel donec meliorum capaces fuerint.

Quartus est Christophorus, ex legenda non tam apocrypha q̄ suspecta, tantum tamen habens honoris ut nullus Apostolorum sit cum eo conferendus, etiam si in mediâ Biblia eius gesta scribantur, nec tamē ideo honorat, quod hominibus remissionem peccatorum, & fidem gratiamque dei impetret, sed sicut extant uersiculi hoc cultu dignissimi.

Christophore sancte, uirtutes sunt tibi tantæ,  
Qui te mane uidet, nocturno tempore ridet,  
Nec Satanâs cædat, nec mors subitanea lædat.

Primum, uide ut hic impius uirtutes tuas, non deo, sed imagini lignæ & pictæ tribuat, non saltem fidei tribuit, quæ sola facit, si quid impetrant sancti, *si quid impetrant sancti*

Secundâ, uellè doceri, quæ scriptura, quibus miraculis probatâ sit, id posse imaginem Christophori præstare. Ita sub pictatis specie, dicit sacerdoti ecclesiæ dormit, aut lucris inhiat, ingressum est in gressus pelagus superstitionum, nemine prohibente.

Tertium, cur potissimû uesperis ridet, qui mane spectauerit? Quid si uesperis spectaret? Adeo ne uirtutem suam matutinæ inspectioni alligauit, ut qui mane fuerit oblitus aut tardius uenerit, quocumq̄ deinceps diei tempore spectauerit, frustra spectauerit.

Quartâ, cur nō qui fidem tuâ imitatus fuerit, semper ridebit? Qui passus sit erit tecum, tecum gaudebit? Sed abisit ut imitari uelint, qui illa querunt. Absit etiâ ut illa querant, aut ita querant, qui imitari nolunt.

Quintum, cur nō crux Christi inspecta facit ridere inspectores, quæ habet auctoritatem scripturæ nisi melior forte imago Christophori q̄ Christi, cum crux Christi ipsa sit uere sola quidam Christophorus.

Sextâ, omnî pessimum, quod hac ratione homines plus diligunt, plus colunt, diligentius inspectant, plusq̄ in ipso confidunt, q̄ in ipsam Christum, ut ostendant se nō laudare deum in sanctis eius, sed seipos: quia nō gloriam dei, sed suum cōmodum, atq̄ id palam perfricatq̄ fronte plane cōsistentes se morborum gratia querere. Melius erat sanctos imitando, subita morte præuentis saluari, q̄ nō imitando naturaliter morientem damnari.

Videtur & hic sanctus a militibus & nobilibus & generosis primo repertus quippe quibus in bellis mors subita, Teu. geende todt, est formidabilis, maxime reperis bombardis. At non cogitat quod frequentius ibidem moriuntur stante morte, Teu. des stecende tods, & nō solum des geende tods.

Septimum, Quod homines ex hoc securi querunt esse, & sine timore dei uitere, cum omnis cultura sanctorum pro timore dei sit insubstantia, ut homines ad poenitentiam prouocet, memoriam mortis suggerat, uitam futuram ostendat. At illi solum ut fugiant hæc & teneant illa, Quare dicendū est Christo, ut uerbum suum retractet, quid dicit: Vigilate, quia nescitis diem neq̄ horâ. Quia inuenimus Christophorū, qui pro nobis stertentibus uigilet, & integrū diem securi habeamus, nedum horâ nesciamus. Quod si & Christophorus alium inuenisset Christophorū, quo inspecto & ipse tutus fuisset, ne deus eō percuteret, quomodo ad martyrium peruenisset: siquidem eo usq̄ tandem hæc iam non infirmitas, sed impietas procedit, ut etiâ deus suo imperio priuetur, ut qui inspectores Christophorinos nec aqua, nec igne, nec ulla creatura possit eō die occidere.

Quintus est sanctus Laurentius, quem ut seruet domum ab igne, ieiunio

S. Christophorus.

Ep̄on & sacerdoti nei diligentia.

Crux Christi Christi phorus est.

Sanctos cultus contra timorem dei.

S. Laurentius primus



primum honorant, deinde in festo eius, nec scintilla ignis tota die in domo patiantur: in alijs tamen domibus utuntur igne, quo cibos coquant. Ac sic non Laurentium, sed ignem potius timent & colunt. At forte tam stulti sunt, quod ignem S. Laurentio inuisum credunt, quia sit in illo adustus & tostus, ut ubi ignem uiderit, recordatus iniuriae irascatur in eos qui eum habent. Quod si ita esset, nullum Christianum liceret aliquo die ignem habere. An quia superat ignem, ideo hominis ignis factus est? Quod quidem uerum est, immo & diaboli, peccati, mundi & carnis & omnium malorum. Cur ergo pro solo igne colitur? Aut cur non eundem colis, pro impietate & furore, ira, superbia, quibus in Decio & ministris suis operantibus, igne tostus est; quas denique superauit, & adhuc in te superare potest precibus suis? Sed haec etiam alibi quae in sancto Laurentio queri poterit; ideo sit ipse tantum ignis obseruator. Cui adiunctus est socius S. Florianus, & ipse igne uitae & nominis, nec apud ipsos uero modo cognitus, quae quod in papyro uident eum pictum, effundere aquam in ardentem domum; hoc enim contenti sunt, quia & hoc solum in eo quaerunt.

Florianus igne  
notus uita.

S. Vitus.

Reliquos breuiter transimus. Sanctus Vitus suam sortem habet in misera illa saltatione. Sanctus Erasmus anarorum patronus, sic tamen ut certo numero orationum & cereolis colatur, tum sane inuendit diuitias. Quid enim aliud ageret tam ociosus? Sed & S. Luduicus de ordine Minorum, quoniam semel certissimam curauit in uita, iam mortuo & beato, aliud agere non licet penitus.

S. Luduicus.

S. Vuendelinus.

Sanctos factus  
nobis  
seuotus.

Sanctus Vuendelinus pastor, iam utilior est omnibus canibus aduersus ocelos lupos. Et uiuus sua unius hominis pauit pecora, mortuus omnium cogitur pacifere. Adhuc non pudet nos Christianos ita in sanctos partiri negotia rerum temporalium, ac si essent nunc facti serui, & mancipia artificum, ita ut prope rei dicitur Lerna superstitio, ut rursus Romanorum illud chaos deorum, & quoddam Pantheon, de nouo extruxerimus; atque hoc ipsum non pro alia causa, quam ut hic tantum modo bene habeamus.

S. Anna.

Iam aliquot etiam feminas sanctas subiungamus, inter quas ut recentior sit, & antiquior, ira merito prior est S. Anna, cuius legenda cum sit dubiosissima, hoc tamen fuit & est nomine uel grauissima, quod noua uenit, quia fastidite coepimus uetera, & ea quae certissimam habent auctoritatem. Sed multo gratior, quod non uenit uacua, sed diuitijs plena, nihil profusus promotura, si paupertatem adduceret.

Nota festa  
ueteribus  
feruntur.

S. Annae  
legenda  
apocrypha  
est.

Secundo, quod ipsa pene supra quae b. Virgo extollit, sic semper noua festa derogant pristinis, & extollimur recetia, magis ducti uulgi coeurtu, quam fideli deuotione. Tertio, quod planum & apertum est, eam coepisse coli propter diuitias ex apocrypha illa & uehementer suspecta legenda, ubi iustus ille depauperatus, rursus etiam de caelo, curatus est, ut diues fieret. Hoc enim solum in tota ista legenda notauit oculus nequam auaritia. Et ob huius sanctae matris festum, nunc omnium aliorum sanctorum festa, non nihil obscuritatis accipere necesse est, praesertim Apostolorum, forte quia paupertatem docuerunt. Atque utinam S. Annae nam ita pro diuitijs colerent, ut & alia quae spiritus sunt quaerent, quo modo ecclesia facit, ut collectae quas uocant eius dici ostendunt. Sed pro his credunt se satis multa festa habere, usque ad fastidium etiam iam diu frequentata.

S. Barbara.

Secunda est sancta Barbara, ad cuius legendae similitudinem, multae aliae fabricatae, ut Catharinae, Dorotheae, Margaretae. Eam uero qui religiosissime colunt, id quaerunt, ne sine sacramento moriantur; quod non adeo damnabile foret. Alij ne praegrans periclitetur in partu.

Hæc enim & alia legitur eadem S. martyr in trāitu suo orasse, ut si quis eius memoria ageret, hæc obtineret. Primum, omniū testimonio, legēda illa & apocrypha est, & suspecta, præsertim cum scribatur fuisse discipula Origenis, & tante uirginis non meminisset Eusebius. Deniq; in legendā S. Catharinæ multa esse uel intermixta, nemo nō sentit, nisi cui nullus est nasus. Id uero ego misor pro mea temeritate, an sanctæ illæ martyres pro Christo morientes, tantam arrogantiā uel habuerint uel simulauerint, ut optarint ab hominibus coli aut certæ fuerint, futurum, ut colerentur. Sed & illud uide, ipse moriētes nō orant pro suis cultoribus, ut iusti & salui fiant, sed ut diuitias, sanitatē, securitatem, quæ omnia per mortem ipse contemnunt, obtineant; sortasse non eadem bona alijs prouidentes, ad quæ ipse iam pergunt. Inde nimirum factum est, ut memoria passionis Barbarinæ, & similis diligentius peragat, q̄ ipsius Christi, quæ uirtus est omniū illarum passionum. Sed sine, cæci esse studio conamur, alioqui passare possemus & agnoscere, quod hodie in ecclesia hi sancti plus habent honoris, quorum legendæ plus habent fabularum, aut lucri, aut cōmodi. Feramus ergo nos quoq; illorum infirmitatem, donec erudiantur & formentur in meliorem sensum.

Tertio. Sancta Iuliana & Othilia ophthalmicæ sunt, quia a nullis coluntur, nisi qui oculis laborant, nec plane propter aliud q̄ oculos; uolētes ex semel factō miraculo ius naturale, & infallibilem consequentiā facere, quod certe nō longe mihi a tentatione dei uideatur abesse.

Sancta Apolonia, p dolore dentiū, ppetuo cultu honorat, atq; pro alio nullo. Annosam eius uirginitatē & ardentissimā fidē, nemo est q̄ meminere.

Sancta Scholastica, domina facta est tonitruū. Et plane hæc fidem in multis erulis scio regnare, quod in quacūq; re audierint aliquem sanctū uersatū, hūc in eadem credunt plurimū ualere, ac uelut dominū constitutū. Et sacerdotes aliquor hanc superstitionē nō reprimunt, maxime si & lucrum odoretur.

Igitur sicut dixi, permittit hæc deus, & largitur ea quæ petuntur, nō quod magna sint, sed quia bonus & elemens tam infirmos ita fouens, q̄ indignos ita remunerans; quorū ignauus animus nescit meliora & æterna petere, quæ uerum deum decet & delectat peti & largiri. Nam qui rite deū & sanctos colunt, quæ rentes primo gloriam dei in illis, & imitationē, sicut facit ecclesia in suis collectoris, talia nō petunt, immo si habent, auferuntur ab eis, ut sola sapiant spiritalia. Nec meliori signo cognoscunt & discernuntur, ueri cultores a falsis, q̄ si illis auferantur, istis conferantur copie temporalis. Sicut enim deus iustitiam exteriori confert exteriora bona, & auferit interiora; ita iustitiam interiori cōfert interiora, & auferit exteriora. Quod in omnibus sanctis patet, quibus si non in effectu, tamē in affectu abstulit temporalia. Ideo licet tales nihil mereantur in celo, tamē merētur in terra. Et in hoc bene faciunt, quod non a diabolo hæc petūt. Sic enim & sacerdotes & religiosos multos, pinguit & suauiter pascit, qui tamē in tota uita nihil agunt, q̄ quod horas canonicas & frigide & inuite legunt semper, & orant nunq; in quo ut sibi satisfecisse uidentur deo, ita deus sibi quoq; satisfecisse uidet, si eos uelut altitia saginet in hac uita. Sed ogganniunt hic aliqui cōtentiosi, me temerariū esse, qui pro necessitate corporali sanctos inuocari prohibeam, cū ecclesia quoq; oret a periculis menti & corporis per eorū intercessionē liberari, ut ibi; Et ab aduersitate liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente, & similia.

Deinde adorant suam piā, ut uocant, intentionem, quod temporalia nō

P n̄ querunt

Vita Barba.

Vita Catharina.

Scti nō sperant futurū ut essent in memoria hoim nec uidentur orare nobis pro his rebus quas in uita cōtēperant.

S. Iuliana.  
S. Othilia.

S. Apolonia

S. Scholasti.  
Sacerdotes cōueniunt falso sanctiorū cultus ppetuo querunt.

Sctōs cultus uerus & cōpius

Sacerdotes & monachi ex falso cultu sctōs saginantur.

Sctōs supbia tōis cultus his argumētis fucatur.

nota q̄ s̄c̄o s̄c̄o q̄ s̄c̄o  
p̄ s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o  
s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o  
s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o

nota q̄ s̄c̄o s̄c̄o q̄ s̄c̄o  
p̄ s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o  
s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o  
s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o s̄c̄o

querunt, nisi quatenus per ea comodius spiritualia querere possint, & diutius  
ideo uiuere uolunt, & sani, ut poenitere, & boni fieri possint.

Tertio, quod nonnullis sit persuasum, ut loā. Gerlon sentit, sanctis in caelo  
sic esse distributa dona eiusmodi, sicuti in terris habuerūt dona diuersa spiritus  
iuxta illud. j. Cor. xij. Alij gratia curationum &c.

Ad haec.

Responso  
S. si pronie  
debeat inuo  
cari p. g. ali  
bus.

Primo illud Christi oppono. Primū querite regnum dei & iustitiam eius  
& haec omnia adiciantur uobis. Et iterum: Haec enim omnia gentes inquirūt  
Si Christus eos appellat gentes qui talia querūt, spero mihi licere eos infirmos  
Christianos appellare, aut certe ignauos & pusilli desyderij homines.

Secūdo, Nec prohibeo sanctos inuocari pro temporalibus, sed quod solum  
pro temporalibus id faciant damno, neglectis eorum uirtutibus & exemplis.  
Ostende tu unum ex omnibus sanctis, qui pro humilitate uel alia uirtute, tan  
tum habeat concursum cultu & nomine, quantum habet sanctus Valentinus  
pro morbo caduco.

Tertio fateor, quod ecclesia in litanis a fulgure & tempestate, alijsq; corpo  
ralibus necessitatibus se liberari orat. Sed ordine recto id facit, primū misericor  
diam, & remissionē peccatorum. Nam & Paulus iussit orari, ut pacem & tran  
quillitatem haberemus in uita. Sic tu quoq; fac, & uiues, atq; ex me nihil au  
dies contrarium tibi.

Quarto, fateor, infirmis in fide licere, ut sanitatē, & uitam petant, quōdci  
ceps melius uiuant. Sed duo hic dicam. Quis scit, aut de seipso audeat affirmare  
tam purum se habere cor, ut tam simpliciter intentione illa petat? Quod maior  
pars simulat potius emendationē uitae, exitus probat. Nam fere & tempore effi  
ciuntur peiores, qui ex plaga, aut castigatione dei liberant importunis suis uo  
tis, ut hoc ipso deus stultitiam nostram uideatur testari, scilicet nos non intelli  
gere, quod dum flagellat, sanat; & dum remittit manum ad nostrum uotum,  
potius magis finit aegrotare.

Vita emenda  
tior opus,  
spe tribulati  
onis.  
Passiva uita  
est Christia  
no potius q  
actiua.

Secūdo, si uis uitam emēdare, nunq; id melius feceris, q; si in flagello, id est,  
uerissima emendatiōe, & medicina uitae, corpore perseueres usq; ad mortē. Haec  
enim emendatio uitae, tanto est solidior, & constantior, quo nō ex te, sed ex deo  
longe uotum tuum praecedente corpore. Aut quomodo possum nunc recitare  
omnem gloriam & dignitatem uitae passivae? Deulti sumus omnes qui uitā pra  
sumimus emendare in bona ualitudine, quom in egritudine nō intelligamus  
eam esse emendari coeptam, & longe esse excellentiorē, q; omnem uitam acti  
uam. Quare Christianis id potius suadendum esset, ut non modo aegritudines  
libenter ferrent, sed & ipsam mortem quantocyus optarent uenire. Nihil uti  
lius Christiano, q; mori felicissime, ut S. Cyprianus docet. At nos luuenalem  
magis audimus: Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano, non sic B. An  
guit. Quando nos sumus sani, tunc maxime concupiscentiae morbus est insa  
nus; nō quod querenda sit mala ualitudo, sed quod illata per deū, ut optimus  
nuncius dei sit excipiēda, quia nullā bonā sine uoluntate dei querendū est.

Christiani  
pleni fiducia

Quinto, hoc ipsum quoq; deus optime prouidit, ut aliqui sancti habeantur  
formidabiles, & uelut uindices, ppter obstratos & duras ceruices. Sicut S. An  
to. & nōnulli alij. At nos Christianos docemus, quorum est fiducia, ut sancto  
rum consortio aliquando copulentur.

Sexto, scio nouam illam opinionem eorum, quod sicut in uita sancti diuer  
sis donis spiritus erant dotati, ita & nunc in caelo eosdem habere differētes gra  
tias

*Handwritten notes in the top left margin, including a date '171' and some illegible text.*

*Handwritten notes in the middle left margin, including a date '171' and some illegible text.*

*Handwritten notes in the middle left margin, including a date '171' and some illegible text.*

*Handwritten notes in the middle left margin, including a date '171' and some illegible text.*

*Handwritten notes in the bottom left margin, including a date '171' and some illegible text.*

tas auxiliandi, sed ego non uideo quomodo id possint probare, nisi arguendo a simili: quod argumentum in his quae sunt fidei, est nocentissimum. Quis enim aliud facit diabolus, quam in angelum lucis se transfiguratur, quod arguit a simili: aut quot errores in ecclesiam inundauerunt sub nomine Christi & sanctorum eius, sub specie sanctitatis, sub pia, ut dicitur, intentione, & zelo catholice fidei, id est, a simili: immo quot ueritates rejiciuntur sub pietate aurium nimis tenera sub nomine scandalis.

Id ego uideo, quod ecclesia non dicit, Sancte Paule cura mea uulnera, sed ora pro me. Ideo sciendum est, quod omnes sancti omnia possunt, & tantum per eos tibi a deo dari, quantum credis te accepturum. Quare omnia tua commendes ei, in quem magis es affectus, primam peccata tua & necessitatem animae, sicut sancta Cecilia fecit in nuptijs suis: Omnes sanctos per ordinem innocans, pro sua castitate seruanda apud deum.

Quod sane etiam b. Augustinus in quadam epistola sentit, quod uidelicet deus per unum sanctum, immo in uno loco facit, quod in alio non facit, non improbo. Quis consilium dei nouit: si ipse distribuerit, recte distributum est. At non ideo tibi salutare est in sanctos partiri negocia pro tua sumptione, unde non dixit, quod martyres alia & alia dona acceperint in gloria, sed ait: Non uoluit fieri in omnibus memorijs sanctorum ista, quae in illo fiunt &c. Et si, ut dixi, deus ita suffert infirmos, qui talia solum quaerunt in sanctis, donans pro sua uoluntate, quod quaerunt: nostrum tamen est Christianos erudire, & ad perfectionem inducere, & ea quae sunt salubria, & meritoria docere, ne aliquando ad id labantur erroris, ut ex sanctis dei sibi idola fingant. Neque enim est meriti sanari corpus, aut pecuniam augeti, sed infirmari & egere: id demum est pulchrum, si meriti tum prudenter tuleris.

Haec de honore sanctorum primo, id est, corporali, & exteriori.

Secundo coluntur sancti uere & interne. Hic autem cultus consistit in laude cordis primum, deinde in uoce & opere foris: id est, quando deus laudatur in sanctis, & sancti laudantur in deo, sicut scriptum est: Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Sic Paulus Gal. j. fecisse scribit primitiuos Christianos, & in me, inquit, clarificabant deum, sic facit Psal. cx. Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatiōe. Magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Vult enim dominus enarrari gloriam suam, & annunciari opera mirabilia sua. Sicut dicit, Ut annuncietur in Sion nomen domini, & laudetur eius in Hierusalem. Et rursus, Narrabo omnia mirabilia tua, item, Ut enarrem omnes praedicationes tuas in portis filiae Sion. Et multa alia in psalterio, ideo enim operatur tot & tanta in sanctis, ut ipse glorificetur. Rursus dicit, In domino laudabitur anima mea. Et alibi, Laudamini in nomine sancto eius, Et Psal. xvi. Laetabimur in salutaris tuo, & in nomine domini dei nostri magnificabimur. Sic enim Apostolus docet, Quod qui gloriatur, in domino gloriatur. Quare non est dubium, quin sancti nolint in seipis laudari & glorificari, sed in domino, & dominum in se. Et iste modus colendi non modo erit deo gratus, & ipsis sanctis acceptus, uerum & tibi salutaris, & incomparabiliter utilior, quam si propter te & tua eos colueris, immo solus ille est salutaris, & alius quilibet noxius.

Vnde ut pro rudibus demus modum, ille scilicet colit uere sanctos dei in deo, qui opera & gratiam dei in illis intuitus, & meditatus, mouetur & soluitur in

P ij dulcem

Aures plias  
dū timemus  
ostendere,  
multas ueritates reijci-  
mus.

Scis quilibet  
per quos te  
commendes.

Conclonatio  
res ad plebs  
ont erudiant

Scis colitur  
in deo, & de  
us in ipsis.

Nota quod Augustinus dicit quod sancti in deo

dulcem affectum erga deum, quod tanta & talia largiri in illis dignatus est, ut  
 Int diceret: Benedico te & gratias ago tibi piissime deus, quia aeterna misericor-  
 dia tua. Sanctus enim hunc praeuenisti, & de peccati pactionibus massa, tam exi-  
 mium gloriae uas tibi perfecisti. Sic deus laudasti in sancto suo. Rursum & san-  
 ctum suum ipsum in domino ita laudabis. O sancte dei, N. benedictus tu in filiis  
 hominum, qui dignus deo uisus es, tam ineffabilis gratia, & gloriae dei donis ori-  
 nari. Quae admodum S. Elizabeth benedixit beatam uirginem, dicens: Benedicta tu  
 in mulieribus. Beata quae credidisti, perficiens in te, quae dicta sunt tibi a domi-  
 no. Oportet enim ut diuinae gratiae odorem, effusum in sanctos eius percipias,  
 & guttulas bonitatis eius preguustes, ut & tu in amore dei succedaris. Quid em  
 aliud sunt sancti, nisi uelut guttulae rosis, seu guttae nocturnum in cincinnis & ca-  
 pite sponfi, sicut dicit: Aperi mihi foror mea sponsa, quia caput meum plenum est  
 rore & cincinnati mei guttis nocturnum. Sic enim Michae. v. sanctos appellat ro-  
 rem, dicens: Erunt reliquiae lacob in medio populorum multorum, tanquam ros a dor-  
 mino. Quia totum quod sunt & faciunt, ros & gratia coelestis est, spirans suauissi-  
 mam dei misericordiam super filios hominum. Sic sic oportet omnem gloriam san-  
 ctorum referre in deum, qui dedit eis hanc potestatem. Vnde ecclesiam, quae de  
 B. Virgine canit, Benedicta filia tu (sed) a dno, qui non a te, sed per te fructum uitae  
 communicauimus. Et in omnium sanctorum festis, ecclesia orationem dirigat non ad  
 sanctos, sed ad deum cum nominibus sanctorum, eorum merita ex deo uenisse  
 protestans, deinde per eadem preces suas deo commendans. Isto enim sacrificio  
 laudis primis rite peracto, tunc demum subnectenda est petitio nostra, primum  
 pro simili dei gratia, nouissime pro temporalibus. Si tamen temporalia petere  
 potest, qui sitit spiritualia.

Petendorum  
 ordo.

In festis tantum  
 consideranda  
 quod boni nomi-  
 nis facit, est  
 impium.

Festis dies san-  
 ctorum ad quid  
 instituti, ut  
 eorum cultus.

Verum ista inuocatio, & cultura sanctorum adeo est neglecta, ut non solum  
 non meditentur opera misericordiae dei in sanctis suis, sed etiam nesciant eorum  
 gesta, immo & nomina, sicut ille qui sanctam trinitatem nominauit dreyfalcken,  
 adeo non quid deus boni in illis fecit, ut glorificetur, sed quid boni nobis faciat,  
 ut nos letemur, consideramus. At spiritus sanctus & ecclesia Christi id inten-  
 dunt certe in omni cultu, & festis sanctorum, scilicet eleuare cor nostrum in deum  
 & diuina opera, & parere fiduciam ex contemplatione gratiarum in illos colla-  
 tarum, sicut Christus Matt. v. Sic luceant opera uestra bona. Ad quid: ut erus  
 meum non doleat: non, sed ut glorificet patrem uestrum qui in caelis est. Hic  
 B. Augu. ut non desperent, inquit etiam sibi, si uoluerint, posse praestari. Et san-  
 cti quidem hac regula, & eo sine, uixerunt & bona fecerunt, ut luceant ad glo-  
 riam dei. Et sit diabolo operante, ut eorum uita & opera non eo sine praedice-  
 tur aut celebrentur. Ipsi per omnem uitam quaesierunt, quae dei sunt: nos uero  
 non solum in nostra, sed & in sanctorum uita, non nisi quae nostra sunt, quaeri-  
 mus, nihil solliciti de gloria dei. Et passim predicatur solum quid & quantum  
 possint in nostris commodis, non quantum fuerit misericors deus in ipsis. Inde pro-  
 ceditur ad extremam temeritatem & audacem contentionem, uter sanctorum in  
 caelo sublimior sit coram deo, quasi ipsi aliquid fecerint, ac non potius deus. Oculi  
 uero omnino in carnem uertimus, & a deo auertimus.

Sanctos ordi-  
 nem in caelis  
 temere discer-  
 timus.

Sanctos nesciri  
 quod sic colere  
 leues esset.

Immo nostra aetate (quod detestabilissimum) eo redactus est cultus sanctorum, ut  
 melius fuerit, neque festis sanctorum agi, neque nomina eorum sciri. Quod ut cogno-  
 scas, percurrere suppositiones stulti uulgi, & uide patrocinia illa diuersa diuersae  
 artificum. Aurarij fabri sanctum Elogium, sutores Crispum & Crispinianum  
 fullones S. Seuerum, pictores S. Lucam, medici Cosmam & Damianum, iuriste  
 S. Iuonem

Sanctos ordi-  
 nem in caelis  
 temere discer-  
 timus.



S. Iuonem, artifice S. Catherinam, aliquando & Aristotelem habent patronos; Alij alios, Et Franci suū Kilianum, qualesbet natio suū. Sed quomodo hos honorent, aduerte. Primū nihil eorū opera uel exempla curant; deinde quādo ad summū honoris iur, mane missam celebrant, & eo toto die feriant, nec alio quoq; indicio nisi ueste & ocio, tantū seriam simularites potius q̄ agentes; ceterum lasciujs, cantibus, moribus, corde nunq; tam alieno a deo q̄ eo die, tempus perdentes, immo sanctos illudentes, ac si Bacchanalia uel Saturnalia agerent, atq; hæc usq; in alterū diem potando, ludendo, & breuiter usq; ad cædes aliquādo insanendo perdurant. Hæc em̄ est gloria festorū dierum his perditis temporibus. Ita ut nec Anubis aut ullum portentum Gentilium deorū sit fecerit dehonestatis, immo nec porcus tuus ita se coli sultingeret. Sed ita pualuit tra dei, & tradidit in sensum reprobū, ut sint omnia peruersissima.

Quanto rectius erat humili & quieto corde, pacataq; domo parce refici, & pauperibus uocatis ministrare prandium, immo melius erat laborare, & omnia opera feruilia perficere, q̄ ita ferari. Non enim eo tumultu pompæ & luxuriæ sed quietudine (unde & sabbatizare dicitur) & charitate. In proximū seruitur sanctus. Quod si turpissimum tu ipse iudicares, si quis in festo Paschæ uel natali Christi talia perpetraret, cur patronum tuum eo honoras, quem tunc maxime proposuisti honorare? An qui totum annum fuit quietus & securus a tuis irisionibus & ignominijs, hoc die, quo minime oportuit, eisdē uexas? Cur execramur Turcas, quod imagines Christi & sanctorum scæde conspurcare dicuntur? An nondum intelligimus, quod illorum figura ostendit nobis deus q̄ sibi displiceat, quod nos Christiani sanctos suos in ueritate & fœdus conseruamus? Quā pulchra religio & pietas, sanctos dei nemo scædus blasphemar, q̄ ipse cuius est patronus; nec id alio die magis q̄ eo, qui cultus eiusdē faceratus est. Finge an tu talem sustinere possis ab infimo homine cultum, id est, illusionem.

Hic itaq; pontificibus esset summe uigilandum, immo saluberrimum foret omnes dies festos abrogare, paucissimis seruatis, in quibus mane uerbū dei adiretur & missa. Nihil enim sunt sabbata nostra, nisi opprobriū ecclesie, & nō eusebia, sed asebia in deum, ut satis nimis ualde docet experientia. Potest & nobis deus multo amplius q̄ ludæis dicere: Odi & proeci solēnitates uestras, & illud Esa. j. Sabbata uestra & Neomenias uestras odiuit anima mea.

Superest adhuc geminus abusus in cultu sanctorum.

Primus est in superbia & abusione per gloriam uanam, qua inuicem quidā concertant etiam de sanctis, dum quisq; eum qui uel sui iudicij uel ordinis fuit, nititur ita celebrem facere, ut eum cæteris omnibus præferat; nō tam quod uel sint sanctos dei honorificari, q̄ se ipsos, qui tales habeant patronos. Horū uanitas & si late patet, & plurimos occupet, non tamē audeo latius psequi, tum quod pulcherrima specie adornati facile me temerariū iudicē proclamare auerteret, secp̄ purissime excusare; tū quod ipsos proceres & optimates ecclesie hq; ea res tangit, qui sunt multo impassibiles, q̄ coelū ipsum. Nam coepit & hic ferme turba fraternitatis quædā oriri, & nescio an tot fraternitatibus tamdē efficiant, ut nec fratres nec sorores retineat. Sed sit hic aliorum iudiciū. Species est bona, nō licet acrius taxare, donec clarius seipsum prodat negociū.

Huc dicerem pertinere eos, qui festū Cōceptionis beate uirginis uolūt esse primū & summum omnium, & qui nouorum festorū dignitate, priuilegijs indulgentijs, replēt totos sermones. Nec frustra nos quoq; uixisse uidetis po-

P iij steritas

Festū dñi  
celebre.

Festū dies SS.  
ecclesie opprobrium.

Fraternitate  
faciūt, ut nec  
fratres nec so-  
rores retinet  
amus.

Festū nouū  
uetera obli-  
teramus.



fornicantur animæ fideles a suo Christo, qui prohibuit ne crederemus ijs, qui cum obseruatione locorum nobis prædicant. Ecce hic est, aut illic est Christus. Nolite inquit, credere, ecce prædixi uobis. Quare tibi sit merito suspectum tanquam negotium perambulans in tenebris, quantumlibet speciosum fuerit, quod in locis illis prophans agitur. Non enim frustra ecclesia instituit, ecclesias & loca earum sanctificari per uerbum & orationem. Quod si cuius uxor uel seruus uociferetur, sese arripit tali peregrinandi spiritu, audi consilium, arripe & tu queri nam aliqua crucem, & sanctifica dorsum eius aliquot ictibus fortiter, & uidebis quod hoc digito dei eieciatur dæmonium illud. Mulieres enim, ut sunt seductiles, solet familiarius istis nugis illudere.

Locorum obseruatio seruano suspecta est.

Mulieres quæ creduntur peregrinari, debent quarta cruce prius a uiro sanctificari.

Dedicatioes uisitantes relicta ecclesia propeta.

Quæ uisum non habet per se non habet nisi per se.

Tertio, ubi non habet potestatem (sicut uere non ubique habet) in locis prophans, facit hoc in locis sacris. Hoc autem facit quando relicta matrice ecclesia, peregrinari sollicitat ad dedicatiões & patrocinia aliarum ecclesiarum, uel in deserto, uel pagis positarum; ubi tamen uideas tot tabernas & ganeas, ut Ba bylonem credere possis (sic enim hodie agunt dedicatiõnũ & patronorũ festa) uel perit uero domũ redeunt plenĩ indulgentijs, id est, cæmentis, luxuria, & alijs portentis peccatorum, quibus ibidem seruerit. Si tamẽ redeunt, nam ferme est uelut regulare aliquos occidi, aut saltem grauitèr uulnerari in dedicatiõnibus, adeo ut in prouerbũ transferat. Indulgentias dedicatiõnis distribuĩ sero, cũ se se trucidauerint, aut saltem leserint. Has diabolus miserimas nobis assidue auget ignominias, & adhuc melius ducimus esse tales dedicatiõnes nõ tolli, quã illas fieri. Det dominus Episcopis nostris, aliquando gratiam, ut has indulgentias una cũ dedicatiõnibus reuocet, & non sinat diabolum etiam de nostra nobis illudere, cui nimis fuerat permissum, quod erroribus nos illuderet. At hic mihi obijciuntur receptæ illæ peregrinatioes ad S. Petrum in urbe, ad S. Iacobum ad Hierusalem, ad Treuerim, denique in diuersa loca ad honorandas reliquias sanctorum & indulgentias obtinendas.

Indulgentie dedicatiõnũ abrogandæ.

Peregrinatioes ad S. Iacobũ sunt minus utiles, quã uera opa pietatis. Christiana doctrina.

Respondeo. Non peccaret, qui omnes eas omitteret, & domũ maneret: non præcepte sunt, sed uoluntarie assumptæ. Tamen ego non resistam tanto iam usui & consuetudini præualente: eant sane qui uolunt, dummodo id discant se se interim eisdem sumptibus posse incõparabiliter melius deo seruire, & salutem suam operari, si domũ seruiant pauperibus, immo sibi cõmissis, ut uxor, filijs, familiæ, dominis: deinde si flagella dei patienter tulerint, & quascunq; aduersitates, Quasi uero non satis nobis pugnae relictum sit domũ cum diabolõ nisi & foras cum Dina egressi plus occasioẽ corruptionis quaeramus. Quæ enim resistunt cauillationibus & curis, quibus in domestica ecclesia impugnat corda nostrã: deinde crapulis, iustibus, & ocijis per omnes dies nos uexat, omnia tentans, ne purus sit apud nos dei cultus, & integra salus nostra.

Millas aureas inuenit auaricia.

Id quoque nuper inuentum est a nostra philargyria, quod septem aureæ missæ (scilicet, ab aureo nũmero sic dicte quo solouunt) certis cereolis, certisq; alijs ritibus celebrant, nescio pro quo certissimo euentu, ita iniquissimè hostis, nec hoc saltem sacrificium nobis reliquit sincerum.

Quid si sacculus ille auaritiæ pertusus & insatiabilis huic pertineat: ubi ad struendum ecclesiæ offertur, mendicatur, corrãditur thesaurus sine fine, & reliquijs & indulgentijs in hanc rem uaserrimè utuntur, ut ubi congesa fuerit pecunia nec structuræ, nec panperibus, sed pro bello, aut litibus uel presentibus expendantur, uel futuris referentur.

Sacculus auaritiæ sacerdotum talis grauis ad structuram colligit.

Sic enim & clauos Christi fecerunt auaritiæ ministeriũ, tamẽ sub sanctissima pictatis



aliquem conuertere. Et sicut Salomon suum patrem allegat; Memento domine David, & omnis mansuetudinis eius. Sed & Iacob patriarcha dixit de Ephraim & Manasse; Inuocetur nomen meum super pueros istos, & nomina patrum meorum Abraam & Isaac. Sed de ijs suo tempore, si deus uoluerit.

Hic fiducia quoque indulgentiarum taxanda fuisset, nisi iam plus satis illa multis modis a me taxata esset.

Nunc de altera specie transgressionis dicendum, scilicet eorum, qui pro uero deo idolum sapientiae & iustitiae suae colunt. Hi sunt filij superbiae, quorum rex Behemoth ille diabolus, uocatur a deo. Iob. xij. Horum est libero arbitrio credere, non esse male habentes, non egere medico. Is solus Christus gratis est mortuus, quia sine ipso possunt bene uiuere. Sic olim Pelagiani praecipue, deinde haeretici omnes perdit sunt. Porro hodie quoque sunt, qui Pelagiani quidem non sunt, sapientiam tamen idem uel peius, quam Pelagiani, Nam Pelagiani deo salutem id tribuerunt, quod per doctrinam legis erudiret liberum arbitrium. Hi uero habent dicam rectam rationis, quae deprecatur ad optima, ut legis eruditione non pro necessitate, sed pro commoditate tantum utantur; dissentiant tamen a Pelagianis, quod sine Christo non posse bene uiuere meritorie concedit.

*Dicantur recte ratione consideres Pelagiani sunt.*

& ita Christus non est mortuus propter peccatum, sed propter non meritum. Non fuisset necesse eum mori, ut inferni poenas solueret, sed tantum ut mereretur eaelem contingeret. Nam si ninge paruulum adulescere sine peccato mortali actuali (id enim, & si difficile, tamen asserunt possibile) huic non est necessarius Christus redemptor de potestate diaboli, sed adiutor duntaxat ad caelum, quia si in mereretur, nec ad infernum, nec caelum ueniret. Qua theologia mihi uidentur asserere, neminem nasci filium irae & filium diaboli; nisi filium irae, diaboli dixeris id esse, quod non meritum. Et dum sacerdos exufflat Satanam in paruulis baptizandis, ut locum det spiritui sancto, intelligitur solum facere ex male non meritum meritum, sic enim uasa irae Apostolus cogitur nunc demum intellexisse. Et baptismi sacramentum conferat gratiam, non in remissionem peccati, sed in initium meriti duntaxat, & illud symboli; Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum, noua glossa oportet intelligi, non de peccatis damnationis, sed de peccatis non meritorijs. Ac sic peccatum originale nullum damnatum intulit mundo, nisi quod priuauit merito & uisione dei. Et ea priuatio uisionis, id est, omnium honorum, non est malum, nisi uoce tantum, scilicet priuatiue. Sic enim theologizamus hodie. Et Christus pro nobis factus maledictum & peccatum, ut de maledicto & peccato nos liberaret, non aliter intelligitur, quam quod est factus non meritum, ut de non meritorio nos liberaret, denique uocabulum illud, peccatum, per totam scripturam, nouam accipit et significationem, id est, scriptura induet confusionem. Sed mittamus has tenebras, aliquid tēpori referuē. quia & alias sepius de his diximus & egimus.

*Christum dicunt mortuum propter meritum nostrum.*

Igitur, sicut supra diximus. Cum simus iuxta B. Augustinum, una massa perditionis, nemo iustificatur, nisi per puram sine meritis gratiam Christi. Ideoque necesse est, ut superbiat, sibi aliquid esse uideatur, qui nodum de se, sua ratione, pia intentione, suis operibus internis & externis desperauit, & ad thronum gratiae tremens & miser accessit. Nam omnes illae uirtutes morales, & scientiae speculatiuae duplo malo efficiunt hominem. Primo, quod non sunt uerae uirtutes & scientiae, sed peccata & errores, quia sunt necessario ex corde malo, & nondum sanato per gratiam, quod non potest nisi seipsum querere in omnibus, & sic faciunt hominem uacuum & inanem.

*Virtutes morales & scientiae speculatiuae sunt peccata.*

Altero



Aliero, quod fallunt & inflant, ut homo sibi nō malus nec stultus uideatur: Quibus sit, ut sit securus, & nihil, uel minus sollicitus de gratia quaerēda, dum seut se nihil malū facere, licet fateatur se nihil meriti in tot bonis facere.

Inde procedit malū latius, ut omnes despiciat, iudicet, damnet, mordeat, zelēt, arguat, detrahat, qui sibi dissimiles fuerint: quia cum pharisaeo non est sicut ceteri hominum, nec unus ex ipsis. Hi sunt qui domum suam super harenā aedificati, horrendo periculo & eterna ruina casuram.

Veri autem serui iustitiae, sciunt & consentunt se totos esse peccatū, totumque suum bonū, non intra se, sed extra se, in deo & misericordia eius situm esse uolunt: quia iustus ex fide uiuet: non autem iustificatur in conspectu dei omnis uiuens, unde suis malis pressi, neminem iudicant, nisi seipso, nulli detrahunt, neminem cōtemnunt, nisi seipso, & implent hanc definitionem iustitiae: Iustitia est accusatio sui in principio, & iustus primum est accusator sui. Hi habent uere unum deum, ex quo, per quem, & in quem iustificatur, & sunt sine peccato per misericordiam dei ignoscentem, nō per suam iustitiam operantē. Sic glorificatur deus, & colitur uere, dum eius operibus tribuitur quisquid suum, immo dum opera nostra nō sint nostra, sed dei, sicut Christus ait: Doctrina mea non est mea: ita nihil nobis relictum est, nisi peccatū, stultitia, malitia, perditio, & confusio, ac per hoc non possumus nobis in ullo placere, aut idolū facere, redacti in nihilū, ex quo & uenimus, remanēte solo deo oīa in oibus.

Sed quādo haec dicimus, obijciunt, ergo non sunt facienda bona: Sicut Apostolo quoque, haec ipsa docenti, obijciēbantur, faciamus mala, ut ueniant bona, quorum damnatio iusta est.

Ideo illis respondendum. Primum, quod nō prohibentur, sed q̄ maxime docentur bona fieri, controuersia duntaxat in uocabulo bona consistit. Nam sine fide impossibile est placere deo, & omne quod nō est ex fide, peccatum est. Illa sane bona, quae illi uocant, naturaliter & moraliter facta, ideo sunt mala coram deo, quia nō sunt ex deo, nec propter deum, id est, nō cognoscunt nec referuntur in deum, sed homo sibi ea tribuit, & in eis tanq̄ suis placet cum nō sint sua. Illud enim additamentum Leuiathan facit, ut omnia sint apud deum mala, quantumlibet speciosa sint coram hominibus: unde Paulus libera uoce tam super gentes q̄ Iudaeos clamat: Non est iustus, non est qui facit bonū, oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Vt autem homo agnoscat opera sua esse dei solius, gratia eū illuminat, natura nō docet. Inde fit, ut talis homo sit patiens & mitis, siue uituperetur, siue laudetur eius uerba & opera, sciens quia nihil amittit, cum non sint sua. At natura laetit ubi uituperatur, & inflant ubi laudatur. Ratio omnīū est, quod fides & spes nō habet aliud fundamentū, nisi solum deum Iesum Christum, petram ipsam, & nullam prorsus creaturam, Ratione autem & natura habet fundamentū harenam, opera sua bona & sapientia suam. Inde fit, ut homo ruentibus suis operibus bonis, si per dissimiam irascatur, si per conscientia & iudicij diuini reuelationem, desperet in aeternum. Iustus autem etiam si cadit resurgit, & contra cōscientia in dei misericordia nititur: sicut scriptū est: Quoniam rex sperat in dño, & in misericordia altissimi nō cōmouebit.

Quocirca definitio spei apud magistrum sententiarū, uel est falsa, uel est obsecrē, & non intelligibiliter posita: quia spes non prouenit ex meritis, sed contra, merita proueniunt ex spe: quia sicut fides, ita spes, ita charitas, necesse est, ut sint ante omne opus meriti priores. Prouenit enim spes nō nisi ex misericordia & infundente deo. Nec habet obiectum uel materiam seu fundamentū aliud, q̄ ipsam

Iusti nō tremere iudicāt, p̄ animam.

Rona sunt faciēda.

Bona opera moralit̄ facta mala sunt coram deo.

Bonus moralit̄ tū, si uituperatur irascitur.

Merita ex spe ueniunt, nō e diuicio.

¶ ipsam nudam dei misericordiam, nequaquam opera nostra, quae sunt potius obiectum, & ex quibus provenit desperatio. Christus nobis uitae, & meritum nostrum est, si credimus in eum. Credentes autem in eo, iam non sibi uiuunt, nec sua merita cumulant, sed Christo seruiunt, & uicissim Christo merentur. Sic enim Apostolus docet Rom. xiiij. Siue uiuimus, domino uiuimus, siue morimur, domino morimur, ipse spes nostra, & nos (ut ita dixerim spes) seu expectatio eius: sicut filius est spes patris, & pater spes filij, cui omnia prouidit & thesaurizauit.

Quomodo autem de superbia rerum spiritualium dixi, ita & de corporalium rerum superbia intelligatur, ut sunt diuitiae, forma, gloria, potentia, fauor, genus, uoluptas, & similia. In ijs enim qui confidunt & superbit, aliosque fastidit sui dissimiles, manifestum est, quod haec sua facit, deoque rapit, & sibi in idola transfert. Quae si solius dei esse cognosceret, non distingueret inter se, & quemlibet perditissimum hominem, nihilque plus sese habere fateretur, nisi quod solus Iesus Christus eius fiducia est. Sic fieret, si hoc praecipuum seruaretur, ut nulla superbia, id est, nulla radix, nullum initium peccati, ac per hoc nulla peccata essent, sed pax, amor, mitis, largitas, patientia, & omnium uirtutum plenitudo: quod non in hac uita sperandum est, ideo semper manemus peccatores, & huius praecipi transgressores, solo hoc sacrificio salui, quod hanc transgressionem non ignoramus, neque negamus, neque cum impijs uerbis malitiae in peccatis nos excusamus, sed cōfitemur, & gemimus auxiliū gratiae, & regni futuri accelerationem. Qua humilitate meremur nobis ignosci, in ijs quae minus facimus, sicut B. Augustinus ait. Omnia mandata implentur, quando quicquid non sit ignoscitur. Ignoscitur autē confitentibus, quia humilibus deus dat gratiam.

Vnde caueda est illa pernitiosa & adulatix glossa, immo totius humilitatis expultrix, & uastatrix, qua dicitur: Deus non requirit hoc praecipuum impleri in hac uita, facit enim haec glossa securitatē nocentissimā, dissoluit manū, & remittit genua strenuorum bellatorum. Ex est unū de puluillis, & ceruicalibus, quae in Ezechiele damnat dominus nisi: sane intelligatur, scilicet quod non requirit quidem ab ijs, qui ipsi a seipsis requirunt eiusmodi plenitudinē, & dolent, atque cōfiteantur sese non implere, & ideo festinant egredi, & cupiunt dissolui, ne sint diuitius cum peccato, & in obediētia huius praecipi, sed cum Christo & iustitia, & plena obediētia praecipi, lis inquit non imputat nec requirit. Verū qui ipsi non requirunt & exigunt a seipsis, sed consunt sibi puluillos sub manibus, & sine timore incedunt certi, quod non requirantur: ab ijs certe exiget usque ad nouissimum quadrantem. De ijs dicit Psal. ix. Propter quid irritauit impius deus: dixit enim in corde suo, non requirit. Qui enim non agnoscit se praecipuum non debere, quomodo se agnoscat esse peccatorem? Qui autem non agnoscit se peccatorem, quomodo timebit deum & iudicium eius: qui autem non timer, quomodo humiliabitur, qui non humiliatur, quomodo gratiam consequetur: qui gratiam non consequetur, quomodo iustificabitur: qui non iustificatur, quomodo saluus erit?

Confidere in corporalibus rebus est imā pietas.

Superbia rei medium estu cacillimum.

Amoris praecipuum a nobis deus exigit totum, quod implere non possumus.

## SECUNDVM PRAECEPTVM.

NON ASSVMES NOMEN DOMINI DEI TUI IN VANVM

Q

Hoc praeci-

**H**oc praecipit, sicut & omnia alia sunt ex primo; seruat enim primo & hoc facile seruat, immo seruatum est. Quia ideo ponitur, ut caecitati nostrae manifestetur insipientia nostra; cum non esset necessarium, si Adam stetit, omnia enim illa sciuimus. At nunc nec ipsa scimus, quae necessaria sunt foris fieri, nedum intus. Igitur in primo praecipito, cor & interior homo erga deum institutus est, in hoc os instituitur. Tribus enim rebus peccamus, corde, ore, opere, contra deum, ideo super singulo singulum est praecipitum, & sunt omnia tria negativa siue prohibitiua. Nec est in toto decalogo, nisi unum praecipitum affirmatiuum, scilicet, Honora patrem & matrem &c. Na tertium, quod est, Sabbatum sanctifices, ipse dominus exponit negatiue, dicens Non facies omne opus in eo: quod & nomen indicat, sabbatum, id est, requies, id est, uacatio ab opibus. Nullum enim opus in illo praecipitur, unde & solum lectioni legis intendebant illo die. Igitur malum in omnibus prohibet, ideo & nullum aliud habet promissionem, nisi unum, scilicet affirmatiuum de honore parentum. Caetera uero, quia malum prohibent, poenam minantur.

*Praecipitum affirmatiuum unum in decalogo. Sabbata sanctifices.*

Idem sicut q̄ corde nō peccat, nec ore, nec ope peccat: Ita qui corde peccat, nec ore, nec opere iuste facere potest. Qui primū praecipitū non seruat, nec secundū, nec tertium seruat. Qui uero primum seruat, & secundum & tertium seruat. Nō enim est metuendum, quod qui in deum suam fiduciam posuit, deum super omnia diligit, sperat, querit, sicut nomen eius in uanum & irreuerenter nominet. Si eum non est timendum, quod subditus principem diligens, non etiam nomen eius uelut ubiq̄ clarū facere & habere. Vnde & pro maiori parte, in primo mandato dicti sunt, qui contra illud peccant, scilicet duplicis generis homines rudissimi & stultissimi, per omnia similiter hic dicenda sunt. Hoc enim praecipito nō prohibetur maledictio, nisi quando fit per nomen dei, sed nec blasphemia in hominem, nisi fiat per nomen dei, sed infra, Non occides.

Id autem in primis notandum, quod hoc praecipitum subindicat affirmatiue, nomen dei esse assumendum in os uere, uel in necessitate salutis, & quod solum ibi prohibetur, ne in uanum assumatur.

*Superstitiosa sunt in hoc nomine Tetragramaton.*

Vnde in scripturis frequenter praecipitur nomē domini inuocari, laudari, cōfiteri, benedici. Sic Rom. ix. Omnis quicumq̄ inuocauerit nomen domini, saluus erit. Videamus itaq̄ primū rudiores, inter quos primo occurrunt superstitiosi, sortilegi, & quidam ex iudaicis fabulis superstitiosa quaedam de nomine tetragramaton fingentes. Quod nō nomen domini in uanum assumant, patet, quia nec ad salutem animae, nec ad gloriam dei assumunt nomen dei. Sed ad curiositatem suam, ad pactum demonum, in signis, uerbis, gestibus, ut supra dictum est. Non enim id curant an salutem animae inde consequantur, multo minus an deus in hoc glorificetur, sed tantum ut suae satisfaciunt concupiscentiae. Igitur sicut illi deū abiecerunt de corde suo, & uanum fecerunt in semetipsis contra primum: ita & nunc nomen eius polluunt in ore suo, & frustra assumunt.

*Nomē dei assumendum est propter honorem dei.*

Frustra autē & uanum dicitur, quod sine necessitate & causa fit. Est autē necessitas uel utilitas nominis dei assumendi duplex, scilicet salus nostra, & gloria dei, immo sola gloria dei, quia nec salutem nostram debemus per nomē eius querere nisi ad gloriam ipsius. Assumere autem intelligitur, ut cum aliquis suum uel intendit facere, uel dicere, & adhuc adhibet nomen dei. Sicut in corde assumit per fidem gratiam dei ad salutem suam, ita in ore assumit, per reuerentiam

am nomen dei, ad salutem suam & aliorum, De istis ergo satis persuasum est, ut abstineant in precepto primo. Nec per hoc sese excusent, quia sancta uerba & orationes adhibent, cum per hoc magis turpiter peccent, ut in simili. Noane furiosum putes est qui sacris uestibus, officijs diuinis apertis, ad choreas, spectacula uel bella procedat, & tocum huiusmodi ex eo serio faceret. Si ergo hunc gravissime reprehenderes, cur non multo magis reprehendis te, uel illum, qui sancto plus q̄ omnes uestes, immo quo sanctificatur & uestes & omnia, nō ad choreas, sed ad stupra, ad dæmonica opera abuteris, uel saltem ad corporis salutem, cōtempna anima? Talis est ergo illorum excusatio, qualis est eius, qui sic sacris abusus corrumpitur, & dicit, Eia res tamen sacra & bona. Quid enim huic dicitur, q̄ illud, quasi ego nesciam eam esse bonam & sacram? hoc me nunc doces? cum ideo te arguam, quod sacris ita abuteris. At nos nunc ij sumus Christiani, qui calceos nouos ne polluamus, calopodia emimus, & uestes bonas nullo modo in lutum trahimus, nec aureis uasis cōtumelias facimus cum urina, immo aqua immunda. At sacrum dei nomen ad quæcumq; indigna trahimus, sine omni fronte. Quod si hoc nullus in suis facit, finge aliquem ita furiosum, ut in suis idipsum faciat, quid si de alienis, & eius qui uult sua munda haberi? Quisq; gratam rem faceret, qui principis titulum, & nomē & insignia ad lutum traheret, & inuolueret, ipso scilicet uidente & prohibente, immo præcipiente in sublimi loco statui? At nos cum audimus Turcas templa prophana re, altaria, & oia sacra polluere, mire stupore accēdimur ad iram, & cogitamus iniuriam bello uindicare & querimur, quod principes nō contra Turcam bellant; sed palpa sinum tuum, & Turcam palpasti. Interim deus eo magis in peccatā, principes in mutua bella tradit, ut nos magis, q̄ Turcas puniat, quia peius polluimus sacra q̄ illi.

Iurandum te  
merere non est.

alopoda hystorij

Turca quisq;  
in sinu suo

Turca quisq;  
in sinu suo  
palpat.

Secundo, nobis occurrunt periuri, mendaces, dolosi, fraudulentij, & quicumq; ueritatem relinquunt, ubi deum testē adhibent & nomen eius, immo & per eum maledicentes; iniuste excōmunicantes, iocosi quoq; ac blasphemij in deum, de quibus supra aliqua dicta sunt, & infra plura dicentur. Hic uero uideamus qui iurando peccent in nomen domini. Notandum itaq; quod duplex est iuramentum. Bonum, de quo Deus, vj. & x. Dominum deum tuum timebis, & ei soli serues, & per nomen illius iurabis. Ita enim deus ipse iurat sepius in Prophetis, dicens: Vivo ego dicit dominus. Et Psalm. cix. iurauit dominus, & non penitebit eum, & cxxxj. iurauit dominus Daud ueritatē. Sic Christus iurat in euangelio, & patriarchæ, prophetæ, apostoli, & omnes sancti iurant, ac iurauerunt. Et hoc est opus meritorium, quia fit in ijs quæ pertinent ad salutē. Vnde quoties aliquis dicit uel facit, quod expedit ad salutem, ut credatur, ubi timetur non credi, debet iurari. Sic iurat Apосто. ad Roma. quod saepe proposuit uenire ad eos. Quæ ratio iurandi; nisi quia expedit eis id credere ad salutē, ut eum fidelē pastorem, non quæstuatium agnoscerent, & charitatē uerā in eo esse considerent. Sic Psalm. lxxij. Laudabuntur omnes qui iurant in eo.

Iurare quisq;  
boni & meri  
ritorium.

Ratio, quare hoc iurare placeat deo, quia per ipsum inuocatur ueritas eius, & creditur in eum, ac propter eum fit pax & concordia iurantium; ideo sancte colitur in eo opere, quia destruit opus diaboli, scilicet dissensio & lis. Quia qui tibi non credit, nec quiescit, propter nomē dei tibi credit, quod inuocas & qui escit, ideo hunc honorem soli deo debemus. Vnde Apóstolus Heb. omnis cōtrouersie finis est iuramentum.

Q ij Aliud

*u. d. 17. 18. 23.*  
Iuramentum  
malum ex eo  
suetudine.

Aliud est mali, Et hoc duplex. Aliud enim est quod ex consuetudine fit, & hoc est malum, quia sic ulescit assiduitate reuerentia nominis dei, Sic Teu. Bey Gor, werlich, fur war, als war als got in hymel ist, Bey gott vnd allen heyligen, per deum uiuum, per deum sanctum, auff mein teures creutz, auff mein teures bluot Bey dem creutz gottes. Es ist marter gros, marter schon, id est, per passionem Christi ita est. Ite sic detestari, der teuffel hol mich, brech mir den hals, got helf mir nymmer mer, als mir got helf. Auff mein seel. In conscientia mea, bey mel ner treuw vnd eer, bey meiner priesterschafft. Ista & multa similia heu probdior, tam sunt assidua multis in ore, ut prope secundum uerbum sit iuramentum huiusmodi. Hic patres & matres familias uigilare super liberis, & seruis, ac familia deberent. Quia est pessima consuetudo, & contra hoc praecipitum.

Sed propter rudes quaeritur. An nomen dei tangatur, quando iuratur in hae uerba, uere ueritatem dico &c. Respondetur quod sic, Quia ueritas est nomen dei, cum ipse sit ueritas. Sic enim Apostolus iurat Ro. ix. per ueritatem & conscientiam suam. Et quibus hoc ideo possit uideri prohibitum, quia conscientia non est nomen dei, cum aeque sit peccatum iurare uane, & non iurare per deum, seu per alium quam deum etiam uere: tamen Christus Math. vii. hoc totum refert ad deum, quando dicit: Neque per coelum, quia thronus dei est: neque per terram, quia sca bellum pedum eius: neque per Hierosolimam, quia ciuitas regis magni est: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum facere album aut nigrum. Ex quo patet, quod qui iurat per ea quae dei sunt, uel ei applicata, etiam per deum iurat: ex quo, in quo, per quem omnia sunt.

*hinc iurand p. consuetudine*  
Iuramentum  
falsum etiam  
hic puniuntur

Alterum est iuramentum falsum, Vbi quis ex proposito iurat & scienter falsum, secundum formas praedictas, hoc est uehementer graue peccatum. Et raro transit hoc peccatum impunitum, etiam in hac uita. Quod si dubitas, interroga periuros. Sed gravissimum est, quando hoc fit in facie ecclesiae, cum sollemnitate & praescripta forma, ut faciunt contrahentes matrimonia clandestina, & in poenam peccati, postea odientes sese separantur periurio: horribilis culpa, sed horribilis & poena. Vnde inter omnia mandata, solum hoc habet additam poenam in nationem, dicens: Non enim habebit in fontem dominus eum, qui adimplerit nomen domini dei sui frustra, licet & primum habeat comminationem, quod in quarta generationem uisitet iniquitates eorum qui oderunt. Sed quia Apostolus promissionem, quae in hoc continetur, non numerat, sed quae in quarto, quae dicit primam, ergo & haec comminatio primi praecipit non uidetur numeranda.

*per uia in p. p. d. d. d.*  
Periurij grauius  
late ois dicitur.

Et graue peccatum est profecto periurium, quod primo patet ex detestatione scripturae, quia praecipit dominus in lege, non peierabis. Et propheta uehementer periurium arguunt, unde Ose. iiii. non est ueritas, non est misericordia, non est scientia dei in terra, maledictum est mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Denique adeo sanctus id uoluit, ut etiam regi Babylonis non seruatum a Zedechia uindicaret. Ite nec Gabaoonitis licuit nocere, licet falsi ab eis iurassent. Item nec filijs Benjamin filias suas dari ausi sunt, propter iuramentum: & potius gentem sanguinem per miserunt misceri fraterno sanguini, quam iuramentum soluerent.

Secundo ex re ipsa. Quia iurare est deum testem adhibere, & medium, quo uiuunt sese discordes. At sic falso iurans, deum ludibrio exponit, immo quod horridum est, quod dicit, Sicut deus est, uiuit, uerax est, corde dicit quod non fit ita uerum. Ac per hoc deum negat ore, immo & corde, quo consentit in negationem oris. Et



oris, Et ista negatio est pessima, quia scit deū esse, & corde credit, & tamē simul etiam corde consentit in negationem eius, quia non negaret foris, nisi uellet negare. Et tamen contra cor suum, & conscientiam negat; ideo grauissimū est hoc mendacium & directe contra deum, quia uult eum non esse, ut suum mendacium stet firmum.

Tertio a simili, Si principem permoueres, ut pro fide tua literas & sigillum suum appenderet, in tua causa, ut sic pro nomine eius tibi crederetur, & tu postea nequiter denegares, & principē in confusione relinqueres, quid putas de te cogitaret? An putas, quod fidei uisorem habeas? Aut si, ut adesset pacto tuo cum alio, rogares, & in faciem ueniētem neges esse principem, & proicias? At deus quantā maiestas, solus dominus est.

Pro planiori intelligētia notandum, contra hoc mandatum in iuratione dupliciter agi. Primo, in iurādo. Secundo, in soluendo iuramento, iurādo, ut quis scierit in actu peccant, dolose dicentes se facere quod nolunt facere, ut liberentur; uel negātes dolose quod sciūt, ut sit in negotijs, depositis, questionibus iudicialibus. Hi grauius peccant, quā superstitiosi illi, quia nō nomen dei assumunt in uanum, hi autem ad mendacium, quod longe grauius est; & hoc in negationibus sit potissimū. Psal. xxij. Nec iurauit in dolo proximo suo.

Soluendo, ut qui sine dolo quidem iurauerunt, sed tamen postea mutentur, & non soluunt, quod in affirmationibus fit, ut Psal. xliij. Qui iurat proximo suo & non decipit. Verum si non potest soluere, non ideo periurauit. At dicis, Quid, nisi iurēti, damnam uel periculum, uel mortem incurra, uidetur quod redimen- Periurii i cura  
rit dupliciter

das sim, ut si latro uel hostis cogit fateri quicquid habes. Respondetur, Nullum peccatum est faciendum pro quacumque re, neque pro aeterna, quantumvis temporali. At dicis, quis mihi reddet? Respondetur, deus, pro quo neritatem dixisti. Sed non omnes casus huius monstri percipere possum, quia uere hostis in- Mortis uitran-  
da causa non  
est iurandum

quidauit, & nihil curatur. O si paucitatem saluandorum antederemus & timere- Non iuran-  
dū  
omnino.

Dicit itaque dominus Math. v. Audistis, quia dictum est antiquis, Non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis, Non iurare omnino. Hoc loco sudatū est a multis, an liceat iurare. Et alij quod a malo peccata, alij a malo iurantis sit, si iuretur. Sed inspiciendo Christi sensum, uult utique nequaquam iurari, quia dicit, Nō iurare omnino. Est ergo sensus, Iudaeis praeceptū est ne perjuraret, iurare autem permissum est ad libitum, uobis autem praeceptio nullo modo iurare, neque per coelum &c. In quo utique hoc uult, ut nullus uoluntate sua iurare debeat unquam; libidinem scilicet & uoluntatem propriam iurandi prohibuit, & inquitum in eo est, non debet iurare quis; ideo si ultra dicat quod est, est, non, nō, peccat, & malum est.

Per hoc tamen non prohibet, quin exactus iurare debeat quilibet fidelis, sine Iuramenti cau-  
sa licita.

inquam exactus ut alterius, aut necessitate fratris, quin potest ex me extorqueri uel hostis, uel amicus, ut iurem, ut faciam omnia quae uult, dummodo sint licita; sicut dixit consequenter, quod auferenti pallium, & tunica dimitteda, & etiā alia duo milia passuum eunda, lam enim non ipse iurat, quia non est suae uoluntatis, sed seruit per humilitatem alienae uoluntati, uel per charitatem alienae necessitati. Cessantibus ergo ijs, nullo modo licet iurare, quin sit peccatū & a malo, quia ex mera uoluntate iurat sine necessitate. Christus enim eo in loco inquit hominem interiorē, qui non tantum periurium, sed etiam iuramentū uitare debet. Iudaeis prohibetur, ne saluum iurent, Christianis autē etiam ne uerū Q. ij. iurent,

turent: quia perfectior & integrior esse debet honor nominis dei in noua lege, quam ueteri.

Secundo. Quia Christianus temporalia nō debet amare, ideo propter ea nō debet iurare. Quoniam qui non debet querere quae sua sunt, quomodo etiam pro eis iurare permittetur: pluris itaq; nomē dei q̄ sua estimare debet, quod tūc apud Iudaeos dissimulatum est. Vbi uero alteri seruendum fuit, sibi sine serupulo, tamen cum timore dei, frater fratri tenetur facere, quae sunt pro eius necessitate facienda. Et ratio est prohibitionis, quia scit quod nos non assumimus nomen domini, nisi in uanum semper, praeterq; ubi in charitate & humilitate pro alijs, uel sua salute assumitur, quod fundamentū est huius prohibitionis .j. Corinth. vii. Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto &c. Vel melius, Non iurare omnino, dicitur contra eos, qui effugium quaerunt, quia iurāt, sed non per nomen domini, sed per caelum, terram, Hierusalem, caput animam quasi ideo non sint rei, si periurent, quia non per nomen dei iurant, ac sic iurare eiusmodi, quasi pro non iurare reputāt. Quod haec sit mens Christi, uidetur ex hoc, quod statim secutus exponit, quomodo non uelit iurari omnino, scilicet nec per Hierusalem &c.

PRAECEPTVM TERTIVM.

MEMENTO VT DIEM SABBATVM SANCTIFICES.

**H**Oc est praecipuum meum, ut diligatis inuicem. Io. xv. Charitas plenitudo legis, ait Apostolus. Qua habita nulla est lex necessaria: sine qua nulla lex satis est. Igitur in hoc tertio praecipuo, iam opus praecipitur, immo quies, ut non offendatur deus operibus. Neq; enim aliquid in eo praecipitur opus. Quare haec tria praecipua parant hominē deo, uelut puram materiam, ut quiescat corde, ore, opere, id est, interiori & exteriori, & medio homine, qui sunt sensualis, rationalis, spiritualis, & sit pura quies. Hic ante omnia duo notanda sunt.

Primū. Quod sabbatum fuit Iudaeis praecipuum in figura, sicut expresse significat Apostolus Colo. ii. Quae sunt umbra futurorū, corpus autē Christi. Vnde opera seruilia seu mannaia, cum sint utiq; bona, significant opera peccati, & illicita ueteris hominis. Nam sicut quaedam animalia erant immonda, tantum si significatiue, in seipsis bona, munda, sana, quia creata a deo, & tamen immonda & mala significabant: ita & opera corporalia, quae de se sunt bona, tamen prohibita sunt ad significationem futurorum, id est, malorum reuelandorum. Sic sabbatum significat ipsum spirituale tempus, quod sol iustitiae Christus illuminauit, quod nō habet noctem, Vnde Esai. lxxvi. Erit mensis ex mense Sabbatum ex sabbato. Et Apostolus Galatas arguit, quod dies & menses obseruarent, & tempora & annos secundum ritum Iudaicum, id est, externae tantum. Ideo istud praecipuum cessauit proprie immo omnia, quo ad perfectos Christianos, quia iusto non est lex posita.

Veruntamen ecclesia se ista retinuit propter necessitatem uerbi dei pro imperio factis, nam iustus uerus sic deiformis est, ut sicut deus indifferēs est ad omnem diem,

Seruilia opa  
sunt opera  
peccati.

Festi dies in  
sicuti propter  
imperios.



nium perhibeant de seipso, & eum conuincant superbae temeritatis, uel mendacij. Vt si praesumat quod non habet deum alienum, quærat linguam, si iuret si in uanum assumat nomen dei: Quia ex abundantia cordis os loquitur, facilius est error in opinione cordis, & lubrica temeritas. Neque facile potest sciri an seruet primū, nisi opera & uerba interroget. Igitur, si iuret, aut uane deum nominet, sciat se mentiri, aut falli. Si dixerit se deum amare, & primū præceptum seruare, non recte discessit & probauit cor suum. Sed ecce, seruare uideatur sibi & secundum. Non est sibi cōsciū, interroget se in tertio, an prompte sanctificet sabbatum, an auidē uerbum dei audiat, oret, meditentur, legat, disputet de deo, in te sit diuinus. Si hæc nō facit, uel difficilius facit, q̄ alia sua, si dixerit se seruare primū & secundū, fallitur: opera enim testimonium perhibent de eo. An potest fieri, ut quis assumat nō uane nomē dei, qui ipse uanus est? Quomodo uanus aliud agat, q̄ uanum: uanum loquitur, uanum cogitat, etiam si deum cogitet, loquatur. Vanus autē est, qui alia agit, q̄ quæ dei sunt, & inuitus quæ dei sunt, præijs, quæ sua sunt. Et omnis homo uanitas.

Tertio, uideatur sibi & hoc seruare, crassius signū probet, uideat quomodo suscipiat uicarios dei, quos uidet, parētēs inquam, & præidentes: si hos uiliter æstimat & contemnit quos uidet, quomodo audet dicere se deum æstimare, & non aliud præ illo, quem tamen non uidet.

Quarto in ijs, quæ ad proximū, quem diligis utiq; est uoluntas dei, quæ in primo præcepto intelligitur semper. Si dicis quod diligis proximū, & eum odis mordēs, detrahis, lædis, despicias, occidis, maledicis, contumelialis, ecce opus tuum testimonium dat contra te. Itēdem, si non defendis læsum, excusas, benediscis. Quia dilectio facit hæc, si est uera. Vide ergo hoc speculum bene.

Quinto. Si in eo te cognoscis, sicut uere nō satis ex illo cognosci potest quia uaria est concupiscentia, & nulli satis etiam suspitius cognita, ideo p̄ multa, immo per omnia docenda, examinanda. Igitur non lesisti proximū in corpore & persona, quid si in corpore uxoris suæ, quæ eadem caro est? Si eam concupiscis, impudice inspicias, tractas, alloq̄ris, aut talia facientē non reuocas, adiuuas, reducis, quomodo diligis eum quæso, sicut te ipsum? cū hæc omnia uelis tibi ab illo fieri, quia sic utiq; te diligis, tibi faues.

Sexto. Esto & hic tibi non sis conscius, & Adam tuus sibi totus integer uideatur, sicut solet secundum caritatem suā, cū in nullo sit porus, cogita quid in bonis eius externis pecces, scilicet an fureris: id est, quacumq; fraude ad te aliquid perducas: falsaq; merce pecunia, mensura, usura, dolo, rapina, furto, consilio cōsensu ei noceas, aut nocueris.

Septimo. Quid in bonis famæ? An detrahas, mordeas, & nullo linguæ peccato in eum reus sis? An gaudeas alios facere, quod ipse omittis?

Non concupiscentis, q̄ceptū est maximū.

Octauo. Si in operibus & uerbis integer es (quod rarissimū est) intra nunc, di seute cordis secreta, & pondera desideria eius. Et nisi mentiaris, inuenies, q̄d sis plenus concupiscentia. Nec dicas tibi, non concupisco, quia contra scriptura dicit: Quis gloriabitur se mundum habere cor? Nullus est mundus intus: nam nō satis est ut concupiscentiā frenes, sed & non concupiscere debes; de quibus suo loco lati. Ideo ultima duo præcepta sunt maxima, quæ sola Apostolus ad Rhom. adducit, dicens, Non concupiscas. Quare qui dilectionem habet. i. sanam & plenā uoluntatem in legem dei, & diligit eam, hic implet legem dei. Non enim est timendum, quod diligens deum, nomen eius inhonoret, aut alium deum quærat, aut polluat sabbatum. Et qui diligit proximū, nō est timendum, quod

contem

contemnat parentes, occidat, mœcheret, furetur, falsum testimonium dicat, aut etiam concupiscat. Cum potius quærat, ut beneficiat proximo. Dilectio, inquit Apostolus, proximo malum non operatur, neque uerbo, neque factio, neque uoto.

Verum ad materiam huius præcepti tertij reuertamur. Sabbatū dixi olim fuisse, se sicut & nunc, figurale & ceremoniale propter infirmos. Nunc uero omnem diem esse festum, in quorum nullo sit peccatū. Quia si ille olim lapidibus obrutus est, qui ligna collegit in die sabbati, Num. decimoquinto: quid erit, qui in tempore gratiæ, enormia perpetrât crimina; maxime etiam festis diebus. In tempore nostrum hoc scriptum est. Quia ligna colligere, non est malū tantum, sed significat malū, sicut & alia opera eiusdem diei feruilia.

Primi igitur sunt, qui crasse & ruditer peccat in die festo, scilicet luxuria, ebrietate, ludis, fra, homicidijs, maledictis, rapinis, insidijs, fraudibus, dolis, & similibus, de quibus dicit Mala. ij. Dispergam super uultū uestrum sterces solennitates talium quia & stercorent in illis, sicut porci immundi. Et Amos. v. Odi & proieci festiuitates uestras.

Hi enim similiter eū Iudeis (de quibus hic loquitur) totum decus festi statuunt in ornati uestrum, & uictus splendore, & ocio laboris. Quæ tria si sola sunt sine eo quod significant, Iudaicam solennitatē faciunt, & non nisi prouocamentum sunt libidinibus, & uitiorum. Nam uenter repletus, & anima ociosa, deinde obiectis ornamentis coram oculis quid faciant, nisi ut in luxuriam ducant & mala desyderat: Et nō cogitat, qui sic sabbatizant, quod si hoc esset sabbatizare, que libet mereretur hoc posset, & quilibet Turca, aut paganus, immo equus & ius, scilicet comedere & bibere, deinde ociari, tandem pompose adornari.

Hic inuenias aliquos, qui uigilijs teiuent, nonnunquam in pane & aqua, sed diē in crapula & luxuria cōsumunt. Et factū est uniuersaliter, ut sabbatū celebrarius agatur, quam dominica, quæ saltem & ocio, & pompa, que in dominica prodige aguntur; & uniuersæ uigiliæ sunt sanctificationes, quam ipse dies celebritatis, mera scilicet peruersitate.

## MYSTERIA.

Ocium corporale significat ocium spirituale, ut cesset a cupiditatibus & cogitationibus malis, ut capax possit esse uerbi dei, quod requirit animam uacuum. Quare quilibet Christianus se debet interrogare, quare hodie ociaris: & sic mōnimentū & memoriale sibi habere, quod uacandum ei sit, ad deum audiendū.

Ornatus uestimentorum, significat bona opera, ut audire missam, orare, eleemosynas dare, & alia misericordie opera facere, ut Christus contra Phariseos docuit, de quibus latius infra.

Latus uictus significat } Beneficia dei,  
meditari, legere } Passionem Christi, & ruminare uerbum dei,  
} Peccata propria, De quibus infra.

Secundi sunt, qui operibus alijs licitis, operantur ut sunt opera necessitatis & substantiæ nostræ parandæ. Et non minus peccant quam præcedentes, & adeo minus quod etiam in multis casibus excusentur.

Quorum primus est Necessitas. Hæc autē necessitas quō intelligenda sit, am-

biguū est, quā mire uariar. Est autē nō melius æstimanda, quam secundū regulā saluatoris, qui in Euangelio dicit, non esse peccatum, asinum uel bouem de patre leuare & adquare. Ex quo sumitur talis regula. Quod si damnum immineret tantum,

Festus dies a  
liber, cultus  
Christiano.

100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200

Festi celebra-  
tio non est in  
ocio & orn-  
tu corporis.

Vigilia festi  
phonoratur.

Ornatus uest-  
itium.

Victus lautior

II

Laborantes  
die festo quā  
necessitate  
excusentur,  
Regula,



tantū, uel etiam minus, quantū a finis uel ualor eius pensatur, potest opus fieri, quo tale damnum cauetur. Quod tamen intelligitur, si tale aliquid, non uoluntate eligente, sed necessitate casus accidente contigerit. Hoc enim additur, ne auri sibi licentiam datam arbitrentur uendendi, uel emendi; quia scilicet si non uiderent uel emerent, eius diei tantū lucrum periret. Sic enim nullus esset ponendus dies festus, quia quilibet fraudat lucrū, dū impedit negotia lucri & labores. Probat̄ regula: Quia si illud Iudeis permittitur, & non fuit peccatū, quam tomagis Christianis, qui liberiores sunt a ceremonijs iusticialibus. Ex his nūc particularia testimentur. Vt si mercator in die festo emerit uel uendiderit, quod altero die uel hora, non sine magno dāno emere uel uendere potest, ut quia emptor aut uēditor transitorius est, neq; expectare uult: hic ideo excusatur, qui nō quaesuit opus & lucrum, sed oblatū accepit, ut damnum caueret, alias non facturus ex intentione, malens quod altero tēpore offerretur. Tūc enim sicut oblatū est inspirate, ita potest & cito expedire, & ad feriandum reuerti. Par ratio est de quibuscunq; alijs damnis etiam minoribus, sub ea tamen conditōe, ut diuina scilicet missa & uerbum dei non omittantur, nisi sit necessitas magna, quam arbitriū boni iuri excuset. Sed ut dixi, de damnis intelligitur, quae nō propter non uolum negotij ueniunt, seu propter infermissionē negotij, sed casu. Nā dānum infermissione negotij, potest omni hora fieri.

Coci excusatur de uoluntate sabbati

Secundo, de coquentibus, & paratibus uictum, haec enim necessaria sunt, & non est hic Iudaica superstitio in faciendum: qui non coquant die sabbati, licet uorent, crapulentur & luxuriētur. Sic etiam afferri potum & cibum licet, & ut nostris moribus accedam, Vas cereuisiae in cellarium locare, nō est peccatum, hoc autem magis est peccatum, quod tot modijs & cantharis educitur, ut etiam usq; ad uomitum inebrientur. Sic maius est peccatum, ex coquina & cellarario nimis afferri, q̄ inferri. hoc Iudaei non curant, illud autem curant, quos sequitur multi. Mira autē stultitia, quod cibū nō parant. Cur non & amicitia omittunt, & nudi incedunt: quandoquidē induere est labor & opus. Deinde cur ambulat & uadunt, stant: cur non sedent, dormiunt: cur comedunt & bibunt? An haec non sunt opera? Quomodo ergo sabbatizant, id est, quiescunt? Deinde non est paruus labor, stare ad missam & sermonem, & diuina officia: quod probo per omnes, qui inuite hoc faciunt quorum multi sunt, hic & alibi. Ergo dicunt illi, feriandum mihi est, non laborandum. Et ex praeccepto contra praecceptū agunt, huc enim peruenit sapientia Iudaica,

Iudaei culicem colant, & elephantem dei phantem dei phantem.

Sic enim aliqui descenderunt ad minuta, ut etiam feta facere dicant prohibita. Quod si intelligant de his, qui uendunt illa, uerum est. Virgo autē bene potest mane facere fertum suum, pro decore suo: quia potest illud ruptum reficere ergo & efficere. Immo uestes induere & ornare se, uestes excutere & purgare pro induendo, componere pepulum, & alia ornamenta, non est contra hoc praecceptum, nisi fiat more quarundam, quae a speculo non possunt recedere, & sic per haec diuina negligant. Quae uero ad superbiam, uel concupiscentiam sese orient, non contra hoc peccant praecceptum, sed tanto grauius peccant, quod contra aliud praecceptum dei, in die sancto peccant.

Tertio, de animalibus prouidendis in uictu & strato, murgendo, pascendo, curando &c.

Opificia necellaria oia excusantur.

Quarto de tabernarijs, Ianijs, pistorijs, piscatoribus, & alijs artificibus prouictu & amictu aliorum agentibus, non peccant si, nisi ubi ebriosi & ludentibus per haec patrocinentur, & auxilientur, aut faueant.

Quinto

Quinto, in cōmuni utilitate, ut in reficiendo ponte, prohibendo fluuio, repugnando hosti, incendo extinguedo, & alijs publicis necessitatibus prouidendo.

Sexto, de medicinis, cursoribus, nūcijs necessaria serentibus, fabris equos suoferrarijs, molendinis &c. Hæc omnia in necessitate excusantur, dummodo tamen per hæc diuina non negligantur.

In necessarijs occupati.

Septimo, de nundinis quaerentibus, quia alio tempore nō possunt. Et ex his iudicentur de similibus.

Nundinae.

Verū hic mouetur quaestio, An Vuittembergenses sint excusati, qd̄ die festo exercent balistarum artē pro aue deicienda de hastili erecto, cum id æque possint alio die facere, cumq; non sit hic necessitas, nec pietas, nec modicitas, ac dimidius ille dies festus post prandium, possit deo dari, sicut & ante prandium.

Balistarij.

Simile iudicium de armorū ostensione, quasi non & alia die fieri possit æque bene. Hic dominus consules uigilare deberent.

Armulostrif.

Alterū est modicitas seu paucitas. Ergo omnia opera hic facere licet, quæ alijs diebus, dummodo sint pauca. Vt si futor par uel duo paria calceorum scinderet, fator tunicam, mercator uenderet aliquid, quod non exposuit uenale. Sic de similibus per omnia officia & opera curre.

Paucitas excusata.

Tertium est pietas, ubi subuenitur pauperibus & indigentibus, itē ecclesijs. Sic enim balnare infirmum, lauare immundum, uelites, lectum eius lauare, parare, seruire in usū, & obsequio, est etiā sanctū; alioquin & elemosynas petere & dare nō liceret, cum id fratres medicantes nunq̄, nisi in diebus festis agant, similiter & alij omnes. Sic uehere eis frumentum, ligna, potum, cibum, est licitū dummodo tamen fiat ex pietate, & non ex cupiditate retributionis aut gulae, ut nunc passim habetur mos.

Pietas.

Tertij sunt, qui sanctificant diem literaliter, sed non spiritualiter, ut qui faciūt quidem opera externæ sanctificationis, sed sine corde. Et quanq̄ satillaciant ecclesijs, & minus peccent, q̄ præcedentes, tamen sunt Cainitæ, offerentes non personam, sed opus personæ, tantum cauent scandalum, & utinam tamen omnes tales essent, qui peius agunt.

III

Sunt autem quinq̄ faciēda pro sanctificatione festi, ut colligitur ex decreto, scilicet audire missam, audire uerbum dei, orare, offerre secundum aliquos, & cōteri de peccatis.

Festi celebratio est in quinque rebus.

Primum, Audire missam. Hic nimium stulte quidā interpretantur canonem uolentes ideo missam legendam altiore uoce, quod nō uideri, sed audiri sit præcepta, quasi non magis præceptum sit, Canonē missæ, qui solus proprie est missa, pressa uoce legi, ne audiat; cetera aut sunt orationes, & paramenta ad canonem missæ. Quod si propter euangelij uolunt eam altius legendam esse, cur non cogitant, quod aliud est præceptum de uerbo dei, & aliud de missa. Sed cessent ista uana somnia, cum per omnē ecclesiā nullus nisi sacerdos solus missam audiat totā, magno scilicet eo sacramento, quod Christus uerus sacerdos, quanq̄ multa operatur in ecclesia, per externa sacramēta, & uisibiles ceremonias, in quibus ei fideles concinunt & cooperant, sicut clerus nūc facit sacerdoti, in cūtu, oratione, responsione; tamen plurima agit inuisibiliter pro nobis apud deū, quæ populus & ecclesia eius non uidet, neque percipit.

Missam audientiam in die festo.

Canō p̄lo missæ

in p̄lo p̄lo uoce legi solē

Deinde anceps quaestio est, an satis sit audire missam maturam, item, an satis sit in monasterijs eam audire. Hic distinguitur.

Si est necessitas (de qua supra dictum est) tunc satis est audire maturam priuatam, uel etiā monasticam missam.

Quia

Quia necessitas non habet legem.

Deuotioni  
suae simplices  
non sunt re-  
linquendi.

Vbi autem non est necessitas, distinguitur fere semper, quod si nō omitatur parochia ex contemptu, sed ex deuotione petitur monasterium, licet in monasterio audire. Sed meo iudicio dicam, saluo uniuscuiusque sensu, in hac perdita temporis miseria, profus non est tutū, relinqui unū quencq; p̄sertim simplicioris & rudioris animi hominē suae deuotioni & discretiōi cōtra apertos canoes. Cuius ratio est, quia ideo sunt positi Canonēs patrum, ut dirigant populum. Et debet unicuique sua deuotio semper esse suspecta, & tanto magis, quanto magis placet cum est contra communem usum, uel decretū patrum. Cum sciamus quod angelus Satanāe in lucis angelum sese transfigurans, summe sit timendus & cauendus. Qui sub specie deuotionis facile omnia decreta solueret. Et illud Deut. xij. & Iud. xix. ubi praecipitur, immo prohibetur, ac reprehenditur, ne quilibet faciat, quod sibi rectum & bonum uideatur. Alioquin primo aufertur timor ab hominibus, & reuerentia ecclesijs suis, & communitatis. Deinde nutritur securitas etiam paulatim ad maiora alia permittenda.

Audit. 12  
I. 19

Tertio, Redit illa antiqui populi licentia in excelsis & lucis, & extra templi religio, quae summe prohibita fuit. Nam de facto uidemus hac deuotionis licentia permitta, non tantū parochias, sed etiam monasteria ciuitatis dimitti, & ecclesijs campi & uillarum, eadem deuotionis simulatione praeferi. Et sic ecclesiae cultum in tabernarum redigi frequentiam, ac nundinarum negotiationē, p̄re textu dedicationis, patronorum, uotorum &c.

Dico igitur mea sententia, Quicquid sit de alibi audiēda missa, nulli esse licitum in hoc ipso suum iudicium, suam opinionem, suam deuotionem sequi, sed auctoritatem ecclesiae, & captiuandum sensum in obsequium Christi; quia scriptum est, stultus est qui confidit in corde suo. Et ecclesia non potest errare, quilibet autem potest in sua deuotione errare: cum & multi prophetae, sancti, reges similiter errauerint, nobis in monitionem & terrorem. Ne ergo ullas credas glossas super decretum istud: qui enim sic glossat ignarus est in lege dei, & nondum cognouit quid sit diabolus & homo, multo minus quid sit deus. Et mira peruersitas glossae, quae uagam concedit deuotionis licentiam, quam textus data opera uoluit coercere. Immo semper, quicquid tibi teipsum dederit, ac permisit, te ne suspectū, quia facit ut inueniatur uolūtas tua in testamento tuo, ut dicit Esa. Sic illudit Michaeas Achab dicens, ascende &c. Quicquid autem tibi teipsum abstraherit, hoc sequere, Mathe. vj. Esto consentiens aduersario tuo &c. Mich. vij. Ab amico custodi te, Item, Omnis amicus fraudulenter incedit;

Audire uer-  
bū dei in pa-  
rochia.

Secundum est audire uerbum dei, quod iterum sub praeecepto est, in parochia audiri, sicut & missam, nisi ubi intermittitur propter dedicationem aliarum ecclesiarū, uel monasteriorum. In quibus post prandium audire, est de consilio quidem ecclesiae, sed tamen de praeecepto dei, qui uult uerbum suum omni deuotio ne ubiq; audiri.

Et hoc secundum est magis necessarium, q̄ primum, immo primum est propter hoc secundū, ut ex Christo patet, qui dicit: Quotiescunq; haec facietis, in meā memoriam facietis, quasi diceret, non celebrabitis missam, nisi praedicetis euangelium. Et Apostolus, Quotiescunq; enim manducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortem domini annuntiabitis &c. Ideo non licet missam perficere sine Euangelio, priuatam priuato, publicam publico. Immo in primitiua ecclesia, etiam excommunicati, poenitentes, catechumeni, et iurgumēt, intererant missae usq; post euangelium: quae & missa catechumenū uocabatur, ut ex Dionysio patet,

Excommunicatio nō excludit audire uerbum dei.

Quae ratio non excludit audire uerbum dei.

patet, quod utinam adhuc hodie fieret, ut saltem uerbū dei audirent ex cōmuni-  
cati, quo facilius intelligerēt, ac cōpungerent. Atrox esset nimis ex cōmuni-  
catio, eū ab auditu uerbi dei; quod tamē omnibus creaturis praeceptū est p̄dicari.  
Hic iterum questio est.

An satis sit audire euangeliū mille priuatae. Respōdetur, quod sit satis, si est  
intelligēs simul, & coactus proficisci. Alioquin etiā si intelligat, tenetur tamē  
audire uocale solenniter, alioqui cuiuslibet liceret publicam p̄dicationē relin-  
quere, & fieret ipsa contemptibilis. Immo si fuerit necessitas proficisci, etiam si  
non intelligit, immo si non audit, est excusatus. Debet tamē quilibet nō solū  
cogitare, quanta necessitate cogatur absens esse, cum sit corporalis, sed etiam  
quāta necessitate uerbum dei sit habendum, cum sit spiritualis. Ideo pietas coe-  
lestis debet semper uincere cupiditatem terrenam.

An satis sit  
audire euan-  
geliū mille  
priuatae.

Hic tamē notandum, quod si populus tanto rigore ad audiendum uerbum  
dei est astrictus, quāto questio sunt astricti sacerdotes, ut etiam uerbū dei dicāt,  
& dici procurent: Quod cum sit super omnia praecepta instantissime manda-  
tum, nescio qua miseria hodie nihil minus curatur, in multis locis penitus ob-  
mittitur, in plurius ea p̄dicant, quae obmitti salubritas erat. In alijs locis p̄-  
dicantur humana, & doctrinae iuris ac philosophorū; EVANGELIUM, id  
est, memoria Christi tam rara, ut horror sit hoc attendere. Cogitur populus ad  
parochiam, & non obedit, quia coguntur sacerdotes euangelizare, & non fa-  
ciunt. Quid ergo mirum, si uagentur populi licētia superstitiosa ad alias eccle-  
sias, quando sacerdotes nugantur, crassa ignorātia, per fabulosas & uanas do-  
ctrinas? Tu non p̄dicās euangeliū, & grande crimen putas, quod populus  
discurrit ad idolorum excelsum? Cum tu absis ecclesiae & officio & uerbo, qd  
sequetur, nisi ut populus absit & obsequio & auditu? Tu ad literas es inuis  
utilis, spiritalis foris. Ideo & populus corpore migrat foris pariter & spiritu: tan-  
to minus peccans q̄ tu, quanto promptior est audire euangeliū si diceres, in-  
mo si didicisses. Tui occasione igitur euacuatur ecclesia, & pascua & uicium  
ouibus, dum cogis pecus in caulas, negas. Ideo disperguntur oves Christi in  
montibus, quia non erat pastor, dicit dominus.

Euangeliū nō  
docetur hac  
tempore,  
sed humana  
iura & philo-  
sophia.

Corinth. 1. 9. Nemo est sciens  
euangeliū foris

Tertium est, Orare, de oratione multa sunt dicenda, hic tamē de uocali uult  
intelligi, quod nō est negandū, sed tamē ea debet esse minor & modica ad ora-  
tionem spirituale. Oratio enim est ascensio mentis in deum, uerba sunt scale,  
sed uox est apparatus scalarum. Ideo dixi, quod hi sanctificant diem literaliter  
& male, qui uoce tantū orant, immo non orant, sed orationes tantū proferunt  
aliorum, nō aliter q̄ sicut liber, alterius scriptioes & uerba ipse mortuus nihil  
intelligens. Vel sicut organum profert cantū clerici, ipse nihil sentiens aut intel-  
ligens illū, quod hodie magnū est mysteriū: quale est enim organum, talis &  
clerus, id est, boator sine sensu, uox sine uerbis, sicut organū nō nisi uelut mu-  
tam & elingūe uocē, ac fonū refert. De spiritali autē oratione postea in quinto.  
Quartum, secundum quosdam est offerre, sed hoc abolitum est, licet in ec-  
clesia primitiua ferret hęc oblatio panis & eucarū in cōmuni, de quo offerrebat  
& reliquā in pauperes conferebatur. At nunc uice huius, dotate sunt ecclesie  
monasteria, hospitalia &c. pro pauperibus.

Orare uoce  
tū, non est  
orare.

Organum mu-  
sica clero cō-  
ferantur.

Oblatio uere  
rum qualis  
fuit.

Quintū, quod est maximum & omnium primum, scilicet reconciliari deo,  
per examinationem conscientiae, & contritionem peccatorum. Hęc autē con-  
tritio sic paranda est, ut non tantum ex odio, quantum ex amore procedat. ex  
amore autem procedet (ut rudibus exempli gratia dicam) si homo secum rui-

Contritio pec-  
catorum ex  
amore p̄cedat  
hoc mō.

R  
minet

minet beneficia dei in se per totam uitam collata, Tum illis opponat suam ipsam gratitudinem, & uitia, in abusu talium bonorum, ut quod dedit, v. sensus, tot periculis seruauit, tot bona corporis, mentis, rerum dedit. Quae omnia non be stijs, non lapidibus, non deniq; plurimis hominū dedit. Post hec fiat ascensus ad spiritualia, quod filium suum misit in carnem, crucifigi, mori, & alia infinitae dignitatis, tandem promissa aeterna bona. Haec omnia ruminata, & peccatis composita proprijs, mire excitant odium, ac detestationem sui, amorem uero & laudem dei. Haec est uerissima contritio, uiua & efficax; ubi illa de timore inferni, & peccati turpitudine, est literalis, ficta & breui durans, quia non radicata amore, sed inculsa timore tantum. Sic de quodam legitur, qui per totam uitam pessime uiuens, miris tamen beneficijs, ac donis dei prouehabatur, tandem etiam ad episcopatum prouectus est. Tunc ad se reuersus, & admiratus dei benignitatem erga suam indignitatē, exclamauit: *Vicisti domine, & conclusisti me nimia bonitate tua, id eoq; ecce amodo totus tibi seruiam.* & ita fecit. Neq; contemni debet rudis ille ascensus a primis corporalibus bonis &c. Nam legitur in historijs, quod tempore concilij Constant. duo Card. ad Concil. equitantes, pastorem in agro silentem uiderunt. Vnus autem eorum animo misericordiore, non possum (ait) abire, nisi audito illo homine & consolato, & accedens causam fletus perconctatur. Ille dissimulat tristis, instat Card. & cogit fateri. Tandem, ecce inquit, hanc bestiam (bussionem intuitus) tam eximiam creaturam fecit me deus, hominem erectum, decorum, rationalem, & nunq; gratias egit, quod non me quoq; tam deformem bussionem fecerit, hoc est quod amare scio. Tunc Card. insolita contritioe hominis percussus, & sua maiora beneficia, maiore ingratitudine sua, subito cōspiciens, de mulo exanimis cecidit. Tandem leuatus cura famulorum, & in ciuitatem perductus, semper exclamauit: *O Augustine sancte, q̄ uere dixisti: Surgunt indocti & rapiunt caelum, & nos cum doctrinis nostris uolutamur in carne & sanguine.*

Haec sunt opera uerae sanctificationis, quae significantur omnibus exterioribus. Sic Treñ. ij. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. *Sine ista duobus non accenditur mens & cor; corde autem non succenso, omnia alia frigide, uane, & noxie fiunt, quia sine fructu. Et haec duo debent ex euangelio audiri, audiray ruminari.* Sunt enim haec duo, scilicet dei bona, & non ista mala, scala ipsa in deum, in qua descendimus in nos, & ascendimus in deum, sicut figuratum est Genesis. xxviij. *Sunt etiam duo illa sacrificia, laudis & cōfessionis, de quibus; Sacrificium laudis honorificabit me. & quod ille sit ascensus in deum, sequitur: Et illic iter, quo ostendam illi salutare dei, id est, reuelabo ei aeternam salutem. De altero, cōfessionis scilicet; Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humilitatum deus non despicies. Et haec duo simul oportet offerri, ut sint eo perfectiora.*

#### QUARTVM PRAECEPTVM.

HONORA PATREM ET MATREM, VT  
SIS LONGAEVVS SVPER TERRAM.

Hoe

Historia de  
duobus epis

Beneficia dei  
& nostra ma  
la sunt scala  
in deum.

Haec sunt opera  
uerae sanctificationis



**H**oc præceptū Iudæi fecerunt irritum per traditiones suas, sicut & oīa alia; quia honorem hunc exponebant solum in uerbis & signis, irritatores facti uerborū legis. Quia enim honorare significat signū reuerentiæ exhibere, acceperunt illud secundum huius significatiōis cōtēntem, ut solo exteriori signo honorandos docerēt. Sed ut scriptis dixi, Lex domini est spiritalis, immaculata, cōuertens animas, ac interiorem institutiōis hominē. Ideo cor primum obligat & requirit. Quare pcedamus secundum hunc duplicem sensum, scilicet literæ & spiritus.

Honor parentum spiritalis, est exhibitio cordis, & reuerentiā promptæ uoluntatis. In quo includuntur duo.

Primo, prompta obedientia ac uoluntas ad omnia, quæ uolunt parentes.

Secundo, digna æstimatio & opinio parentū. Honor enim cordis est magna pietas, & maior q̄ charitas in proximum, quia charitas solūmodo diligit prompta seruire proximo, & preciosum eum existimans. Ideo istud præceptū statim post præcepta primæ tabulæ ponitur, quia est de illis, qui sunt uicarij dei, quare sicut deus colendus est honore & timore, ita & uicarius eius. Patet itaq; quod qui spiritaliter honorat parentes, exhibet eis primo promptam obedientiam & uoluntatē. Ac per hoc nō solum succurrit eis in necessarijs, sed etiam in omnibus obedit eorum beneplacitis. Et qui tale cor suis parentibus nō exhibet, sciat se non implere hoc præceptum: quanq̄ & nunc quoq; in ista intelligentia cæci, in nuda superficie uerborum labore plurimi. Ergo honoranda est, scilicet corde intimo, & affectu pleno, parentes tuos &c. Quomodo enim parentibus inobediens sit, qui cor eis non solum obtulit, sed & cum honore obtulit.

Secundo (quod maius est) exhibet reuerentiā (nō in litera foris, sed in spiritu intus) id est, magnificam opinionē in corde de illis habens. Et hoc potissimū in hoc præcepto cōmendat, per quod & differt (ut dixi) a charitate, qua qui libet alteri obedire & seruire iubetur Gal. v. Sed unde nascitur illa sublimis opinio de parentibus in filijs? Maxime, cum quandoq; sint pauperes, ignobiles infirmi, deformes, aut alias minus reparabiles. In ijs enim multi offenduntur, ut fastidiant, & erubescant parentes suos, dolentes, quod non de diuinitibus, potentibus, nobilibus &c. nati sunt. O cæcitas magna. His tradenda est regula.

Opinio parentum grandis sit respectu dei, & uoluntatis eius. Sic enim pius filius cogitabit. Ecce si summæ maiestatis nō fuit indignum uisum, quod talem hominem uoluit patrem meum esse, cur mihi indignū uideatur? Si deo summo placuit in illo operari, & me creare, cur mihi displiceat in illo fieri, aut factum esse? Nam quid faciunt parentes ad formationem filij: qui nec si sit masculus, foemina, oculatus, auritus, pedarus, uiuus, mortuus, albus, niger, capillatus, siue non, futurus unq̄, cogitant. Ergo officinā dei mei, artificis mei aerebor, non aduertam oculos in paupertatem, deformitatem, ignobilitatem parentum, sed in deū operatorē. Sic sic fluit reuerentiā ex deo in patres, non ex parentibus, dum altius intrat, q̄ ut sunt caro & sanguis, sed ut officina summæ maiestatis. Quis enim cōtemnet officinam principis? quod fabricatum opus odit officinam suam in qua factum est? Cum igitur deus uelit parentes honorari, & iustissima sit causa, scilicet, quia uicaria & officina dei est, solo hoc differt istud mandatum a præcedentibus, quod deus in illis honoratur ut in se ipso, in isto, ut in alio, scilicet regentibus, qui sunt sedes, officina, altare, propitiatorium eius. Hic ergo est uerus honor.

R ij Honor

Honor paritum spūalis obedientiā & uenerationē includit.

Parentū ueritatio unde nascitur in nobis.

Philos. Ergo p̄p̄m  
In deo h̄y. sub. dicit: f̄p̄m  
p̄p̄m: ip̄m. nō p̄p̄m

Parentū hor  
nor literalis  
est ex timore

Honor parentum literalis est inuito corde, & contemptore animo, sola scilicet formidine poenae, exterius signo honorare parentes. Nam qui sola formaliter poenae honorat, scilicet ne confundatur coram hominibus, uel puniatur hic, aut in futuro, tamdiu honorat, quādiu timet, & poenam cogitat. Semper autem inuitus corde contemnit, oblitus autem poenae, etiā opere foris contemnit, ut in multis exemplis probatum est, & quotidie experitur.

Parentū in fili  
lios diligētia

Dicitur est, quo modo se filij debeant habere erga parentes. Sed oportet, ut illi rursus se exhibeant parentes, ut digno nomine sint parentes, ne honor filiorum conferatur in idola, & mortua simulacra parentum. Immo forte sunt peiores aliquādo quā latrones, quia fouent carnē illorū, & interficiūt aīas eorū.

Sapienter enim fit, ut filius in patre peiorem homicidam habeat, & utilius fuerit filium a latrone occidī, quā a patre foueri. Aut cur putatis, quod pestis potius simū fecit in paruulos, nisi quia deus implet in eis, quod Sap. iij. ait: Raptus est ne malitia mutaret intellectum, aut ne fictio deciperet animam illius, propter hoc properauit illum educere de medio iniquitarū. Et infra: Condemnat enim iustus mortuos uiuos impios, & iuuentus celerius cōsummata, longam uitam iniusti &c. Sed de ijs latius postea.

Nunc ut uideamus, quid eis debeant, ut sint parentes. Apo. Ephe. vi. postquam filios iussit, ut parentes honorarent, & praecipuum illud cōmendasset, atque interpretatus fuisset, dicit: Filij obedite parentibus uestris in domino. Vtiq; uolens, ut sint non tantum in carne parentes, sicut gentes, sed in domino, & illi obediant etiam in domino. Statim de parentibus dicit: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestrōs (quod Colof. iij. exponit, Ne pusillo animo sūt) sed educate illos in disciplina & correptione domini.

Cauent in  
primis parē  
tes, ne nimia  
seueritate fili  
os suos pusil  
lanimes & ti  
midos redi  
dant.

Ex amore ca  
stigent filij.

Primum, quod eis impendi uoluit, ad animum scilicet pertinens (nihil enim de corpore eorum praedicauit) ut non prouocent eos ad iram & deiectionem, hoc est contra eos, qui furiose regunt filios, & domus animus adhuc mollis est, in totum timorem & pusillanimitatem uertitur, ita ut odio parentum tandem ad fugiant, & faciāt, quae alias nunquam fecissent. Quae enim spes hominis, qui diffidentia in parentes & odio, de illis desperat. Non enim uult Apostolus, ut filij non offendantur, aut uerberentur, sed ex amore castigentur, non ut illi furiosum animum expleant, nihil solliciti quomodo emendent filiorum errorē. Facilius enim pusillo animo, ad omnia inutilis & desperatus efficitur, timidus omnia agere & aggredi. Et quod petus, quod talis timiditas, teneris annis imbibita, uix unquam postea eradicabitur, quia enim ad omne uerbum parentum didicerūt terri, ideo postea etiam ad folium arboris timent sonantis. Sed & illae nutriculae, quae pueris illudunt terribilibus formis & gestibus, praecipue de nocte sunt compescendae. Omni studio puer est formandus ad timorem bonum, ut timeat quae timenda sunt, non autem ad esse timidum, sicut parētibus quibusdam satis est, si timidus tantummodo habeat, quod est nocentissimū partem peccati.

Hoc pro declinatione ad sinistram, nunc ne etiam in alteram partem peccetur, dicit Secundo: Sed educate eos in disciplina & correptione domini, id est, docete eos docenda, & corripite non seruantes ea. Vtrumque illis, necessarium, & eruditio eorum, quae ignorant de deo, & correptio, si cognita non sequantur. Vide itaque ut ante omnia filios uelis institui in spiritualibus, ut prius deo tradantur, quā mundi negocijs. Et heu quae ista nunc sunt omnia peruersa. Nec mirū quando nec parentes ipsi sunt eruditi, aut correptione probati. Fuit autē una spes reliqua in scholarum magistris, ut saltem ibi sub literis erudirentur in pie-

tate

tate, sed & hæc perijt. Omnes gentes, præsertim Iudæi, diligentius instituant pueros suos, q̄ Christiani. Ideo & ecclesia pessime habet, quia tota eius uis cõsistit in succelloribus, qui in prima ætate negligunt, sicut hortus in uerno tpe

Igitur in eruditione domini sunt educandi. Est autem eruditio domini, qua docentur cognoscere dominum Iesum Christum, insigere eis recenti memoria, quomodo ipse pro nobis passus sit, ac quæ fecit, quæ promissit, sic ut filijs Israel præceptum fuit, ut nota facerent filijs suis, ut cognoscat generatio altera mirabilia, quæ fecit cum patribus eorum in Aegypto. Et hoc cognito, si non discant amare dominum, & gratias agere, & orare, & sequi Christum, adhibetur correctio domini, id est, terror iudicij dei, & minationes iræ dei super malos. Hoc enim qui ab incunte ætate didicerit, scilicet beneficia dei & promissa unde diligit, deinde plagas & comminationes, unde timeat dominum, facile hæc tenebit factus maior. Nam in ijs duobus uult dominus colit, amari, ut pater ex beneficijs præteritis, presentibus, & futuris: Timeri ut iudex, ex plagis præteritis, presentibus, & futuris: sicut dicit: Si ego sum pater, ubi est amor meus: si sum dominus, ubi est timor meus: Sic ergo discant filij domino cantare misericordiam & iudicium. Hæc duo enim Apostolos intendit, quando dicit, in eruditione & correptione domini. Ad eruditionem pertinet ut dicas ei, quomodo deus omnia creauit, ei sensum, uitam, animam dedit, quotidie omnibus bonis inuenit, quæ creauit, pro eo passus est, & mirabilia fecit, prædicauit, adhuc maiora promissit, ut pro his gratias sit deo, & patrem agnoscat, ac diligat. Ad correptionem pertinet ut ei dicas, quantis olim plagis percusserit Aegyptios, gentes, Sodomitas, filios Israel, denique omnes in Adam. Item quor adhuc ante oculos percutit peste, patibulo, gladio, aqua, igne, bestijs, morbis, & quanta comminatur in futuro, in geenna cum diabolis. Et uult hæc potius adhiberi, q̄ correptiones hominum, id est, proprias. Non sine causa, scilicet ut discant semper sursum ad deum aspiciere, & non homines, sed deum timere. Ne si parentum rugas timeant, tandem etiam in ijs, quæ dei sunt, homines timeant, hoc est, ne pusillo animo fiant. Hoc enim agendum est cum filijs, nõ ut parentes timeant, sed deum offendere se sciant, si parentes non timeant. sic enim non fient pusillo animo, quia ubi parentes etiam proprios, non nisi deum timendo, timere didicerint, postea etiam in aduersis & prosperis nõ a deo recedant, timore uel amore quocumq̄.

Quod autem gratum sit hoc deo sacrificiũ in filijs erudiendis, patet in Gen. ubi dominus Abraam non potuit celare, quod facturus erat, sola de causa motus, dicit: Scio enim quod docturus est filios suos, ut timeant dominum. Ecce quomodo correptionem domini super Sodomam dicit profuturam per Abraham in educatione filiorũ, ad timorem eorum. Similiter Ionadab pater Rechabitarum eximie laudatur, & in filijs benedicatur, quia eos pie & religiose educabat in timore domini. Sic Thobias, loachim, uxor Susanna educati sunt.

Ecce Heli, i. Regum. iij. quid meruit, filios suos negligendo, ibidem patet. Item, quid ille puer quinqueennis apud beatam Gregorium?

Et uere iustissimi sumus. Ecce in proprijs filijs possunt mereri, uel uitam, uel mortem, & non aduersũ. Nam quid prodest, si tua culpa malos filios educas, etiam si tu sis in te ipso irreprehensibilis?

Multi alienis studijs deo seruire præpostere nituntur, scianando, uestes portando asperas, & alijs affectatis obseruantijs. Et hæc domesticam pietatem ceteri non minus transseunt, q̄ olim Iudæi, relicto templo dei, in excelsis immolabant.

R ij bant.

Eruditio dicitur  
instilleretur pater  
erit & correptione.

Eruditio pertinet ad timorem

ad eruditionem

ad correptionem

ad timorem

bant. Primum erat attendere, quid dominus a te requirat, cuius officij tibi onus imposuit, ut Apostolus ait, in qua uocatione uocatus quilibet sit. Hoc enim ad te omnes indulgentias, orationes, ecclesiarum uisitationes, uota quaecumque, curandum fuit & agendum.

Dictum fuit, quomodo parentes se gerere erga filios debent, ut digno nomine parentes uocentur, ne ex patribus fiant perdentes, & perentes simul cum filijs. Videamus igitur qui sunt isti perdentes, ac perditores filiorum. Primum scilicet, qui omittunt, & scienter sinunt eos crescere sine eruditione & correptione domini: quamquam nullo malo exemplo noceant, tamen permissione eos perdunt: ut qui nimis carnaliter eos diligunt, ac tenere solum dicentes, patres sunt, non intelligunt quid faciunt. Et uerum dicunt, sed nec canis, nec equus, nec mulus intelligunt quid faciunt. Ac uide, quomodo discunt ire, uenire, ferre, qui, facere, omittunt, quae non intelligunt. Sed nec lapis, nec lignum intelligit, quae sit inepta res ad domum, sed formatur ab artifice, & statim intelligit, quanto magis homo. Aut si aliorum pueri intelligunt, cur tui non intelligunt? Hi ergo peccata filiorum portabunt, quia faciunt eadem, ut sint sua. An non puer ille quinquennis, de quo B. Greg. fuit non intelligens?

Secundi, Qui uerbis impudicis, & maledicis, deinde exemplis, ac gestibus malis, eos praecedunt, Sunt reperti, & utinam nusquam adhuc sint, sicut ego noui qui prostituerunt filiarum sacro uicitabant, & iustu parentum, filiae ac uxor fornicabantur. Quis dubitet, ipsi filibus pro parentibus utiliores fuisse latrones? Sunt adhuc tam stulti, quibus mire placet, si filios habent Mauortios, & percussores faciles, tanquam laude dignissimos, quod nullos timeant. Horum stultitiae praemium finale solet esse luctus & dolor, de subita filiorum occisione, & iuste. Nunc filij (ut inuentus fert feruida) prouisi sunt ad concupiscendum & irascendum, ideo cauenda exempla parentum, in uerbis & gestibus. Quidem filius discat maledici ac impudici, quam maledicere & impudice loqui.

Tertij: Qui occasionem dant filijs ad mundum diligendum, ut qui nihil sunt aliud solliciti, quam quomodo discant incedere, saltare choreas, ornari, hominibus placere, concupiscentias irritare, mundo conformari. Vbi sunt nostra aetate, qui tanta cura filijs prouident deum, quanta prouidet uelles, luxus, diuitias, honores? Et Mare hic plenum reptilium maiorum & minorum occurrit. Vide quae portenta uestium, haec licentia attulit in utroque sexu, praecipue in mulieribus: deus custodiat uiros, ne lineum pepulum porteant, quia mulieres birrha nudis capillis portant, sicut masculi, forte in uindictam, quia uiri portare ceperunt reticula capillaria, quae mulierum erant, ideo mulieres receperunt a uiribus birrha. Et quare utrumque mundus pulchre decere putat, nisi quia placet nouus mos? Sed cogita tecum, quid sit uiri caput in uolui reticulo muliebri, & mysteriorum simul, quod Apostolus tetigit, quando caput uiri non uelari uoluit.

Sed primum distinguamus. Aut ornatus eiusmodi sit uolentibus maritis ac iubentibus, hic possunt mulieres certe excusari, si tamen inuite faciunt, solum ut placeant uiris, uiris inquam sensatis & habentibus, ut S. Cecilia foris in aurea ueste incedebat, intus induta cilicio ad carnem. Et Anasta. similiter. Item Hester olim in Vere. lege. Quin S. Augusti. grauius arguit quandam Editham, quod abiecerat inuito uiro, uestes matronales, & habitum uidualem sumpserrat. His ergo omittis, quia uiro obediendum est in his, quae sine peccato fieri possunt: de his uideamus, quae inuitis & coactis maritis expostulant hos luxus, de quibus non me, sed primum Apostola Petrum audite, qui pastor fidelis oim constitutus

Parentes in  
dolgentiores  
filios gerunt.

Exemplum

Patero malo  
exemplo per  
dentes.

Patero ad  
uim quidam  
alunt.

Mulieres se  
ornant aliqui  
ex consensu  
uiri.

Cecilia  
Anastasia  
Hester

constitutus est, primæ Petri, iij. Similiter & mulieres uiris suis subditæ sint, ut si qui nõ credunt uerbo, per mulierũ conuersationẽ sine uerbo succurrant, con siderantes in timore sanctam cõuersationẽ uestram (spiritualiter & corde sub) sint, quod est timore seu reuerentiã subesse, ut magnifice opinentur de eis) Quæ rum nõ sit extrinsecus capillatura, aut circũdario anri, aut in dumentu uestimẽ torum cultus, sed qui absconditus est, homo cordis in incorruptibilitate, quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic em̃ aliquãdo & fan cæ mulieres, sperantes in deo ornabũt se, subiecte pprijs uiris. Sicut Sara obe diebat Abraz, dominum cum uocans; Cuius estis filie beneficientes, & non pertimentes ullam perturbationem.

Hęc uobis lectio recitatur mulieres, hoc latinũ (ut pueris) uobis proponitur discite & aduertite; Episcopus, Papa, Apostolus, pater, pastor uester, hoc dicit & seruandũ tradit. Postea & uiris quid tradat; audiamus.

Ac primum, ne quis de mulieribus in hoc præcepto non dicendũ putet, sciat quod omnis superior potestas humana hic præcipitur honorari, ut & antea dixi. Vir autem caput & dominus mulieris est, ac superior. Sicut ecõtra potestas omnis hic monetur, ut se dignam honore præster. Quare post filiorum erudit omem, immo cum eorum eruditione, recte ac proxime de coniugatis etiam in ter se dicendum est.

Vide autẽ quanta suauitate & modestia, quanta quiete & lenitate docendi procedat piissimus Apostolus; Non est turbulentus, nõ fulminat, non minas, sed leniter ac suauiter docet, ita ut uel ipsa dicendi gratia pmouere debeat ad ser uanda ea quæ docet, nedum utilitate rerũ, quas docet, ac solũ docere intendit.

Primum uult, ut mulieres sint subditæ uiris suis, cui consonat Paulus Col. iij. Mulieres uiris subditæ sint, sicut oportet in domino. Et Eph. v. Mulieres uiris suis subditæ sint sicut domino, quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesie, ipse saluator corporis eius, id est, non corruptor. Sed sic ut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus, lita autem sub iectio quid sit, satis exponit sequenter, quando cõuersationem eorum in reuerentia & timore erga uiros cõmendat utilem ad uiros saluam. Ergo subditas esse, est reuereri uirum, & honorare, in omnibus obedire. Nã ad hoc inducit exemplum Saræ, quod subdita uiro suo fuerit, quia dominũ eũ uocauerit, ac per hoc cum timuerit, ac reuerita fuerit, parata in omnibus obedire & cedere. Quod si Petrus maritis infidelibus sic subdi præcipit, quanto magis id fide libus præstandũ. Sicut & rursus Paulus: Vxor uirũ suũ timeat, id est, reueretã Eph. v. Contra hoc agunt cõtemptrices, contentiosæ, pertinaces in uiros suos, quæ nouissimũ uerbũ habere uolunt, aut quæ agunt sine scitu & uoluntate uirosũ, dispensantes &c. Hæc omnes huius præcepti sunt rex, quia nõ sunt subditæ suo maiori; nam Apostolus, i. Corin. xij, dicit, quod mulieres subdi uiris lex dicit, Lex quidẽ Mosi in multis locis hoc habet, sed prima est Gen. ij, præceptũ dei ad Heu; Sub potestate uiri eris, & ipse dominabitur tui, hic expressa est diffinitio domini super mulierẽ. Sicut ergo nõ licet filio cõtra patrem, seruo contra dominum, populo contra principem, aut sacerdotem cõcedere & erigi, ita nec mulieri contra uirum. Et notate hoc primum, grande enim est, & rariissime tenetur, Sic sancta Monica faciebat, & sup uiro tacuit & cessit. Alijs uero quæ a uiris uerberabantur, dicebat oportere memores cõditionis Iudæ, non superbire contra dominos suos, quando recitatis tabellis matrimonialibus intelligere debuerãt, se ancillas esse factas, Igit, aut subdita sit uxor, aut nõ nubat

Mulierũ præcepta uisita. V. in Agustinus. 354. p. 107.

Aph. suauiter docet.

Coniugatorum regulæ

Rixosæ mulieres agunt cõtra præceptum Pauli.

Sanna Agustinus. 354. p. 107.



Si non uult habere dominum desinat accipere uirum, quia sic deus in Apostolis & scriptura sua praecipit, & ordinat.

## COROLLARIUM.

Viri morosum lenitate uincant.

Quaecumque habet morosum uirum, non praesumat par pari, uim ut repellere, sed moribus contrarijs ac placidis mutare. Sic enim hic docet Apostolus, ut ad fidem conuertantur uiri per bonam conuersationem mulierum. Quod autem de fide, hoc de quolibet alio minore bono faciendum est. Sic & Paulus, j. Cor. vii. Sanctificatus enim est uir infidelis per mulierem fidelem. Malum enim malo non uincitur, sed augetur & roboratur, uincitur autem bono.

Secundum, quod ornatus earum non sit in exteriori capillatura, aut auro, aut indumentis. At iste nunc est potissimum ornatus Christianarum mulierum, & usque ad nostra perductus hodie, quod dicit Apostolus: iste exterius cultus sit gentium mulierum, Christianae alio ornentur. Quis autem potest in tanto abusu tacere? Primum, Scio aliquot mulieres (nam non sunt omnes stultae illius uanitatis cupidae) quae coguntur inuitae se ornare istis cultibus, ac mire fastidiunt sicut Hester regina, sicut S. Elizabeth regina: Et frequenter illae sunt tales, quae abundant ut possint ornari. Illae enim magis cupiunt, quae non possunt: Sicut non nobiles, & ciues, quo sunt egentiores suis auis, eo sunt in cultu effusiores. De istis itaque dicamus.

Ornatus mulieris (specuo filius, a uero & magis strabus per mittitur.

Sancta Agatha cum esset ex nobili genere, non tantum in uelo sicut mulier incessit, sed etiam in seruili ueste, & de hoc reprehensa gloriabatur sese ancillam Christi, ut patet in eius legenda. Ac primum, nescio magis ne maritus an uxor res arguam, aut certe magistratum ciuitatis, quod mulieribus talia permittant quibus extenuentur eorum res scienter ac uolenter. Cur enim ille non ponit leges, ut alibi sit: aut cur maritus uxorem non compefcit, cum sit dominus eius? Aut si hoc sustinet uolens, quid miratur exactiorem principum? Et uidere, nisi mutaueritis, non cessabit, sed crescet exactio, de quo uos uolo certificare, quia ista finita, ueniet maior alia, quia sic prouocastis deum & prouocatis. Non ne debet pudescere honesta matrona, quod tanti precij habet uela, & calyptra, ut modesto ciui ad integram rem familiarem sufficeret. Quid dicam de tunicis & sumptuosissimis abutibus sericorum, purpurarum, auri, & argenti: Et sane mitius damnum est, quod in fibulas, catenas, & annulos uertitur argenteos, quod in aereas ditas, reticula, limbras, texturas, plumaria, ac polymita sit ex serico. Haec enim usui consumuntur, illa permanent utilibilia, & si nondum utilia. Sed quid de illis nouis, nescio an quae sitis, an damni magistris, qui ad plananda uela & caetera linea, rotarum sumptuosas machinas aedificant, ut. xvij. xx. florenos consent uela, xl. uel. l. constet machina planatoria: potuit fulmen rotas sanctae Catharinae paratas perdere, & non potest & has uanissimas ac mundanissimas machinas tangere: Sed haec omnia sunt signa, quod interior cultus displicet, qui non ita displiceret, si exterior non ita placeret: facile conuenit honesta matrona externum cultum, quae studiosa est interni cultus: neque possunt uterque ex aequo curari.

Rediit itaque tempus Synagogae, quod Esaias cap. lvi. describit, dicens: Pro eo quod filiae Sion eleuatae sunt, & ambulabant extento collo, & nubibus ocioso ibant, & plaudebant, & ambulabant pedibus suis, & composito gressu incedebant, decaluaabit dominus uertice filiarum Sion, & dominus erit earum denudabit in die illa auferet dominus ornamentos calciametorum, & funulas, & torques, & armillas, & mitras, & discriminalia, & discalides, & murenas, & ostia

& olia, lionola, & inanes, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mu-  
 tatoria, & palliola, & lintheamina, & acus, & specula, & syndones, & uitas, &  
 theriftra. Et erit pro suauo odore fetor, & pro zona funiculus, & pro crispata cri-  
 ne caluitium, & pro fascia pectorali ciliatum &c. Ecce quot & quanta mulieris  
 luxus congregauit. xxi. ornamenta mulieri non satis sunt. Quis non horreat  
 uxorem ducere? nonne optimo uocabulo tam Graeci q̄ Latini, ornatum mu-  
 liebrem appellant mundum? quia uelut cōgeries rerum, ita illa mundi quen-  
 dam constituit. Lege etiam Theophrastum, B. Hierony. contra Iouinianū,  
 & Plautum in Aulularia, & uidebis quod mulieri, si licentia detur, infinita cu-  
 piditas est ornatus, ideo non explenda, sed praecidenda omnibus uiribus. Et  
 quidam it̄ honesta Matrona, aut uirgo, ut tanto studio cupiat meretricibus con-  
 formari? aut quid queris ornatu tanto, ut irites animos alienorum uirorum?  
 An significas, quia inuitam habes castitatem? An meretrix optas fieri? Quid  
 queris alij placere q̄ uiro tuo? Quis non habeat suspēctum hoc uorum placen-  
 di? Mulier satis abunde placet, si ita est ornata, quod uiro placet, huic enim so-  
 li debet placere, huic data est & subiecta. Similiter & uirgines, cur stulte cupi-  
 unt placere iuuenibus? An non cogitas, quod terret ducere te, si cogitet quod  
 tanto sumptu te cogatur ductam ornare? Si uis iuuenem amore capere, audi  
 utilissimum consilium: Esto pudica, paucis ornata, paucis uerbis loquens, nec  
 oculos aliquando in faciem eius iacens. Maximus cultus uirginis & mulieris  
 est pudica uerecundia: haec enim prouocat & capit animos uirorum, super om-  
 nem ornatum. Insuper neq̄ stabile facit matrimonium, ubi amor carnis, or-  
 natu excitatus, cito fastidire facit nuptias: quia non moribus bonis, sed futili  
 nixus est ornatus. Sic fac, & uirum acquires (etiam deo benedicente) citius, q̄  
 dissolutissimae illae uoragines rerum, lupis & meretricibus simillimae, de quib-  
 us Psal. cxliij. Filiae eorum compositae, circumornatae ut similitudo templi, id  
 est, praeter alijs eminenter decoratae, sicut templum praeter ceteris domibus eminet,  
 ornatur & spectatur &c.

Dicitur est, quo modo mulier se erga uirum habere debeat, ut honoret suū  
 maiorem, secundum hoc praecipuum, duplici scilicet cultu, obedientiae & reue-  
 rentiae, ut sit prompti cordis, ad eius uoluntatem agens, deinde honoret eum ex  
 corde, magnifice de eo sentiens. Si querat autē, quomodo possit uirum habe-  
 re in honore, qui sit dissormis, morosus, ac prorsus nec amore quidem dignus,  
 nedum honore. Respondeo, sicut de parentibus dixi, quod deus in illo suspi-  
 ciendus est, quia deo placuit, ut uir eius sit, & uices eius gerat, ut ait apostolus,  
 Vir imago dei est, & gloria dei, Mulier autem gloria uiri. Ideo non debet sibi  
 displicere, quod deo cernit placuisse & placere. Magna dignitas uiri, quod no-  
 men dei & officium participat, ideo honorandus est ab uxore, deus enim uir est  
 omnis ecclesiae & animae, quod sacramentū maximum, etiam causa est, cur ui-  
 rum honorare debeat mulier, timere, & audire. Auerte ergo oculum a carne,  
 & deum in uiro agnosce, & cole, & facile erit honorare eum.

At contra, ut uiri etiam se praebant dignos uiri & maioris nomine, nunc  
 dicendum est. Sequitur ergo B. Petrus ubi supra: Viri similiter cohabitete secun-  
 dum scientiam, quasi in simiori uasculo imparientes honore, tanq̄ etiam cohae-  
 redes gratiae uitae, nō impediant orationes uestrae.

Primum docet uiros, ut non simpliciter cohabitent mulieribus, sed secundū  
 scientiam, id est, non secundum passionem & sensum tantummodo, uoluptatis  
 causa, nihil discernens, inter uxorem & meretricem, nam sic & bestiae coha-  
 bitant

Mundus mu-  
 liebris, quia  
 multas res re-  
 quirit.

Uerecundia  
 pudica ornas  
 tura mulieris.

Maritus dei  
 formis amā-  
 dus propter  
 deum.

Viri erga u-  
 xores sic se  
 gerant.

bitant, & gentes. Erudit itaq; oculū uiri, quo uxorem inspicere debet, nempe non oculo concupiscentiae, sed scientiae & cogitationis: Qua scientia duo iubet scire & agnoscere uirum in uxore. Primum, inquit, quali infirmiori uasculo, Secundum, tanq; cohaeredes eis sint mulieres. Et sic seipsum exponit, quid uelit per cohabitationem secundum scientiam intelligi, scilicet ut uir agnoscens uxorem, & infirmius uasculum, & tamē cohaeredem gratiae habeat eam in honore, & non in passione desyderij. Declaremus autem latius.

Scire debetis uiri, quod mulier sit infirmius uasculum q̄ uir, ideo secundum hanc scientiā eis cohabitētis. Uasculum uocat, & quo ad corpus, & quo ad animam, nam & uir eodē modo uasculū est, sed firmius. Mulier em̄ sicut est mollioris corporis, ita & animi, ideo ei impatiendus est honor a uiris firmioribus. Uasculum omnes dicimur propter animā in corpore, ut in uase morantem.

Honor uasculi, castus amor cōiugij.

Est autem iste honor uasculi, honor corpori muliebri impartitur, qui nihil est aliud, nisi casto amore uxorem diligere, ut. i. Thes. iij. Vt sciat unusquisq; uestruū, uas suū possidere in sanctificatione & honore, nō in passione desyderij sicut & gentes, quae ignorant deum: hoc est, abstinentium ab uxore est, & non est satisfaciendum cōcupiscentiis: Sanctificatio enim illa est castitas. Sed Apostolus haec docens, per obliquū etiam uxores uiris cōmendare uolens, ut patientiam cum ipsis habeant, uelut ep̄theco breuissimo patientiam uirorum tangit, dicens, infirmiori uasculo muliebri, q. d. Mulier est, infirma est, uasculū est, habens animam nobilissimam. Haec igitur scientes impertite eis honore propter eas, tum etiam propter uos, ne impediatur orationes uestrae. Passiones enim concupiscentiae, quae sunt orare, immo aliquod honestū agere: Cū oratio maxime requirat animum abstractum a passionib; carnis. Sed cum sit infirmius uas mulier, etiam ferenda est, & dissimulanda eius culpa, & non exacte semp̄ puniēda pro rebus leuibus, sicut aliqui uiri nimis tempeiuosi facillima causa tragediam agunt. Sicut Psal. dicit domino: Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Ita impossibile est in re familiari, durare pacem inter uirum & mulierem, si alter alteri nihil condonet ac dissimulet, sed omnia ad unguem obseruet. Quis enim non offendit aliquando? Ideo dissimulanda sunt multa, ignoranda plurima, ut pacis ratio possit cōstare. Igitur uirum moueat ad uxorem caste seruandam, quod est infirmius uasculū propter corpus, scilicet cet mollius, & animū molliorem; deinde magis, quia est cohaeres tantae gratiae. Tertio maxime ne & uiro; salus ipsa impediatur, uide efficax p̄suasio & uehementis

In re familiarum multa condonanda, nō nulla dissimulanda.

Similiter Apost. Paulus Ephe. v. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam. Et unusquisq; uxorem suam sicut seipsum diligit: Uxor autem timeat uirum suum, id est, honoret ac reueretur. Pulchre distinxit, uir diligit, uxor timeat, utrumq; caste, castus amor descendat, castus timor ascendat hunc inferiori superiori, illum superior inferiori debet. Et Col. iij. dicit, Viri diligite uxores uestras, & nolite esse amari ad illas; hoc est, quod supra dixi, ne nimis exquirant & obseruent materiam obiurgandi.

Vxor timeat uirum.

Quomodo ergo Christus dilexit ecclesiam? utiq; spiritualiter, cum non inueniret quod amaret, sed quod odiret in illa, tamen tradidit semetipsum pro ea sanctificans illā &c. Ita uir si inueniat in uxore minus amabile, oportet ut ipse mutetur, & tradat se, id est, resignat suum desyderium, quod non implet propter defectum uxoris, ut sic tantummodo ea in illa aspiciat, quae amabilia sūt, & sic mundet eam sibi ipsi, ut exhibeat eam sibi absq; ruga. Quod non fit, nisi, ut dixi, in bono uicerit malum, & discat diligere eam nō diligibilia, ut sicut diligibilia

Marius.

diligibilia, uel ipsis mutatis, uel ipso. Nam cum omnes res, sint indifferentes, possunt tum diligi, tum odiri, secundum quod mutatur animus: ut honor mundi idem manens, diligitur & oditur ab eodem homine aucto & conuerso. Et iste est modus optimus mutationis, ubi non res & obiectum, sed potentia mutatur, hoc enim est stabile. Christianorum est hæc mutatio, & dextera excelsi, sed mundanorum est solum querere mutationem obiectorum.

Satis de isto. Nunc de familia.

Honora patrem & matrem, quod sub patre etiam intelligatur dominus dominus, patet ex. iij. Regū. v. ubi serui Naaman uocauerūt cum patrem. Inde denique est nomen paterfamilias. Quare honorandi sunt seruis sui domini, eadē expositione, qua supra, scilicet honore spirituali intus prompte eis obediendo & sublimiter de illis sentiendo propter dominum, cuius & nomen & officium in illis lucere uident, cuius & uoluntas hoc uult, ut. j. Pet. ij. Serui subditi sitis, (ecce obedientia) in omni timore (ecce reuerentia) dominis: non tantū bonis & modestis, sed etiam discolis, id est, difficultibus, prauis, morosis, obliquis, tortuosis &c. Quanquā hic Apostolus de seruis proprie loquitur, non conuulsiōis, tamen eosdem tangit idem mandatum. Igitur serui qui res dominorum suorum fraudant stultiose ac uiolenter, non secus q̄ fures, repotandi sunt, & tenentur ad reclusionem, quia mercenarij sunt, ut sint fideles. At nunc tota que rela totius mundi est contra familiam. Ideo hoc præceptū eis diligentissime est notandum, quia hoc non est honorare dominos, appellare eos dominos, sed ex corde obedire & timere. Et pulchre isto uerbo Apostolus cōsolatur familiam, que de dominis suis queritur, quod sunt mali seu discoli, id est, difficiles, dicens: Hæc est enim gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitiam patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes colaphizamini, & tūc suffertis: Et Paulus Coloss. ij. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculū seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes dominum: quodcumq; facitis, ex animo operamini, sicut domino & nō hominibus: scientes, quod a domino accipietis retributionem hereditatis, domino Christo enim seruitis. Ecce q̄ pulchre dicit Apostolus hoc præceptum in spiritualem intelligentiam, quod ex corde honorandi sunt dominis: quia nō illis, sed domino seruitur in illis. Si ego hæc tam expresse dicerem, nemo crederet. Sed sequitur quoq; consolatio eorum, sicut & Petrus fecit, dicens: Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniure gessit (ecce patientiam eorum format) & non est acceptio personarū apud deum, id est, non uos turbet, quod illi sunt domini, uos serui. Idem est apud deum, qui bene uel male operat, accipiet. Eadem Eph. vj. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis uestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi (id est, quia Christo seruitis) facientes uoluntatem dei ex animo, cū bona uoluntate seruicētes, sicut domino & nō hominibus (in hoc enim non hominū, sed dei uoluntatē facitis, & deo seruitis) Sciētes quoniam unusquisq; quodcūq; fecerit bonum, hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber. Et Tit. secundo, seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, nō contradicētes, nō fraudantes, sed omnem fidem bonā ostēdentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus.

Contra, dominos oportet etiam se non tyrannos exhibere, quia ut supra dictum est, impossibile est, ut seruus non aliquando obmittat aut cōmittat: oportet multa dissimulare in bono seruo, Nam si illi debent obedientiam & reuerentiam

Serui dños honorant.

1. p. 1. 2.  
Serui fraudant.

coloss. 3.

Seruoū consolatio, quia mercedem a dño suscipiūt.

Ep. Ser. 6.

Tit. 2.

Dñi nō sint tyranni.

rentiam

rentiam, utiq; domini etiã debent clementiã & benevolentiã. Vnde Ephie. vi. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas. Scientes quia & uelut dominus est in cœlis, & non est personarum acceptio apud deum. Quis enim potest seruire ei, qui ad omnẽ auditũ increpat, iurgat, totusq; turbulentus est.

Mercenarij  
malis.

Hos sequuntur & alij mercenarij & operarij, ut manuales murarij, fabri lignarij, & similis generis, de quibus & fraude eorũ ubiq; grandis est questio; multo precio conducunt, pigre operantur, & maiore parte fraudant dominos quibus seruiunt; & heu nullam conscientiam sentiunt in hoc ipso, quasi non manifeste sint latrones & fures alienæ rei, quam iniuste accipiunt, dum non satis laborum pro eã faciunt.

Magistratibus nõ obloquendum.

Nouissime huc pertinent episcopi, & principes, plebani, & senatus, utriq; scilicet dominiũ: qui sunt q̄ maxime timendi, quia gladium domini portãt, quibus cauendum est, ne obloquatur ullus, quia lex dicit: Principi populi tui ne maledicas. Et iterum; Dñs tuis nõ detrahas. Et heu nullis Iberius detrahit q̄ illis; Nullus timor est dei in illis presidentis. Omnis em̄ potestas a deo est, & licet exactionem & premãt rusticos, aut ciues suos, aut sacerdotes, tamen sunt ferendi, non secus ac manus domini prementis peccata nostra, & demerita. His quia præ potentia non possunt nocere in operibus, nocent in uerbis idẽo lex præcipit, ne detrahat eorum, neq; male dicat. Hoc est enim iudicare suũ superius, quod omnino repugnat ordini. At quo illorũ uita magis est in luce, eo magis iudicatur & reprehenditur, sed minus catholice, immo orthodoxe.

Concludamus.

Iudæi hoc præceptum irritum fecerunt, quando pro sua auaritia docebant; Manus quod per me tibi prodest, id est, si obtulerò illud pro te deo, erit utilius q̄ si tibi dederò. Quãuis & nunc illa stultitia passim regnet, agente eadem auaritia sacerdotum, ut plus tribuant ad mortuos lapides & ligna, & paratiore animo, q̄ proprijs parentibus, ac proximis uiuentibus. Quare (ut dixi sæpius) ne cum Iudæorũ uanissima hypocrisis, legem dei oblit, arguamur. Primũ honoremus dei præceptum, & sic honoremus, ut spiritualiter illud operemur, & intelligamus. Hoc est, ut ante omnia illis externis bonis, seu corporis, seu rerum, quia deus illorum non eget, nec ullum uerbum de ijs sibi cõferendis, in primis præceptis posuit, ut dicit apud Hier. vii. paratibus obsequamur, si egeant, deinde propinquis, postea pauperibus & egenis. Tandem quibuscuq; opus fuerit, mutuo uel gratis demus, proximis & fidelibus. Et non sic, ut illis prætermittis (ut nũc furor regnat) templa, imagines, uela, uasa, in illis sumptuose comparemus. Hæc sint nouissima & modica, quia non necessaria. Necessaria enim curamus, quia superflua struimus. Nõ enim necesse est ut superfluis studeamus, cum tot sint necessaria ad salutem, ut nemo sufficiat ea perficere. Alioquin si illa sunt necessaria ad salutem, ubi pauperes saluabuntur, qui hæc non habent: Sed nunc miserrimo tempore ita illis instatur, tanq̄ hæc sint & necessaria & sola ad cultum dei pertinentia, cum ad hominum consolationem data sint, & deus non eget, sed homo illorum, & non dantur hominibus, sed deo, mira cecitate. Et sunt qui dicant; Scimus quod non eget deus illis: sed non respondent, si dixeris eis; Cur ergo das illa deo non cupienti, & subtrahis eadem fratri indigenti, contra uoluntatem dei præcipientis? Et tantum de illo præcepto quarto.

Auaritia sacerdotũ pietatem oppugnat.  
Christiana doctrina.

Templa nimis ornantur.

Hæc  
3. et 4. hæc sunt episcopi  
& clerici

Hæc  
1. hæc sunt ad gloriam  
et uita

Præceptum





Opa euangelij  
in ab interiori  
dicitur ab  
exteriori ope  
ra hominum

Pharisaica  
opa facinus  
nos.

opera euangelij non nominantur secundū suum exterius, sed secundum sub interiorius. Ideo sunt opera abscondita, licet foris luceant, uoluntas tamen later. Eadem causa etiam uideantur opera dei, quia sunt opera gratiae & spiritus, cum homo ex se non habeat uoluntatem istam, ac per hoc nec opera ipsa. De istis ergo operibus in scriptura frequens est mentio. Et opera hominum acriter arguuntur quod sunt similia quidem ueris, sed uera non sunt, quia sine uoluntate gratuita sunt, sed semper habent uel timorem poenae, uel amorem cōmodi pro fine. Taliter enim iudaei uiuebant & docebant, ut dixi. Nam cum Christū ad Pilatū ducerent, nolebant eum interficere, ne peccarent, sed tradiderunt eum ad occisorem. Sic Saul quoque de Dauid, Non sit manus mea in illum, & tradidit illum in manus Philistinorum, quasi ideo esset innocens; quia non manu occideret, sed corde.

Quocirca Christus Matth. v. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribae & pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Et quare hoc? quia accipiebant legem secundum dicta & sonum syllabarum, id est, non secundum intentionem legislatoris. Ideo dicit, Audistis, quia dictum est antiquis, q. d. dictum, sed non intellectum; uerba tantum audierunt, intellectum autem non cognouerunt, ideo secundum litteram uixerunt, & hoc totum, quia fuerunt antiqui, carnales, Adamite, terreni. Ego autē dico uobis, quibus uobis utique non antiquis sed nouis caelestibus, Christianis, spiritualibus, spiritualiter dico. Igitur audiamus, quomodo Christus hanc legem spiritualiter exponit. Et uidebimus quot genera contra hoc mandatum peccent.

Primi itaque sunt, qui irascuntur in effectu, qui occidunt ad litteram & in opere: de quibus dicit, Qui autem occiderit, reus erit iudicio, uel potius, reus erit iudicij, aut iudicio, in dādi casu, pro eo quod est obnoxius iudicio. Hoc facile omnes intelligunt, nisi quod sub opere illo comprehenditur omnes qui horitati sunt consilium, auxilium, aut quocumque alio modo causam mortis dederunt, aut locum & participes fuerunt.

Occidentes  
in uerbo qui  
sint.

Secundi sunt, qui irascuntur in uerbo, de quibus dicit: Omnis qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennae ignis. In uerbo autem fatue, intelliguntur omnes maledictiones; contumeliae, blasphemiae, quae procedunt ex ira deliberata. Tales enim & si opere non occidunt, tamen uerbis ea super ipsum dicunt: quae si fierent, utique ille moreretur. Quomodo enim uiueret, si diabolus auferret, si pestilentia occideret, si fulmen percuteret; immo aliquando usque ad animae mortem maledicunt, dicentes, ut absorbeat te ignis inferni. Assumit autē Christus uerbum modestius, scilicet fatue, ut intelligamus quid sit de illis, qui durius maledicunt, & hoc ex ira plena, & quae optet interitum illius, quem maledicit.

Irascetes in  
signo.

Tertij sunt, qui irascuntur in signo, de quibus dicit: Omnis qui dicit fratri suo, racha, reus erit concilio, in quo intelliguntur omnia signa alia, quae ex eadem ira mortali, procedunt, ut sunt auerti facie, tacere salutationem, aut responsum, gratulatorijs uerbis mali eius protestari, & indignandis propter ea eius prosequi de quo philosophus. ij. Ethic. fecit uirtutem Nemesim. Nam hoc signum leuissimū Christi ponit, ut iudicandū relinqueret de prioribus, immo quia patet & uerecunde exprimit spiritus mala hominū, sed profunde uult intelligi. Racha certe, si meo iudicio sentire liceat, etiam usitatu uidetur apud omnes linguas, nisi & nos cum indignamur, fragore quodam gutturis proferimus, uelut caninū arch seu rachi. Talem enim fragorem & asperitatem gutturis; puta dominū significare uoluisse per dictionē istam, & hoc esse quod alij interfectionē indignantis exponunt

ponunt. Non est enim alia interiectio indignantis & quidem uehemētior, rachi seu rari, ut notū est. Talis itaq; licet nec uerbo, nec opere occidat, tū id significat, quo cupit eū non esse, ira motus, ideo occidit signo.

Quarta sunt, qui irascuntur affectū, & is gradus est causa, qua supra dicti sunt peccata; quo sine, si etiam fierent, & possent fieri, non essent peccata. Ipse enim affectus irae est caput & uita irae uerbali, signi & operis, sine quo nō essent ira, de quibus dicitur: Omnis qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. Tales em̄ licet nō occidant opere, uerbo, signo, tamen corde; de quibus Ioan. in Ca. sua. Qui odit fratrem, suū homicida est, quare: quia non fauet ei uitā, sed mortē; ideo quo ad cor, est occisor fratris coram deo.

Irascentes  
affectu.

Igitur hoc praeceptū, est profundissimū, nec ullus est qui id impleat sine gratia, cū nullus sit, quin habeat cui irascatur, si recte seipsum consideret, a hocquin falsa erit oratio dominica, quae dicitur: Sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris.

Sine gratia  
nō possumus  
hoc praeceptum  
adimplere.

Sine charitate em̄ impossibile est, ut hoc praeceptū nō transgrediat, aut em̄ diligit, aut odit homo proximi suū; licet nunc nati sint neutrales quidam, dicentes, quod potest nec diligere, nec odisse, uerū tu ne illis confidas luadeo.

Quare qui uult hoc praeceptū implere, studeat omnibus modis omnē hominē dulci effectu diligere, immo peccat a dño gratiā dilectionis. Et non sibi frustra palpet, quod neminē odiat; ualde em̄ mitis, & humilis est homo, qui hoc precepto non peccat. Quia spiritalis illa ira, quae prohibetur in isto affectu, ita profunda est, ut etiam foris non apparente signo uel uerbo, inuis uehementissimē me uiuat, de quibus Esa. x. Vae uobis, qui profunde estis corde, & quorum sunt in tenebris opera eorum.

Est autē & ira alia spiritalis & bona, quae uocatur zelus dei. Nā nisi dñs etiam uellet significare irā bonā, absolute uisisset, Omnis qui irascit, nunc dicit. Omnis qui irascitur fratri suo, ne contradicat sibi ipsi, ubi ait, Qui odit animā suā in hoc mundo &c. Quare ira & odium suū ipsius est nobilissimum, de quo alias.

20 - punit

Sufficit itaq; nobis huius praecepti ista expositio domini, praeter hoc quod & multos mouit, cur dominus hunc ordinem fecerit, ut simplicem iram iudicio, Racha concilio, sauae geennae deputarit. Nam id facile patet, quod per iudiciū, quod dicit lex, Qui autem occiderit, reus erit iudicio, intelligantur haec omnia tria in spiritu, sicut ipse dominus legem interpretatur; quod sicut sub, Non occides, comprehensa est uniuersio prohibitio irae, ita sub iudicio uniuersa poena ire. Cur ergo nunc iudiciū distinguit a concilio & geennae? Primus Lyra, sentit qd̄ textus sit transpositus, cum concilium prius uideatur q̄ poena. B. Aug. lib. j. de ser. do. dicit, quod ordo grauitatis hic ostēdit in poena, sicut & est in ordine culpe. Sed quomodo id peragatur inuisibiliter in animabus, non posse dici, itaq; relinquitur incognitū, solū hoc asserens, quod grauior, & grauior poena illis gradibus est expressa, Nam in iudicio adhuc datur defensionis locus, in concilio uero tractatur de conuictio, qua sententia sit pleūdus. In geenna uero est certa & definita damnatio rei. Per illū itaq; processum iudicium exprimitur grauitas differentium criminum, quae quo modo uindiceantur, cum id B. Aug. non exprimerit, nec posse exprimi dicat, ego quoq; desistam exprimere. Nā si dominus differentes poenas uellet illis gradibus significari, ita quod reus iudicio, nō sit reus concilio, aut geennae; sequitur quod moralis inuidia non sit rea geennae ignis, neq; maledictio, neq; detractio, quod est falsissimū. Immo sequitur, quod occidens opere, peius mereatur supplicium q̄ geennam ignis, quia peior & grauior illis tribus est, cū tamen non sit peius supplicium.

Iudiciū, con-  
cilio, geenna  
gradus poe-  
nae significat.

Quare ut meditari liceat sine temeritate omnium istorum quatuor, seu sint plures gradus occisionis, etiam in opere, quod utique verum est, quia grauius occidit, qui patrem & matrem aut uxorem occidit, quam alium hominem: una est poena, scilicet aeterna damnatio, & geenna ignis, sed differentibus gradibus inferenda. Quod significatur illis ordinibus graduum. Nam sicut remotior est a poena, & tardius ad eam uenit, qui iudicio tantum subicitur in temporalibus: ita tardius, id est minus intense ac leuius ponitur in inferno, qui solum iratus fuit. Nam quod in tempore est tarditas aut celeritas, hoc in aeternis est intensio, aut remissio: immo tarditas & celeritas in corporalibus proueniunt ex intensioe & remissione spiritualium, ut patet in feruidis & ignauis animalibus, quae multa breui, & modica longo tempore perficiunt. Segnis enim anima, modica agit, ubi intensa facit plurima. Ita sicut qui concilio reus est, propter est malo suo, quam qui iudicio, & tamen remotior, quam qui geennae, ita intensius in illa puniatur hic quam ille. Reus uero geennae sine mora est id est, intense nimis puniatur, & non remisse. Qui uero occidit & peius quam occidit utique intensissime puniatur. Haec ita dixerim, ut nihil affirmauerim.

Dei sunt quidam occulte superbi, qui secure sibi persuadent sese non esse reos huius praecipii, quia non occidunt, non irascuntur, nec cõsenti sibi sunt odij: quod potest fieri & uerum esse, sed non in hoc sese iustificatos putare debent, & hoc praecipuum penitus euacuasse ac impleisse. Quia lex immaculata, & igne examinata, ac septuplum purgata, Ideo non ante se quis gloriatur non peccare in ira contra fratrem, quam se lenserit ita mitè, & pacatum, ut si auferatur ei etiam omnia eum uita, non uelit irasci contra auferentem, ac non irascatur cum fuerit ita factus. O quam grande & profundum est uerbum hoc. Facile est non irasci pacificis, & his qui non laedunt, hoc & gentes, hoc & bestiae quoque faciunt, & bestiae etiam immaturores. Quae egregia ergo est factantia iustitiae, quod non irasceris pacificis, scilicet et usque ad serpentum & leonum peruenisti mansuetudinem. Verum si auertat tibi pecunia, domus, pater, mater, frater, soror, filius, ager, corporis membrum, & ipsa uita, hic uide si possis, non solum non irasci, sed etiam gaudere, & benedicere deo, ac benefacere haec facientibus. Si haec potes, gratias age, quia gratiam dei habes. Si non posse te inuenieris, intellige radicalem illam iram, ipsam spiritualem occidendi uoluntatem intus latentem. Hanc enim lex prohibet & expugnat ideo gratia hic opus est, quam sic cognita impossibilitas per legem cogit quare re. Dicis itaque mihi, ita ne purum esse oportet hominem, ut ne uelit irasci quidem in omnibus malis sibi illatis: Respondeo, ita purum utique, quia nihil iniquitatum intrabit in regnum caelorum. Quia deum enim ista manet uoluntas in nobis, quae data occasione ruit in iram, sumus immundi. Oportet ergo ita modum fieri, ut non solum, sicut dixi, non irascatur, sed etiam benedicat maledicentibus, bene faciat persequentibus, gratias agat deo in aduersis, & optet plus aduersitates, ut solum peccatum odiat, & non poenam, secundum illud: Benedicite lux & tenebrae dominum. Et, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Ideo quod Iudaeorum sancti tales non essent, dictum est de eis Psal. viij. Desiruas inimicum & defensorẽ. Ideo dixi, quod lex est spiritualis, qui enim aliter hoc praecipuum intelligit, Iudaice & literaliter intelligit, & non abundat iustitia eius a iustitia pharisaeorum.

*Ira sci, ne uelit quidem de beatus.*

*Oderit peccatum non poenam.*

*Legendi gradus exponuntur.*

Inde B. Augustini, lib. i. de ser. do. sex gradus colligit in hoc mandato. Primus est, laedere etiam si non sis laesus, quae est summa iniustitia. Secundus est, laedere grauius quam sis laesus, quod accedit ad legem Moysi. Tertius est, laedere tantum quantum sis laesus, huiusmodi lex Moysi processit, quae dicit, Dentem pro dente, oculum pro

Isti pro oculo. hæc enim donat aliqd, cum maiori poena dignus sit nocere, quam in nocere omni iure. Quartus est, læsus non lædas tantum, quantum sis læsus. Quintus est læsus omnino non lædere, hic appropinquat præcepto domini, sed nondum est ibi. Sextus est, læsus, paratus ut sis amplius lædi, hoc est, alterum maxillam præbere. Vide itaque, quam funditus iram extirpari uelit, ut non solum non irascatur, sed etiam oportet lædi. hic enim mundus est. Nonne qui hæc audis, cogitas illud Psalmi. Latum madatam tuam nimis? Quod si quis non læditur ab alio, necesse est, ut seipsum lædat, & irascatur sibi multis contritionibus. Ideo non est melius, nisi ut sicut præceptum est diligere proximum sicut seipsum, ita quisque odiat seipsum sicut proximum, ut sic omnia reducantur ad iustam formam.

Quocirca, uis irascibilis, quæ hoc præcepto occiditur & mortificatur, ipsa est inimica crucis Christi. Ideo quoniam ipsa est homicida, & occidit, oportet ipsam quoque non vulnerari, sed profus occidi & mortificari, & legem talionis in illa exerceri. Qui enim occidit, occidetur, occiditur autem ista lege, id est, significatur occidenda, gratia autem sola occidit eam in effectu. Quia occisa, homo sit mitis, patiens, suauis, ad quoscunque etiam paratus inimicos diligere, & eis benefacere, gauere in tribulationibus, Quæ omnia impedit impatiens illa, ac cruda, uis irascibilis, quæ heu quam pauci attendunt, securi de alijs suis bonis operibus, ignorantes quam uehementer sit spiritualis, & immaculata lex domini.

Igitur qui amat crucem, & gloriatur in cruce domini, hic est qui non occidit, non irascitur. Nam hæc est uera differentia spiritualis iræ bonæ & malæ. quod ira mala propter mala poenæ tantummodo irascatur; Bona autem solum propter mala culpæ, ideo sibi tantum displicet, & seipsum odit propter peccata, omnes alios diligit & non odit ullum propter res ablatas.

At dicitur,

Si hoc ita esset, nullus saluus fieret, uel nimis pauci. Respondeo, ideo dixi, quod tamde spiritualis est lex, & eo conandum ut sic impleatur, nec mirum quod pauci saluantur, nec tamen ideo desperandum, quia quod impossibile est nobis, deo possibile est, ut Luc. xix. Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum, hoc est quod dixi, lex recte & spiritualiter intellecta terret hominem, & cogit humilitatem ad gratiam confugere, ac de seipso desperatum, oculos in cælum leuare, & dicere: At te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis, &c. Et iterum Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Quia hic nulla est fuga huc enim oportet hominem uenire, ut sit ita mundus, siue hoc fiat in uita, siue in morte, siue in purgatorio. Noli ergo superbire, quod non pecces, si sentis te irasci pro temporalibus, quia nondum es in spiritu iustus enim Christo, sed cum Mosais in carne. Quod autem de isto præcepto dixi, de omnibus intelligendum est simili modo, quodlibet enim illorum est spirituale, immaculatum, fidele, probatum, purgatum septuplum, licet raro sic exponatur, ut Psalm. xj. de eiusmodi conuerſis. Unde quod in Græc. dicitur, Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, merito per B. Hiero. iubetur eradi, tollit enim (ut ipse ait) omnis occasio iræ in isto præcepto. Et illud additum est, quia in ueris libris non habetur.

At obijcitur. Tu de perfectis loqueris, non autem omnes damnantur imperfecti. Respondeo iterum est. Sunt gradus in isto & quolibet præcepto, ut isti quatuor a domino in euangelio isto destinati, & sex per B. Aug. ut uisum est. Primum est enim, ne occides opere, tamen præspiciendum ne etiam uerbo, ac deinde ne signo, inde nec corde. Quod si nunc mereri etiam uolueris, oportet ut etiam libenter optes aduersa, & feras cum gaudio. Scio non oportere ita

S. iij esse

Irascendum propter maiorem culpam.

Pauci saluantur.

Irascens propter liberos nondum est in spiritu iustus.

Sine causa, adiecitia parricida iuramenti.



Conandū ad  
perfectiōem  
Christiano.

esse perfectum, sed gradatim ascendendum. Verum oportet tandē perfici, & cōdere semper ad profectum, & non stare ac contentum esse in aliquo graduum praedictorum, sicut multi faciunt, peius peccantes propter non proficere, q̄ alij propter non incipere, eo quod illi superbiant de incepta iustitia.

Inde deniq̄ scriptus venit, ut pessimi peccatores, ac meretrices, compuncti sita tim ita perficiantur, ut in supremum gradum euolēt, parati omnia amittere, & sustinere cum gaudio, ubi alij multis annis laborantes, nec secundum attingunt.

Quod si dixeris, non mirum quod magni peccatores sic cōpungantur. Ecce ecce, hic te audio pharisee, tu non es magnus peccator, non es sicut ceteri hominum, inuenisti uias tuas bonas. Et caecitas nimis profunda & lata, quasi ista superbia non sis peior illis omnibus. Igitur cogitandum semper, ut non tantum ira, sed fomes ipse irae, & totus Adam occidatur, arbor cum fructibus & radicem. Ira enim uicij iustitiam dei nō operatur. Non enim praepcepta sic tantū discenda, ut scias confessionem facere, quia iste fomes non pertinet ad confessionem, sed tantummodo opera, neq̄ tollitur per confessionem, quia neq̄ per baptismum. Sed cognoscendum peccatum, & quid faciendum tibi sit, & quid a deo petendum: per legem enim cognitio peccati. Quia praepceptum dei plus te quaerit, q̄ possimus. Sed hic clamāt, ergo impossibilia praecipit & haec est blasphemia, ergo iniuste damnat. Respondetur, non, sed ideo praecipit, ut miseriatur & humiliet ad gratiam quaerendam. Qui enim solum dicit ea, ut possit confiteri, uadit presumens facere quae didicit, & peius semper ruit, nihil aliud faciens, nisi quod conscientiam auget & magnificat.

Corollarium.

Pctm̄ est non  
esse perfectū,  
sed nō oibus  
supputatur.

Quod homo non est perfectus, si / 2  
cut debet esse, peccatum est, sed / 3 alijs } imputatur,  
non imputatur.

Imputatur ijs qui stant, quia tales peccati suum non odiunt, quod est in eis, scilicet fomitem, ac per hoc diligunt, & foedus cum gentibus Canaanis inueniunt. Non imputatur eis qui studio assiduo illud expugnant, propter hunc enim seruiorem & profectum non imputatur eis, licet sit in eis: quia licet sit in eis, tamen non est in eorum uoluntate, sed contra uoluntatem in carne. Ideo nō est in eis, quod est in eis. Vnde Apostolo, dicit: Scio quod non habitat in me, id est, in carne mea bonū, habitat in eis, sicut lebusai inter filios Israel sed non regnabāt. Et Rho. vij. Nihil damnationis ijs, qui sunt in Christo Iesu qui non secundum carnem ambulant. Quare & quia qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentijs suis, Ambulant enim assidue cōtra carnem, non secundum carnem, id est, expugnant fomitem, quem illi stertentes se cure omittunt, de operibus contenti bonis.

Fomes pcti  
totus exting  
guendus.

Quid enim putas significat passio & mors Christi, nisi mortem ueteris hominis ac totius Adam: qui licet non subito occidatur, tot tamen alapis, colaphis, flagris, spinis, tandem clavis pungendus & fodiendus, donec expiret in inclinato capite. Caput est ipse fomes intima radix irae & concupiscentiae, qui non occiditur nisi multis aduersitatibus fractus, tandem quiescat mortuus.

Idem significatū est, quod olim filij Israel omnes mortui sunt in deserto, praeter Iosue & Caleph, & non nisi alia generatio intrauit terram promissionis, quae secundam circumcisionem in spiritu figurabat, ut non tantum a temporalibus, sed & a spiritualibus bonis abstineretur.

Nuns

Nunc uideamus Theologos nostros, quid de præceptis istis sentiant. Dicitur itaq; quod intentio legislatoris non fuerit, ut in charitate seruëtur, nisi quis uelit uitam ingredi, secundum illud: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Alioquin inquit nequeretur quod peccaret, qui non occideret, & hanc obmissio nem sine charitate præstaret. Ecce hæc dicunt ij, qui nobiliores in Theologis. Quid autem dicunt, nisi quod iudei etiam sapiunt & dicunt, scilicet literam & iraditionem facientes ex spiritualissimo mandato dei: Non occides enim intelligit id est, non facias opus homicidij: quod utiq; cum facile contingat obseruari, ita utim irruunt & dicunt, præceptum esse seruatum, nisi forte non in charitate; sed hoc non est peccatum, nec transgressio huius præcepti. Quid faceremus istis pharisaicis interpretibus, si non ipse dominus hoc præceptum exposuisset: prompti enim essent negare, quod in illo ira cordis etiam prohibita sit, nisi quando non irritatus, ex malicia irasceretur homo, quod tamen nescio an huc pertinere sentiant. Si ergo scirent, quod ista malignitas ite radicalis radicitus hic prohibetur, utiq; non negarent præceptum in charitate fieri iustum esse, nisi dixerint aliqui suis uiribus posse iracundiam in mititatem mutare sine gratia.

Præcepta sūt  
in charitate  
perficenda.

Non est uoluntatis  
in gratia

Secundo, illud quoq; uel somniat, uel somnare cogunt. Quod non occides &c. referatur ad tempus quietis, in quo si quis irasceretur, peccaret, quod ille nimirum uult, qui glossauit, sine causa, q. d. si fuerit non pulsatus iniuria &c. quia si non peccet, si læsus indignetur lædenti, non enim hucusq; intrat in præcepti cognitionem, ut uiderent, quonia omnia referuntur ad tempus temptationis & probationis, ut homo sibi agnoscat spiritum eorum, & carnalitatem suam, dum sentit se se rapi uiolenter ad peccandum, & non inuenit in carne sua bonum, ut gemat pro gratia sanitatis, hic enim sine gratia homo non potest iram obmittere, & impati entiam; ut patet experientia. Alioquin non doceretur homo hic alia ira ponere q̄ diabolicam, quæ est, non irritatū irasci ac nocere, quæ nullis sermone bellis inest aut q̄ paucissimis. Similiter somniant de actu diligendi deum super omnia, scilicet in tempore quietis, & non cogitant q̄ impossibile sit in tentatione & passione.

Sine est mali  
exponunt.

Hoc totum illi pulchre abscondunt, quando disputant solum de operibus præceptorum secundum faciem syllabarum, tunc enim inueniunt iudaicæ illius cæcitatatis monstra, scilicet quod gratia non est necessaria, nec intenta in præceptis, nisi conditionaliter, & hoc non propter defectum hominum, sed propter intentionem præcipientis, ut gratia fiat odiosa cunctis, dum potius uelut noua exactio imponit supra legem, & impossibiliorem faciat salutem, q̄ lex ipsa, & non sit potius adiutorium & consolatio ipsi, qui legem debent implere. Sic sic cogunt imaginari Theologi monstra ignorantia, & prodigia tenebrarum. Igitur in gratia fieri præcepta, non solum est intentio præcipientis, sed indigentia facientis. Nam uerum est, quod ille peccat, qui non occidit, existens extra gratiam. Non autem peccat, quod non occidit ad literam, sed quia intus occidit corde, in spiritu ubi sine gratia, non potest esse sine ira & fomite indignationis, ut patet experientia. tentationis & occasione data per aduersitates, hoc enim latens malum ira facit, ut non possit non occidere, ergo reus est præcepti spiritualis, licet sit non reus eiusdem præcepti literalis. Patet ergo quod de lege loquuntur ad literam.

Gratia est ad  
iumentum legis  
adimplendæ

Tertio, ex eadem caligine concludunt, quædam esse præcepta ratum negatiua, quædam affirmatiua, hoc iterum non est uerum, nisi torticæ syllabarum teneas. Nam illo præcepto, Non occides, exprimit uehementissimam affirmatiuam, scilicet illam, Ego mitis, & ex corde mansuetus ac patiens, & getus ac pacificus. Negatiua enim

Præcepta nul  
la sunt negati  
ua.

S iij in scrij

in scripturis ideo ponitur, quia affirmatiua non est tam uehemens, ut ibi: Maria optimam partem elegit, quæ non auferretur ab ea, id est, in æternū ei cumulabit. Et Psal. cix. Iurauit dominus & nō poenitebit eum, id est maxime & æternaliter placebit ei. Et illud Psal. j. Beatus uir qui non abiit, id est, maxime hic inter pios profecit. Et sic de multis alijs. Nam & Apostolus Rho. viij. exponit illud, Non concupisces, affirmatiue dicens: Quod uolo bonum, id est contrarium concupiscentiæ (scilicet castitatem & amorem) non facio, facere enim positue signifi-  
cat. Igitur hoc præceptum est quidem negatiuū secundum literam, sed affirmati-  
uissimum secundū spiritum, quia dominus requirit, ut sint mites & pacifici. Illi autem relinquūt internā fœditatē, quā Synagoge improperat dñs, dicens: Sordes in pedibus eius, Tren. j. & Deut. xxxj. Peccauerūt ei, & nō filij eius in sordibus.

Sic & illud, Non inoechaberis, negatiuū est, sed secundum literam, habet autē hęc affirmatiuā spiritualissimā. Esto castus, cōtinens, tēperās, sobrius, modestus. Et hoc ex intimo prompto, gratuitoq; corde. Hic autē gratia utiq; opus est, non ppter deum intendentē præcipiendo, sed propter carnalitatē nostrā impoten-  
tem faciendo.

Sic illud, Non furtum facies, litera est negatiua, sed spiritus affirmatiuus, scilicet, esto pauper spiritu, contentus præsentibus, ac modestus &c.

Quin & illud primum, Non habebis deos alienos, est affirmatiuum, scilicet, dominum deum tuum diliges & coles, unū, super te, & omnia, alioqui non erit unus, si aliud cum eo diligitur.

Et illud secundum similiter, Non assumes nomen domini dei tui in uanum. Hęc est litera, sed spiritus dicit: Sanctum & terribile nomē eius. Et iterum, Omnis qui inuocat nomen domini, saluus erit. Vult ergo assumi nomē dei assidua reuerentia, & timorosa inuocatione, magis autem glorificari, & benedici humi-  
li suæ ignominia confessione.

Et illud tertium, Sabbata sanctifices, id est, ad literam nullum opus in eo faci-  
as; litera est negatiua, cum sibi affirmentur nobilissima, & maxima opera dei, in audiendo, docendo, meditando uerbo dei in spiritu intus, foris quies, in-  
tus maxima actiuitas dei operantis. Et si hæc tria præcepta exponas spirituali-  
ter (id est, de internis operibus) inuenies, quod primum sit Charitas dei, Secun-  
da fides, Tertia spes. Nam non habere alienum deum, est deū diligere super om-  
nia. Non assumi nomen eius in uanū, est credere in nomen eius, & ipsum in si-  
dei spiritu intus inuocare & glorificare. Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt: omnis enim qui inuocat nomen dei, saluus erit. Porro sancti-  
ficare quietē est sese passibilē deo prestare, ut in illo deus solus operetur, hic pati-  
entia & spe est opus. Nam hic in caliginem intratur, ubi homo non operat, sed  
duciū uia passiōis mirabiliter. Quoties ergo pateris, toties oparis nō tu, sed quæ  
scis, & deus operat in te, sed tu nescis quid, quia pateris & es nuda materia. Hoc  
est quod ait, uacate & uidete, quoniam ego sum deus. Spes sola hic regnat in cha-  
ritate per fidē. Recte itaq; B. Aug. dicit, quod cultus & laus dei est in fide, spe,  
& charitate. At hæc sunt affirmatiuissima, & tres Theologicæ uirtutes, sub lite-  
ra istorum trium uerborum significatē negatiue.

Vnū restat affirmatiuū, Honora patrē & matrē, sed & hoc quō sit spirituale,  
dictū est supra. Licet litera solūmodo honorem signi externi docere uideat, sed  
subtus affectū timoris & obediētiæ promptitudinē requirit, quæ sine gratia  
non est possibile fieri ut patet in probatione tentationis, ubi occasio uenit spm  
obseruandi, contra uotum inuisiuisq;.

Præcepta pri-  
mæ tabulæ  
sunt de cri-  
bus uirtutibus  
theologicis.

Homo patit-  
ur a deo, nō  
agit bonum.

Iam illud quartum satis notū est, Non falsum testimoniū dices, literā esse negatiuā, sed affirmatiuā esse in spiritu, ut proximo tuo sis ex corde paracletus, excusando, defendendo, & oia, quae tibi uelles fieri in famae periculo, & conscientie.

Reliqua duo similiter nota sunt, quod non concupiscere ad literā, hoc sit ex corde fauere proximis omnia bona, & nolle ullū malū. Ex quibus omnibus patet, quod decalogus ad literam sonās, recte in spiritu exponit a Christo & Apostolis, ubi docent fidem, spem, charitatē, obedientiā, reuerentiam, humilitatem, mansuetudinē, pacem, patientiam, modestiā, castitatem, paupertatem, bonitatem, benignitatē, hilaritatem, mutua beneuolentiā &c. Haec quidē sunt altissime matiuā, sed sunt spirituales sermones decalogi omnino.

Reuertamur itaq; ad propositum.

Incipit autē a mansuetudine ac suauitate spiritus instruere hominem, ut deo si militis esse studeat homo erga proximū, sicut uult deū erga se esse. Nam bonitas summe cōmēdat deum, ideo ut homo sit mitis, benignus, suavis, mansuetus, clemens, facilis, tractabilis, bonus, id est, deo simillimus, dicit: Non occides, non sis occisor, non sis crudus, asper, durus, amarus, difficilis, indignabundus. Hoc autē efficit spiritus gratia, qui hoc praecepto queri & peti cogitur. Hoc idem dicit dominus Matth. quinto. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

Corollarium.

Frustra sibi blandiuntur, qui non occidunt, & tamen ut sint benigni ex corde, non querunt, quia per hoc solum speciem praecepti, & literā habent mortuā quibus uelut umbris proregrit interior umbra Behemoth.

Et demus simile.

Calx apparet frigere, ac sine calore, sed effusa aqua, sinit ardore, solo autē oleo quietissime extinguitur. Sic homo adustus fornace maternae concupiscentiae, oc cultam habet radicē irae, quae erumpit data tentatione, nec sanatur nisi per oleū gratiae.

Aliud.

Latro uel homicida, aut alius grassator, si non occidit, aut peccat de facto, nisi quid contentus est in eo princeps, si arma non ponat, suspicabitur enim, quod data occasione percutiet. Ita homo, & si non irascatur de facto, tamē habet intus gladiū irae, & si in uagina reconditum, sed nō placet deo, nisi ponat gladium & abijciat. Nec satis est quod in uagina sit, timor est de futura occasione. Nam iste est gladius, quo occisus est filius dei. Ideo etiam si non occidas, tamē coram deo occisor es, quia in armis occisōis filij sui inueniris. Quis enim corā principe securus gladiū portet, quo constiterit filium principis occisum? ideo iram tam longe fieri oportet, & ex intimo corde, ut non possibile appareat aliquando ipsam erumpere. Sic canis, etiam si opere non mordeat, nūquid ideo nō est mordax? Immo eo peior, quo insidiosior. Sed heu has insidias nostras cordis quae pauci obferuant. Vnde Psal. v. Interiora eorum insidiae, quod nos (cor eorum uanum est) habemus.

Igitur incipientium gradus primus est proprius, scilicet, abstinere a facto homicidij, seu per se faciendo seu consentiendo, consiliando, auxiliādo, ut solet terra lingua, & susurro, autor eardium, facere, miscere iras & dissentiones, rixas, infidias homicidia, ut Gal. v. docet Apostolus. Hic gradus uidet facilis & exiguus sed est gradus, si recte inspiciat, & pauci sint innoxij, quia pauci sic lingua temperant, ut nō seminet discordias, ac per hoc quantū in eis est, homicidia incipiūt. A quo malo magno & frequenti liberam fuisse matrem suam Augustinus dicit ex singulari gratia dei, ix. Cōsist. Neque enim ab eo facile se liberum sentiat nisi

Deo  
Ergo  
exponit christi  
sua spiritua,  
liter.

Cordis bene  
uolentia regi  
ritur erga  
proximum.

Ma. Cdr

Gradus in  
peccato.

Non quod quis  
liberum se sentiat  
nisi





suauitatis, cui nullum turbulentum placet. Memorabilis sententia, quam multi nimis ignorant, qui contra iniustitias indignantur alienas, suas autem etiā palpant, & iactitant quandoq̄.

Ita & infra. Si quis uideatur religiosus esse inter uos, non refrenās linguam suā sed seducēs cor suum, huius uana est religio. O magnum uerbum, q̄ multi sunt uerbosissimi: At etiā (de quibus hic proprie loquitur) amari, iracundi, & asperissimi, & tñ uolūt religiosi & sancti uideri. Idē ergo est, quod religio linguosi uana est, quod ira uiri iustitiam dei non operatur; ita ira facit per linguam religiosam, & omnem iustitiam uanam, id est, foris speciosam, sed intus uacuum; ideo & seducit, non alios, sed cor suum: putans se religiosum, cum non sit.

Et capite. iij. pericula lingue & mala describens, ait.

Nolite plures magistri fieri, fratres mei, sciētes, quoniam malus iudicium sumemus. Nolite, inquit plures, id est, nolite omnes uelle docere, & prompti esse ad loquendum, ac docendum, & tardi ad audiendum, sed quilibet opes se discipulum posse fieri, & alteri cedat magisterium sui, ne fiat turbulentissima dissensio, ut ubi plures sint qui doceant, nulli qui audiant, & quilibet cōtra alium, omnia replicant dissensioibus, sicut fecerunt heretici in ecclesia. Magistros fieri nō est malum, sed quod multi uolunt fieri, id est, quod uolunt esse diuersi, neuter neutri audiens, hoc est, quod malus iudicium sumit. Et hoc distinet tali periculo, quia etiā absq̄ illo maiori iudicio, quod tales accipient, iam fati offendimus. Non est necesse occasionem peccati querere, & maioris iudicij accipiēdi. Quia in multis enim offendimus omnes. Omnes tales sumus, quod offendimus, & hoc non tantum in uerbo, sed in multis, localis, auribus, manibus, ac omnib⁹ sensibus, deinde cogitationibus. Et iste offensiones debent nobis sufficere, ne & maioribus nos offeramus. Deinde hoc etiā persuadet, ne alter alicuius superbe profatum docere, quasi ipsi nō offendant in ullo, q. d. ut quid aspere uos in uicem reprehenditis; & unusquisq̄ alterius magister fieri nititur: An ignoratis, quod omnes, nullo excepto, offendimus, non in uno tantum, sed in multis.

Quod si quis in paucis uel in opere non offendit, quid de uerbo sentiet? Si q̄ in uerbo non offendit, hic perfectus est uir, q. d. hic se perfectū & nō ante q̄, etiā in uerbo non offendit, q. d. talis nullus erit inter uos, quia in multis offendim⁹ omnes, multo magis & in uerbo: ut quid ergo contra inuicē superbitis & eleuamini, ac non potius in māsuetudine inuicem monetis & portatis? Hic inquam perfectus uir. Potest etiā freno circū dare totum corpus, id est, si potest linguā domare, potest etiā totum corpus suum a peccato custodire: quia qui nō peccat in lingua, sine dubio & alia mēbra tā domita, & obedientia habet sub freno.

Deinde tres proponit similitudines, aquarum una iam coepert. Ecce equis frena in ora mittimus, ad consentiendum nobis, & totum corpus eorum circumferimus.

### Secunda.

Ecce naues cum tanta sit, & a uentis ualidis minentur, circumferuntur autē a modico gubernaculo, quo impetus dirigentis uoluerit: ita lingua modicū membrū est, & magna exaltat, seu iactat, q. d. equos frenare, & dirigere possumus, & naues: immo, ut infra & bestias. Lingua autē cōtra, cū sit modicum membrū debuit maxime posse comprimī, & dirigī. At ipsa magna potius iactat ac mouet, quæ alias reguntur bene, mouet & iactat omnia, sicut uentus naues, recte contraria gubernaculo: quod frenat naues, similis est in quantitate clauo nauis, & in effectu tamen contraria, similis potius uentis & turbibus.

### Tertia

Magistro linguosissima est.

Magistri fieri nō debent.

Superbe alter alteri nō docera.

Inquisitores hereticæ prauitatis.

II

Lingua gub̄naculo  
bernaculis  
conteritur. *Cicero de oratore*

## Tertia similitudo.

III Ecce quantum ignis, quantum sylvam, id est, fit ut paruulus ignis magnam materiam succendat, totam scilicet sylvam. Et lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis. Grec. mundus iniustitiae, q. d. tot parat iniustitias, ut quasi mundus putari possit, quia ignis est, & multa incendit.

Lingua maxime hostis noster. *Nulli potest labia gratia q. lingua*  
 Istis omnibus & sequentibus uerbis id agit, ut nos moneat & doceat, quia maximus hostis noster est lingua propria, atq; ab ea non minus cauendum, q; ab inimico maximo, & quo est minor, eo nocentior; minor in re, sed maximus in uirtute. Nihil enim facilius laedit conscientiam q; lingua, ideo enim & in monasterijs silentium instituitur; licet contra illud diabolus Logicam quoq; illuc intro duxerit, garrulitatis garrulosissimam magistram. Eadem causa, ut uelocitate locutionis compesceret, dominus minatur, de quolibet ocioso uerbo rationem reddendam; dura sed necessaria sententia aduersus tam lubricam pestem, ac praesentissimum uenenum.

*lingua infernalis*  
 Ite id & philosophi uiderunt, quod homini ideo sunt duae aures datae, sed una tantum lingua. Atq; aures ipsae non tantum paruae, ac apertae foris, sed etiam auriculis circumamicentibus, ut facilius audiat, deniq; tortuosae & uerbo quodammodo obiectae, ne facile uerbum praeriuolet. Lingua autem non tantum clausa, & latens, uerum etiam ostio muro circumclusa, scilicet dentibus; deinde ualium carneum, id est, labia, praeter hoc quod tantum a pulmone distat, & corde tot requirat instrumenta, cum aures nullo indigeant, adhuc ipsa uelocior est omnibus sensibus.

Quinq; sensus uelut quinq; naues natant in rebus istis corporalibus, & inserunt in memoriam res innumerabiles, scilicet uisu, auditu, tactu, olfactu, gustu. Nec tamen tot inferre possunt, quin illa plus efferat. Saepissime loquens coniecturas, suspiciones, opinioniones, somnia temeraria, frivole facta, quae nec sunt, fuerunt, nec erunt.

Item inde secunda statim plaga Aegypti fuit, ranarum immissio, quae lingua citatem significant sterilem. Quia prima fuit sanguis, significans, quod quando homo fit caro & sanguis, totus fit lingua, & non nisi uana loquitur, & quo uanior est, eo plus uult plus loqui. Atq; simili signo uanum hominem per hoc cognoscas, si fuerit multiloquus, & ecotra. Quo fuerit homo solidior, & grauior hoc signo cognosces, si fuerit parcus in uerbis, largus in operibus; tales fastidite loqui, nisi dum obedientia aut necessitate cogunt, ut Psal. liij. Obmutui & silui a bonis. Sicut enim eos tædet uita suae, ita & loquelae. Econtra, in multiloquio non deerit peccatum. Et ibidem, *Vbi plurima sunt uerba, ibi frequenter egestas.* Iob. iij. Nunquid qui multa loquitur, poterit iustificari? Et Psal. Vir linguosus non dirigitur in terra. Sed haec maxime sunt mala, dum ira magistra loquitur, unde Aesopos dicitur lingua emisse, cum iustus fuisset optimas carnes, & postmodum pessimas emere.

Quin multi timore infamiae sibi mortem conscierunt, & Poeta dicunt Lycamben uersibus tambicis Archilochi adactam ad laqueum. Quod si quis adhuc dubitat, interroget eum, qui amarā habet mulierem ac litigiosam, & uerbosam.

Deniq; quod bestiarum dentes, unguulae, rostra, cornua, aculei, uenenū, aut quae cunctae arma, immo quod malis hominibus tam uaria uasa & arma, hoc lingua est animabus. unde Psal. Filij hominum, dentes eorum arma & sagittae, item Ixciij. Nolite extollere in altum cornu uestrum &c. Vnde arcus gladius. Recte itaq; mundus iniquitatis, & modicus ignis magnam sylvam succendens.

Et sequi

Et sequitur. Sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus. q. d. Nonne est mirum, quod illud maculat, & totum corpus maculat, quod adeo non est extra nos, immo adeo intra nos, ut sit inter propria membra: Monstri hoc simillimè, quod membrum non tantum membro, sed toti corpori officiat, cum se mutua membra sollicitudine foueant. Hæc sola inter ea maculat totum corpus, id est, reum facit peccatorum, ut propter ipsam totus homo sit odiosus deo & hominibus: quia adeo infamis & abominabilis est linguosus; ut etiam si toto corpore sit formosus, apertus, diues: nihil tamè in eo nõ uelut foedi fugitur ab hominibus. Quis enim libenter cū loquacibus ac garrulis cõuerfatur, ac non potius abhorret ac nauseat, & dicit: Ey wefeschig ist der? Et inflammat rotam natiuitatis nostræ, & inflamatur a geenna. Videtur Apostolus natiuitatem intelligere, id quod nati sumus, ut supra c. j. Similis est uiro cõsyderanti uultum natiuitatis suæ in speculo. Et iterum: Voluntarie enim genutio seu creatio ac creatura, in quâ nati, producti, creati sumus. Ergo rota natiuitatis dicitur tota essentia, & quicquid creati sumus, sicut totum corpus. Et hæc rotam natiuitatis totumq; circulū nostræ essentia, seu eius quod sumus, hoc ipsa inflammat. Ignis scilicet est & uniuersitas iniquitatis, ideo succendit nõ partem nostri, sed totum quod sumus, ac uiuimus. Nam forte etiam ideo rotam appellauit, non tantum propter totale esse, sed etiam totale uiuere, & operari in hoc tempore. Vita enim nostra rota uolubilis est.

Addit autem inflammatam a geenna, ne bona flamma hic in flammare intel ligatur, quia ipsa infernali igne accensa, id est, odio & ira, totum quod sumus accendit ira & odio, dum prouocat & permouet ira, ut patet in iratis, qui intus & foris tremunt & feruunt.

Quarta similitudo.

Omnis enim natura bestiarum & uolucrum & serpentium, & cæterorum domantur, & domita sunt a natura. Linguam autem nullus hominū domare potest. Vide quātis uerbis & sensibus linguam incessat, ut eam igni inferno similem, ac feris inferiorem ponat. Quis a seipso non timeat, qui nocentio rem & ferio rem bestiam apud se habet, q̄ totus mundus: quis non odiat linguam suam: quis non uereat loqui, qui tantis nominibus foedari audiat suam linguam?

Lingua nullus domare potest.

Sequitur: Inquietum malum, plena ueneno mortifero: parum est quod sit inquieta, quod per se malum est, sed in quietum malum, id est, semper nocens, necq; a nocendo quiescens. Deinde plena ueneno mortis, id est, quod occidit, non tantum inficit, hoc est, presenti ueneno, non lento aut tardo. Hoc sane patet q̄ profunde penetret susurronum uenenum, quod illis, quos intoxicarint aduersus inuicem, uix tota uita remedium prouideri potest, ubi usq; ad medullam processit inuidia & odium. Sæpius cum odio moriuntur potius q̄ conciliantur. Emphaticoz itaq; & Epitaticoz dicit, ueneno non infectorio, sed mortifero. In ipsa benedicimus deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem dei facti sunt, q. d. Non potest simul utraq; facere, nisi ficit: ideo ne se quis fallat, qd deo bñdicit, si hominem maledicit, nec deũ bñdicit, cuius hõ factura est. Quis em picturã, aut statuã reprehendere ac maledicere pot, ut maledictio eiusmodi non redudet in pictorẽ, & caruicẽ: Sic Hiere, xv. de ijs, qui operibus dñi maledicunt, dicit: Omnes maledicunt mihi, Et Esa. viij. Cũ esurierit, irascet, & maledicet deo, & regi suo, inde præcipue in lege prohibitum fuit & est: Dñs tuis non detrahes, & principi populũ tuũ ne maledicas. Et Apostolus: Maledici regnum dei non possidebunt.

Inquietum malum.

Plena ueneno mortis.

Statua & pictura reprehendere ac maledicere potest.

T Quod

Maledicens  
hominē, deū  
maledicit.

Quod si homines id attenderent, quod maledicendo hominibus, deo quoque maledicunt, cuius opus & facturam maledicunt, utique non ita prompti essent maledicere. Sicut Proverbi. xiiij. Qui calumniatur egenum, exprobrat factorem eius. Quid enim facit, qui maledicit, nisi quod dicit: Vah quod non aliud & aliter formatum: cui potius deberet misereri, & dicere orando: O domine, fac eū alium, sicut artificē licet monere & orare non maledicere, ut ibidem. xiiij. Prover. Honorat autem eum, scilicet factorem eius, qui miseretur pauperis.

Quod si B. Petrus prohibet, ne maledictum pro maledicto, nec malum pro malo reddatur, similiter & Christus; Orate pro calumniantibus & persequentibus uos. Et Paulus Rho. xij. Benedicite maledicentibus uobis, benedicite & nolite maledicere; quid illis fiet, qui maledicunt non maledicentibus? ideo Psal. xxxij. Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua non loquantur dolum, diuerse a malo & fac bonum, inquire pacem & persequere eam, id est, a malo, non tantum ferendo, sed etiam referendo, seu reddendo, & bonum non tantum reddendo, sed etiam conferendo pro malo accepto; alioquin non inquiritur pax, aut persequitur, si malum malo reddas.

Iste ergo gradus est secundus, a domino prohibitus, ne quis maledicat, uita peret, detrahat proximo suo, & sicut in primo gradu plures sunt rei quae credantur, ita & isto, nam tria maxima uitia linguae hoc precepto prohibentur, scilicet maledictio, detractio, susurratio, sed istud tertium in primo gradu: Ac per hoc uersa mala linguae prohibentur per. iij. & v. & vj. & vij. mandati: per. iij. perisuria & blasphemiae, ac aliae offensiones contra deum quaecumque, sed per. v. c. si offensiones erga proximum, per. vj. uerba impudicitiae, per. vij. uerba deceptionis & fraudis in negotijs seu iudicijs, nam & in ipso, vij. etiā detractio est, sed publici ca, ac coram iudice, hic autem alia. Igitur maledictio & detractio, & susurratio sic differunt, quod maledictio est in ipsum praesentem, uel tanquam in praesentem & in faciem, sub qua omnia contumeliae, blasphemiae, criminationis, utriusque agnominatiois uitia comprehenduntur. Detractio est de absente ipso ad alium, & sequitur maledictionem, quia mala in aliquem, uel foris praesentem, uel intus memorie obiectum congesserit & hoc ad alium detulerit, iam maledictio facta est detractio, quare nullus est detractor, quin sit & maledicus, saltem apud se; & haec duo pulchre expressit uersus; Prohibe linguam tuam a malo (id est, ne nisi maledicas, siue uoce, siue tacito murmure) Et labia tua ne loquantur dolum (id est, detrahere caue) Nam dolum est, si quis in tergum loquitur, nesciente illo cui nocet; non autem e contra; omnis maledicus etiam detractor est, saltem hominis eiusdem, licet detrahat deo quando maledicit hominem. Quod si ulterius detulerit mala duorum contra inuicem, uel unius ad alterum tanquam alterius amicus, & alterius inimicus, iam bilinguis susurro est, & discordiae seminator, peior istis duobus, ideo extra istum gradum in primo cum homicidijs collocandus.

Concludamus itaque hunc. Sicut primum gradum huius precepti non implet, nisi qui non tantum non occidit aut laedit, aut non discordias seminat (quia & omitendo potest committere) sed etiam ita mitis sit, ut potius uisificet, ac foueat operibus misericordiae & beneuolentiae. Et ita pacificus, ac mitibus ac dulcibus uerbis etiam conciliare studeat discordes, quantum potest, & mediare ne fiant discordes. Hi enim audiunt; Beati mites, beati misericordes, beati pacifici, quoniam ipsi possidebunt terram, misericordiam consequentur, filij dei uocabuntur. Ecce istae tres beatitudines in isto precepto sunt comprehensae.

Manuetudo  
hoc praecipit

Maledictio,  
detractio, susurratio.

Ita secundum gradum non implet, nisi non tantum nō maledicat, detrahat aut uituperet, sed etiam in omnibus benedicat persequentibus, & excuset ac cufatos, orat pro omnibus, & resistat detractoribus, quantum potest. Ecce hæc est spiritualis intelligētia huius præcepti. Nunc similiter de tertio gradu.

Tertius gradus iræ.

Est, dicere fratri suo Racha seu archa, asperando gutturis halitum, uelut fremitum arteriæ formando. In quo dixi omnia signa iræ præter uerba, immo & uerba præter maledicta & detractiones comprehendi, ut sunt ironiæ in uerbis torsiones labrorum, rugæ frontis, ac nasi, ac excandescētia uultus, deinde silentium, auersio uultus, dirus intuitus, quæ omnia sunt indicia animi irati & odio pleni. Adde clamorem & stridorem dentium &c.

Iræ signa  
omittenda.

Hic aliqui dicūt, quod necesse quidem est rancorem dimittere, sed nō signa rancoris, Quæ sententia & si sit in aliquibus uera, non tamen uniuersaliter, & multo melius sic poneretur; Signa rancoris aliquando utile est exhibere, non quod sint signa rancoris, sed similia signis rancoris; alioquin signa uere rancoris non sunt, aut nullo modo retinenda sunt, si uere sint, unde adhuc optime diceretur, quod signa charitatis aliquando omittere, & signa iræ exhibere oportet. Nam si signa rancoris licet non deponere, ergo propter aliquem fructum. Quare ergo non potius exhibenda? ne scilicet sola licentia quæratuŕ omittendi bonum.

Exhibere itaq; melius est, q̄ non dimittere, quia qui exhibet, non ex ira facit, sed ex zelo bono, ideo manet sine suspitione mali. Qui uero non omittit, prius arguitur ex ira fecisse talia signa. Et ideo si non deponat illa, relinquit iratrem in suspitione iræ, ac per hoc impedit ueram & integram pacem ac concordiam, cū ille nō credat cor eius esse mitigatum, & offenditur rursus ad similia.

Quare tales doctores sunt remittendi ad illud præceptum naturale, quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris, & Quod tibi fieri uis, alteri facias. Et gentilis, Si uis amari, ama, sed non est dubium, quin omnes uelint, ut ille quem offensum & iratum habuimus, non tantum signa ponat iræ, sed eo magis contraria exhibeat, ut certi fiant de eo. Ideo largiora petuntur signa, q̄ si non iussit offensus. Sic enim & deus largius benefecit post peccatum humano generi, q̄ ante peccatum fecit, eo quod filio proprio nō pepererit &c. Quod si signa tāta omittisset, quis eum propitium factum credere posset, aut auderet? Filij ergo dei, deum patrem suum imitentur. Istis autem dictis docemur, q̄ sit difficile manseruari dei seruare; nam experientia patet, q̄ difficile sit hominibus hæc signa mala ponere & bona ostēdere, q̄ se uertunt & reuertūt, anteq̄ induci possint ut simulate saltem faciant; nam uere & ex corde nunq̄ nisi gratia dei adiuti, facient; dicunt enim, non possum tibi fauere, & amabilis esse. Et infelices non cogitant, quod nollent ipsi ita fieri neq; a deo, neq; ab hominibus, ideo uidet in hoc monstro, quid sit futurus infernus, & quid sit præsens mundus, scilicet regnum diaboli, in quo tantum malum inuenitur in hominibus, contra naturam & naturale proprium dictamen pertinaciter obdurans.

Signa rancoris & iræ deponere distulissimum.

Quo circa ira & inuidia differunt non aliter, q̄ sicut uinum nouum & uinū uetus; nam inuidia seu odium est inueterata ira, ut B. Augu. in regulis; Ne ira crescat in odium, & trabem faciat de sescuca. Nam ira quæ cito transit & non fit odium, uix ira dicenda est, nam statim traditur obliuioni. Sed inueterata fit tenacissimum malum, quia spirituale malum, adeo ut proverbiū sit: Nihil tantius obliuisci, quā inuēriam, & nihil citius abolescere, q̄ beneficium; utrumq;

T ij fit uitio



fit uitio naturalis prauitatis, cum contra fieri debeat. Nam bona natura hominis in hoc notatur, si cito obliuiscitur offensam, & beneficium semper memoratur, adeo ut non sinat sibi libenter benefici, cernens quod obruitur multitudine debitarum gratiarum actionum, & uicissitudinis sibi impossibilitatis. At contra male naturae ingenium, semper retinere offensam, semper exprobare & obsequere diu praxerita.

Iram ostendet quando licet.

Igitur exemplis demus, quando licet signa ostendere irae seu asperitatis: ut si quis ita pertinaciter malus sit, ut semel & bis aut tertio monitus nolit desistere non solum licet, sed oportet signa irae in illum ostendere, unde pri. Corin. quin. to. Si is qui nominatur frater inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruans, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax. Et. ij. Thessal. ij. Si quis non obedierit uerbo nostro, notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur, & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem, ecce non ut inimicus, sed ut frater emendandus est. Ista est ira sancta & bona, in scripturis uehementer laudata. Ideo distinguendum est.

Primo, ut moneatur, secundum illud Christi: Si peccauit in te frater tuus; alioquin prima uice non est abiiciendus, sed monendus. Si enim septuagies septies uentam petierit, non est ei neganda.

Corrige quae peccata licet.

Secundo, discernere utrum ideo sic facis, quia te laesit, uel quia peccatum fecit. Si enim deum plus diligis quam te ipsum, debes irasci magis quod deum laesit, quam te; deinde aequè misereri quod seipsum peius laesit intus, quam te foris. Quibus respectibus factis, facile doceberis, quomodo & quo corde ei signa charitatis ne gres, uel non neges. Sed ne te fallat cor tuum, & dicas, ita facio, propter deum irascor, & non propter me, & forte mentiaris: Hoc etiam proba apud te, & uti de, si tantum doles & moueris, quod uel si alium laederet, quantum quia te laedit. Si enim illic non moueris, signum est quod te ipsum quæris & uindicta, non autem mederis. Et quid moror? Frustra est disputatio, an signa rancoris sint ponenda, quia prorsus sunt ponenda; Si autem est causa quare sint ostendenda hic penitus irascendum ex corde est, non tantum signa exhibenda. Signa rancoris si sunt rancoris, prorsus sunt omittenda; Si autem non signa rancoris, & dignum est pro emendatione fratris ea ostendere, etiam ira perfecta est addenda, ut uideat, quod ex corde ostenduntur sibi, & ex qua causa. Et non sic incedas tacens & simulans, ut frater nesciat quomodo tecum habeat. Mala est talis doctrina, & penitus contra charitatem, docet enim simulationem.

Signa rancoris sunt prorsus ponenda.

Sed longa & multa sunt praecepta, quae omnia cito uideret & faceret charitas, quae si desit, nihil est quod satis doceri potest. Ipsa enim docet, quomodo homo ipse uult diligere, foueri, sustineri, benefici, nihil sibi simulari, ita & idem docet proximo exhibere. Non enim amicus fraudulenter debet incedere, ut Be. Hiero. Vera amicitia impatiens est simulationis. Si est rancor, ostende; Si non est, iterum ostende, & hoc uel signis clementiae uel seueritatis.

Præcepta per charitatem optime pernotantur.

Ira cordis cauenda.

Pater quod nec iste gradus seruetur, nisi quis studeat non tantum omittere signa, sed etiam ex benigno corde contraria signa ostendere. Ad omnem enim militiam nos isto format praecepto deus. Et uniuersam irascibilis uirtutis radicem extrahere intendit, ut non nisi dulcedo cordis sibi relinquat, quod gratia operatur, non natura. Quartus gradus est irasci corde, & hic est primus & omnium aliorum radix. Hunc enim ipsa lex maxime tangit, quando dicit: Non occides. Cor enim mundum quærit, non tantummodo manum, ut Iudaeorum hypocritas, ut Psal. xxxij. Innotens

#### COROLLARIUM.

Pater quod nec iste gradus seruetur, nisi quis studeat non tantum omittere signa, sed etiam ex benigno corde contraria signa ostendere. Ad omnem enim militiam nos isto format praecepto deus. Et uniuersam irascibilis uirtutis radicem extrahere intendit, ut non nisi dulcedo cordis sibi relinquat, quod gratia operatur, non natura.

Quartus gradus est irasci corde, & hic est primus & omnium aliorum radix. Hunc enim ipsa lex maxime tangit, quando dicit: Non occides. Cor enim mundum quærit, non tantummodo manum, ut Iudaeorum hypocritas, ut Psal. xxxij. Innotens

ccns

ens manibus & mundo corde. Quare ferme omnes beatitudines Matth. v. in isto præcepto includuntur, ipsumque exponunt. Nam, Beati mites, beati misericordes, beati pacifici, beati patientes, beati mundo corde, hic manifeste includuntur. Quod si beati pauperes, beati esurientes iustitiam, beati lugentes, eos significat, qui se agnoscunt non implere hoc mandatum, & ideo lugere & cupere ac esurire, quis dubitet quin sint hic, aut saltem tales esse oportet, ut hoc præceptum & quodlibet aliud impleant.

Esurientes  
iustitiam  
Lugentes.

Igitur in hoc gradu sunt omnes cogitationes male cum ipsa radice earum, scilicet irascibili uirtute prona ad uindictam, ut sunt iræ, inuidiæ, suspiciones male, amaritudines, rancor &c. Et sicut hic est primus, ita habet pauciores species, quæ proximus post eum. Nam homicidium in opere habet plurimas, ut homicidium, fratricidium, uxoricidium, parricidium, sacrilegium &c.

Ac per hoc patet, quomodo in isto præcepto sunt quatuor gradus, & in singulis gradibus adhuc alii gradus: & ideo nullus est in hac uita, qui non sit in aliquo illorum. Beatus autem qui in supremis, infelix qui in infimis. Nam mititas est coelum, ita est infernus, medium autem ex utroque est hic mundus. Ergo illuc ascenderunt tribus, tribus domini, hic descenderunt in lacum & infernum uiuentes, quanto propius mititati, tanto & ipsi caelo &c.

Quare non satis est pro hoc quarto gradu, esse non irascentem fratri, nisi sit etiam mitissimi in eum affectus & suauissimi cordis. Quod cum non simus ad gratiam Christi fugiendum est, ut de sua plenitudine nostrum suppleat internum defectum, donec & ipsi periciamur.

## PRAECEPTVM SEXTVM,

## NON MOECHABERIS,

**O** Breuissimum uerbum, sed latissima sententia, ideo interpretatione opus habes, quare Christum audiamus, qui Matth. v. dicit: Audistis quia dictum est antiquis, Non moechaberis, ego autem dico uobis, quicumque uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est eam in corde suo. Breuiter ipse quoque loquitur, quia relinquit ex præcedenti præcepto eadem gradu fieri distinctionem, ponens eum tantummodo, qui est in corde. Quare & nos hic eosdem quatuor ponemus, scilicet in affectu, signo, uerbo, opere. Hoc enim præceptum ideo exposuit dominus, quia antiqui (id est, iudei) ipsum accipiebant secundum uim & rigorem uerbi, ac ita docebant, & irritum faciebant hoc mandatum, sicut & omnia alia: Quod non esset adulter, nisi qui opere id impleisset: nihil de concupiscentia, signis aut uerbis solliciti, ideo immundi facti sunt. Et in hac sententia sua ita steterunt, ut cetera eos Hieremias diceret: Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat, & facti sunt sicut equi emissarii. Non uis itaque, id est, nobis aliter dicit, ut omnis concupiscentia hic euacuetur.

Dicit enim B. Aug. hoc loco de ser. do. in monte, quod nomine moechan-  
tium, qui hoc capitulo commemorantur, omnem carnalem & libidinofam concupiscentiam oportet intelligi.

Moechia om-  
ni affectu ly-  
bidinosam i-  
cludit.

Primus itaque gradus est opus ipsum foris, quod sine dubio ex concupiscentia intus peccat, ut ibidem probat B. Aug. Si autem omnis concupiscentia carnalis tibi prohibetur, ergo & omne opus quod ex illa peccat, idcirco ponitur multe differentiae operum.

T in Fornicatio

- 1 Fornicatio simplex, soluta cū soluta, a quo distinguunt alij
- 2 Meretricium, quod illa sit unius consuetudo mulieris, hoc autem in mul-  
tis, uagus ardor libidinis,
- 3 Stuprum, quod est uiolatio uirginis,
- 4 Raptus, quod est, cum rapitur filia uel filius, in quo & furtum simul est,  
& maximum furtum.
- 5 Adulterium, quod quandoq; est simplex, quandoq; duplex, secundum  
quod uel ambo fuerint coniugati, uel unus tantummodo,
- 6 Incestus, est contra sanguinitatis honorem,
- 7 Sacrilegium, quod est, cum religiosus, sacerdos, monialis, & omnes alij  
qui deo continentiam uouerunt, fornicantur,
- 8 Excessus in matrimonio quidam addunt,

Hi gradus in opere sic uariant, & sunt inuicem excedētia & excessa, secūdi  
quod circūstantiæ mutant. Nā sic & in homicidio pcedenti praecepto, phibitē  
sunt multæ operū differētiæ, ut dictū est, secūdi differētes circūstantias.

Lex est lux  
qua uidet hu-  
mana miser-  
tia.

Quamuis autem omne præceptū dei sit uelut lux, quo cognoscatur quid sit  
homo, mundus, & caro, & quantū a deo simus remoti, tamen hoc præceptum  
præcipue illud ostendit. Apostolus enim dicit, per legē cognitio peccati, ergo  
lex est lux, qua lucente uidemus innumerabilem miseriam humani generis.

Nō deest pñf  
perpetui hui-  
cūs causa.

Quis enim tam est lapis, ut si audiat hæc præcepta dei, & illis eū illuminan-  
tibus, immo mundum totum ostendentibus, si etiam attendere uelit, q̄ infini-  
tus numerus hominū extra præceptorū uitam agant, possit saltem a gemitu &  
lachrymis cōtinere: si nulla alia esset causa, quare nunq̄ gaudere deberemus,  
sed semp̄ lugere: hæc sola satis esset, si hominū uitam cū ipsis præceptis dei ante  
oculos cōpararemus, ubi em̄ uideremus, quomodo humanū genus sit miserri-  
ma perditionis massa, cum tam rari appareant, qui in præceptis dei uiuant &  
agant, & præcipue in isto præcepto. Nonne horrendū est tot gradus operū esse  
quibus contra hoc præceptum agitur? Et homines sine ullo timore in illa rue-  
re ac perire? Et adhuc ridemus talia. Igitur uelut lucernam hoc præceptum  
attendamus, & per ipsum infinitos casus hominum. Tum uidebimus quod  
mundus iste sit horrenda Lerna, & inferno proxima, & parum iustitiæ & ueri-  
tatis in eo, immo scriptura dicit, quod omnis homo uanus & mendax sit; qua-  
re uere infernus est in mundo.

Simplex coi-  
tū.

Prima itaq; miseria hominū est simplex fornicatio, in qua peccant non tan-  
tum ij qui faciunt, sed & qui fouent, auxiliant, consiliant, non resistunt, ridēte  
copulant, mediant, ac maxime qui occasionem dant.

Fouentes,

Fouent autem, qui uel hospitantur in domibus suis, uel si principes & maio-  
res ac iudices nō prohibēt, sed permittunt. His nihil proderit, quod ipsi non  
fornicant, dicitur enim eis, Si uidebas furem, currebas eū eo, & cum adulteris  
tuis portionem tuam ponebas, Hæc fecisti, & tacui. Existimasti inique, quod  
similis ero tui, arguam te, & statuam contra faciem tuam.

Mediantes.

Et ista miseria, heu quāta pestilentia nūc regnat, ubi æquales ab æqualibus  
trudunt, ducuntur, perduntur tam inter iuuenes, uirgines &c.  
Mediant, ut qui sunt internuncij & copulatrices, de quo uide pulchram hū  
storiam distin. v. c. lxxx. speculi exemplorū. Hi autē propriū opus agunt diaboli  
Nam quod diabolus nō potest, nec posset per se, efficit per illas.

Nō resistētes

Non resistunt autem, qui nec movent aut corripunt secundum mandatum  
Christi, necq; compatimur animæ eorum; nec pro eis orant, sicut docet Chris-  
tianos,

stianos, Insuper & recitant & rident, iocantes in perditione proximorum, cum ut dixi, ille sit ut magnæ miseræ status inspiciendus.

Occasionem autē dant, qui lubricis gestibus ac verbis impudicis, aut exquisito ornatu irritant concupiscentias aliorum, maxime si id intentione faciūt: nam oratio illa immoderata semper est causa, licet per accidens concupiscentis, ut in choreis, plateis, conuiuijs &c. Væ autem illis, qui impudicis verbis inno-centiū corda uulnerant, ut nunc horridus mos est, in hospitij publicis, negociatoribus cōuenientibus. Non est, ut aiunt, necesse pediculos in pellicium se/minare, qui sponte sua nascuntur.

Nam caro nostra in primo peccato duplici uulnere est grauissime percussa. Primū est offensibilitas, alterum concupiscentia, quæ duo uulnera per præcepta nobis manifestant, sed per gratiam sanantur. Sed peius est uulnus concupiscentia, quo minus dolet & affligit, sed delectabiliter mouet, ideo a stultis nō reputatur malum, cum sit duplo peius q̄ alterū, ita ut scriptura dicat: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo in umbilico uentris eius. Ante enim peccatum nihil erat quod offendeat, nihil quod libebat. Nunc autem utrunq̄.

Quapropter Christianus homo debet hoc scire, quod quando sentit se ad iram moueri, uel ad concupiscentiam, non secus putet q̄ si mortiferum uenenum sentiat, & uleus pessimū, & gemat pro illo ad dominum ut sanetur. Nam uerissimū est, quod hæc titillatio licet iucunda & suauis sit, tamen est igni nulli/mus serpentis antiqui morsus, horribilē cōscientiæ puritura cōfusiōnē & amarissimam amaritudinē. Atq̄ per hoc mouetur ad gratiam querendum, sicut habet figura Numeri, quod mors ab ignitis serpentibus ad æneum serpentē suscipientes sanabantur. Ita & titillatus carne, ad Christum crucifixū debet respicere. Nam hinc redditur ratio, cur dominus non contentus, quod per seipsum homo pronus est ad malum, adhibet tentatorem & impulsorem diabolum, scilicet ut quia homo negligens est in querēda sanitate sua apud deum, ideo urget eum tentationibus, ut cogat eum querere misericordiā & gratiam dei.

Secundo etiam ideo, ne forte in donis sibi datis extollatur. Sic Apostolo Paulo, sic S. Hierony. fecit, sic multis alijs usq̄ ad mortem. Vide in speculo exemp. Litera, Tentatio.

Sunt autē alij qui uehementissime rapiuntur hoc malo: Alij uero mitius, alij modico. Nullus tamen sine gratia dei cōtinet, ut Sapient. octauo. Et ut sciat, quā aliter non possim esse cōtinens, nisi deus der, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum, alij dominū &c. Ecce quō a morbo isto per orationē, curationē querere oportet; & magna sapientia est, agnoscere hoc malū suū & remediū locum. Sic & B. Chrysostomus martyr dicit: Errat qui se suis uiribus putat castitatem obtinere posse. Vnde B. Augu. lib. j. de ser. dñi in mon. Quisquis carnalem delectationē aduersus rectā uoluntatē suam rebellare sentit, per cōsuetudinē peccatorum, cuius indomitæ uolentia rapitur in captiuitatē, recolat quantū potest, quantā, qualemq̄ pacem peccando amiserit, & exclamet. In felix ego homo, quis me liberabit de morte corporis huius? Gratia dei per Iesum Christū dominū nostrū. Ita em̄ cū sese infelicem exclamat, lugendo imploret cōsolatoris auxiliū, nec paruus est ad beatitudinē accessus, cognitio in se/citatis suæ. Aurea hæc sententiā. Nō em̄ dicit q̄ ridere, placere, gaudere debeat in titillatiōe, sed lugere, quā uenēnū mortis in se sentit. Deinde: Vbi sunt q̄ liberum arbitrium iactant, cur nō cessant statim ut uolunt: immo quod, non uolunt nec possunt uelle: Cur S. Hiero. & Paul' nō potuerūt cessare a stimulo carnis?

T iij Sicut

Calculus im/  
modicus.

Concupiscentia  
suborient/  
te homo ut  
mere debeat.

Nullus sine  
gratia dei  
continet.  
Cōtra libidī  
nē, remediū  
oratio.

Gratia dei  
ubiq; indige  
mus.

Qui hic lar  
gens, confort  
labuntur.

Taro castior  
quato magis  
dolet se castu  
esse no posse

Si enim uoluissent, utiq; factum fuisset, sed nō poterūt etiam satis uelle, ideo  
contra suum uelle uolebant. Eadem ratio est & de ira: cur enim nō mox qui  
escunt, qui irascuntur si possunt, immo si uolunt: sed neq; possunt, neq; uolūt  
eo q; uoluntas eorum iam alio est rapta & captiua ducta.

Tertio consolatorum est: Quod qui lugent hic, consolabuntur. Sic enim sa  
piētissima dei misericordia nos mirabiliter deducit, dum ex ueneno ipsum ue  
nenum expellit, & de ipsa luxuria nobis efficit empiatru castitatis, dum ideo  
illam sinit irruere, ut homo eam sentiens gemat, lugeat, gratia querat, & sic eo  
maiorē affectū castitatis acquirat, tanto enim castior est, non quo quietior, sed  
quo dolentior se castū nō esse posse, ut uult. Atq; ex hinc, licet haec oīa ad quar  
tum gradū infra ptineant, tamē ne excidant, occasiōe data accipimus, quod cō  
solandi sunt, qui sentiunt sese uexari talibus stimulis, ut nō stulta opinione ita  
tim datis manibus sese tradant desperationi, quasi nō sit castus, qui aetate me  
dullis & cogitationibus. Periculosissima est haec cogitatio, & in oīe peccatū  
operis inclinatissima, ppter desperationē. Sic enim iuuenis prius cogitatōes  
carnis nō expertus, cum credat, castum esse nō posse, nisi nullas habeat, statim  
dicit: Quid dūsero opus, unum est si & facio, quia amissa tamē est in corde ca  
stitas. Non sic o miser, non sic, non est perdita castitas cogitationibus talibus:  
Immo nunq; castior fuisti, si tamē sentis te inuitum illas habere. Nam castitas  
sicut & omnis alia uirtus uiua, ita est abscondita, ut non possit cognosci ab eo  
qui habet, sed a solo deo. Abscondit enim deus omnem uitam sanctorum ita  
profunde, ut ipsi eam scire non possint, secundum illud Psal. i. Quoniam no  
uit dominus uitam iustorum. Igitur sicut uiua & uera gloria iusti, est in ignomi  
nia, uera sapientia in stulticia, uera quies in tribulatione, uerum gaudium in lu  
ctu, uera libertas in captiuitate, uera diuitiae in paupertate. Ita & uera castitas  
est in luxuria, & quo foedior luxuria, tanto speciosior castitas. Heu quod hęc  
sapientia incognita hominibus est, quantum damnium facit. Verum au  
tem signum uiuæ castitatis est hoc, si se sentiat homo habere displicentiam in  
praesenti, non quod tota sit displicentia, tunc enim non staret titillatio, sed mi  
xta, nunc uult, nunc non uult, nunc infra, nunc supra, ita quod sicut rota uoluit  
tur cogitationibus in luto, & tamen manet propositū castitatis. Nam nisi esset  
ibi castitas uiua & uera, non persisteret, nec resisteret, sed libere daret habenas  
cogitationibus, & non sentiret molestiam; quia enim uult & delectatur in co  
gitationibus, & tñ simul sentit se nolle, fiunt ei mixtim dulces & amaræ, & p  
hoc molestæ, cum in neutram partē liberū sibi sitire, sed medio rotatur statu.  
Spiritalis enim ille homo, id est, affectus castitatis, ipse manet & seruat ca  
stitem, licet exterior in membris & corde miras excitet procellas. Ideo in car  
statis pugna non secus agitur, q; si nauicula in mari iactetur fluctibus, dormi  
ente Christo in illa. Curandū est ergo solum, ut ipse susciatur, & imperet mari  
(id est, carni) & uento, id est, diabolo.

Sacerdotum  
tentationes.

Immittit enim & sacerdotibus saepe tales immundicias, ut retrahat ab altari.  
Qui est despiciendus, nō solū in nudis obiectis turpibus cogitatis, sed etiam si  
inclinat uoluntatē in illa, & susciat malos motus, immo eo magis ad sacramē  
tū est currendū pro gratia & auxilio. At nūc multos noui, qui nō accedere uol  
uerūt, nisi non solū quieti essent ab inclinationibus, sed etiā ab ipsis obiectis  
turpibus. Nimis stulti obsequutores diaboli cae fraudis & nequitiae.

Igitur sic utitur dei misericordia & bonitas malo nostro, ut per ipsum magis  
promoueat bonum nostrū, ut omnia cooperentur electis in bonū, etiā peccata  
hoc totum

Quia non est nisi in obsequio  
Christi in sacramentis



hoc totum, ut uitam & gratiam quæ in nobis est, abscondat ac tegat, ne cognitis contenti tepeamus, sed potius ignoratis eis tanq̄ pro non habitis magis suspiremus & gemamus.

Quo autem modo dictum est de castitate, ita & de omnibus uirtutibus, quæ tunc maxime donantur, quando denegantur, & tunc affunt quādo nimis abesse potantur; neq̄ aliter tunc potest homo credere, quin absint & sit perditus. Inde procedit genitus, odium sui, desiderium earum, & imploratio. Tunc huilibus dat deus suam gratiam, quā postea iterum abscondit & auferit, ut addat maiorem. Semper sub cōtrario abscondens contrarium, Ideo hæc est sapientia quæ trahitur ex occultis, & est in absconditis.

Virtutes ad-  
sunt dum nō  
putantur.

Hæc autē castitas aurea est, respectu eius quæ sine malis cogitationibus est, sicut patientia & mititas extra irritamenta qualis est. Nam etiam bestiarū hæc est mititas & saltem gentium, ita & castitas, quæ est sine luxuria & cogitationibus in quiete, etiam meretricium est & lenonum pellimorum, quia tunc casti sunt, quādo caro expleta quiescit, Ceterū hæc quies futuræ uitæ est. Quare castitas est periculosa ad superbiam, dum patet (id est, est quæta) sed est etiā periculosa ad luxuriā, dum latet (id est, est tentata) dum utrobiq̄ periculū, sed superbie maius q̄ luxuriæ. Igitur utraq̄ sit.

Castitas ab-  
scōdita, uera  
castitas.

Præceptum non impletur spiritualiter, dum adhuc cōcupiscentia in nobis est, quia tūc, ut de castitate præsumere, ac præcepti implementatione nullus omnino possit, sed tantū accusare sese & confiteri peccatū suum.

Rursus eo impletur quod spiritus odit hanc concupiscentiam, ideo ipse est purissimus ab ea, & uere impletor præcepti, quia cōsentit per omnia legi, eamq̄ approbat & diligit, dum suam miseriam odit.

Alij uero luxuriosi, nō abscondūt suam castitatē, sed extinguunt potius. Nil est ergo quod gloriantur sese nō nosse castitatē suam, nō huc pertinent.

Secunda est meretricium, quod est magnum malum, ubi libido transit in habitum & cōsuetudinē, qui difficillime curantur. Nam scriptura dicit: Beatus qui tenet & allidet paruulos suos ad petram. Qui autem paruulos suos sinit crescere, in magnos gigantes inueterascere & confortari, quomodo tunc allidet, & non potius illidetur.

Scortatio pe-  
riculosa prof-  
per cōsue-  
tudinē.

Et hanc nobilissimam spiritus sancti doctrinam deberent parentes filijs suis infundere, ut non tantum ut coercerentur, sed etiam uoluntate ducerentur ad castitatem.

Frustranea enim est pugna castitatis, nisi hæc regula seruetur spiritus sancti scilicet petra est Christus, paruuli nostri sunt mali motus, mala desideria, quæ cū quis lenserit, quid faciet: quomodo uincet: audi, non aliter nisi eos ad petram allidendo. Quomodo hoc: quia sicut qui manu ad lapidem terit uermiculum, sic uoluntate & cogitatione tangēdo Christū, statim conterit mala cogitatio, solam tentat & uidebis q̄ iucundū sit sic desideria contere. statim enim ut cor passum Christum tangit, omne malum recedit. Sic figuratum fuit olim in lege Numeri quāto. Quando a serpentibus ignescens percussus, per aspectū zeni serpentis in ligno pendentis, liberabantur. Porro ignescens serpens, est lubrica illa, molliterq̄ reptans libido cogitata, fuge, fuge, tam immanem colubrum: accendit enim & mire facit carnem prurire & ardere. Sic etiam Gene. iij. Ipsa conteret caput tuum (id est, insūm & primum motum fidelis anima conterit) alioquin grandis factus, aut totus illapsus insicit & interficit. O si in tempore libidinis moventis, tantum possimus figuram reptantis uenentis serpentis

Fugienda  
libido.

serpētis cogitare & applicare mysteriū, facile fugeremus cogitatioē ad Christiū

**Stuprum.**

**Virginicas  
incomparabi  
le decus.**

Tertia species est Stuprū, quod est uirginis corruptio, quod olim in lege mitius puniebatur, q̄ fornicatio aut meretricium, quia tenebatur eam dotare, aut in uxorem ducere. Verū nunc est uehementer magnum, quia tunc uirginitas summū erat opprobriū, nunc autem summa gloria: tunc damnabile dedecus, nunc incomparabile decus, nō salē qui nō p̄posuerunt nubere. Nā qui p̄ponit matrimoniu, nō habent actuale tm̄ decus, sed possunt habere, si ad uirginitatē animen̄: de qua multi multa & magnifica scripserunt, quia uere nulli uirgini potest fieri restitutio. Sane tamē hoc intellige, quia uolenti nō adeo tenetur, in uitae autem non potest tolli, potest autem induci & sic tolli.

**Raptus.**

Quarta species est Raptus, hoc plectitur capite in iure, quod est nō tm̄ uirginis, filiae, aut ancillae, sed etiā uxoris, aut alius ad suā curam p̄tinētis, sed maximum est raptus uxoris. Fit autē raptus q̄nc̄ cōsentire puella, puta inducta blanditijs; aliq̄n̄ inuita, hoc maximum est. Sed legunt̄ multa exempla, quibus nō prospere cessit. Guarinus Veronenſis de quadā Alda uirgine miserabilem casum elegiaco carmine composuit, quae secuta raptore, relicta parentibus, tandem ab eo in sylua constuprata & abiecta, cum pueret ad parentes reuertī, petijt gladio percussa ab eo. At ille sic fecit, & occidit eam. Hoc peccatū etiam surti tunc includit, & quidem grauissimū omnium.

**Adulterium**

**De puero in  
adulterio cō  
cepto, (sicuti)  
sime cōsulit  
summita.**

Quinta Adulteriū, quod est perplexissimū & grauissimū quo ad poenā, sed negligitur hodie nimis. Hoc uitium est causa multarū quaestionū, de possessiōne, utrum filiu spiritū debeat marito proderē. Vide Angelum in Summa, tradente regulas. Sed q̄s audebit credere regulis, aut casum in terminis dare pot̄: uarij sunt animi uiroꝝ, & aliter hodie, aliter forte post annū cogitabunt, etiā si hoc anno patientiā haberent in uxore adulteriū cōsistente. At certe amaritudi-  
dine dignū est, quod uir corpus suū dedit pro corpore mulieris, & alius utitur corpore, pro quo ipse suum propriū dedit: p̄pter quod sedet in arte sua, p̄pter quod omnia facit, patitur: deniq̄ seruū se fecit, & alligauit ad multa, qui uxori sefe alligauit. Et ecce alter haec omnia cōtaminare audet, quis digne ferre possit: Vide etiā legem zelotypiae olim, qua nunc mulieres sunt leuatae & exoneratae, ideo eo gratius uiris suis adherere debent.

**Incestus in  
ter cōsangu  
neos.**

Sexta Incestus, quod uulgo bluotichand uocatur, quia ignominia cōsan-  
guinitatis & propinquitatis est, cui eo maior debetur honor, quo propinquitior. Nam & in lege dominus certos gradus p̄hibuit, Et quondam vij. gradus erant prohibiti, Nam in lege fere secundus tantū gradus prohibet cōsanguinitatis & affinitatis; quia nondū erat gratia sanans concupiscentiā, sed regnabat lex irritans & augens eam.

**Sacrilegium.**

Septima Sacrilegium est, ubi iam non tantū casitas polluitur, sed etiam quae deo soli fuit oblata, tollitur, & sanctū prophanat. Verū hoc ex institutione ecclesiae magis q̄ ex deo est in sacerdotibus, sed in religiosis grauissimū est, quia sponte sese cōsecrauerunt dño, & sese subtrahunt rursum.

**Excessus cō  
iugum ex ni  
mio amore.**

Octaua additur, Excessus coniugum, quod ut Be. Ambro. allegatur lib. se-  
cundo, contra Iul. Be. Augusti. Ardentior amator propriae coniugis, adulter est. De quibus Apostolus. j. Thessa. iij. Haec est uoluntas dei sanctificatione & honore, ut abſtineatis uos a fornicatione (Hoc primum) deinde, ut sciat unusquisq̄ q̄ uestrum, uas suum (coniugem suam) possidere in sanctificatione & honore, & non in passione defydem, sicut & gentes quae ignorant deum. Et. j. Pet. iij. Viri similiter secundum suam cohabitantes, in inferiori uasculo mulie-  
bri impar

brī impatientes honorem &c. de quo satis supra. Sed difficile est eis regulam tradere, nisi quod uitiosum est ad omnē motum carnis, satisfacere libidini & concupiscentiæ, hoc est enim in passione desiderij esse.

Sequuntur nunc tres alie species.

Mollicies, quæ quicquid uigilando polluitur apud seipsum. Zodomia, qua uir uirō, mulier muliere abuitur, uel etiam uir muliere, & mulier uirō, quæ omnia turpiora sunt, quæ nominare liceat. Bestialitas, de quibus Leuiti. xviij. uide, cetera ad confessionem pertinent.

Mollicies  
Zodomia  
Bestialitas

Vltra hæc sunt pollutiones nocturnæ, quæ de se non sunt peccatum, licet lex Deu. xxij. Si quis inter uos fuerit homo, qui nocturno pollutus sit somno, egre dicitur extra castra, & non reuertetur, priusquæ ad uesperam lauetur aqua, & post solis occasum regressus in castra. Hoc est mystice, sic pollutus (licet & ipse aliud significet) debet abstinere a cōmuntione sanctorum, id est, sacramento, donec sol (id est, æstus & ardor relictus ex pollutione) sedatus fuerit, & sic locus humili confessione accedere. Habet enim sæpius sui causam, quæ peccatū est ut sunt crapula, ocium, sexus alterius conuersatio aut memoria.

Pollutiones  
nocturnæ nō  
sunt peccatū

Denique sunt etiam pollutiones uigilantiū & diurnæ, sed inuoluntariæ, quæ irruunt multis, dum longe aliud agunt, ut dum fricantur, equitant, uehuntur, id est, sine causa sua, quos scriptura feminissuos uocat, ut Leui. xv.

Sequitur alter gradus moechorum.

Qui est in uerbis, ut quidam turpissime loquantur de carnalibus peccatis, contra Apostolum Ephē. quinto: Fornicatio autē & omnis immundicia, aut auaritia, nec nominet in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarū actio, id est, ne sit fama uos tales esse.

Mochi in  
uerbis,

Tria posuit uitia linguæ secundum concupiscentiam, scilicet turpitudinem, quæ est ipsa obscœnitas, impudicitia, & inuerecundia uerborum. In qua duplīciter peccatur.

Primum ab ijs, qui de istis turpitudinibus uelut risum & consolationem in uicem sibi præstant, tanquæ sit lucunda res, de qua loquuntur. Hic alius nihil aliud facit, quæ ut ostendat quæ obscœnus & ipse possit esse, omni turpitudine nominans membra & opera membrorum. Alius uero historias ad hanc rem pertinentes, omni licentiæ recitat, tum ridetur, res optima uidetur, donec monachi & sacerdotes etiam adducantur cum suis peccatis. Qui morbus heu quæ dire hodie regnat in hospitij & tabernis, ut piculosum aut saltē poenitendū sit aliquæ religiosum uel pudicū hominē peregre proficisci.

Spurelloqui  
peccant

Obsecro per deum, uidete tamen quid isti faciant. Primum, si sunt Christiani, aut ut nominari uolunt, ita deberent diligere uerecundiam, ut nec paterentur ea nominari inter se, si prohibere possent. Secundo saltē dolerent, si non possent. Tertio super historias lapsorum, uel sacerdotum, uel religiosorum, uel principum, uel magistratuum (horum enim eo iucundius recitantur uisæ, quo efficacius & licentius præbent exemplum imitantibus) non secus dolere, quæ si per proprio casu, sic enim requirit charitas, immo quo altior esset status, eo magis genere & deum pro eis orare. Hoc enim esset Christianū.

Lapsi cōdo-  
lendū ex cha-  
ritate, non re-  
citanda sunt  
uitia eorum,

Iam nunc uide quæ longe sint a moribus Christianismi, insulsissimi homines Primo non solū hæc non faciunt, sicut certissime debent Christo; Verum secundo sese mutuo in rebus pessimis iustificat. Tertio seipfos ad concupiscentiam fricant & prouocant his ignitis saculis.

Spureari sa-  
bulatū narra-  
tores.

Quarto

Quarto alienam uitam ac famam polluunt detractioe ista grauissima, mortuos putres reuelantes, qui mortuos sepelire debuerat. Quinto, alienam & suam miseriam ac ruinam irident, ac latentur in sua perditione & aliorum.

Libidinano  
animus uult  
merarum est,  
& ridemus i  
fami.

Obscuro cogitate, si dominus dicit, quod de omni ocio uerbo, quod locutus fuerint homines, rationem reddent in die iudicii, ubi isti quae appaerunt: *Vae uix q̄ late regnat ista pestis. Similes sunt isti, Primo furiosus, immo quis tam furens in sua miseria & plaga rideat & gaudeat: Nonne miseria miseriarū est: dolet ulcus, aut oculus, & non cessat querulus gemitus, & adeo nullus ridet, ut etiam ridentes uelut pessimos omnium odiat ac detestetur, quarritur contra patiens & adiuuans, aut consulens. Ecce autem titillat caro, immo grauissimē dolet conscientia, deinde ruit ipsa uel anima alterius proximi, & adeo non quarritur compatiens aut consulens, adeo nō doletur ac gemitur, ut etiam qui condoleat ac cōsulere uelit, aut prohibere, irrideatur, despiciatur, odiatur, Nam gne deus quando aperiemus oculos, ut cognoscamus quid sit mūdus? Nonne ista est peruersissima peruersitas: an non libido est uulnus supra omne uulnus? Nonne ulcus & plaga super omne uulnus & omnē plagam? Sicut Hier. decimo dicit: *Vae mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autē dixi plane, haec est infirmitas mea, & portabo eam. Et Esaie primo de populo Isracl dicit: Uulnus & liuor & plaga tumens, nō est circūligata, nec curata, me dicamine, neq̄ fota oleo. Et iterum: A planta pedis usq̄ ad uerticem, nō est in eo sanitas. Haec sunt plage & uulnere non ab homine, sed a diabolo inflicta. Vide itaq̄, uulnus quod facit homo, ploratur; quod facit satan, ridetur, & dulcissimum habetur. Sed heu dulce paratur. Beatus autem ille, qui ipsum intelligit & aduertit esse uulnus amarissimū, sicuti uere est. Nam licet eius amaritudo non sentiat, sentietur tamen inaximabiliter tandem in conscientia. Vnde de Prouerbiorum quinto. *Ne intenderis fallaciae mulieris, id est, carnis & sensualitatis) fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absynthiū, & acuta sicut gladius biceps. Et uicesimo tertio: Ingrederis blandē, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut Basiliscus uenena diffundet. Ideo discamus per deum, quod in talibus uerbis ludere, ridere, iocundare, hoc idem est, quod de propria morte & miseria gaudere, quod nullus facit, nisi furiosus uel plures furiosus.***

Secundo similes sunt ei, qui Marci quinto, *Luce octauo, scribitur possessus a legione, qui sine uestimēto, neq̄ in domo manebat, sed in monumentis, & catenis uinctus ac custoditus rupit catenas, & agebat a demonio in desertū, & die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamās & cōcidēs sese lapidibus*

Spero, quod si intelligerent turpiloqui suum uitium in isto describi, magis timeerēt. Quid est enim quod nudus erat, nisi quod turpiloquus etiam propriam ignominiam uerbis nudat: cum debuerit potius tegere, ut sanaretur. Deinde non manet in domo, scilicet cum uiuis, de rebus uiuentium agens, sed in monumentis cum mortuis agens, hoc est, quod uitia & mala aliorum recitat, & in illis totus uersatur: Nam monumentum mystice est memoriale mortui, (id est, fama & historia foetida peccatoris, scilicet principis, religiosi, sacerdotis &c.) Item, *Concidit seipsum lapidibus clamans, id est, quod sibi ipsi nocet, ubi sibi uidetur plurimum, iucundēq̄ prodelle. Sic Esa. tertio: Peccatum suum non absconderunt, sed sicut Zedoma praedicauerūt, licet hoc de Pharisaea iusticia dictum sit in spiritu, tamen in litera etiam huc pertinet. Item legionem habet, ut nemo possit illic transire praeter eorum sequitiam, hoc est, quod illi multorum*

demonum

Hieronymus: 10

12: 1

1000 809 5

Praedicator  
uita sua.

1000 809 5

dæmonum officium agunt, dnm multis nocent. Et ubi sunt blâdissimi, ibi sunt facillimi, ut nulli sit sine periculo, cum eis conuersari, ut & supra dixi. Scio autem quod nullus tam stultus sit & insensatus, quod si talem hominem uidisset ridere potuisset, sed potius fugisset quantum potuisset. Et tamen ridet & ridetur ille, cuius iste figura in modo fuit. Denique & hoc tibi dictum fuit, quod nec catenis, nec custodijs potuit retineri, quin ageretur ruptis uinculis in deserta, nemo potuit eum domare. Hic prope consentit cum apostolo Iacobo, Nullus hominum potest linguam domare, ita nullius prohibitione, nullis uerbis euangelij coercetur illi, quin lingua indomita erumpant atque uagentur, ubi solent, nudari, lacerari, nudantes, lacerantesque ceteros similiter. Et ut in detestabilissimum uitium, etiam impure loquar, Nonne fures sunt bestie immundæ, quod stercorea hominum de uorant? At illi in stercore suo & alieno linguam & dentes uersant. An est stercofus corporis peius quam stercofus animæ? Oportet enim coram suis uisibus loqui, ut intelligant. Si ergo uideris porcum uorare oletum, intellige ecce, talem esse obscenitatis & turpitudinis fabulatorem.

Apostolus sane dicit, quod inhonesta nostra abundantius honestamus, illi uero etiam honesta per inhonesta inhonorant. Quis autem ferat, ut alius reuelat cum tibi sibi posteriora, aut pudenda seu ignominia maiora, quam fordes peccatorum in nobis & proximis; lex autem prohibuit, ne proximo cum ignominiam reuelemus.

Secundo etiam peccator, obscenitate, quando talia coram pueris & puellis in nocentibus nominantur & dicuntur. Rei autem sunt omnium peccatorum, & mortuorum quæ ex illis sequuntur, Aetas enim mollis & inexperta harum rerum, facillime pollicitur, & quod peius est, tenacissime seruat audita turpia, sicut macula in puris & tenerum pannum cadentes tenacius hæret, quam impurum aut rudiorem, quod & experientia didicerunt Gentiles, ut Horatius.

Quo semel est imbuta recens seruat odorem

Tecta diu,

Et Iuuenalis,

Maxima debetur puero reuerentia, siquid

Turpe paras, huius tui ne contempseris annos.

Quid autem faciunt qui hoc agunt? Primum, utique cum magnum bonum sit ætatem teneram fouere, custodire, promouere in pudicitia & uerecundia, sicut dicitur, quod gratissimum sacrificium deo, est zelus animarum; omnia studia deberent eo uigilare, ut pueros & puellas custodirent & seruariet, ne quid discerent, uiderent & audirent obscenitatis, qui per se ardent medullis, non cogitant, dum quomodo igne adiecto accendantur, sed potius aqua apposita extinguantur. Non solum id non faciunt, sed etiam propriissimo demonum officio usi, corruptunt innocuas animas suis pestiferis fabulis turpitudinis. Diabolus enim corruptor mentium dicitur, sed non corrumpit, nisi ministerio lingue illorum qui sunt ex parte illius & imitantur eum. Quomodo enim potest puer aut puella rursus eam dicere uerbum turpe, quod semel audivit, sed semel iactum est, & radicat in corde eius etiam inuito, deinde crescit in miras & incognitas cogitationes, quas non audeat confiteri, & tamen nescit eis carere. Vix autem tibi, qui huic simplici & ignarae huius rei mentem, hunc laborem, hoc periculum, & hoc uenenum infudisti, Corruptus non uolastis, sed animam incomparabiliter nobiliorum (quantum in te fuerit) constuprastis. Nam per aurem infudisti & impregnasti eam foetu nocentissimo. Vnde Baptes, Mantua,

Per sensus quasi per riuos,

Venus acre uenenum,

V Influit

Coram pueris  
& puellis par  
et loquitur.

Pueri & pu  
ellæ ardentes.



Influit in mentem, quod si male cauta receperit,  
Valnus agit sola diuum medicabile dextra.

Igitur obscenitas istorum maior est q̄ illorū, quod iam non sit tantummodo obscenitas, sed cedes innocentium animarū, & de familia Herodis, qui occidit multos pueros in Bethleem ludæ. Sed uide, nōne ita est, quod nullus pater possit sustinere, ut filij sui occiderentur corpore: quod ergo tibi in corpore tuorum filiorū fieri nolles, quare id audes in animabus filiorum alterius, immo dei, per peccare: Recte S. Lodouicus rex Fræciæ a sua matre didicit, quod filios suos male corporaliter uidere occidi, q̄ mortaliter peccare. Sic enim & mater quoq; ad eum dixerat. Sed satis dire illis dominus minatur Matth. xvij. terribiliter dicēs: Qui aut scandalizauerit unū de pusillis istis, qui credunt in me, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vide quanta cura sit Christo de paruulis & innocentibus, quod nouam poenā illis decernit, qui eos offendunt, de nullis enim alijs talem poenam dicitur. Nū intrū uolēs, q̄d noua & singulari poena præ cæteris sint cruciandi, deniq; sequis. Væ mundo ab scandalis. Necessè est enim ut scandala ueniant, uerū tamē uæ homini per quem scandalum uenit. Et infra, Videte ne contematis unum ex pusillis istis, dico enim uobis, quia angeli eorum in caelis, semper uident faciem patris mei, qui est in caelis. Ecce saltem angelorū intuitu uel parci pueris, & reuerentiam illis haberi. Quod si illos ideo castos dixerit quis, quia uerbis ludunt, re sunt casti, sicut eorum pater Ouidius quoq; mentitur,

Crede mihi mores distant a carmine nostro.

Vita probata mihi, Musa iocosa mihi.

Respondet Christus, os eorū compescens: Ex abundantia cordis os loquitur, Qualis arbor, talia & folia.

Ecclesie reformatio in pueris incipienda.

Hæc est etiam ecclesie ruina tota, si enim unq; debet reslorescere, necessè est, ut a puerorum institutione exordium fiat. Hæc de obscenitate dicta sint. De stultiloquio uero & scurrilitate ad hunc locū nō pertinet, quamq; illa duo nūc apud honestissimos & religiosissimos adeo dominent, ut eo ipso uelint honesti uideri quo stultiloqui & scurriles sunt.

Stultiloquiū autē est uniuersæ ociose fabulæ, in quibus nihil eruditionis & scientiæ, ut ipsemet exponit, quæ ad rē (inquit) nō pertinet. idem uocat Christus uerbu ociosum, ideo non nisi utilia, aut necessaria sunt dicēda. Tales sunt fabule aniles, & neniæ puellares, Historiæ plebani de Calēberg, Dietrich von Bern. Et disputationes de rebus longinquis & extra nos positis. Quod gen<sup>o</sup> sunt etiā opiniones philosophorum, & glossæ super Aristotelem, Garrulitates dialecticæ, somnia Astrologorum. Stultiloquium enim uocat, quia non sapientie, sed stultitiæ uerba sint.

Stultiloquiū est Aristotelis studium.

Facetiæ non uituperantur.

Eutrapelia seu scurrilitas, quæ est facetia seu urbanitas, quā Aristoteles uirtutē esse putat, q̄ scilicet nō turpia neq; stulta, sed iucunda & erudita simul dicuntur utilitas intret sub dulcedine comitatis. Ita q; comitas seu affabilitas, seu urbanitas, seu facetia talis quæ sit, ut tristes atq; tentati in spiritu recreent, laudabilis est, uerum quæ sit sine causa, tantum ad consolationem uanitatē & carnis, præsertim cū huius semper non sit nisi leuitas causa, & sola libido fabulandi atq; ridendi moueat ad illam, non conuenit Christianis. Sic em̄ & B. Aug. in cōfess. confitetur, Quod nugari cum amicis sit parum Christianum, q̄ Christianorū res & uerba habere debeant solida & magna seria, plenamq; grauitatē, & auctoritatē, ut Pal. ait, In populo graui laudabo te. Porro hæc ipsa nugacitas & eutrapelia

Christianos seria decent, nec inter amicos nugæ.

trapelia

trapela, tanto fit peior, quanto fit in rebus facrationibus, ut nōnulli importunif  
fima leuitate, abutunt facre fcripturae dicitis ad eā leuitatē, & ridicule iucande eā  
torquentes illoc, ubi fuam quaerūt uanitatē, cum facris illis uerbis fūmma &  
reuerētia & terror debeatur femper & ubiq̃.

Tertius gradus Moechorum, qui eſt in ſignis, quorum unū domin⁹ expreſſit  
dicenſi: Qui uidet mulierem ac concupiſcendum &c. Ecce uiſus ipſe, qui ſi/  
gnūm ſit concupiſcentiae, adulteriū eſt. Nōne duriffima lex Chriſti: ſed ideo fa-  
miſſima & immaculata, conuertens animas. In hoc autem omnia alia ſigna cō-  
prehenduntur, cū uiſus ſit minimum & ſubtiliſſimum, unde poſuerunt aliqui  
quinq̃ ſineas amoris, Videre impu  
dice.

Viſus, colloquium, tactus, poſt oſcula, factum.

Atq̃ hic colloquium etiam aliud intelligitur, q̃ id quod eſt turpiloquiū, & ta-  
ctus ſimiliter, item & oſcula. Sed de ſingulis latius. Sunt autē plura, ut uiſus, au-  
ditus, colloquiū, literae, internūcia, tactus, amplexus, riſus, oſcula. Nō q̃ tot ſint  
adulteria ſingillatim, quot ſigna quis fecerit. poteſt em̄ uno adulterio hec om-  
nia ſigna facere, alioquin opus ipſum ſemper eſſet triplex adulterium, cum ſine  
tactu & concupiſcentia non fiat.

Viſus itaq̃ primum. Hoc autem eſt uelociſſimū & frequentiffimum omniū  
illorum ſignorum, quia longius, latius, citiuſq̃ officium ſuū agit, pleraq̃ & cla-  
rius percipit. Ideo tam multa in ſcripturis de oculorum cuſtodia dicuntur, cum  
nullus ſenſus tam facile & tot obiectis irriteretur, nec aliorum ſenſuum aliquis tā  
atrociter uulneret animam: tanto enim profundius figit in cor, quanto clari-  
us cognofcit, ita ut ſit prouerbiū: Quod oculus uidet, cor non fallit. Et Horatius  
Segnius irritant demiffa per aurem,

Quam quae ſunt oculis ſubiecta fidelibus. Et iterum,

Valdēt oblectant &c.

Ut patet experientia, quia nunq̃ ſic mouetur qui de morte audit, ſicut qui ui-  
det, nec tantū mouetur qui turpia audit & carnalia atq̃ mundana, quantū qui  
uidet. Exemplum eſto Alipſius S. Augu. contubernalis, de quo. vj. Confefſ. ſcri-  
bit: Quod cum inuitus duceretur ad ſpectaculū clauſis oculis deſpiciens, tñ por-  
ticia apertis, ita raptus eſt, ut multos quoq̃ adduceret poſtea & ipſe.

Quo circa in iuuenibus & uirginibus ut ſummus decor eſt, oculorum incli-  
natio & depreſſio, ita ſummū uituperium euagatio & incurſodia, ita ut aliqui ſi  
gnū corruptionis dent, oculorum euagationes, & uerū eſt. Eccle. nicelimoſex-  
to: Fornicatio mulieris in extollentia oculorū & in palpebris illius agnoſcetur  
&c. Vide ibidem. Aut eſt ſignū iam corruptae, aut facillime corruptibilis mul-  
ieris. Nā quae ſyncera caſta eſt, non intendit in uultū uiri, ſed confunditur, ut de  
Rebecca Gene. nicelimo quarto dicitur, quod conſpecto Iſaac ſponſo ſuo tulit  
peplum ſuum, & operuit ſeſe.

Item igif de quodā ſancto uiro, qui cū S. Antonio ueniſſet Rhomam oculis  
clauſis, nihil de tanta ciuitate uidere uoluit, niſi eccleſiam ſancti Petri.

Item de Syluano legitur ſimiliter, quod ſemper uelatis oculis incedebat, neq̃  
ſolem hunc uidere uoluit.

Itē Iob. xxiij. dicit: Peſſigi ſocedus cū oculis meis, ut ne cogitarē de uirgine (id  
eſt, iuuenula.) E contra Dina egreſſa ut uideret mulieres regionis illi⁹, corrupta  
eſt. Et Berū. dū quādā foeminā fixe fuiſſet intui⁹, graui ultione ſeipm̄ coeruit  
Et B. Benedic⁹ ex uifa in ſeculo foemina, grauiſſime fuit tentata, Itē quid con-  
tigit Dauid ex aſpectu Berfabee, & filijs Iſrael ex Moabitarum aſpectu: Nu-  
m̄

me, xij. Item alius tentatus a muliere uisa, cum mortuam audisset, de putredine cadaueris illius sanauit concupiscentiam. Idcirco uisus nō tantū in praesenti cōcupiscentiā mouet, sed etiam memoria fixus ex praeteritis diu, mirandas suscitāt tentationes. Ideo dicit Hiere. Treno. iij. Oculis meis depradatus est animā meā. Et iterū Hiere. ix. Mors intrauit per fenestras nostras. Et. ij. Pet. ij. Oculos habentes plenos adulteriij. Ecce quomodo adulterus in oculos ponit. Ite Eua primo mota est uisu pomi, quod esset pulchrum &c.

Et de filijs dei Gene. sexto scribit, quod uisu ceciderūt: Vidētes filij dei, filias hominum, quod essent pulchrae, acceperūt sibi uxores, quascunq; elegerant.

Vnde & sapiens docet. Noli intēdere in faciē uirginis, ne confundat te uisus eius. Item e contra; Nec puella in faciē iuuenis, propter simile periculum.

Hinc dicit Ioannes, Quod omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis & oculorum, & superbia uitae. Concupiscentia oculorum intelligitur curiositas, multa experiendi & cognoscendi per sensus.

Legit de S. Elisabeth, q̄ maritū suum in ecclesia quandoq; iucundius intuita subito fuit a dño correpta. Quid illis fiet, qui in ecclesia fere nihil aliud agunt, q̄ illud Ouidij, Spectatū ueniunt, ueniunt spectent ut ipsae, nihil nisi uidere, uideri, concupiscere, cōcupisci. At sane quodam uelut naturę ingenio, proprium est mulieribus, quod amant concupisci & amari, uiris uero cōcupiscere & amare, licet & utrunq; fiat, ut mulier insistant cōcupiscendo, & amando, & uir quarendo concupisci & amari.

Mulier amari  
quirit.

Sensus nostri  
nosij sunt.

Mira itaq; miseria, quod sensus proprii sunt tñ nosij nobis, ita ut uere dixerit Christus: Inimici hominis domestici eius (i. sensus) Et psalmo, xxxvij. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquaerunt & steterūt, Quid em̄ facit oculorum curiositas, nisi quod aduersus animam pugnat?

Sensualitas  
serpens.

Vnde & B. Augu. uocat sensualitatem serpentē, quod sit lubrica & mobilis multis obiectis, figurata per serpentem in paradiso. Vide itaq; quomodo odiū nostri & abnegationē nostri nō gratis docuerit Christus in euangelio ut odiamus oculos & omnes sensus, omniaq; membra, quoniā captiuam ducant animam in legem peccati, praesertim oculos, unde Ecclesiast. tricessimoprimo; Ne quis uisus oculo quid creatum est?

Oculus insat  
iabilis est.

Verum non hoc tantūmodo malum est, quod per oculum facit concupiscentia, sed etiam quia non saturat, ut Ecclē. primo. Non saturat oculus uisu. Et pro uer. uicesimo septimo; Infernus & perditio nunq; implentur. Similiter & oculi hominū insatiabiles. Quid ergo p̄dest oculorū cupiditatē irritare, & finito initio uidendi, infinitū desiderij, & nullū finē prouocare? Melius est statim ab initio uisum coercere, anteq; dilatat uoraginē lux cupiditatis, quā explere nō possis.

Igitur ut B. August. in regula; Nec uos dicatis habere animos pudicos, si oculos habeat impudicos. Impudicus enim oculus, impudici cordis est nuncius. Nullus ergo p̄sumat, quod non sit adulter, si opere cesser, oculo tñ cōcupiscat.

Hæc de primo & maiore signo.

Auditus in  
purus.

Aliud est auditus, quo indicat concupiscentia intus ardens, ut qui uel prouocant dici nel cantari turpia (& ij sunt peiores) uel qui tacite & libenter audiunt etiam si non prouocent, delectantur enim in illis, neq; auertuntur, ut ab immūdiā & nocumento. Tertij etiam possunt esse qui nō prohibent, nec arguūt huiusmodi audientem, aut melioribus instruunt, neq; coram eis increpant atq; abominantur talia, ut terrentur audientes, omisso scilicet ij peccant, quod nō sunt solliciti salutis proximi, & perditionis eius negligentes, atq; minus q̄ de-

bent cor

Uisus in  
Hiere. 9  
2 p̄dicitur  
S. G.

de Jacobo

de primo  
p̄dicitur

bent curiosi. Tertium est colloquium, scilicet cū muliere uel uiro; nam concupiscētia id agit, ut fabulentur, saluent, tractentq; secū, licet honesta quōdāmodo sed non causa honesta. Inde em̄ risus, loci, fabulae, colloquia, tantūmodo ut placeant sibi mutuo, & sese prouocent ad amorem sui mutuum. Et hoc uitium mulieres impense laborant, dum amant. In puella autem non tantū hec, sed omnis profus uerbositas turpissima est. Nec est signū constantis uirginitatis aut castitatis, si sit puella loquacula & garrula, præsertim cum iuuenibus. Nam ecce B. Virgo quāto textu angeli conuēta, nō tū nisi id dixit: Quomodo fiet istud &c. sed neq; ut ait beatus Ambrosius refalutauit saluantem. Proinde quæ libenter uolunt audiri in cantu, aut loquela, rursūq; audire cantum, uel colloquiū alterius sexus, quid aliud nisi eiusdem sexus concupiscētia sese ardere probant? Si non arderent, nihil colloquium aut aspectum curarent, sicut alia non curant quorū affectu non tenent. At nunc puellæ plurimæ tota leuitate huc feruntur.

Quartū, tactus, ut sunt manū traditio & amplexus, quæ & honeste quidē fieri possunt in specie, tamen cū concupiscētia intus mouēt. Hic iam ignis libidinis acriter incendit, ut etiam B. Hierony. dicat, quod tactu ipso statim sexum intelligit concupiscētia, ideo q̄ longissime fugiendus tactus, sicut legi de quodā Papa (non memini nūc nomen) quod data manu pro more osculanda, cū ex osculo mulieris sensisset titillationem, manū præcidi sibi permisit.

Quintū, est osculū, quod transcamus. hæc autē signa nūq; aguntur & sūt uerementius, q̄ in choreis publicis; mirū, quod & quanta ibi sūt peccata, quid ibi uisus & auditus hauriat, quid tactus & colloquium pariat, breuiter mūdas est mundus, immo immundus, & inimicus dei; nec est quæredam bonū quod deo placeat in mundo, peccatum super peccatū ibi urget & addit, ira dei ibi cernitur intensa nimis, & tamen ridef, saltatur, gaudetur tanq; in rebus parum nocentibus, immo bonis & utilibus.

Sextum signū & quidem non leue, est ipse ornatus peregrinus & nouus, qui nunc tot inuentionibus, artibus, studijs feruet, ut nihil nisi furiosum possis dicere mundū; cum tamen nulla sit causa, nisi ut placeant & conforment sese mūdo. Necessitas em̄ aut utilitas, immo & honestas (quæ solæ sunt causæ iustæ) nō requirit talia, modicisq; contenta est; quis autē satis de illis potest dicere, cū sint inaudita genera sumptus & uestiū? sed acre malum & somes libidinis sunt ista, licet nihil curent; credo q; tandem nudi incedent, cum iam seminudi incedant; sed sine, dabunt nostris sua moribus ætas; peruenit ita dei super mundū in finē, & beatus qui intelligit, quoniā uere ira dei in illos peruenit. Omīto hic etiā amantū, id est, amentium furores, qui nocturnis officijs, amatriculis suis, ludocantū, musica seruūt, & omnia tentant, ut placeant; hic etiā ipsi mundo stultas stulticias agunt, ideo transimus illa.

Quartus demum gradus est, ipsa interna concupiscētia de qua satis supra dictum est, qua nemo caret in hac uita, sed tamē hoc ipso saluamur, quod ei nō consentitur, ut Rhoma. vj. Neq; exhibeatis membra uestra seruire peccato, ut obediat concupiscētijs eius; quanq; enim lex dei immaculata requirit, ut prorsus nulla sit concupiscētia, sed tota & omnino immaculata mundicia, tamen misericordia dei interim sustinet, & gratā habet dissolutionem noui hominis in tus, ne dominetur nostri omnis inuilitia. Hæc iugiter est mortificanda, gemitu, uigilijs, labore, oratione, humilatione, & alijs partibus crucis, tandem ipsa morte.

Ex quibus omnibus patet, quod hoc præceptum nō solum nō est negatiuū,

Colloquium  
incendit amo  
rem.

Puella loqua  
cula.

Tactus mirū  
sice inflamat.

Osculum  
Chori saltan  
tiam.

Vestes & cul  
tus nouus &  
peregrius az  
guitur.

Interna ebus  
piscētia mori  
tificanda.

Non moecha  
beris, praeci-  
ptū est alicui  
matuum.

nisi in facie citum uerborum & litera, sed maxime affirmatiuum, quia praecipit scilicet Castitatem & continentiam purissimam intus & foris; quis autē sapiat tā stulte, ut castitatem neget esse rem affirmatiuam: sed negatiue praecipitur, dum prohibetur libidi, ut purissima sine omni mixtione libidinis praecipitur, ut Psal. xj. Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinātū, probatum terrae, purgatum septuplum.

Ac per hoc iam patet, quomodo per legem fit cognitio peccati, quia concupiscentia nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret, non concupisces, Roma. vii. scilicet quia solum opus peccatum putabatur. Igitur non satis est, ut opere non moecheris, non satis, quod uerbo sis pudicus & aspectu, aut alio quouis signo, immo nec hoc satis, quod corde nō consentias, nisi etiā tandē porus fias ab ipsis motibus malis, intus ebullientibus; ideo non nisi gemitus pro gratia dei sup. est cum Apostolo Roma. septimo; Infelix ego homo, quis liberabit me de morte corporis huius?

PRAECEPTVM SEPTIMVM,

NON FVRTVM FACIES.

Spūalis intel-  
ligentia.

**A** Viduimus quod praecipitur quintum, Non occides, prohibuit offensam proximi in sua propria persona. Sextum autem, Non moechaberis, offensionem eiusdem in persona sociali, eademque carne. Et utrunque tam in opere quam corde, tam affectu quam effectu; ita ut satis constet, quod spiritualis intelligentia istorum praecceptorum negatiuorum sit ista affirmatiua, ut mitis & casti simus, intus & foris, prorsus sine omni, tam amaritudine irae, quam dulcedine concupiscentiae. Quae duo sine charitate spiritus haberi prorsus non possunt, quia sunt fructus spiritus. i. Corin. xiiij. & Gal. v. Ideo plenitudo legis est dilectio. Haec enim est mitis, & nulli nocet, immo omnibus prodest, & prodesse cupit. Est etiam casta & sancta, ideo neminem polluit.

Duplex intel-  
lectus.

Sequitur nunc prohibitio offensionis in rebus proximi, quod aequae sine charitate fieri non potest, saltem in spiritu. Vnde & hic quoque notandum, quod hoc praecipitur dupliciter intelligitur.

Literalis.

Primo ad litteram & secundum sonum uocis, sic solummodo opus ipsum furti hic prohibetur, quia dicit: non facies furtum, non utique ait: Non doceas, non ostendas, non cupias, sed, non facies, sic Iudaei intellexerunt, & superbi facti sunt in iustitia sua, tanquam non essent rei praeruaricationis. Vnde cum ipse Luca. xvi. huius praecipi ueram daret intelligentiam, dicens: Non potestis deo seruire & mammonae, & Facite uobis amicos de mammona iniquitatis; audiebant haec omnia pharisaei, qui erant auari, & desiderabant eum, & ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra; quia quod hominibus altum est, abominatio est apud deum. Ecce quomodo corda requirit in iustificatione praecceptorum suorum; denique sequitur ibidem, quomodo spiritualis sit lex, dicens Lex & prophetae usque ad Ioannem; Ex eo regnum dei euangelizatur, & omnia in illud uim facit, facilius est autem coelum & terram praeterire, quam de lege unum apicem cadere. Ecce uiolentia opus est in dei praecipis, quia tantum cortex uerborum, sed nec unus apex praeteribit &c.

Deus cor re-  
quirit in praeci-  
ptorum iustifi-  
catione.

Spiritualis.  
Pauperes fideles  
intelligunt.

Secundo ad spiritum & secundum intentionem praecipientis, sic omnem cupiditatem hic prohibet cordis, ita quod sit impossibile impleri illud, nisi sis pauper spiritus

in. 10

Cupiditas



ſpiritu, ut Mathai. v. Beati ſpiritu paupes. proinde in Pfalmis, proprio uelut no mine, fideles Chriſti uocantur pauperes. Paſ. ix. Dum ſuperbit impius, in cen diſ pauper. Et iterū: Et factus eſt dñs refugium pauperi, & quoniam nō in finē obliuiſo erit pauperis, patientia pauperū nō peribit in finē. Igitur ſpiritus huius li teræ eſt paupertas in ſpiritu, quare manifeſte patet, q̄ ſine gratia dei nullus im plet hanc legem, cū ſit homo naturaliter cupidus uitio primi peccati.

Corollarium ſequitur.

Quod legis huius in litera iſperio, eſt nihil aliud, niſi decipula quædā. Paſ. v. Quoniam non eſt in ore eorum ueritas, cor eorū unanum eſt. Heb. ſic: Qm̄ nō eſt in ore eorū reſtū ( quia docet, ſ. umbra & litera operis tantūmodo in præcepto ) interiora eorum inſidiæ ( quia decipiuntur, dū ſe ſuſtos credūt, falſi ſpecie ope rum, ut non agnoſcant malū ſuæ cupiditatis ) ideo non gemunt pro gratia, nec peccatum conſitentur, ſed ſtant ſecuri. Ideo Rho. ij. contra eos dicit: Qui doces non ſurandum, furaris, ſcilicet cupiditate, licet non opere.

Iuſtiſtæ autē hoc præceptum non adeo late exponunt, ſed manent in limitibus furti, uerum coram deo, quicquid agit uoluntas, facere dicitur, etiam ſi opus nō ſequatur. Scrutatur em̄ deus renes & corda, Paſ. vij. Ideo nos in totam latitudi nem operā eamus, quæ cupiditas perficit: ſed heu quāta eſt latitudo deus bone

Quis enim auaricia & ſpecierum eius uituperia non audiuit. Igitur primum opus eſt ſecundum ſonum textus, ipſum furtum, hoc riuſum in quinque ſpecies, ſcilicet furtum ſimplex, ſacrilegium, peculatus, abigeatus, plagiatus, de quibus Iuſtiſtæ. Nam hoc præceptū ſecundum literam copioſiſſime & diligentiſſime tran ſtant in omnibus ſpeciebus, teſte proprio eorum ſermone, quod iuridica ſacu tas ſit de pane lucrando; tolle meum & tuū, & nullo iure opus fuerit, & ſane inſi nitum negocium præbet iſta cupiditas hominibus eiſmodi. Igitur furtū eſt rei alienæ uſurpatione, domino inuito & ignorante; quod ſi ſit in rebus priuatorū eſt furtum ſimplex; ſi in rebus ſacris, ſacrilegiū; ſi in republica, peculatus; ſi in ab latione iumentorum & pecorū, abigeatus, ſi in ablatione hominū, plagiatus.

Hos quinque gradus dire puniunt leges hodie, ut notum eſt. Olim uero in lei ge furtum non puniebatur ultione mortis, ut Exodi. xxij. ſed pro oue una, qua tuor, & pro boue uno quinque reddebant, ſi tamen uendiderat aut occiderat. Si autem adhuc integra apud eum reperiebantur, duplū tantum reddebatur, quod ſi reddere non habuit, ipſe uendebatur. Hæc certe lex adhuc bona eſſet, nimis enim rigidum eſt, ne dicam iniquū, pro rebus uitam auferre, & animam pro ui cū tolli. Nonne corpus melius eſt q̄ ueſtimētum & anima plus q̄ eſcar. Vnde & Prouerbiorum ſexto, legem Moyſi ſecutus, ait. Non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit, & hoc eſt uerum, ſi ſolum fuerit furtum. Vnde ſequitur: qua le intelligat furtum, d. Furatur enim, ut eſurientem impleat animam, deprehen ſuſq; reddit ſeptuplū, & omnē ſubſtantia domus ſuæ tradet, & liberabit ſe; qui autē adulter eſt, propter inopiam cordis perdet animam ſuam.

At adulteriū hodie miſiſſime pleſtū, magna certe iniquitate, furti intenſa peena, quæ potius laxari debuit q̄ adulteri, maxime furtum, quod inopia cor poris ſit & penuria.

Porro ſacrilegium adhuc atrocius omnibus punitur, ſcilicet rota, cum tamen ſit eadē res ſacra & prophana, quo ad precii & uſum, uerū reuerētia ſacrorū ne glecta, tam acriter caſtigatur. Sed & hic ſuperſtitioſiſſimus eſt præſidentium rig or, qui nihil ita fulminat, atq; exacerantur, ut regularū ſuarū, redditū, poſſeſſio nū, auri ſcilicet & argenti uſurpatores, hic ſunt centies Argi: & quidem uigilan

V in ſiſſima

Paupertas in ſpiritu.

Cupiditates ſuas neſciunt

Voluntas corā deo perſp̄ ditur.

Furti uaria genera.

Iuridica ſacu laris. Furtum. Sacrilegium. Peculatus. Abigeatus. Plagium.

Iniquum eſt propter res ſublatas, hor minem occid dere.

Adulteriū grauius furto

Sacrilegium mira atrocitate punitur.

*Iudicum seu  
vitas rigida i  
furto, in ma  
ioribus floce  
scit.*

tissimis uigilatores. Verum quod interim tot milia negligunt animarū, quod stupris adulterijs, reliquisq; libidinū portentis totā fecerant ecclesiam, praeter in fatiabilis auaritate auerum, cum simonijs suis ac dolis & fraudibus infinitis, ne mō punit, sed potius honorant qui faciunt. An forte ideo leuiora tā grauior puniunt, quod tam grauiā non ad illos, sed ad deum pertinent grauius puniunt? Et id certe credo uerum, quod deus sibi uindictam seruat eo duriorē in grauius mis, quo ipsi grauiorem exercent in leuioribus. Quanto tutius agerent, ut furibus & sacrilegis parcerent, sicut sibi uolunt parci a deo. At si illis parcerent, certe ipsa penuria cogereēt & ipsi melius uiuere; nō parcent igit, ne sibi quoq; parcat apud deum; sed sine illos, caeci sunt. De reliquis tribus furtis remitto ad Ciuilis iustitias.

Secundum opus, est latrocinium, quod a furto ea differt grauitate, quod non ignorante domino, sed praesente & manifesta ui rapit alienum; tamen magis raptores q̄ latrones ij uocādi sunt, quod latrocinium inuoluit homicidium. Hoc peccatū autē nūc decus & titulus est nobilium, & in illis quandoq; puniuntur qui sese defendere nequeūt, aut resistere. Satis hoc peccatū negociatores, & grauitatem eius nouerunt, qui ex eo aliquando doluerunt.

Tertiuū opus, est usura; de quo Cato Censor Rhomanus, fures priuati in neruo & compede uitam agūt, publici uero in auro & purpura; unde usurarius sanguisuga populi dicitur: Et similitudine describit tali, ut uermis in pomo uel nucce, totū intus uastat, ita usurarius substantiam ciuitatis deuorat, miris & occultis modis; quo uitio adeo Iudaei laborant, ut etiā sibi licere, immo iuberi ex lege putēt, ubi dicitur Deute. xxij. Non scenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quālibet aliam rem, sed alieno; fratri autē tuo absq; usura id quod indiget, commodabis; hoc Iudaeorum duriciae tunc permillum fuit, ut eo libentius abstinerent ab usura in Iudaeos, quo licentius potuerunt in gentiles. At Chrisani non paruo gradu peiores sunt iudaeis, quod etiam fratrum suis scenerant, & tam frequens hoc malū, ut etiā inter raras iusti laudes ponat. P. sal. xiiij. Qui pecuniam suā non dedit ad usurā; quod si abstinet multū, timore abstinent non corde. Auaritia enim pestis est profundissima.

Quartum est fraus in negotio, de qua, i. Thessa. iij. Ne quis circūueniat in negotio fratrem suū, quoniam uin dex est deus de ijs omnibus; sed hoc tam latum est, ut nunc non possit per singula discerri; quomodo em̄ singula artificia & negotia cū suis excessibus, medijs, defectibus commemorare.

Ideirco oibus in genere illa regula charitatis seruanda est, quam dñs Matth. vj. ponit: Quae uultis ut faciat uobis homines, & uos facite illis. quare in omni tractatu necessariū est unicuiq; ut p̄spiciat prius quōd secū uellet agi, si esset in alterius loco, ita faciat & ipse, & tutus erit, haec uocatur lex naturae, immo est charitatis. Charitas em̄ est quae cōsiderat quae sunt aliorū, & pri⁹ inspicit quid sibi uelit fieri, ut sic faciat proximo; ideo em̄ dñs addidit, dicens: Haec em̄ est lex & propheta; sed lex & prophetae sola charitate implentur, ideo, si est lex naturae, est naturae sana & incorrupte, quae idem est cum charitate. Qui autem hanc regulam praeterit, facile etiam fraudem perficit, anteq̄ aduertat, quoniam periculū fidei est in omni negotio, nisi ut aliqua seruet & industria.

At quanta est hodie fraudis copia? omnis domos & platea plena est, & omnes de ea queruntur: Nam & rustici alioqui rudes, ad fraudem sunt instructissimi. Et sane hoc unū etiam praecipit satis indicat quid sit mūdus, cū sit nō nisi rapina mutua retrū. Et q̄d magis dolēdū est, ea nūc cōsuetudine fraus agitur, ut ne cōscientiam

*Nobiles nūc  
insigiores  
sunt rapina.*

*Usurarius est  
fur publicus  
& sanguisuga  
ex populi.*

*Quae uultis  
ut faciant uo  
bis hoies, &  
uos facite ill.*

*Mūdus nihil  
aliud q̄ mu  
tua rerum ra  
pina.*

scientiam quidē inde patiatur, quin bene se fecisse sibi uideant, si alter alterum illuſerit & impoſuerit: ſed uix mundo. Igitur tu curre per ſingula officia artū & numera fraudes, cū quotidiē excogitent nouæ: ut ſit piculi res pleniffima, cū hoibus agere; luce uerunt in tenebras, & tenebras in lucem; deniq; obſeruit, ut omnes uenditores pluri exponant, & emptores minoris accipiant, q̄ res ſit in proprio ſcio, ſcilicet, quia uſu fallēdi muruo, nullus alteri credit primis uerbis.

Quod aſit dictū eſt de operibus huius præcepti, & de ſpirituāli intelligentia eius, quod ſcilicet paupertas ſpiritus ſit eius uera intētio, ut mortificet inſatiabilis illa beſtia, auri ſacra fames, auaritia, philargyria, & cupiditas, radix omnium malorū, ut Apoſtolus ait: quæ infinitos hodie laqueos tetendit & auget ſemp; non intelligendū eſt de paupertate in effectu, ſed affectū. Nam & mendici ac religioſi poſſunt eſſe ditiffimi cupiditate & auaritia interna, maximiq; fures corā deo, dā inuidēt habentibus, & cupiūt corū facultates. Et Apſus uocat hoc uitū Idololatriā, ſicut Pſal. lxxv. dicit, q̄ ſeruiēt ſculptilibus Canaan, id eſt, denarijs. Nam Canaan mercator & negotiator dicitur, cuius ſculptilia quæ alia poſſumus figurata credere, q̄ auri & argentū ſignatū, monetatum & conſtatū eſt.

Deniq; q̄ ſint cultores auri, & ſerui eius, etiā Pſal. lxxv. habet, d. Et nihil in uenerunt omnes uiri diuitiarū in manibus ſuis. Non, aut, diuitiarū uiroſū, ſed uiri diuitiarum: ut poſſeſſos uiros, poſſidentes diuitias intelligas; illi ſeruant, ſicut ſeruant: ideo illi ſerui, iſtæ domine.

Igitur ut cōſecladamus (cū ſit omnibus notiſſimū hoc uitū) breuiter hoc præceptū impleretur, ſi non ſolū ex opere abſtineas, immo nec fatiſ eſt, corde non cupias, niſi & æquiffimo aīo ſeras, tua tibi auferri: nā nihil p̄deſt, ſi aliena non cupias, tua autem impie diligas. Sicut in quinto præcepto in ſeipſum quis poteſt occiſor fieri, etiā ſi nullū aliū occidat, aut nemini ſit iratus. Et in ſexto, cū p̄pria uxore adulter eſſe, ut dictū eſt, ita & in proprijs rebus etiā fur & auarus eſſe poterit, dum nimis tenaciter diligit ſua; quāq; qui ſeipſum occidit, quis eſt credat nō etiā aliū occiſurum eſſe, aut uitam ei ſaltem inuidere: Et qui cum propria conuige abutitur libidine, quis præſumat quod non alienā polluat, ſalē concupiſcentia, cum ſit totus libidine furens? Ita qui ſua nimīū diligit, quis credet quod nō etiā aliena cōcupiſcat? Igitur neuter eſſe debet in bonis quibuſcūq; ſi abeūt, ne triſteſt: ſi ueniāt, ne lætetur, ſecundū illud Pſal. lxx. Nolite ſperare in iniquitate & rapinas nolite cōcupiſcere. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Hoc autē uitiata natura nō habet, ſed oportet illud in Chriſto haurire, qui p̄ nobis pau per factus eſt. Immo nec hoc gradu ſit cōtentus, ſed uideat etiā, ut de ſuis bonis magis uelut alijs impartire, q̄ aliena cōcupiſcere: nā hoc habet charitas, que ſola eſt impletrix legis, ut non ſolum longiffime abſtineat a rebus proximi, ſed etiam proxima fiat conferendo res ſuas, ſi poteſt commodè; nam id ſine dubio quilibet ſibi fieri uellet, ſcilicet ut ſibi tribuereſt, & nemo ſua cuperet, ſed omnia candidè fauerent. Nec poteſt regula melior tradi in hoc præcepto, t̄ perplexis negocijs dato, q̄ ut quilibet, in quocūq; negotio cum proximo egerit, ante oſa corā oculis ponat hoc dictū Chriſti, ſcilicet ſpirituāle interpretamētum omniū præceptorum: Quod uultis ut faciant uobis homines, & nos facite illis. Et illud Tobitæ: Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris: hoc em̄ aſpecto facile quouis eruditæ, quid & quomodo agere debebit in quocūq; caſu huius latiffimi præcepti.

Nam ſi tibi faues diuitias, nō autem proximo tuo, tam non habes charitatem, ſed cupiditatem, & peccaſti in hoc præceptum. Es enim fur coram deo, quia id quod proximo debes, ſcilicet fauorem rerum, abſtuliffi ab eo.

Ex qui

Paupertas in ſpū præcipit.

Quæ in iniquitate uoluntate  
ſi iniquitate uoluntate  
ſi iniquitate uoluntate  
ſi iniquitate uoluntate

Furtū in hōe modū cauē.

Fur, etiam in a'prij rebus

Impete ſua proximo.

Spūalis inco-  
preato om̄  
preato.

*Pyrepeū hoc  
affirmatiuū  
est.*

Ex quibus patet, q̄ multi detestentur fures & furta, ipsi multo maiores, cum sine gratia nullus sit, cui<sup>9</sup> cor non inquinetur auaritia, uerū illos fures stranga lat Imperator, hos uero ipse perdet omnī creator. Vnde nec istud praecipuum pure est negatiuū, immo affirmatiuū, scilicet, ut sit homo larg<sup>9</sup>, facili liberalis in proximū, qualis esse nō potest, nisi sit purissimus a furto in spiritū, ideo negatio illa expressior est, q̄ affirmatiua, cum possit aliquis esse quidem liberalis, ut in statu incipientium, sed tamen nō sine cupiditate, ideo nondum perfecte legis huius impletor, qui debet esse purissime liberalis.

*Lusores sunt  
fures.*

De lusoribus etiam queritur, an sūt fures, & ad restitutionē teneantur. Quod lusores cupiditate & auaritia peccent (qui saltē propter lucra ludunt) ac per hoc coram deo fures sint, alienarū facultatis appetiores, manifestissimum est. Nullus enim cum alio ludit, ut sua illi tribuere uelit (id em sine ludo facere potest) Nec ut sua amittat, nec ut alienum uelut suū querat lucrū, ac per hoc ludus semper est contra charitatem, & secundū cupiditatem, quia querit quae sua sunt cū damno alterius, & saltem nō ita quae sunt alterius, sicut quae sua sunt.

*Lusores non  
tenentur ad re-  
stitutionem.*

Attamen non tenetur ad restitutionem, quia corā hominibus non rapit, nec usurpat rem alienam inuito domino, sed consentiente per pactū ludi, uterq; em ponit sua in periculum, faciens, & uolens; ideo qui amittit, scienter & uolenter amittit. lex enim iustissima est, ut qui amat periculum, pereat in illo; nisi forte fraudem luserint.

Optima tamen poena foret, si posset fieri, ut uterq; amitteret, hoc enim esset ius ludi uerū, quia uterq; cum periculo suo cupiditate erga proximum exerceat. Aut certe, ut hicus principalis utriq; tolleret lucrū, eo q̄ contra edictū & Canonem ecclesiae agant ludendo, Quod autem nō sit necesse restituere, patet, quia nō esset alia causa, nisi quia cum peccato & contra legem acquiritur lucrū eiusmodi; sed si omne tale est restituendum, quod cum peccato acquiritur, iam etiā metrices, immo omnia alia mercatorū & negociatorum, quae mendacijs, peruarijs (seclusa tamen fraude erga proximū, & dolo in re quae tractatur) cupiditate uenduntur & emuntur, essent restituenda, quod est absurdissimū, quia in ijs nō est facta iniuria proximo, sed deo & legi, ideo tenetur ad restitutionem, non red acquiritur, sed uoluntatis suae malae, quam ibi expleuit, quod fit per contritionem & poenitentiam. Eodem modo de sacerdotibus & religiosis, uel non oratib<sup>9</sup> seu fatisfacientibus, uel pluralia beneficia possidentibus, non tenentur ad restitutionem, sed ad poenitentiam de abusu, quia Papa habet potestatem illa bona conferendi, tñ tantū modo uideris, qui impetras uel te ingeris, olim trahebantur fugientes ad sacerdotia, ideo a populo diligebantur; nunc irruunt retrahente populo, ideo odiuntur, sed haec auaritia hodie horribiliter crescit in beneficiorū occupatione, at si sine fraude impetrentur, non est restitutum faciēda. Quāq; sine fraude seipm ingerere, praesertim ad officia curarū, nō uidet fatis possibile, fraudatur em Papa & populus, si non fuerit talis, qualis requiritur. At quis hoc de seipso audeat affirmare? & tamen non pudet pro seipso supplicare.

*Sacerdotes  
plurales tenentur ad poenitentiam, & nō ad satisfactoriam.*

*In sacerdotia se ingerentes*

*Reditus pecuniarum*

Tandem & contractus redemptionis in magnum damnū totius mundi, nunc auaritia seruit, cū ideo census emantur, ut lucra auerescant, & certa fiat substantia sine labore & periculo, non ut deo liberius seruiant, aut necessitate provideant, cū tñ intentio Papae fuisse & esse uideat, nō ut ocio uacēt, nā labor & sollicitudo oibus imposita sunt. Gene. iij. In sudore uultus tui uerberis pane tuo. Et Job. v. Homo natus ad laborem, sicut auis ad uolandum. Igitur aliq̄ causas assignemus

*Emendatorū redituum iustae causa.*

mus iuste celsus emēdi, si scilicet sunt primo senes, pueri, infirmis; ij enim fatis habent laboris ex ipsa uita sua. Secūdo, Si sunt alio labore occupati, scilicet qui deo seruiunt, ut religiosi, sacerdotes, praelati, studio uerboq; dei uacantes. Et qui communitati seruiunt, & alienae necessitati, ut Principes, senatus, praesidentes opibus, nullis. Alioquin si deo unicuique secūda suū laborē redditur<sup>o</sup> est, qd recipiet ociofi, q; pecunia sua nō nisi ad lucrū, lucro nō nisi ad otīū, otio nō nisi ad delicias, delicijs nō nisi ad peccatū abutuntur: Nō ergo illi sunt securi, qui tantummodo sibi seruiunt censibus emptis. Nō quod emere census adeo fit malum, sed q; auaritiā in hoc seruire, nec aliud q; diuitias securas quærere, peccatum est.

## PRAECEPTVM OCTAVVM.

NON LOQVERIS CONTRA PROXIMVM  
TVVM FALSVM TESTIMONIUM.

**V**erbum linguae, quam apostolus Iacobus mundū iniquitatis appellat, omniū posit cor membrorū est peccaminosissimū, nec ullū mēbrū tot spēs<sup>o</sup> peccat excepto corde, qd oīb<sup>o</sup> spēs<sup>o</sup> peccat. Nā linguae uitii in iurādo, pmitēdo, orādo, docēdo, nomē dei assumēdo &c. Prima tabula in secūdo pcepto phibitū, id est omne uerbū qd contra deū directē peccat, iū prohibitū est tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, & nunc octauo, prorsus per omnia praecepta, praeter, i. ix. x. quae solum animū tangunt. Nam cōtra tertium agitur, non orando, gratias agendo, legendo die festo. Quartū parentes superbe alloquendo, irreuerētē respondendo, exprobrando &c. Quintū, maledictū dicendo, detrahendo, criminando &c. Sextū, impudice loquendo. Septimū furandū consiliū, exhortationē, excusationem, defensionem dando. Octauū, nunc ut uidebitur mētiendo, adulando &c. Igitur sicut phibitū est nunc iū personae propriae, personarum attinentium, rerum corporalium. Ita nunc bonū quae sunt in fama, laude, honore, nomine phibetur nocumentum.

Contra hoc praecceptum peccant,

Primo & propriissime docti, maxime autē Theologi & uniuersi, qui falsa tradunt discipulis, & utriq; dupliciter. S. uel scienter uel ignoranter, & secūda hoc grauius peccant, uel leuius. De Theologis primū, quia ij grauissime, omniū peccant cōtra hoc praecceptum, quando scripturā sanctā & uerbū dei peruertunt, & false exponunt, uel aptant non recte. Hinc em̄ fit, ut false dictū, occidat animas, aut saltē discrutiet infelices conscientias. De primis horū sunt heretici & Monij Singulares, qui dei uerba suis sensibus aptant, & in sui obsequiū captiuant eū deberent cōtra. & hoc in ijs, quae pertinet ad fidem & salutē, hoc tam magnū peccatū reputatur apud deū, ut nullū aliud in scripturis frequentius acriusq; arguatur per oēs figuras & prophetias. Vnde Psal. iij. Filij hominū usquequo gratui corde, ut quid diligitis uanitatē, & queritis mendaciū? Et quinto. Odisti omnes qui operantur iniquitatē, perdes oēs qui loquuntur mendaciū. Vbi de talibus magistris loquitur, ut pater infra: Decidant a cogitationibus suis, a studijs &c. Et Pal. primo, Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Et ubi cumq; de dolosis, lingua dolosa loquitur, hos pseudomartyres, id est, falsos testes taxat.

Dico ergo, Nunquid excusantur, cum faciant id pia intentione & zelo dei? Sic enim se heretici solent excusare, ut nostri vicini Pighardi Boemiae, Respondet

Linguae uitia uaria sunt.

Theologi & uniuersi qui falsa docent, peccant cōtra octauū praecceptum.

Heretici Monij.

Superbia est non gelus in temerariis scripturam.



spondetur q̄ non, immo eo magis accusantur, quia ex superbia procedit iste zelus, quod doceri nolunt & audire, sui ipsius magistri facti. Vnde Rhoma. x. Tes timoniū perhibeo illis, quia zelum dei habent, sed non secum dum scientiam. Et Gala. iij. Quicumq; uos perturbat iudiciū suum portabit. Et primo. Quod aliud euangelizauerit, anathema sit &c. Tales enim habent bonum zelum, sed non tamen de tali zelo securi, quasi non erent, quod pie intendunt, & garrunt, quod omne peccatum est uoluntarium, & intentio nominat opus. At nos, inquit, bonam intentionem & uoluntatem piā habemus, & ita sumus obstinati & securi.

Boni nihil no  
uant.

Quibus respondetur, quod habent pessimam uoluntatem & uenenosissimā intentionem, non dico eam, q̄ sentiunt & allegant, sed profundiorē illam, qua superbi sunt, & nolunt aliud audire, q̄ suam intentionem bonam, nec credere aliq̄, q̄ suae pie uoluntati, hanc enim intimam suam superbiam non uidentes, uer stunt eam ficta & uiolenta intentione, bona & pia uoluntate. Vera enim bona intentio, & radicaliter bona uoluntas, nulli stat secuta & sine timore, ueretur enim omnia opera sua cū lob, immo uerba & cogitata, ideo nulli adheret bonae suae uoluntati & pie intentioni, semper paratior alijs cedere, q̄ sibi credere, quantūcunq; specialissima sua sit intentio, quo timore sit, ut nihil noui moliat, seruet unitatem, custodiat pacem, & augeat concordiam.

Per opa facti  
facientes.

Secundi, Qui & si falsa non doceant, ut occidant, tamen superficialiter, ac minus q̄ debent docent, ideo sunt crucifixores conscientiarum, & tortores animarum, ut sunt ij, qui salua fide Christi iustitia operum docent, raro fidem, sepius opera, de quibus mihi uidetur Apocal. ix. dicere, Quod locustae non occiderūt homines, sed cruciarent eos mensibus quinque, quia scilicet docent, per opera facti fieri pro peccatis, & tamē per hęc nunq; habent quietem conscientiarū, quā sola fides Christi donat.

SACRA  
scriptura in  
timore tractetur.

Quo circa, cum scriptura sancta uel in timore & humilitate tractari, & magis studio pie orationis penetrari, q̄ acumine ingenij impossibile est quod sine damno sint, uel suo proprio, uel aliorum, quos docent, qui nudo ingenio freti, in eam intruunt illotis pedibus, sicut porci, tanq̄ sit humana quaedā scientia; adeo nullo reuerentiae discrimine uersantur in illa, inde ueniūt tot promptuli ad docendum, qui statim cognita Grammatica, Theologiam sine omni studio profiteantur, dicentes. Hem Biblia res facilis est; maxime autem id faciunt, qui dissentunt, uertrem suū siliquis illis porcorum, id est, Philosophorum. Vnde de eis conqueritur B. Hieronymus, quod arbitrio suo trahunt repugnantem scripturam, & iam proverbium factū est, scripturam habere ceruicem nasum. Hoc effecerunt insulsi illi, & inepti somniiatores, ludentes in sensu literalī, allegorico, moralī, anagogico, & uocant Doctores scholastici, & hoc propriissimo uerbo; nomine. Scholastici enim sunt, id est, ludicri & lusores, immo & illusores tā sui q̄ aliorum, qui neq; quid sit litera, neq; quid spiritus, cognouerunt. Et serēdū erat tale studium in quadruplici illa expositione scripturae, si modo tanq̄ rudimenta haberentur pro incipientibus. Nunc uero totius fastigium eruditiōis in isto Iudo statuunt, nec ubiq; ad uerum intellectuū pertingūt, qui sine puritate cordis nunq; potest attingi. Illam autem quadrigam uersant etiā impīssimi. Vide B. Hierony. in prologo Bibliae, de eadem temeritate tractatum scripturas.

Doctores  
scholastici

jure consulti  
calumniatores  
sunt.

De iuristis  
Secundo, ij enim ad literam contra hoc praecceptum agunt, quando in Labyrintho suo (id est foro contentioso) nihil aliud quaerunt q̄ uictoriam, omnia alē legant,

legant, quererent, accipiant, quae pro se faciant, contra partem aduersarii; ubi non miraculo, unus & idem textus seruit contrarijs causis, & factum est hoc studiū periculis plenissimum. Sed dicunt: Nemo tenetur seipsum confiteri & accusare. Quid autem dicit dominus: Non loqueris falsum testimonium aduersus proximum tuum. cum hoc pro te alleges quod contra illum est, quem scis iustam causam habere?

Sed habent Iurista privilegium magnum, ut nulli contra eos loqui, aut eos iudicare liceat; id autem est, quod nemo recte arguit, quod non intelligit. At iuris intellectus est infinitus & inexhaustus, neque est repertus Iurista, qui omnia notit; idcirco si non ante de eis licet iudicare, quia omnia eorum intellecta fuerint nunquam licebit iudicare; semper enim dicent, non esse intellectum quod arguitur.

Vnum tamen dicendum, quod & ipsa habent iura, licet negligissimum, scilicet quod finis, iura, uirtus omnium legum est pax, charitas, concordia, quae si quis non intendit, legibus non utitur, sed abutitur. Qui enim ideo querit effugium in glossa, contra textum, ut litem proroget & augeat, putas ne tuam legem habet? Immo literam mortis querit, & contra pacem laborat. At hoc ipsum quod non fecerit hodie, mirum si diu Iurista reputetur, aut diues efficiatur. Si enim tantum quererent pacem, quantum lirum, non tot libris, laboribusque foret opus.

Igitur nolite in faciem uerborum incidere, nec quo & quomodo ea possis torquere & ponderare, sed uide quo ipsa respiciant, nempe ad finem litis & iustae mortem.

At hic dignissime considerandum capitulum. vi. Corint. prima, ubi Apostolus reprehendit, quod propter secularia, id est, temporalia & uicualia, iudicia habent, & non magis fraudem paterentur. Item Christus iubet, etiam pallium dari auferenti tunicae &c. Sed dicitur quod sunt consilia, non praecepta, nisi ad preparationem animi. Ego autem illam preparationem animi mirabilem non intelligo, quae nunquam procedit ad opus. Et B. Augustinus, qui exemplum Christi adducit, quod coram Anna accipiens alapa, non perbuerit & aliam, meo iudicio non recte intelligitur, ac per hoc male defendunt ipsi. Huc forte pertinere potest, & illud miserum genus hominum, quod sese per philosophiam Aristotelis falsissimum nomen decipit & fatigat, cum Aristotelem neque intelligat ipsi, neque doceantur, falsis interim & fictis commentarijs pietas in Christo animas occupant & onerant, immo illudunt potius, dum credunt hoc esse philosophiam quod non est, merasque sectantur nugas. Et multo sunt ipsis Poetae ac quicunque fabulatores fortunatiores, propterea quod Poetae (ut B. Augustinus dicit) & si recitent fabulas, non tamen credit eas esse ueras, sola uoluptate uanitatis delectati; illi autem credunt, ueras esse suas fabulas; Nam si meo consilio Aristoteles legeretur, certe uel in medio anno disci posset ab ingenio mediocri. Legere autem non sicut hucusque lectus est, ea si de & religione, qua sacre literae, immo amplius, sed sic ut alia quaecunque leuis & extranea materia, tamen ut sciret, non ut defenderet. Vere enim sumus seducti per Aristotelem & commenta eius, atque si aliud non esset, hoc unum satis erat argumentum, quod tot sectae & capita sint in ista bestia gentili, simili Hydrae in Lerna; nam ibi sunt THOMISTAE, SCHOTISTAE, ALBERTISTAE, MODERNI, & factus est quadriceps Aristoteles, & regnum in seipsum diuisum; & mirum quod non desolat, sed prope est ut desolat. Quomodo ergo potest fieri, ut ueritas sit in tanta opinionum confusione: cum enim sint contrariae, necesse est ut & falsa.

Sed si isti doctores & magistri peccant, & contra hoc mandatum agunt, ubi manebunt illi somnatores, & perditum genus hominum, qui praedicant falsa miracula.

Iureconsulti redargui non possunt, ut ipsi sui uidentur.

Iureconsulti ad pacem debent laborare

Iure cōtēdē re nō iēt cūri tiani.

Aristoteles philosophia nō intelligit

Meras nūq̄ gas sectant Poetarū suadōi, felicitos res sophistia.

Aristoteles discendus, ut intelligatur, nō ut defendatur.

Aristoteles nocet Christi.

Falsa miracula mendaces legēdas, ostentāt fictas reliquias, frivolas suas visiones & Hic la p̄dicantes aliquis impudenti fronte iactat se cum Christo & matre eius locutum & tūc se, puto eniam saltasse. Hic habet foenum, in quo Christus iacuit, quod tamen hoc anno natum est, & raptum in horreo. Audiuī ego factū, quod mulier quæ dā (diabolo incitante, deoq; uolente, ut illuderet eius modi superstitutionis quendam fatum cultorē) pubem suam totondit, & illi porrexit, suadens quod essent capilli S. Catherinae, trans mare aduecti; credidit ille cucul<sup>us</sup>, & p̄ reliquijs osculandos praebuit & uenerandos. Et ecce quid sit: Coepit etiā miracula operari pubes illa turpitudinis, nec immerito, ut fallantur mendacijs, qui non colunt ueritatē. Ecce hæc cū sint tam impura & impudentia, ut nec coram pudicis referri possunt, tamen fiunt, igitur ij loquuntur falsum testimonium, non contra homines, sed cōtra deum, & sanctos iam regnantes. Tale & illud est, quod nuper quidam ostendisse dicitur foenum, quod fortuito inuenit, dicens esse foenum, in quo Christus, seu nescio quis sanctus dormierit. Ista ergo fabula lamenta indocti passim sacerdotes, sed plus monachi stacionarij multiplicant. Et pastores non parum delectantur fabulis legendarum & indulgētiarum, & omnium quæ dicit possunt, præter euangelium; quia illa lucrosa sunt, dum populus a ueritate auditum auertit, ad fabulas conuertitur. Sed tūc ut atq; ut iterū talibus fabulatoribus. Opus hic esset maxima reformatione ecclesie, ut profus nihil, quantumq; p̄ium & bonum, prædicari permitteretur, nisi quod authenticum & canonizatum esset: nam sub tali p̄teritis specie pariter illa monstra fabularum intrauerunt, ut prædicatores ecclesiastici prope superent Poetas gentiles fabulis & mendacijs. Immo ausim dicere, nec rursū satis esse, quod probatæ legendæ & miracula sic prædicentur, ut inde ueniat usus omittendi euangelium. Sunt enim non principalis pars sermonis habendæ, sed tantummodo interspergendæ euangelio, ubi ad propositum faciant, & non integro sermone tractandæ.

Foenū I quo Christus iacuit.

Monachi stacionarij. Euāgelij nō placet, alioq; omnia.

Fabulosissimi aut sunt concionatores.

Iocofum mendacium.

Officofum non est morale.

1601  
1601

Secundo prohibetur omne mendacium, hoc est, falsum testimonium cōtra proximum. Est autem triplex, iocofum, officiofium, perniciofium, secundum Augu. iocofum proprie non est mendaciū, quia statim percipitur esse mendacium, nemoq; fallitur; & ille etiam qui sic mentitur, intēdit sic loqui, ut apud pareat false loqui & nugari. Est tamen peccatum, scilicet turpiloquiū, seu scurrilitas & uaniloquiū. Contingit autem, quod aliqui tam rudes sint, ut tali etiā fallantur, maxime quando in religionibus sit iste iocus, ut cum dicitur: Si rem perdidisti, da calidam simulam pro elemosyna, & falem benedictum desuper pone, scilicet super rem perditam, & inuenies; quod rudes intelligūt super simulam, & credūt se inuenturos, & similia multa.

Officofum, quod causa officij (id est, obsequij) fit ad salutem & utilitatē suam, uel alterius, sine damno alicuius, ut sit pudicia sceminae periclitaretur, & aliquis negaret esse eam, ubi est, uel aliud simile. Tale mendaciū dixerunt obstrictices Hebraearum mulierū in Aegypto. Item Michol uxor David ad Saal uide ibidem utrāq; suo loco historiā. An autem eo sit utendum, Respondit B. Augu. q. non, sed dicat uerum quantum potest alijs uerbis, ut de quodam Ep̄i scopo dicit li. de mendacio, qui iudici querenti reum, qui ad se confugerat, respondit: Nec mentiar, nec prodam: non tamē est peccatum mortale, maxime quando rationabili causa fit, & perturbatione subita.

Perniciofium (id est, damnofum) quia ad damnū alterius falsum dicitur, & fallit

fallit sic mentiens, proximū, sicut nō uellet ipse falli, de quo dominus per Zacharia, Loquimini ueritatē unusquisq; cō proximo suo. Et iterum; Pacē & ueritatē diligite &c. Haec enim sunt, quae placent mihi. Hoc malū in negocijs, traētibus, pactis, foederibus, literis, sigillis, & omni cōuersatiōe hominū hodie latissime, pestilentissime, potētissime regnat, secundū illud Osee; Mendacium furtum &c. inunda uerit, quia homines obliuiscunt illius regulae; Quod tibi uis fieri, fac & alteri; & quod nolis, ne feceris, excacati cupiditate, p̄pria &c.

Vide autē monstrū humani cordis, etiam si omnia alia peccata hominē non foedarēt, hoc solū uitium maxime est cōtra naturā hominis. Primū; Quid em̄ omnis homo magis, q̄ scire deſyderat natura; quid magis horret q̄ falli; sicut ait B. Augu. q̄ anima nihil adeo deſyderet, ut ueritatem, & tamen facit contra homo, & libenter.

Deinde etiā si gula, uel luxuria, ira, inuidia, acēdia, auaritia, cō multis beſtjs conuenit, hoc tamē uitio eas ſuperat cum diabolo, quod ſolus homo mendax eſt, & diabolus pater eius; ſoli enim homini ratio & ſermo data ſunt, quorum officij eſt, ueritatē dicere. Et hinc credo, q̄ inter omnia conuitia nullū ſit acrius, q̄ ſiquis dicatur in facie mentiri. Vrit enim hoc conuitiū, pluſq; ſi luxurioſus, ebrioſus, iracundus, ſuperbus dicatur; puto quod natura ideo facilius ſentit, quia in naturaliffimum uitium eſt homini, deniq; humanę ſocietatis maximus hoſtis eſt mendacium.

Tertio peccat contra hoc mandatū; Adulatione, ſub qua ſuſurro, bilinguis, & tertia lingua, & omnia mala linguae, alia uide p̄cepto quinto. Hoc autem uitio nullus hominū uacius eſt, niſi ſit qui cito uelit occidi, & omniū odia mereri, puta qui recta cordis inſtitutione, nulli tacet ueritatē, ſecundū illud Pſal. xiiij. Ad nihilū deductus eſt in cōſpectu eius malignus (id eſt, nō timet uultū hominē malū, quantūlibet ſit potens, diues, ſapient, iuſtus, nō enim accipit p̄ſonas, nec reſpicit facie); rursus timētēs glorificat, quantūlibet ſint infirmi & pau peres, atq; ſtulti. Idcirco aut adulantū eſt mundo, aut odiū ſuſtinendū a mūdo quod in Chriſto & in omnibus ſanctis ſatis nobis monſtratū eſt. Hoc autē uitium licet paſſim domineſc, tamē in aulis principū & Pontificū, totis caſtris triumphat. Ibi em̄ ſunt qui mollibus ueſtiunt, & teneras habēt auriculas, & certe nō eſt in mundo locus, a quo adulatio debeat abeſſe longius, & tamē ibi eſt frequentior & potentior; ſiquidē ſeductio principis in malū, aut retractio a bono, neceſſe eſt omnibus ſubſectis noceat, neq; eſt nocentior peſtis regnorū & prouinciarū, q̄ adulator in aula. Quid em̄ querimur de bellis, aut gladijs, aut armis; Adulatoris lingua ſup omnes gladios eſt; deberēt itaq; ab aulis q̄ maxime repellī, & grauiffime puniri. Legitur de Alexandro Rho, Impera. adeo inſenſo adulatoribus, ut cū uideret coram ſe molliori geſtu aliquē adulantē, non dimitteret impunitū, uel ſi maior erat, ſaltē deriſum. Et Diogenes inter rogatus, quae nam ferarum eſſet nocentiſſima, reſpondit, inter feras tyrannus, inter cicures adulator.

Horū duces & exempla in ſcripturis ſunt tarde repta, ſorte ob deſtinationē citij huius, nā primus & inſignior ceteris eſt Doech Idumaeus, qui, i. Reg. xix, & in fra Sauli in oibis adulatus, cauſa fuit egedis oim ſacerdotū in Nobē, ſed & multa alia mala Dauid parauit. Hūc ſequunt Ziphei, p̄ditores Dauid. Tandē Siba ſeruus Miſhiboſeth, q̄ etiā Dauid regē decepit. Sed attēdit quo ſine Doech cōſumptus eſt cū Saule, cui adulaſat, ſed & filius eius patris adulationem inſelictier imitatus. ij. Reg. i. ſtatim a Dauid occiſus eſt. Vnde & Pſal. li.

Mendacium  
eſt contra na  
turam hois.

Mentiri, con  
uitiū atrox.

Adulatio;  
Adulatores  
oīs ſumus

Aula; princ  
pū & potēt  
cum.

Adulator;  
nocentiſſima  
peſtis.

torus eundem Doech fulminat. Quid gloriaris in malitia &c. Audiant aduſa  
tores quod ſequit̄; Dilexiſti uerba praecipitationis, lingua dolofam, p̄pterea de  
us deſtruet te in ſingem, & euellere te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radit  
cent tua de terra uiuentiu. Vide q̄ exaggerata imprecatione perſequit̄ adul-  
terem. Diligunt enim uerba praecipitationis, id eſt, quibus praecipitent, peſſun-  
dent, abſorbent proximos ſuos apud principes, ut ipſi tantummodo dominen-  
tur & placeant &c.

**Iura conſulti  
& notarij.** Vltimo peccatur falſo teſtimonio, in iudicio publico, de quo & ſupra dictū  
eſt. Hic autem Iuriſtarū, Notariorū, patronorū, aduocatorū, iudicum periculū  
agitur. Hic iura ipſa ſanctiſſima roſa patiuntur cōditionē, ex qua colligit mel  
ap̄s, uenenum aranea; & dicit̄ pulchre ſeſe excuſantes: Vigilanti iura ſubue-  
niunt. Et iterum: Conſugiendū eſt ad remedia iuris. Hae ſunt duae regulae ue-  
hementer utiles. Primo ad prorogandā iuſtitiā, deinde ad ſeminandā litem,  
tertio ad implendū marſupiu cauſidicorū; non quod regulae illae male aut fal-  
ſe ſint, ſed quod ſere nunq̄ bono uſui ſeruiant, quod patet, ſi aduertas, qd ipſi  
intelligant per Remediū iuris, & uigilanti ad iura. Nemp̄ id ſcilicet, quod cū  
uel teſte cōſcientia peſſimā habeat quae cauſam, uel ſaltem dubiā, nō hic audie  
conſilium ſpiritus, tene certum, dimitte incertum, immo id cogitat tantū, quo-  
modo ex cauſa peſſima faciat optimam, uidelicet quod agrotat, ideo remedia  
iuris illi adhibet; & hoc eſt uigilare eorum; uigilant enim ſuper iniquitatē, ait  
propheta. & ita fit ut ex eodem textu iuris, unus uenentū, iniquitates defendēs  
alius mel, iuſtitiaz patrocinans, hauriat.

**Iura uigilanti-  
bus ſubueni-  
unt.**

**Iura ambas-  
gates deicidit.**

Hic autē quid dicam: niſi ut miſeriam Chriſtianorum deplorem, qui omne  
ſtudium ſuum conuerterunt ad lites, iudicia, forum, nec ullus dignat̄ hic illud  
Chriſti attendere, quod uultis ut faciat̄ uobis homines, & uos facite illis.

Obſcuro te homo, tenta, proba, interroga teipſum, ſi quando habes cauſam  
cum proximo, nonne uelles ut te dimitteret in pace, non litigaret tecum, ut ce-  
deret tibi? Hoc ergo uis ut faciat̄ tibi homo alter? Cur nō facis & tu eidem, &  
cedis? At inquis, conſilium eſt, non praecipitū. Reſpondeo, quomodo eſt con-  
ſilium & non praecipitū, quando Chriſtus litatim addidit; Hec enim lex & pro-  
pheta: nunquid lex eſt conſilium; ergo nullum reſtat praecipitum; nulla lex?

**Iura cōtra ſi-  
cepra Chriſti.**

**Seu diū iuris  
periculoliſſi-  
mum.**

Quid hinc ſequitur, niſi quod & Chriſti & naturae legē obliſi, in medijs aga-  
mus tenebris; ideo periculoliſſimū eſt ſtudiū iuris hodie, cum nō ſeruiat ad  
pacem, ad lites componendas, ſed ſuſcitandas, prolongandaſq̄.

**Præcepta in  
conſilia mu-  
tata theologj.**

At dicis, ſi ſic facere oporteret, cito futurū eſt, ut pedibus cōculcemur, & oīa  
rapiantur quae habemus. Hic dico, hoc eſt quod uult ſcriptura, Ideo enim pu-  
pillos, orphanos & uiduas, paupes & oppreſſos nos uocat: Quod ſcilicet eū-  
gelij ſeruantes, patimur plura mala p̄pter uerbu eius, nō uindicātes, nō re-  
taliātes, immo etiā orantes pro perſequentibus & calumniantibus nobis, ut ſi-  
mus filij patris noſtri, qui eſt in caelis, quia & ipſe benignus eſt ſuper ingratos  
& malos. Et deberemus gaudere, nos eſſe pupillorū nomine dignos, quoniā  
protector eorū eſt Chriſtus; quod ſi repetimus & litigamus, quidō erimus pu-  
pilli? Verū & hae ſalutaria praecipita, nobis in cōſilia mutauerūt, dicētes, quod  
ſecundū preparationē intelligenda ſint animi, & nō attendant, quod affidue  
ueniūt caſus, preparationē illā in opus extendi, & tñ nō faciunt. Atq̄ hic mīde  
dei potentiſſimā ſapientia & ſapientiſſimā potentiam. Ipſe dixit: Verba mea  
nō tranſibūt, & unū iora nō praeteribit a lege, donec oīa fiant; uide in qua quo-  
modo uerū ſit, ipſe dixit & facta ſunt. Illi qui nolūt auferētī palliū, & tunicā  
dare



dare, coguntur etiam carissimam illi dare inuiti, quia non dederunt tunicam uolentes: & per illos inuitos impletur mandatum, quod per spontaneos non potuit. Frequentissime fit enim, dum duo super re quapiam contendunt, per amicum pactum quilibet alteri cedens, ambo accepta rei parte, contenti forent, ubi dum litigant, longe plura consumunt, & in causidicos profundunt duplo, quod cogentur cessasse alteri partium. Quid: quod aliqui ultra summam, duplam etiam consumunt, & tamen etiam illam perdunt. Hic cantari tempus est: iustus es domine, & rectus iudicium tuum, da causidico ingrato, alieno, iridente te, uiginti florenos pro lite, qui noluit fratri cedere decem florenos pro pace. Quis est hic reprehendendus, nisi tu omnium caecissimus, qui pecuniam profundis indignis cum peccato, quam cum merito poteras relinquere fratri aduersario tuo, quem deus dignum iudicarat, ut haberet: Quod si triumphaueris, tamen cum peccato habes triumphum, & in morte utroque nudus inuenieris.

Litii proci  
gatores.

Verum haec dicta sint de priuatis: nam publicae personae debent uigilare, ut nulli fiat iniuria, & requisiti uindicare illacram. Requiritere autem permittitur infirmis, prohibetur autem Christianis.

Infirmis per  
mittit, Christi  
anis phibet  
iure, agere.

Ultimo notandum, quod sicut apostolus Petrus ait: Nemo patiat ut fur aut malefactor, id est, non debet fateri sibi iuste fieri, si sit innocens, sed culpam ablatori denunciare, & penes illum relinquere aculeum conscientiae. Sic enim sancti martyres, Attalus cum suis accusati, quod infantes uorarent in occultis omnes Christiani constanter negauerunt usque ad mortem. Sic Zacharias a loa rege occisus, dixit, uideat dominus & iudicet. Et S. Thomas Cantuariensis occisus est, non quia nollet res auferri, sed quia iustitiam ablatores habere negauit: nam utique permisit auferri res, neque resistit ullo modo. Quin S. Stephanus quoque adeo negauit suos persecutores iuste agere, ut etiam pro peccato eorum oraret. Sic S. Hieronymus scribit de muliere septies percussa, quod mortem & omnia alia non timuit, sed innocentiam secum uoluit ferre. Immo ideo Christus Malacho respondit dure, & negauit se male locutum, ne iuste ille sibi uideretur fecisse: ideo etiam respondit Calphae se esse filium dei, & falsum testimonium illorum confutauit, & tamen uitam sibi auferri permisit, immo uoluit, ut ita & nos rem relinquamus, iustitiam seruemus.

Malcho dure  
rideri, ne sibi  
uideret iusti

Recapitulemus itaque, & in summam ducamus: Hoc praecipit tunc implemus, quando non solum falsum testimonium non loquimur, sed nec de aliquo dici uolumus audire aut permittere (sicut faciunt qui credunt, uel adulatoribus, uel contentiunt detractoribus) immo adhuc reus est huius mandati, si non omni studio sollicitus sit fratri iniuriam, infamiam, ignominiam excusare, tegere, aut saltem si non amplius potest, extenuare, contradicere infamantibus, accusantibus, detrahentibus. Sic enim sibi uellet quisque fieri: & sic erit filius spiritus dei, qui paracletus uocat, quia loquitur bona pro nobis, & dat testimonium spiritui nostro bonum, contra omnia testimonia diaboli & conscientiae: deinde ut etiam doceat ignorantes deum, deique uoluntatem, moneat errantes, resistat deceptis & haereticis, ac alijs mentium deceptoribus, ut Apostolus ait. Quare hoc praecipit requirit ueracem, iustitiam, salutarem, innocentiam, & omnino totam fraternis officijs deditam linguam atque id ex intimo cordis favore: haec est charitas quae non agit perperam, non emulat, igitur & si non sit necesse consistere sacerdoti, si fratrem non excusaueris accusatum, sed datu falso testimonio, oppressum adulatione, uel detractatione, forte contentus, quod tu non ea feceris, certe coram deo reus argueris tam impij silentij, & male oclantis linguae, quae in hanc fratris tui necessitatem & seruitutem tibi data est.

Excusandus  
frater.

At rursus si id feceris, omnia in te irritabis, & mox occideris. Et id est, quod de us uult, ut quantocyus propter uerbum eius e mūdo eiciamur, & occidamur, & coronā iustitiæ quāto cyus accipiamus. Hæc est uera & spiritalis huius præcepti intelligentia.

## PRAECEPTVM IX. ET X.

NON CONCVPISCES DOMVM PROXIMI TVI,  
nec desyderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam,  
non bouem, non alinum, nec omnia quæ illius sunt.

*illa duo sunt quæ in regno  
sunt sine fine*

**H**æc sunt in sexto & septimo inclusa, quia secūdu expositionē Christi, ibidem prohibetur omne desyderiū & cōcupiscentia uxoris & rei proximi: nam qui uiderit mulierē ad cōcupiscendū eam, tam mœchatus est eam in corde suo. Deinde auaritiā & cupiditatē adeo damnat, ut etiā tunicam dandam iuberet ei, qui palliū abstulerit. Verū uidetur meo iudicio istis duobus præceptis prohiberi ipse fomes, & inuincibilis cupiditas, ipsa in quā radix malarum cogitationū, ut scilicet sexto & septimo intelligantur prohibiti cōsensus cordis, & signum membrorum, uerbum oris, & opus corporis mali, hic uero etiā ipsi primi motus una cum fomite, qui est origo illorum. Nam oportet nos ita puros fieri, anteq̄ in regnum caelorum ueniamus, ut nec motus mali in nobis sint, nec ullus fomes ad malum inclinans, sed perfecta sanitas corporis & animæ, ab omni prorsus uitio, quod sane in hac uita non fiet, nec est in potestate nostra. Quis enim gloriabitur se mūdum habere cor, quis hunc ignem intemissimū extinguet, cū Apostolus clamat aduersus hęc membrorum legem, & legem peccati. Ideoq; oculos, aures, omnesq; sensus intus & foris cohibemus, ne regnet peccatum in nobis, sed concupiscentiam nullius cohibere potest. Ideo deniq; deus misericors statuit corpus nostrum in puluerem redigere, & per ignē uniuersalem incinerare, ut cōsumatur omne uitium carnis nostræ per ignem, adeo odit deus hęc immunditiam. Et hinc sequitur, quod sola ista duo sunt præcepta, quæ a nullo quātumlibet sancto, aliquo modo implentur: Cætera omnia implent, quia opus, uerbum, cōsensus, fortiter opprimunt, sed hic manent rei & peccatores, quia nihil de istis præceptis implent, cum sint infecti inuincibili cōcupiscentia carnis & rerum, ideo omnes peccant, & egent gloria dei, ideo omnes orant; Sanctificetur nomen tuum, si uoluntas tua; Dimitte nobis debita nostra; Ideo omnes desperant in meritis suis, timore suæ immunditiæ, & confidunt de misericordia dei, ut sic beneplacitum stet dei sup̄ timentes eum, & sperantes in misericordia eius.

*Hæc duo præcepta a nullo quibet scōrum implentur.*

*Sancti desperant de meritis suis.*

Hinc etiā dissoluitur concertatio illa Scholasticorū doctorum, an illa duo præcepta aliud prohibeant, q̄ sextum & septimum, item an sint diuersa præcepta, & frustra laborant, dum hæc duo de cordis intelligunt operibus, quæ non possunt negare in sexto & septimo esse prohibita, ac sic eadem repetita, & frustra posita hæc duo, cū sint eadem cum illis; nec possunt dicere, quod illic opus hic uero cogitatio, seu illic manus, hic cor prohibeantur, quia Christus ipse reseruit, qui illa de utroq; intelligenda docet.

Restat ergo ut Apostolū Paulum sequamur, qui illa duo in uno concludēs dicit: Concupiscentiam nesciebam peccatū, nisi lex diceret; Non cōcupisces.

Rhomanorū

Rhomanorum. vij. Et late ibi prosequitur, illo teneri omnes sanctos etiam se ipsum, ergo somitis malum, & (ut sic dixerim) essentialis seu causalis impunitas in nobis hic prohibetur, qui ergo omnia illa superiora se putat implese, saltem hic uidet sese immundum, & egere se Christi mundicia, pro sese oblata & acceptata a deo patre misericordiarum.

Porro Iudeorum uel potius porcorum intelligentia, indignior est, & ut in precepta hæc admittatur. Dicunt quod sexto & septimo prohibetur opus solum, & nono ac decimo conatus exterior, & indicium operis manifestum, quo modo & apud Iuristas conatus puniuntur, ut si quis rapere inciperet filium alicuius, aut pararet insidias citra alterius, plectitur capite. Ac sic apud eos cogitationes & uerba sunt libera, plena dolo, & ira, & amaritudine, & omni (ut Christus ait) spurcitia, quia mundant id quod de foris est, intus autem plenum est auaritia & omni iniquitate. Ideo synagoga est illa mulier, quæ propter foeditatem suam, dato libello repudiij, dimissa est.

Hæc sunt decem uerba (ut ait Moses) in quibus prorsus omne mandatum salutare continetur; & licet possint redigi in pauciora, rursum distribui in plura, tamen placuit deo in denario numero illa ponere, qui est numerus uniuersitatis perfectæ, & summæ, ut sicut omnia olim contingebant in figura, ita & numerus iste denarius præceptorum ideo assumptus est, ut figuraret omnium præceptorum summam.

**F**INITIS præceptis decem, nunc reducenda sunt ad illa tam multa genera peccatorum: siquidem nullum est peccatum, nisi quod contra præceptum sit dei. Nescio enim an confessuris expedit tot differentijs peccatorum memoriam onerare, & sacerdoti fatigare, ut sunt omisso & commisso, deinde corde, ore, opere. iij. quinq; sensus. iij. sex opera misericordix. v. septem sacramenta. vij. septem peccata mortalia. vij. septem dona. vij. octo beatitudines. ix. nouem aliena peccata. x. decem præcepta. xj. duodecim articuli fidei. xij. duodecim fructus spiritus. Ultra hæc sunt quatuor uirtutes Card. & tres Theologicæ. Itæ peccata muta, peccata clamantia in cælis, & tandè peccata in spiritu sancto. Obsecro quid prodest ista confusio, & distractio mentis? Ita hæc obseruantur, ut etiam necessarij existimèt nomina differentiarum & distinctionum numerare, ad perdendum scilicet tempus, ad obtundendum cõfessorè, ad turbandum seipsum, ut maiore cura, horum memoria labore, & contritionè meditet. Itæ ad alios etiã impediendũ. Ex ignorantia docentium ille tumultus cõfessionum natus est, cui cõfessio debeat esse breuis & aperta, ut cito possit expediri uterq;.

Igitur peccata mortalia primò accipiamus, quorum numerus uidetur ex lo an. Chryostomo sumptus. Hic enim septem gentes Cananæorum Deut. vij. exponit. vij. uitia, moraliter uolens quia peccata sub ijs cõprehendi, magis ratione numeri septenarij, qui est uniuersitatis symbolum, & proprietate nominum. Nam alij faciunt octo, alij nouem, addentes inobedientiã & uanam gloriam, tum alij diuidentes matres in filias, & in species genera, tota in partes integrales & subiectiuas, in finita ex illis deduxerunt, & maria peccatorum, interim nihil de præceptorum uera intelligentia solliciti.

Igitur non tñ septem sunt peccata mortalia, nisi uoluntaria diuisione, non necessaria ratione, uel autoritate, sed possunt tum pauciora, tum plura esse, secundum quod uaria tropologia in scripturis occurrerit. Vnde Be. Augusti. in duo diuisit, scilicet igne accensa & suffossa, id est, amorem male accendentem & timorem male humiliantem.

Iudaorum sensus reuocatur

Denarius numerus.

Cõfessuris onerent se & sacerdotem multis differentijs peccatorum.

Confessio sit breuis.

Septem peccata mortalia uel de dicant, & qd non necessaria ad eum nisi mens coartat

Superbia est  
cōtra primū  
p̄ceptum.

Primū itaq; mortale peccatum est Superbia, quæ est duplex; Exterior, quæ in bonis corporalibus est; Interior, quæ in bonis spiritualibus est, & ideo semper est cōtra primū mandatū. Quod patet, quia nō habere aliū deū, hoc est, in nullo cōfidere, placere, gaudere, delectari, irui, q̄ in deo solo. At supbia nūc in diuitijs, nūc in miribus, nūc in forma & uestitu, nūc in potētia & honore, nūc in nobilitate, lēc̄ inus in sapientia, arte, ingenio, iustitia, uirtute, sanctitate consistit, placet. Hæc bona creata eo actu colens, q̄ soli deo debetur. Siquidē supbia re duo importat: Primū, sibi placere; secūdū, alios fastidire, ideo includit uanā gloriā intus, quæ si erumpat foras, eo peior est. Ideo supbus dum sibi alicuius boni conficius est, nō in illo deū colit, aut gratias agens in eum refert glorificādo, sed stat in seipso, delectatus super se, & euanescit in cogitationibus, tunc si mul aduertit eum, qui talia non habet, quē cū sibi cōparauerit, necessario fastidit, & tunc dicit se esse aliquid, illum nihil. Et impletur illud Ro. i. dicentes se sapiētes stulti facti sunt; ita dicentes (scilicet intus apud se) se iustos, pulchros, diuites &c. iniusti, foedi, pauper facti sunt. Apoca. iij. Dicitis, quia diues sum & locuples, & nescis quia pauper es, & miserabilis & nudus.

Modestia.

Sic itaq; superbia substantia nō est, nisi ubi sese uiliori comparauerit, uelut desursum ad infima despiciens.

Econtra humilitatis substantia nō est, nisi ubi sese meliori cōparauerit, uelut sursum ad summa suspiciēs. Igitur quatuor pedes habet superbia, petulus ille, & crassus utulus, scilicet: Ignorantia mali sui, Scientia boni sui,

Quatuor res  
bus cōstat su  
perbia.

Hæc est ignorantia uera }  
dei  
sui ipsius

Ignorantia boni alieni, Scientia mali alieni.

Hūilitas ex  
quatuor res  
bus.

Huius quadrati contrariū habet quatuor pedes humilitatis, scilicet,  
Ignorantia boni sui, Scientia mali sui.

Hæc est cognitio uera }  
dei  
sui ipsius

Ignorantia mali alieni, Scientia boni alieni.

Inclinatio ad  
supbiam nō  
est cōsuetudo

Igitur nō opus est, ut confitearis te pronum esse ad superbia; Quia semper sumus superbi omnes, nec ullus omni superbia caret; Sed tantū, si obedieris cōcupiscentiæ eius, & consenseris uerbo, opere uel corde. Reliquum deo quarē dum, occulto gemitu, & confessione abscondita in cubiculo, ut ipse per gratiā suam malum illud radicis antiquæ destruat.

Dictum est de superbia, quomodo phibita sit sub primo p̄cepto, eo quod initium peccati sit supbia, seu quod idem est: Initium peccati a postulare a deo scilicet sibi ipsi idolum fieri, sibi placere, in seipso delectari, potius q̄ in domino, ac sic alienū deū colere in semetipso, quod est grauissimū & primū peccatum, licet nemo sit ex Adam q̄ dū uitimus, qui non aliqua ex parte hanc in sese idololatriā agat. Ideoq; semp sibi poenitendū & gemendū de sui placencia NVNC DE AVARITIA dicendum, quæ est cupiditas, radix æque omnium malorum, secundum Apostolū, eo quod uolentes fieri diuites, incidunt in laqueum diaboli, & multa desyderia inutilia & nocua.

Auaritia sub  
tribus p̄ceptis  
cōtinetur.

Hoc uitium sub duobus p̄ceptis prohibetur, immo sub tribus, scilicet sub septimo illo; Non furtum facies. Et ultimo; Non cōcupisces rem proximi tui; Et sub primo, Cum enim sub septimo prohibeatur omnis tractatio rei alienæ ut dictum

urdictū est, & præceptū quodlibet, ut dictū etiā est, est ita spirituale, ut nō tantū opus & fructum & folia & ramos, id est opera, uerba, signa prohibeat, sed etiā radicem & succum, id est, cupiditatem ex qua talia ueniunt, manifestū est, auaritiā sub furto prohiberi, cum eadem sit radix & furis & auari, scilicet cupiditas. Item cum sub ultimo prohibeatur ad literam concupiscentia rei proximi, manifestum est, etiā fontem & caput huius concupiscentiæ prohiberi in spiritu; sed hæc est auaritia. Ideo omnium propriissime, ultimum præceptum prohibet, ultimum illud & uiuacissimum omnium uitium, quod cum se necentibus iuuenescit, & cum morientibus uiuit.

Verū apostolus Paulus Ephe. v. suo sensu altius incedens, dicit: Quod auarus sit idolorum seruus, id est, cultor, ac sic sub primo mandato illud ponit, quod etiā facit Baruch tertio: Qui argentum thesaurizat, & aurum in quo continentur homines. Et Psal. lxxvij. in spiritu dicit: Et serui erunt sculpsilibus Canaan: Canaan est negociator, quorum sculpsilia quid aptius, quā monetas & numismata, uasa aurea & argentea, domus & alias possessiones significant. Denique adeo in lege potissimum prohibemus fabricare deos aureos & argenteos. Et prima idololatria populi in auro facta est, sub auro uitulos; sed & maxima similiter tempore Hieroboam sub uitulis aureis. Inde recte Apostolus, aurū, idolum intellexit, aurum idolorum cultorem uocans, & in latino nō paruam habent consonantiam aurum & auarum, auri auro, auari auro, una tantum littera differunt, ut aurum ab anere dici uideatur. Igitur Apostolus idololatrem auarum uocans, corpore satis exponit primum mandatum, quod cor hominis in solum deum considerare debeat. Nam eodem sensu & uulosos & libidinosos dicit esse uentris cultores, quorū deus uenter est, inquit. Verū isto sensu omnia præcepta sunt in primo præcepto, tanquā in capite suo. Nam omne peccatū est cōtemptus dei, ac per hoc ipsum contra primum præceptum, nec potest aliquid præceptum lædi, nisi simul & primum lædatur, quod continet omnia, quia dei uoluntas in omnibus offenditur, & postponitur nostræ, ac sic deus non colitur, immo alius pro eo colitur: proprie tamen auaritiā contra illud posuit Apostolus, quia imaginibus illa delectatur auri & argenti, multum similis ueræ idololatriæ. Cætera autem non ita simulacra, & imagines habent, Ideo redeundo concludamus, quod nullus pure uacat auaritia, sicut dicit Esa. & Hiere. Omnes a maximo usque ad minimum sequuntur auaritiā, beatus qui minus, Idcirco sequitur, hanc inclinationem corruptæ naturæ omnes oportet gemere coram deo, sed non nisi opus eius internum uel externum confiteri coram sacerdote. Et qui diceret se uacuum esse cupiditate, magna certe superbia sibi arrogaret summam puritatis perfectionem, Ideo beati qui lugent, quoniam lugendi materiam habent in seipsis, super seiplos, ut dominus dixit ad mulieres sequentes.

Tertium mortale peccatum, est luxuria, cuius species satis dictæ sunt sub sexto præcepto: Non moechaberis, & nulli dubium, quin illuc pertineat, ideo indicasse id sufficiat.

Quartum, Gula, foror, immo iritamentum & procus, & minister luxuriæ, sicut & Ethicus dicit: Sine Cerere & Baccho friget Venus, Hoc uitium Apostolus Philip. ij. sub primo mandato locat, dicens: Quorum deus uenter est. Idem Rhomano, decimosexto facit. Huiusmodi non Christo, sed uentri suo seruiunt. Potest autē simpliciter sub sexto præcepto poni: quia ubi libido, phibetur, ibi certe & omnis occasio & fomentū libidinis phibet. Inter oia autē fomenta libidinis, maximū & fortissimū est gula, cuius ratio est, ga internum, cetera ut aspectus

Auarus idolorum seruus.

Vortex est uentris cultor.

Omne peccatū est cōtemptus dei.

Inclinatio corruptæ naturæ non fit cordi, sed deo cōsuetudina

Libido.

Gula sub sexto præcepto



**Libidinis forma.** ut aspectus, colloquium, auditus, tactus, sunt externa. Gula autem inflat uenas & prouocat totum corpus ad libidinem. Nam & gentilis Plinius dicit libidinem portentosam sequi post ebrietatem. Et B. Hiero. ad Eustoch. & alias dicit, nihil ita mouere libidinem, sicut cibum indigestum; ideo gulosus, uolens se tradit in libidinem. Sic etiam & octum, & pigritia, somnolentia, strati mollitudo, omniaque alia libidinis mancipia, prohibita sine dubio intelligendum est ibidem. Et nisi gulosus statim occupetur labore multo, inuicta ca pietur libidinis & stillatione. Vnde B. Hiero. Venter mero aestuans, cito desponat in libidinem. Vide quomodo libido sit quodammodo uelut naturalis spuma gule, sic fumus naturale ignis, & spuma nouiter infusi uini, & bullitio feruoris aquae. Quis haec prohibere potest, nisi summa uolentia?

**Media ad castitatem.** Qui ergo praecipit castitatem, sine dubio & media castitatis praecipit, ut sobrietatem, uigiliam, laborem, orationem, lectionem, meditationem, studium, officium in proximum, frigus, aetum, pauperiem &c.

Hic tamen notandum, de uomitu multi sibi maiorem conscientiam faciunt, quam de ipsa suffusione & ebrietate, sicut multi magis pollutionem nocturnam, quam ipsam causam eius, cogitationes, crapulasque ponderant. Sed certe uomitus non est res mala, nec peccatum unquam, cum uel fiat in uite, uel cum dolore. Idcirco non solum non fugiendus, sed etiam querendus est uomitus ebrj, ut Ecclesiast. xxxj. Si coactus fueris multum bibere, surge & uome, & refrigeraberis, & non adduces corpori tuo infirmitatem. Hoc consilium sapientis acceptandum est, & non sine ratione. Quia, inquit, refrigerabit te, i. alleuiabit. Valet enim illa exoneratio, ut non ita insensit uenae, & fergat pruritus carnis, dum facilius digerit, quam minus remanet. Melius est enim uomitu eademe libidine, quam plenitudo subire libidinem.

**Vomitibus ebrj proficit.** Secundo, quia infirmitas corporis uitatur, ut laesio capitis & omnium sensuum & uisum. Quis autem non maius peccatum putet, totum corpus laedi suffusione & retentione, quam uomitu ab eo periculo liberari? Vitam enim abbreviare maius malum est, quam uomere, immo uomere nullum malum, sed repleste te, & ingurgitalse, ut uomitu exgas, malum est.

**Ebrj.** Et uisum sub praecipito omnes ebrj & suffusi uomere cogentur, spero tandem horrent ebrietatem, dum scirent se cito oportere uomere quod biberent, quamquam & modo cogantur mingere, & uentrem solucere, nihil tamen mouentur exinde.

Quod autem scriptura aliquando uomitum reprehendit, ut canis reuerfus ad uomitum, & Esa, Mens repleta uomitu, intelligitur de uomitu boni, & salutaris uerbi, quod retinere debuit.

Tertio, si uenenum, aut aliud noxium aliquod bibens, sine peccato uomit, cur cum peccato uomit, qui uinum, aut potum alium ita bibit, ut ueneno simile nocumentum inferat? Igitur conscientia est habenda infundendo, non effundendo, cum ibi multis malis feruiatur contra praecipitum dei, hic uero multis bonis contra nullum, immo pro praecipito dei.

**Gula non semper peccat.** Species & differentias gulae omitto, quia non semper sunt peccata mortalia. Siquidem nec ipsa gula semper est peccatum mortale, immo raro, nisi sit usu,

**Ira.** Quintum mortale, est ira, quae facis sub quinto praecipito est declarata.

**Inuidia sub quinto praecipito continetur.** Sextum, inuidia, quae non debuit distingui ab ira, cum sit nihil, nisi inueterata ira, sicut Beatus Augustinus in regula; Ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca. Nam ira est recens uirgula, Inuidia est arbor & trabs magna. Igitur & haec sub quinto praecipito est autoritate Ioan. apostoli; Qui odit fratrem

fratrem suum, homicida est.

Septimum est, aecidia, quae est tardium boni, pigritia, <sup>2007</sup> Graece, quae est duplex; una in cultu illo figuratiua dei & exteriori, ut sunt, ecclesiam uisitare uerbum dei audire, orare, legere, meditari, cantare, & sic est phibitum uitium sub tertio mandato: Sabbata sanctifices, ut satis patet.

Alia est subtilior & interior in toto, & omni genere seruitutis dei, & sic est nihil aliud, nisi inceptae iustitiae fiducia, & proficiendi negligentia, stare in uia dei, tepescere, securum fieri, timorem dei remittere. De quo uitio hypocritarum tota scriptura loquitur. Haec enim facit iusticiarios securos, ante quorum oculos non est timor dei, & auferuntur iudicia dei a facie eorum. Horum fiunt nouissima peiora prioribus, quia inuenit diabolus domum corum ornatam, sed uacantem & securam, ideo ingressi habitant ibi. O horribile uerbum nimis, quod habitant ibi, quia indurantur, qui eiusmodi sunt post inceptam iustitiam, longe magis quam prius, ut experientia uidemus, quomodo nihil mouentur ad omnia quae audiunt, se non tangi credunt, & facti sunt uere progenies uesperarum, palca igni inextinguibili preparata. Igitur hoc uitium sub omni praeepto comprehenditur, cum in quolibet sit proficienda.

Sed nescio an sit confitendum. Credo quod non, quia est spiritalis defectus deo soli, qui & solus sibi mederi potest, aperien-  
 dus.

Aecidia interior & exterior.

Hypocritae securi sunt.

Ingressi habitant ibi.

Spiritalis defectus non debet confiteri.

SERMONVM DE DECEM  
 praeeptis, quos R. P. Martinus Lutherus ad populum Vuittenbergensem dixit,  
 Finit.

Sermo

# SERMO DE TRIPLI

CI IUSTITIA R. PATRIS MARTINI LVTHE  
RII AVGVSTINIANI VVITTENBERGENSIS.

Triplex est peccatum, cui triplex opponitur  
iustitia, T cutonice Fromkeit.

Peccatum  
criminale.



**P**RIMUM est criminale, id est, manifeste malum, quod etiam potestas secularis punit, ut furtum, homicidium, incendium, sacrilegium &c. Quorum aliqua gladio, igne aqua, furca, rota plechit, ut in iure ciuili. Aliqua poenitentia canonica, ut simplices fornicationes, & alia quaedam, ut in iure canonico.

Iustitia legalis.

Iustitia huic cōtraria, est illa species iustitiae, quae sicut as Solomonis, pauones & sycomoros facit. Quae sit ut corā hominibus bonus uir sit, & accusari nō possit, euadatq; poenas legis, con sequaturq; promissa temporalia legis. Rho. x. Moses scripsit, quod iustitiā quae est ex lege, si homo fecerit, uiuet in ea. Et Esaiar: Si uolueritis & audieritis me, bona terrae comedetis. Talis fuit Naaman Syrus uir magnus apud dominum suum, per quē dominus dabat salutē Syriæ, iij. Reg. v. Tales multi reges Israel, & populus Israel, quibus dominus dedit bona temporalia, & uictorias multas licet essent iuxta idololatra; tales Samaritani, a quibus abstulit dominus leones cum tamē idola colerent, & dominū deū simul. Tales Rhomani, iuxta beatum Augustinū lib. ciui. quibus dominus dedit imperium amplissimū. Sic solet & principes ditare. Tales usq; hodie sunt omnes qui poenitent ppter peccatum, famem, bellū, aliāque flagella dei, qui tunc orant, qui pcessionem faciūt, uota ianctis uocent. Hic cultores sanctorū & sacerdotes propter presentia seruientes, & religiosi similiter, & qui talia similia multa faciunt. Et breuiter haec est iustitia, quae recipit hic mercedē suā, & in futuro mittit quidē puniē, q̄ criminosi.

Hic remuneratur iustitia legalis.  
Sibi seruit.

Secundo nō deo, sed sibi seruit, nec est filiorū, sed seruatorū iustitia, nec Christianorū pprie, sed Iudeorū & gentiliū, nec Christiani ad eā sunt exhortandī quia procedit ex timore poenae, uel amore cōmodi sui, non amore dei.

Facit hypocritas.

Tertio facit hypocritas, superbos mente cordis sui; temerarios iudices aliorū ut patet in phariseo illo, & Simone leproso.

Maledicta est quia mercenaria.

Quarto, hanc Apostolus Gal. iij. maledictam asserit. Qui ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Ideoq; Christiani, qui aeternis bonis ditandi, nō sunt exhortandi ad illā, sed dehortandī potius ad meliōrē. Vnde nō est gaudendum in his, sicut principes Saxoniae, deus gloria, diuitijs, uoluptate ditat, quia religiosi sunt, & si haec nō sint satis, nascetur adhuc unus mons argenti, & pax seruabitur. Ipsi uiderint an bene id eis cedat, ne sint mercenarij. Sunt enim haec praemia uilissimae huius & maledictae iustitiae, prinens ad benedictionē Esaiar & filiorū eius. Hi sunt iactatores liberi arbitrij Themiatarum. Sic deus munerat etiam mala, quia sicut in oculis hominum bona sunt, ita & in oculis hominum recipiunt bona.

Peccatum originale.

**A**LTERVM est peccatū essentiale, natale, originale, de quo Psal. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea, de quo Christus

Pom 1<sup>o</sup>  
Pij: 1  
4 203: 5

Col: 3

Quia non est ad gloriam legalis  
et hypocritarum

ps 50

Christus; Nō potest arbor mala fructus bonos facere, Et Rho. v. Per unius inobediētiā peccatores constituti sunt multi, & per unius delictū in omnes homines in cōdemnationem. Et hoc est peccatum, quod facit priorem iustitiam esse nihil, & malā, & maledictam: sicut Christus ait: Aut facite arborem bonam, & fructus bonos, aut arborem malam, & fructus eius malos.

Secundo, id peccatum est incurabile uiribus hominis; nec aliquid hic ualet liberum arbitrium, ita ut sancti dicant, Quod nolo malum, hoc facio. Et Gal. v. Non quę uultis facitis. Psal. tricesimo septimo: Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus &c.

Tertio, id est quod omnes sentimus in concupiscendo, irascendo, presertim obiectis presentibus, ut dicit dominus de oculo nequam &c. Ideo dixi essentia le, quia per natiuitatem contrahimus, & manet semper, nec aliquando transit licet actualē, sicut fons, uenens, aut aqua falsi naturaliter falsa est, sicut corpus leprosum naturaliter est tale, & corpus cæcum similiter. Nō hic cō Logice ago.

Iusticia huic contraria similiter est natalis, essentialis, originalis, aliena, quæ est iusticia Christi, Ioan. iij. Nisi quis renas<sup>us</sup> fuerit ex aqua & spiritu, Item Ioan. j. Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, Et. j. Ioan. iij. Qui natus est ex deo, non peccat (id est, non est peccator) sed generatio dei cōseruatum, Rho. v. Per unius hominis iusticiam in omnes homines in iustificationem uitæ, & per unius hominis obediētiā iusti constituentur multi. Hęc est de qua nuper dixi, quod sit fors, capitale fundamentum, petra nostra, & tota substantia nostra, in qua gloriamur in æternum, ut Apostolus ait: Quod uita nostra abscondita est cum Christo in deo, & iterū: ut nos essemus iusticia dei in illo, Et. j. Cor. iij. Qui factus est nobis a deo iusticia & sapientia, & sanctificatio & redemptio, Et. j. Corinthio. iij. Fundamentū aliud nemo potest ponere.

Secundo, Hęc sit nostra per fidem, Rho. j. Iustus ex fide uiuit, &c. x. ca. Corde creditur ad iusticiam. Hęc per baptismum confertur, hæc est proprie quam euāgelium annunciat, & nō est iusticia legis, sed iusticia gratiæ.

Tertio, hanc qui habet, etiam si peccet, non damnatur. Psal. lxxxvij. Si peccauerit &c. Hic est em̄ filius delicatus (ut dicit) qui nō potest offendere quicquid fecerit, Psal. xxxiij. Vniuersæ uite domini misericordia & ueritas.

Quarto, per hanc fit homo dominus omnium, quia iusticia eius de celo prospicit, & hic iusticia & ueritas obuiant sibi, iusticia & pax osculatur, Veritas em̄ de terra oritur, Nam sine misericordia homo est hypocrita, sine iusticia inquietus, Gratia facit ueracem, iustum, & uera iusticia pacem, sed ea ueritas Christus est, homo uanitas.

Quinto, Rho. v. Apostolus dicit, quod Adam sit forma futuri, scilicet sicut Adam unius peccato omnes ex se natos facit eodem suo peccato proprio, illis iā alieno reos, & dat quod habet, ita Christus sua iusticia omnes ex se natos facit eadem sua iusticia, illis aliena & immerita, iustos & saluos, Vt sicuti alieno peccato damnati sumus, ita aliena liberemur iusticia. Et ideo essentialē hanc dixi & æternam quia manet semper, nec cessat aliquando, sicut actualis, iuxta illud Psal. cx. Iusticia eius manet in seculum seculi, Solus Christus est æternus, ideo iusticia eius quoque æterna & tamē nostra. Hęc est misericordia dei patris, hæc gratia noui testamenti, qua dulcis est dñs his qui gustat eū: in hac oportet nos saluos fieri, & nulla alia, Actu. xv. Non est nobis datum nomen sub celo &c. Psal. xxx. In iusticia tua libera me, & Deus in nomine tuo saluus me fac, &c. Hoc est quod dixi, Nullus saluatur nomine suo proprio, sed appellatio, id est, non ut

Y Petrus,

1108  
1109

1110  
1111

1112

1113

1114

1115

1116

1117

1118

1119

Petrus, Paulus, Ioannes, sed ut Christianus; sicut ait Ioan. iij. Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit, filius hominis, qui est in celo, de qua nuper latius dixi.

**TERTIVM** peccatum est actuale, quod est fructus originalis. Hæc sunt iã propria peccata omnia, scilicet opera quæ facimus, etiam iustitiæ priores, ante fidem, iuxta Apostolum Rho. ij. & iij. Qui alium doces, teipsum non doces. & non est iustus, non est intelligens, & eadem facis quæ iudicatis, in quo enim iudicas teipsum, Et hoc augetur malum peccati originalis, nec tamen potest uitari proprijs uiribus,

Iusticia huic contraria est actualis, fluens ex fide & iusticia essentiali, de qua Apostolus. Sicut portauimus imaginem terreni &c. Psal. lxxxij. Iusticia ante eum ambulabit (id est corã eo erunt iusti in opere) & ponet in uia gressus suos. Et de ista nunc latius dicendum, ubi dimissum fuit nuper a me.

Primum hæc opera dicuntur meritoria, nescio an intelligant, ego fateor me nõ intellexisse. Fides est meritum totum. Vanissimum est ut unus actus subitaneus dicatur dignus uita æterna, oportet ut persona sit digna. Christus meruit nobis, & donauit, donatque quotidie.

Secundum, quomodo possit esse meritum, cum tamẽ omnes sancti peccent, iuxta illud; Non intres in iudicium cum seruo tuo, & Christus; Vos cũ sitis mali, & Dimitte nobis debita nostra. & B. Augusti. Væ bonum uirg &c. Et rursus Vnusquisque mercedem recipiet secundum suum laborem, & iij. Regũ. Est merces operi uestro. Et Gene. xij. Ego merces tua magna nimis, Et Eccl. ix. Vnde comedet in leticia panem tuum, & hibe com' gaudium uinum tuum, quia deo placeant opera tua. Immo caueat omnis Christianus, ne unquam incertus sit, an deo placeant opera sua, qui enim sic dubitat, peccat, & perdit opera sua cũcũ frustra laborat; sed oportet ut credat sese placere deo, ut Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quod sine crimine cõuersati sumus in hoc seculo. Et iterum; Non sic curro tanquam incertum, non sic pugno quasi aerem uerberans; Et Petrus, Satagite per bona opera certificantem uocationem uestram.

Qui enim nescit, aut dubitat se bene agere, aut semp male se credit agere, semper peccat, ac perdit uitam suam totam, quia non ex fide, neque in fide agit. Quid ergo faciemus, quomodo simul iudicium deprecabimur, & gloriam petemus? Respondetur; Cherubin aduersus uultibus nos erudiunt; hi enim uultu sunt contrarij, sed prospectu in propiciatorium conueniunt. Sic illæ autoritates contrariæ inter se, in Christo concordant, Ideo opera nostra si sola aspicias, peccata, & ita iudicium tibi est deprecandum (id est, ne sola sine Christo discuantur) sed in Christo confidas ea placere deo, quæ ipsa sola placere non possunt, ut orat ecclesia. Ideo siue pecces, siue non, semper firmiter nitere super Christum, & iusticiam illam naturalem, septies enim in die cadit iustus, & toties resurgit. Et Psal. xxxvj. Cum ceciderit iustus, non collidetur, dominus enim supponit manum suam. Sicut ergo de Christo non debes dubitare, quin placeant propter Christum in quo credis, & sic sunt opera talis fidei & gratissima, licet apud te & in seipsis indignissima.

Tertium, quæ sunt opera potissimum faciendã Respondeo, maxime illa quæ promouent iusticiam capitalem, & minuunt originale peccatum. Ideo unicuique est propria sui obseruatione necessaria, quia originale peccatum unquamque aliter & aliter impugnat. Generalia sũt, orationes, elemosine, ieiunia, imo Rho. xij. omnium pulcherrime, & alibi, Mortificate membra uestra. Quia illa tertia iusticia nã

v. de peccatis  
154

Iusticia actu  
alis ex fide &  
origine iusti  
fuit.

Meritorius  
actus nullus  
dicitur.

Sancti omnes  
peccant.

Credate  
deo placere  
& bene age  
re.

In dño placet  
opa nostra.

Obseruatio  
sui maxime  
necessaria.

67: 12  
154

154

154

154



cia nihil aliud queritur q̄ ut peccatum originale expugnetur, & corpus peccati destruat, & sic meritum sit ipsa regnans iusticia, non autem quod actus mereatur, sed promouet meritum.

QUARTVM, Præ omnibus custodi te ab operibus abs te electis, quia hæc non purgant peccata, sed polluant magis, ut sunt nostro tempore ceremoniole orationes, uocule, ecclesiæ structuræ. Ideo illa opera magis purificant, quæ deus imponit & uocat, inde omnium sunt optima passiones, egritudines, penuria, ignominia, mors, quia hic solus deus operatur, & homo patitur, & perfectil sine occiditur Adam, mundatur q̄ Christus, & palmæ eius purgatur.

Hæc est em̄ tua compēdij ad salutē, sed odiosa ualde in actu, iucunda in fine.

Opera a nobis electa curanda.

Tolerantia in aduersis.

FINIS.

F. MARTINVS LVTHER PIO  
LECTORI SALVTEM.

MAGNA uere gratia mihi a domino nostro Iesu Christo collata uideatur, ut uerba mea solius, tam ingrata & odiosa sint multis, deinde nescio in quot hæreses (cui Prothet quidā essent) secunda pene lingua tranllormentur. Et nisi idem ipsi domino nostro Iesu Christo, Apostoliceq̄ omnibus atq̄ prophetis contigisse scirem, iam dudum desperans silentium egissem. Nunc uero cum urgeat officij mei necessitas, eo nitor, q̄ magis obedientiam est deo, q̄ hominibus, paratissimus officium & titulum docendi relinquere, si ita placet maioribus Ecclesiæ (id est Christo) Sin retinendum est, dent ueritatem, & boni consulant, qui uolent, mei studij erit, omnibus uiribus sudare, ut Christus Christum Christo nunciet, & audiat. Hæc cōmemoro, pie mihi lector, quod sermonem quendam de excommunicatione feci ad populum Vuittenbergensem, cuius ut ego prope sum oblitus, ita aduersarij miseri, sunt plus q̄ oportet, memores, interpretesq̄ rigidissimi, ne dicam iniquissimi; dabo itaq̄ operam, quantum sufficit memoria, ut sentia, si nō uerba totius sermonis, omnia in publicum exponam, ut probē ea me docuisse, quorum neq̄ me poeniteat tractatorem, neq̄ pium auditore, quid autem amici mei paraphrasi, aut pseudophrasi sua fecerint, aut faciant, det doctus minus, ut aliqui uideat & ipsi, Amen.

Vale.

Male audire etiam Christum propter ueritatem.

Y ñ

# SERMO DE VIRTU

TE EXCOMMUNICATIONIS PRATRI MAR

tino Lutherio Augustiniano, a linguis tertis tan dem euerberatus.



**D**EBITVM nobis sermōem totiesq̄ promissum, tandem aliquādo persoluo, hoc est, de uirtute excōmunicationis hodie discēdum est, quod ut planissime intelligatis, distina cte procedam.

**PRIMUM**, uidentium quid sit excōmunicatio Eccle się, & quantum uis uocabuli ualeat, Excōmunicatio nihil est aliud, q̄ priuatio cōmunionis, & extra cōmunionem fidelium posido. Est autem fidelium cōmunicio duplex

Communio spiritualis in cerna a solo deo est.

Vna in te rna & spiritualis, alia externa & corporalis. Spiritualis est, una fides, spes, charitas in deum. Corporalis est participatio eorundē sacramentorū, id est signorum fidei, spei, charitatis; que tamen ulterius extenditur usq̄ ad cōmunionem rerum, usus, colloquij, habitationis, aliorumq̄ corporalium conuer sationum.

Igitur sicut priore illa spirituali cōmunionē, nulla natura potest animā uel excōmunicatam reconciliare, nisi deus solus: Ita non potest cō munionē eandē ulla creatura ei auferre, seu eā excōmunicare, nisi solus ipse ho mo p̄ peccatū proprium. Hęc sententia satis patet, quia fidem, spem, charita tem nulla creatura potest conferre, uel auferre, iuxta illud Rho. viij. Quis separa bit nos a charitate dei? Et infra; Certus sum q̄ neq̄ mors, neq̄ uita, neq̄ ange li, neq̄ principat̄, neq̄ uirtutes, neq̄ inflātia, neq̄ futura, neq̄ fortitudo, neq̄ alitudo, neq̄ profundum, neq̄ alia creatura poterit nos separare a charitate dei que est in Christo Iesu domino nostro. Et. j. Pe. iij. Et quis est qui uobis nocet si boni amulatores fueritis?

Excōmunica tio externā cō munionē pri uat.

**SECUNDVM**, Consequens ergo est, q̄ excōmunicatio ecclesiastica est dūtaxat externę priuatio cōmunionis, scilicet sacramentorum, funeris, sepultu ræ, publicę orationis, deinde aliarum (ut dictum est) corporalis necessitatis rerū & conuersationū. Hęc em̄ sententia nota est, sic & Paulus. j. Corin. v. scribit: Ve non cōmiscēamē, nec cibū sumant cū eo, qui nominal̄ inter eos fornicator, male dicus, ebriofus, rapax &c. Et. ij. Thessal. iij. Si quis non obedierit uerbo nostro per epistolam hanc, norate, & non cōmiscēamini cum illo, ut cōfundatur. Se quitur: Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratē. Hęc si nō de excōmunicatione externa, salua interna cōmuniōe, dicta sunt, fateor me nō intelligere apostolū Paulū. Et Ioannes epistola secūda; Si quis uenit ad uos, & non afferit doctrinā hęc, nolite eum in domū recipere, nec aue ei dixeritis. Qui em̄ dicit illi aue, communicatur operibus eius malignis.

Excōmunica tio nō priuat aliquē bonis ecclesię.

Significat pri uationem.

**TERTIVM**, Excōmunicari nō est animā tradi diabolo, neq̄ priuari bonis ecclesię, cōmunibusq̄ oratiōibus eiusdē. Hoc ex dictis abūde patet, q̄a manēte fide, spe & charitate, manet uera cōmunicio, & p̄cipatio oim bonorū ecclesię.

**QUARTVM**, Excōmunicatio si iusta est, significat potius animā esse dia bolo traditā, & ecclesię cōmuniōe spirituali priuatā, quia ferē super eū, q̄ pecca to mortali seipm̄ priuauit cōmuniōe charitatis, & diabolo sefe tradidit. Sicut ecō tra recōciliatio sacramētū est, & externū signū interioris recōciliationis & com munionis

munionis. Ideo uerum est, q̄ excommunicatio ecclesiastica non infert, sed pre-  
supponit aliquē esse in morte & peccato, id est, uere excommunicatū spiritualiter  
Q̄ VINTVM, Excommunicatio sic est temporalis & corporalis, ut tamē ordi-  
netur, non cōtra, sed pro cōmunionē interiore, uel reparāda, si iuste lata fuerit,  
uel augenda, si iniusta fuerit.

Adiuuat in  
ternā cōtionē,

Probatu hoc per Aplm. ij. Cor. ulti. Agam secundū potestare quā dedit dñs  
mihī, non in destructionē, sed ædificationē. hoc certe intelligo, q̄ non possit de-  
struere, sed tantummodo ædificare per ecclesiasticam potestare. Nā & illū fornī-  
cariū, j. Co. v. sic excommunicauit, & Satanæ tradidit, ut spiritus nihilominus sal-  
uus fieret. & ( ut supra dictū est ) non existimandi sunt quasi inimici, sed corrigē-  
di ut fratres, non ut perdantur, sed ut confundantur. Et ut audacius dicā, ne Chri-  
stus ut homo hanc habuit potestare separandi animas, sicut dicit Ioan. vj. Om-  
ne quod uenit ad me, non ericiam foras, Et iterū. Hæc est uoluntas eius qui mis-  
sit me patris, ut omne quod dedit mihī, nō perdam, Et iterū alibi: Non uenit fili-  
us hominis p̄dere, sed saluare animas. Itē ad hoc est apertus quoq̄ textus li. vj.  
de sen. excommuni. c. Cū medicinalis, qui ualde est notabilis, dicens: Cū medici-  
nalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans, dum tamē is  
in quē lata fuerit, non contēnat, caute p̄uideat ecclesiasticus iudex, ut in ea serē-  
da ostendat fe prosequi, quod corrigentis fuerit & medentis. Hæc ibi. Cur non  
dixit, quod perditus & occidentis fuerit, sicut quidā desperati timēt, immo qui  
dā officiales tyranni affectant? Igitur ecclesiastica excommunicatio est piū & ma-  
ternū flagellū super corpus & res corporis impositū, quo non trudit ad infernū,  
sed potius reuocat, & urget ad salutē eos, qui ad inferna proropat, immo quā-  
dam exultatione, & reuerentia simul amplectendū, nedū patēntissime ferendū est.

Aiam separā-  
di potestare  
nemo habet.

Excommunicatio  
res misit est,

SEX TVM, Illud solū & maxime omnium curandū est, ne excommunicatio tā  
fidele salutis ministrū cōtemnat, aut impatientius ferat, quia non modo pro-  
pter potestare ecclesie, quæ per seipsum semp̄ est metuenda, sed etiā propter piā  
hui⁹ potestatis opationē, & salutis p̄prie p̄motionē amāda, Sit simile, q̄ mater  
corripit dilectū filiū, q̄nq̄ meritū, q̄nq̄ imeritū. Hic cōstat piū esse flagellū, &  
filio salutare. Quod si ipse ipatiēs matrem hui⁹ discipline, nō omiserit phibitū  
aut nō fecerit iullū, sed hures in matrē insurgat, aut contēnat, ecce tū icurret in mā-  
datū dei, ubi præcipit parētes honorari, & hier, ut ex unica leuiuscula disciplina  
quæ sine peccato, immo cū merito erat, sibi cōstet detestabilissimā culpā & æter-  
nā penā. Ita & nostro seculo fieri, heu miserā! uidemus, ut seculares, officiales  
trucidant, notarios & nuncios cadāt, mergant, captiuēt, aliaq̄ detestabilia por-  
tenta cōmittāt, quod non facerēt credo, nisi uulgata illa erroneaq̄ opinio, cre-  
derent sese per excommunicationē tradi in dānationē, ac nō potius quærē ad salu-  
tē. Hinc em̄ sceleribus adiungunt desperationem, nouissimū omnium horrendū  
mūq̄ malorū. Atq̄ hæc causa fuit, ut hunc sermonē meditatē, & nunc æderem  
quoq̄. Quamq̄ iuste permittat hanc cadē in officiales deus, ut qui hanc senten-  
tiā salutis absconditā cupiunt, quo securus tyrannidē suā falso terrore hominū  
stabiliant, tandē extrema tyrannorū etiā patiantur.

Excommunicatio  
quare non sit  
contēnenda.

Persecutio  
ministorum  
fori ecclesiast  
ciunde sit.

Tyrānis offi-  
cialium.

Si uero populus huius potestatis & excommunicationis optimā necessitatem,  
& saluberrimam uim, ac non contra eos, sed pro eis ualere, doceretur intellige-  
re, minus ipsi periculorū, & quietiorē obedientiā in populo haberēt, quin & glo-  
riam & amorem obtinerent.

Igitur mi fratres in domino, nolite hæc portenta cogitare. Sint officiales, uel  
publicani, huius potestatis ministri, sint in quā boni, mali, qualescunq̄, nō no-  
Y ij nocbit

Potestas offi-  
cialū nobis  
prodest.

cebit potestas ipsa uobis, sed proderit semper, siue sit in usu uel abusu, tantummodo recte feratis eam, aut cū humilitate euadere seu solui querite. Matrem intue/mini Ecclesiam. Quid ad te, si uirgam suam super te ponat per manum indigni nihilominus matris tuae dulcissimae uirga est: & quidem saluberrima.

Excubiatio  
nimis timet.

**SEPTIMUM**, Id potius aduerte, & oculos huc uerte, ut illud magis uel facias, uel omittas, propter quod excōmunicaris & flagellaris, q̄ quomodo uirgā non feras, sed huius omnia haec peruersissima sunt, non quid uelit, sed quid faciat dumtaxat uirga, consideramus. Quis est enim nunc inter nos, qui tanto timore timeat deum offendere (pro quo utiq; solo excōmunicamur, si iuste excōmunicamur) quanto studet excōmunicationē uitare uel euadere? Ita fit, ut semper poenas, etiam tam pias q̄ bonas plus timeamus, q̄ horrendissimas culpas. Et ad id prohi dolor cooperantur tam minaces & imperiosi huius optimae potestatis nihiltri rabulæ forenses.

Pro crimine  
scandaloso fe-  
renda.

**OCTAVUM**, Excōmunicatio non tantum pro fidei contumacia, sed pro quolibet crimine scandaloso debet ferri, patet hoc ex p̄dicis, ubi Paulus, 1. Co. v. & ij. Thes. iij. iubet uitari etiā fornicarios &c. quāq; magna sit miseria, & huius potestatis iniuria, quod pro septima aut octaua parte florenti quādoq; excōmunicentur, relictis interim horribilibus & scandalosis criminibus impunitis, effūto ad hanc tyrannidem colorandam, satis uastro cōmento, q̄ scilicet nō propter transgressiones, sed propter contumaciam excōmunicentur; quasi nō sit hoc crudele fati, q̄ pauperē pro tantillo precio trahunt per tantū spaciū, in tantas carnificinas suas. Sed haec alias.

Prae non ulli  
pōdenda, etiā  
si rursissimi  
eā occupent.

**NONVM**, Id super omnia & in omnibus considerandū est, quod potestas ecclesiae cum sit Christi potestas, licet pro nostris peccatis plarūq; tradatur Pīlatis, Herodibus, Annis atq; Caiphis, uiolentissimiq; alijs tyrannis, nostrū tamē est, eam summis semper studijs reuereri & colere, exemplo Christi, qui sic Annā Caiphā, Pilatum honorauit, Ideo nec indignissimae eiususē abusionis nos debēt permouere, quin quicquid ipsa fecerit, hilariter feramus, aut saltem cum reuerentia declinemus. Nam tempus nostrum periculosissimum est, ideo prudētissime oportet nos agere, ne propter personas, potestatem pariter uilipendam, immo propter potestatem, etiā uilissimas personas honoremus. Sic enim iratus nobis dicit: Dabo pueros principes eorum, & effoeminati dominabunt eis. Esa. iij. Atq; id eo facilius efficiemus quando cognoscimus, q̄ in animae profectum uel defectum nihil possunt nisi occasionaliter & exercitiae & tentatiuae (ut ita loquar) agere.

Excubiatio in  
iusta, meritū  
nobile.

**DECIMUM**, Excōmunicatio iniusta nobilissimū meritū est, ideo dulciter ferenda, si excusationi tuae humiliter praestite, locus nō fuerit datus. Hic em̄ dices illud P̄salmi. cvij. Maledicent illi, & tu benedices. tantum uide, ne potestatem contemnas; cuius potestatis prodest, cōtemptus uero tete perdet. Nam si filio (ut dixi) immerito correpto, eo maior gratia matris accedit, postiq; cognita fuerit eius inno centia patiens, quanto magis apud deum maiorem gratiam confectetur, si patienti innocentia etiam a matre sua ecclesia tulerit disciplinam, imo si aduersario iubemur consentire, & benigni esse in uia, quanto magis dulcissimae matri ecclesiae, etiam si per indignissimos nos flagellet. Ipsa enim manet mater, quia manet ecclesia; manet aut ecclesia, quia manet Christi eius sponzus in aeternum.

Propter ex-  
cubiacionem  
nō omittendū  
bonum opus

**VNDECIMUM**, In excōmunicatione iniusta summe cauendum, ne id de feras, omittas, facias, dicas, pro quo excōmunicaris, nisi id sine peccato fieri possit. Nam

fit. Nam iusticia & ueritas cum sint de interiore cōmuniōe ecclesie, non debēt omitti propter excōmunicatiōē exteriorem, etiā si ad mortem usq; procederet, quia sic pessime omnium excōcicaretur, si quis excōmunicari timeret: Debet ergo humiliter ferre, & mori in excōcicatione; Nec timere q̄ non accepit sacramenti eucharistie, funeris ritum, sepulturas &c. Hæc incomparabiliter minora sunt, q̄ ut iusticia propter ea prodatur. Nam qui etiā iuste excōcicatus moritur, non ideo damnabitur, nisi forte non contritus, & cū contemptu excōmunicatiōis moreretur. Contritio & humilitas omnia soluit & placat, etiā si ex humetur aut in aquas projiciatur, Beatus autem & benedictus, qui in excōmunicatiōe iniusta mortuus fuerit, quia pro iusticia quam non deseruit, etiā tanto flagello percussus, coronabitur in æternum.

DVODECIMVM. Monendi tamē sunt pontifices & eorum ministri, ut censuras grauam, & q̄ fieri potest, ratissime ferant. Quia cum censura sit lex quadam, omnis autē lex sit uirtus & occasio peccati, & sine gratia dei lex non impletur, gratiam etiā dei (id est, legis impletiōē) dare ipsi non possunt, nihil aliud faciunt, multiplicando leges & censuras, q̄ q̄ multiplicandorum peccatorum & offensionum dei causas & efficaces occasiones præstant, quantumlibet enim nos obedire tenemur corū præceptis, multo magis tamen ipsi tenentur seruire nostris infirmitatibus.

Censuras gra-  
uam ferant,

F I N I S.

CHRISTIANIS OMNIBVS.

**H**ABETIS sermonem uere eruditum & utilissimum de digna præparatione ad sacratissimam eucharistiam. Quem non est dubium salubriter profuturum omnibus diligenter legentibus, & fideliter sequentibus, nihil enim potest bona scire, si mala sequaris: Neq; præclarum est intelligere scienda, si probitatem non habeas. Intellectus enim bonus est omnibus faciendibus eum. Deum igitur omnipotentem oremus, ut spiritum rectum innouet in uisceribus nostris, ut in ordinem redacto, & usq; Adam ueteri, in uisceribus conicepto, nato & enutrito, nouum hominem induamur, qui secundum deum creatus est in iusticia & sanctitate ueritatis. Nisi enim huc peruenieris, ut deo omnia tibi nihil tribuas, actum tecum erit. Semper igitur hoc Propheticum in memoria habe, pro nihilo saluos facies illos. Nam gratie dei, sicut alia debent omnia ita premissionem, quæ est in Christo Iesu domino nostro, qui est cū patre & spiritu sancto benedictus in secula seculorum, Amen.

Y iij R.P.ac



## R. P. AC THEOLOGI

VERE CHRISTIANI MARTINI LUTHERII

Sermo de digna preparatione cordis pro suscipiendo sacramento eucharistiae.

Manifeste  
mortalia con-  
fitenda.  
Invidia &  
odium proxi-  
mi potissimum

Communio.

Nullus speret  
humano sicut  
dicitur omnem  
erga omnes ad  
maritudinem  
deponere  
posse.

Anima uacu-  
am & esuri-  
entem offeras.

Bona anima

Optima dis-  
positio est in  
sacramento



**P**RIMO necessarium est, ut omnia peccata manifeste morta-  
lia confitearis atque doleas. Manifeste dico, quia occulta ne-  
mo scire potest, iuxta illud Psalmi xviii. Delicta quis intel-  
ligit?

**S**ECUNDO, inter omnia peccata mortalia, praecipue  
invidiam, displicentiam, aut quicumque prorsus amaritudi-  
nem cordis erga proximum tuum deponas. Non est enim  
aliud peccatum aequale huic sacramento aduersum atque discor-  
dia, contrarium est enim & nomini, & rei huius sacramenti. Nomen est com-  
munionis. Res, unitas cordium, sicut una fides, unum baptisma, unus deus, una spes,  
ac prorsus omnia eadem & communia. Quod & figuratur in speciebus sacramen-  
ti. In quibus multa grana, amissa singulorum differentia in unum panem, item uuae  
multae amissa sua quoque differentia, in unum uinum redactae sunt.

**T**ERTIO, quia iuxta scripturam, Stultus est qui in corde suo confidit, cumque  
nullus sit hominum, qui non habeat debitorem (ut beatus Augustinus ait) nullus  
est qui non inueniat, aut certe non aduerit, uel ignorat sese inuenire in aliquibus  
uel aliquo, quod sibi displiciat, desperandum est tibi de tuo studio, quod non po-  
teris omnem erga omnes amaritudinem deponere. Ideoque iuxta CHRISTI con-  
siliu, intres cubiculum, oves patrem tuum, ut ignorantias tuas non meminisse  
uelit, & id per gratiam suam facere, quod tuis uiribus non potes, id est, cor dulce &  
commune dare. Sed haec praeparatio est remota, etiam confessuro necessaria, & quae  
habet sacramentum recepturo, ideo.

**Q**UARTO oportet, ut animam uacua & esurietem offeras, id est, te plenum  
multis malis moribusque animae confitearis, sicut in ueritate es, etiam si forte non sen-  
tias, nam (ut B. Aug. ait) iste cibus nihil aequae odit, ac satuum fastidientemque  
stomachum, nihil ita querit, sicut animam esurietem & sitientem, ut ipse quoque do-  
minus Matth. v. Beati qui esuriunt iustitiam, quam ipsi saturabuntur. Item beata  
uirgo: Esurientes impleuit bonis, & ditites dimisit inanes. Et Psalmi cvj. Quia sa-  
tiatuit animam inanem, & animam esurietem satiatuit bonis. Bona uero quae sunt  
alia quam illa, quae Galat. quinto recitat Apostolus: Fructus spiritus sunt charitas,  
gaudium, pax, patientia, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, longanimitas  
modestia, continentia, castitas. In his si te sentis deficere, & gemis, operaque illa ob-  
tinere, securus accede. Nullum enim inuenies illa nisi in isto sacramento.

## COROLLARIUM.

Optima dispositio est, non nisi ea qua pessime es dispositus, & eccotra, tunc pessim-  
e es dispositus, quam es optime dispositus. Quod sic intelligitur, quod quam sentis te  
miserrimum & egenum gratiam, iam eo ipso capax es gratiae, & idoneus maxime. Rur-  
sus plusquam morte & infernum timeas, ne quam sic accedas, ut tibi dispositus uidearis  
ac dignus, quasi allaturus deo cor mundum, quod potius ibi fuerat querendum & recipiendum.  
Stat firma & insolubilis sententia: Non est opus medico bene habentibus, sed male habentibus.  
Nisi sicut non tunc, ita nec nunc Christus uenit uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam  
Ideo

Ideo poenitentia potius post, q̄ ante sacramentum digne peragitur. Deus tuus est honorum tuorum non indignus, sed honorū suorum largus in te uenit ad te.

## COROLLARIUM. II.

Magnus & perniciosus error est, si quis accedat ad sacramentum, ea nixus fiducia, quod confessus est, quod non est sibi conscius moralis peccati, quod orationes & preparatoria sua premiserit. Omnes h̄ iudicium sibi mādūcat & bibūe quia ijs omnibus non sunt digni, necq̄ puri, immo per eā fiduciā puritatis peius polluntur. Fiunt autem puri per fidem, ut sequitur.

Quinto, id cura, ut cum plena aut saltem possibili fide accedas, certissime confidens tete gratiam consecuturum. Tantum enim accipies, quantum credis te accepturū. Sicut Christus ait: Quicquid orantes petieritis, credite q̄ accipietis, & fiat uobis. Et iterum dicit tibi illud. Fiat tibi sicut credidisti. Si enim accederes sine ista fide, iudicium tibi omnino acciperes & mortē. Sic eū in omni alio sacramēto non nisi illuso & fictio agitur, si sine fide suscipis, quod est horrendum. Hęc itaq̄ fides sola & summa ac proxima dispositio, facit uere puros & dignos: Quia non nitit̄ in operibus aut uisibus nostris, sed in purissimo, p̄fimo, firmissimoḡ uerbo Christi, dicētis: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Et iterum: Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiā quoniam isti saturabuntur. Fides eū est quę iustificat, purificat, dignificat. Et Actuum. xv. Fide purificans corda eorum.

## COROLLARIUM

Quicquid sit de cōtitione tua, de poenitētia uera uel falsa, illud maxime strude, ut in presumptione illorum uerborum Christi accedas, Et sic accedens illi minaberis, & facies tua non confundetur. Vel matrem eius noli mendacem facere, ubi dicit: Esurientes implemit bonis. Et multo magis, ne ipsum domi nū arguas mendaciū, ubi promittit: Venite ad me omnes. Arguas autem mēdaciū, si non credis eū ita facturū tibi sicut promittit. Ideo infidelitas est maximum peccatū, & recta blasphemia in charitatem diuinam.

Sexto: Si sentis te nec ista duo posse, uel satis posse, si tere senties, si teip̄m probes, h̄c nō ueriaris cum Apostolis dominū orare: Dñe adauge nobis fidē. Et cū illo patre dæmoniaci, Marci. ix. Domine, adiuua incredulitatē meam. Sic intra in cubiculum tuum, & dic patri tuo in cœlis: Ecce mi domine Iesū Christe, miseriam meam respice, inops & pauper sum ego, & tamen adeo fastidiosus mēdaciū tuæ, ut nec diuinitas gratiæ tuæ suspirem. Accende in me domine desyderiū gratiæ tuæ, & fidem promissionis tuæ, ut non offendam te optimū deum meum peruersa mea & incredulitate & saturitate mea. Ac sic accede cum fiducia misericordiæ eius, & in timore indignitatis tuæ. Sed h̄c tractādum est illud Apostoli prima Corin. undecimo: Probat autem seipsum homo, & sic de pane illo edat &c. Hoc uerbum multi sic intelligere uidentur, ac si uelit Apostolus nos nō ante accedere, q̄ donec inuenerimus nos dignos & puros ab omni peccato. Ideo sibiip̄s faciunt angustiam & carnificinam conscientię, discutendo, conterendo, confitendo non solum uentilia, sed ea quæ nō sunt peccata. Et ijs factis (qd̄ est horrēdum barathrū presumptionis) iā secure accedūt, nec de fide sua qui cōp̄ solliciti, uolunt eū susti & digni uenire, & similes deo sicut Lucifer, cū deberent uelle susti & digni fieri & redire a deo.

Igitur illud uerbi dictum est contra eos qui Christum diuidebant in diuersas sectas, alij uolentes esse Pauli, alij Cephæ, alij Apollo, alij Christi. prima Corin. iij.

Fiducia portans a pctō g  
nicio.

Fides iustificat.

Fiducia uerborū Christi accedens.

Non credere maximum peccatum.

Precazio pro fide.

Probat seip̄s sicut homo intelligitur.

Corin. ij. Et ideo inuicem iudicabant Et damnabāt atq; cōtemnebant. Insuper ad sacramentum alij alios praueñiebant, & praesumebant ut alij uēturi nihil haberēt, ut clare ex textu & glossa beati Ambrosij patet. Quos Apostolus arguit & pronunciat indigne manducare &c. Volens ut seipos potius probarent, iudicarent, damnarent, & non alios. Ea enim discordia (ut supra quoq; diximus) maxime facit indignos & reos corporis domini. Et hanc eius esse sententiam sequentia ostendunt. Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicē expectate, ne in iudicium conueniatis. Item: Si nos ipsos iudicauerimus, nō utiq; iudicauerimur a domino. Item: Non dijudicans corpus domini, quasi diceret, ita acceditis, ac si corpus domini nihil esset dignius reliquo pane naturali. Potest quidem illud uerbum etiam de probatione intelligi, qua homo peccata sua discuit atq; ponderat. Sed ea non est satis, nec p̄inet nisi ad insensatos & crassos illos sacramenti contemptores. Non enim sufficit ut probes & ponderes, q̄ malus fueris, nisi magis ponderes & probes, q̄ bonus fieri cupias & anheles.

Temerariū iudicium prohibuit.

De p̄torum examine intelligi potest.

## COROLLARIUM I.

Dignus nemo ex se.

Si Apostolus per ea uerba uellet nos probari a nobis, usq; dñ digni fieremus, profus ad impossibile nos obligasset, & omnes homines, etiam sanctos cōmunionē priuasset. Sibi deniq; ipse in pluribus locis contradixisset, ubi clamat, omnes esse peccatores, & sola fide iustificandos. Oporteret enim accessurum ad sacramentum esse certissimum, se sine omni peccato mortali esse, si non uelit iudiciū sumere. At impossibile est ut ex se & suis uiribus certus fiat, iuxta illud: *Dei h̄c̄a quis intelligit*; Et illud Hieremias: *Praui & inscrutabile est cor hominis, quis scrutabitur illud*; Ego dominus scrutans renes & corda. Relinquitur itaq; ut certitudo illa stet super firmā infallibilemq; petram, id est, Christum & uerbum eius.

## COROLLARIUM II.

Vera & solida (suspensus) probatio.

Indignum te agnoicas cōmunitate dei.

In fide eccl̄a accedas.

Quare uera & solida probatio est, si te in ueneris in anem quidem & sine pondere salutis & iustitiae, onustum uero ac laborantem in multis malisq; cupiditatibus. Quibus inuentis, anhelus sitias gratiam & misericordiam, easq; non dubites te te consecuturum. Sic beatus Gregorius reprehendens Petrum, quod dōminum iussisset exire a se, quia peccator esset, ait: Si te peccatorem agnoscis, nō oportet repellere dominum a te, sed multo magis inuitare. Et beatus Ambrosius: Quia quotidie pecco, necesse habeo quotidie cōmunicare. Et quidam patrū cōsuluit, ne facile quis se abstineret a cōmuniōe, ne forte simul & lōge fiat a Christo. Non enim uenenum nobis dedisse ac reliquisse timendus est. Qui nouissimum ac maximū charitatis, quam ad peccatores gerit, memoriale seipsum pro testatur nobis reliquisse, dum institueret sacramentum illud. Septimo: Si tandem adeo infirmus es in fide, ut nec illa te satis iuuent, aut nō possis ea praestare apprehende illud nouissimum infirmorum remedium, & permitte te sicut infantem gestari in ulnis & sinu matris ecclesiae, immo cum paralytico in lectulo ut dñs fidē illorū saltem intueatur, quando tua nulla est, id est, ut in fide uel uniuersalis ecclesiae, uel hominis fidelis tibi notū accedas, & audacter dicas domino Iesu: Ecce domine mi Iesu Christe, doleo me tam infirmū, ut de tuo inuestimabili in nos amore nihil aut tam purum praesumam. Ideo suscipe me in fide ecclesiae tuae, & illius aut illius hominis. Quicquid enim sit de me, necesse est domine me obedire ecclesiae tuae, que iubet ut accedam. In obedientia uento saltem, si nihil aliud assero, Et crede firmiter, quod non indignus accesseris.

feris. Non est dubium quin obedientiam ecclesie tanquam sibi factam acceptet. Deinde non potest fieri ut ecclesie fides te permitat perire, non magis certe quam paruum, qui alienae fidei merito baptizatur & saluatur. Sic beatus Bernardus, cum aliquando fratrem haberet nimis timidum & scrupulosum, ita ut nollet celebrare, ait ad eum: Vade mi frater, & celebra in fide mea, luit ille obediens, & sanatus est ab omni languore conscientiae suae. Haec itaque latius dixi, quia compertum habeo, multorum concionatorum terroribus eo redactas Christianorum conscientias, ut sibi ex Christo Moysen fecerint, ex gratia legem, ex remedio uenenum, dum Christum falso imaginantur exactorem magis quam largitorem, ultorem magis quam propiciatorem, & in summa, damnatorem, non saluatorem: ita ut iam nec nominis sui, quod est Iesus Christus, id est salutaris & unicum gloria sit in cordibus nostris, nisi nudis syllabis, Non igitur omnibus oportet terribiles iudicij minas intentare, sed duris & insensibus. Trepidus uero atque scrupulosus leuior misericordiae promissiones sunt declarandae, quia alia medicinalis morbis conuenit.

Obedientia ex  
ecliae utilis.

*Non aliquid minus  
est magister*

Ex Christo  
Moysen facit

Octauo. Nec illud omittendum, immo maxime curandum, ut memoria passionis Christi non omitatur. Quid enim prodest si digne praepareris, & non impleas id ad quod te praeparasti? Nam praecipit dominus, id sacramentum non nisi in memoriam sui celebrari: ideo omittendum est, si memoriam eius omittere uoles. Sic dixit: Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Et Paulus Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec ueniat. Inde enim statuit ecclesia, ut missa sine euangelio non legatur. Haec memoria autem alium requirit sermonem, quia non minus & ipsa in superstitiones, & literalem hypocrisim apud multos uersa, quam plerique alia sacratissima dona dei.

Memoria  
passionis  
Christi.

*Primo*

Euangelium in  
missa legendum  
Literalis huius  
pocritus.

#### QUOMODO CHRISTI PASSIO SIT CONSIDERANDA.



OMINI non est necessarium ut Christum in ipsius passione deploret, sed magis seipsum in Christo. Nam passio Christi (ut sanctus pater Augustinus dicit) non solum nobis exemplum est, ut sequamur eius uestigia, & in nobis membra terrena crucifigamus, sed etiam est sacramentum & mysterium, Christum per suam temporalem & corporalem passionem nostram spiritualem perpetuam passionem ueteris hominis ut cisse & crucifixi esse. Itaque passionem Christi uuliter uel auditurus, uel lecturus, uel consideraturus, tale concipias necesse est affectum, tanquam ipse eandem passionem in se & cum Christo pateris. Ergo audiens Christum flagellatum uel percussum, considera hoc significari te spiritualiter flagellatum uel percussum. Sicut igitur tibi, si modo sanae mentis homo es, dolet te spiritualiter a morte peccati & spiritu maligno cruciari, ita dolet & quidem uehementius dolet id Christo propter te in sua passione. Tu pateris ex merito, Christus propter te, & innocenter portans in cruce non sua, sed tua peccata. Ita consistebat latro in cruce passionem Christi. Sic & discis ex corporali passione Christi, cognitionem te spiritualis passionis, & noticiam tuam ipsius. Christus in sua passione personam nostrorum peccatorum suscepit, ideo nos in cordibus nostris tales coram deo apparere debemus.

Homo tristis  
in Christo de  
pioret.

Christus flagellatus.

licus

Miseria no-  
stra in Chri-  
sto desenda.

sicut ipse coram hominibus pro nobis apparuit. Et quemadmodum ipse propter nos lamētatus est, ita debemus nos ipsos super eum deplorare: sicut mulieribus dixit; Nolite flere super me, sed super uos & super filios uestris. Jgitur qui seipsum non intelligit & inuenit in passione Christi, eam non intelligit suauiter, & frustra comparatur Christo, siue Christi uicem dolet, quia ex Christi passione non discit sibi ipsi compati. Ideo pro te Christus fleuit, coquectus est & passus, ut discas tuam propriam passionem & miseriam ante deum deplorare. Nam te recognoscens coram deo filium mortis, merito debes flere donec perpetuo libereris. Si ergo ita efficaciter tuam miseriam in passione Christi recognosceres, facilis tibi esset humilitas, mansuetudo, clementia, contemptus mundi, & cetera libenter etiam Christum in omnibus ipsius sequereris passionibus. Quis enim nollet flere uidens suam miseriam esse tantam, ut pro ea aeterna, infinita & innocens persona pateretur: nam terribile est auditu, neque mirandum in parte nostra, si quis quod nostrum penitus desperaret, tantam miseriam considerans, nisi e diuerso magna dei misericordia in solatium succurreret, per quam nemo in deo de sua salute desperare debet. Si enim deus filium pro nobis tradidit, dedit etiam in ipso nobis omnia. Quapropter uocatus in conscientia tua in accusationem, poenā, & mortem coram deo tunc confitere & deplora id totum ex merito uenisse, & respice Christum omnia innocenter & immerito patientem, id quod unicum tibi solatium sit.

FINIS.

ACTA REVEREN-  
DI PATRIS MARTINI LVTHERII AVGV-  
STINIANI APVD D. LEGATVM  
APOSTOLICVM AV-  
GVSTAE.

PIO LECTORI F. MARTINVS  
LVTHERIVS S.

Aurium pietas



Voluisse do-  
ceri puniunt.

GNOSCE mihi charissime lector, quod toties nugis meis horas tibi perdo, facio id multum inuitus, dandum rogo putes & hoc necessitati. Placuit in caelo, ut & ego fabula hominum scirem, quod tamen sic me debere domino confiteor, ut non dubitem, totum hunc quoque hominibus tribuendum, quibus tanta est aurium pietas, ut suauissima pietatis ueritate offendatur usque ad insanam cordis & oris & operis impietatem. Vexauerunt tandem Ioanem Reuchelinum secretarium consultorem, uexant nunc me quaestionarii (ut sic dixerim) disputatorem, nec consilia, nec disputationes passuri. Speramus fore deinceps, ut prae otio suo infelicissimo, somnia quoque & cogitationes mortalium uexent. Quis enim ab hinc Behemoth dentibus securus est, quando eos deuorat, qui secreta te consulunt, aut aperte doceri tantum petunt: Nouum (deum immortalem) & memorabile crimen, uoluisse doceri, & quaesiuisse ueritatem. Atque id in Ecclesia regnoque



teq; noq; ueritatis, in q̄ etiā oportet rationē reddi oib; poscētib;. Sed hæc alias

Nūc mi lector, quod ago, tale est, uideo libellos redi, & rumores uarios spar  
gi de actibus meis Augustensibus, quanquam uere nihil ibi egerim, q̄ quod  
& tempus & sumptus perdidit; nisi id satis abunde fuerit operis, quod nouam  
audisti linguam Latinam, scilicet, quod ueritatem docere, idem sit quod Ec  
clesiam perturbare; Adulari uero & Christum negare, id est, ecclesiam Christi  
pacificare & exaltare. Neque enim uideo, quomodo non tu sis barbarus  
Rhomani, & Rhomani tibi, si hanc ne feceris eloquentiam, etiam si alias Ci  
ceronis eloquentiam superes. Igitur ne in alterutram partem, uel amici nimio  
eleuent, uel inimici nimio deprimant causam, uolo ipse in publicum dare, ea  
quæ obiecta mihi, & quæ a me respōsa fuere, simul uel hoc testimonio notū fa  
cturus, me præstitisse satis arduam, & abunde fidelem obediētiam Rhomano  
Pontifici. Primum, quod pauperculus, imbecillisc; pedeser, tamen tantis iu  
neri & periculis me dedi, nec iustissimas & honestissimas, omnium iudicio, ab  
sentia causis apprehendi. Deinde coram eis sisti passus, qui de factione partis  
aduersariæ, iustissime poterant a me rejici. Has autē iniquas & difficiles cōdi  
tiones (quantum natus olfacit) ideo mihi uidentur amici isti adornasse, & om  
nia præstituisse, ut non ueritatis inquisitionem, sed perditionem meam facillī  
me operaretur, nec aduētum meum sperasse, sed contumaciā meā desiderasse  
uidētur, quo satis mox censuris, causaq; nec audita nec cognita, triumpharēt.  
Cuius rei non leue argumentū mihi fuit, q̄ post aduentum meū primo cōceptū  
est queri, in quibusnam accusarer. Atq; usq; hodie sunt in domo Caiaphæ scri  
pta mea, ubi queruntur aduersus me falsa testimonia, nec adhuc inuenta sunt.  
Istius ite, (ut uideo) nouus mos, nouimq; ius Rhomanæ Curie cepit, ut Chri  
stum prius capiant, deinde quid obijciant, querant. Duo tamen mihi, immo  
unū, q̄ speciem haberet, obiectū est, cōmentū extrauagantis, ut uidebis statim.  
Iritur ne & illustris, principem, electorem Fredericū, ducem Saxonie &c.  
frustra pro me laborasse permitterem (clementissime enim me & sumptu & epi  
stolis cōmendatitjs prouidit, atq; ut causa ex urbe cōmitteretur, gratiosissime  
iā antea laborauerat) Veni Augustā, susceptusq; fui a reuerendis, D. Cardina  
le Legato, satis elemente, ac prope reuerentijs, uir enim est omnibus nomini  
bus alius, q̄ hi fratru uenatores robustissimi. Hic, ubi se non esse meā disputare  
dixisset, sed suauiter & paterne rem componere, tria mihi de mandato domini  
Papæ (ut assererat) facienda proposuit. Primum, ut ad cor redirem, erratusq; me  
os reuocarem. Deinde promitterem in futurum abstinere ab eisdem. Tertio,  
& ab omnibus quibus ecclesia perturbari possit. Ego qui talia etiam uultem  
berge sine periculis, sine labore tanto, me facere potuisse uidebam, nec in Au  
gusta mihi fuisse querenda; mox petij doceri, in quibus errassem, me non esse  
mihi consciū ullius erroris, tunc protulit Extrauagantem Cle. Sexti, quæ in  
cipit, Vnigenitus &c. quod contra eā asseruissimam propositionem. Iviij. non esse  
merita Christi indulgentiarum thesaurum. Vrgebat itaq; ut reuocarem, in  
stabatq; cum fiducia, certissimus de uictoria, confidebat enim, atq; adeo secu  
rus præsumebat, me non uidisse extrauagantem, fretus fortassis eo, quod non  
omnes codices eam habent.

Secundo obiecti, quod propositione, viij. inter declarandū docueram, neces  
saria esse fidē accessuro ad sacramentū, aut in iudiciū accessurū. Hanc enim no  
uā & erroneam doctrinā putari uoluit. Sed potius incertū esse oēm accedentē  
gratiam consequeretur nec ne, faciebatq; hac fiducia sua, præsertim ardentis

Z bus,

Veritate doc  
ere est eccle  
siam perturbare  
Ergo Non in bono in  
bono. D. m. Luther

Obedientiā  
prestitit ec  
clesiæ.

Comparuit  
apud Inicos.

Querit qui  
bus acculent

Excipitur a  
Cardinali  
honorifice.

Tria propo  
suntur.

Cle. Vnige  
nitus.

Card. uult si  
de nō esse ne  
cessariū acces  
suro eucharis  
tiam.

bus, & pro more suo cachin nātibus lealis ceteris familiaribus suis, ut uictio /  
mils uideret.

RESPONDI TVNC.

Mihi non solū istā Cle. esse diligenter uisam, sed & alteram eius amulam &  
analogā Sixti quarti (uere enim legerā utraq; una cū uerbosissimo, & qui sū  
dem illarū merito derogaret apparatus, tanta est resertus inscitia) uerū nō habu  
isse eam apud me satis auctoritatis cū alijs multis, tum ea maxime causa, quod  
scripturis sanctis abutit, & uerba (si modo sensus usitat) subsistere debet) uida  
eius torquet in alienū sensum, quē suo loco nō habent, immo cōtrariā habēt.  
Ideo scripturas, quas ego in ppositione mea sequor, esse ei preferendas omni  
no. ac nihil inde probari, sed recitari dūtaxat ac narrari opinionē S. Thomæ.

Cle. scriptu  
ris abutitur.

Potestas Pa  
pe supra scri  
pturam.

Tunc cōcepit aduersus me potestatem Papæ cōmendare, quoniam supra cō  
ciliū, supra scripturam, supra omnia ecclesie sit. & ut id persuaderet, repro  
bationem & abrogationē concilij Basiliensis recitauit, ac Gersonistas quoq;  
una cū Gersone damnandos censuit. Hæc ut erāt noua in aurib; meis, Nega  
ui contra, Papam super conciliū, supra scripturam esse. Deinde & uniuersitat  
is Parrhisienſis appellationem cōmendami; multa; confusa interlocutione  
de poenitentia, de gratia dei, miscbamus: Nam alteram illam obiectionem cū  
dolore audiuī, nihil enim minus timuissim, q̄ hanc rem in dubium uocandā  
aliquando, ita in nulla propemodum re conueniebamus. Sed ut altera al  
tenuēbat (ut fit) ita semper noua surgebat cōtradictio. Cum autem uiderem  
illa contentione nihil agi, nisi multa inchoari, & nulla consummari, ac ita ue  
re nos nihil, nisi multas extrauagantes cōmūisci, presertim cum ille, ut uice  
Pontificis summi, nollet celsissime uideri, peti ut tēpus daret deliberandi.

Altera die presentibus quatuor Cesareæ maiestatis senatoribus, adducta  
notario & testibus, protestabar proprie & personaliter legens, coram reueren  
tissimo D. Legato, in hunc qui sequitur modum.

Protestatio.

In primis, Ego frater Martinus Lutherus Augustinianus protestor, me con  
sere & sequi sanctam Rhomanā ecclesiā in omnibus meis dictis & factis, præ  
sentibus, præteritis, & futuris, Quod si quid cōtra uel aliter dictū fuit uel fuerit,  
pro non dicto haberi & habere uolo.

Verum ex quo reuerendissimus dominus & c. mihi de mandato domini Pa  
pe, ut asserbat, proposuit & exegit, ut super disputatione, quā de indulgētijs  
habui, tria hæc facerem, Primum redire in mei cognitionem, & errorem re  
uocarem, Secundum, cautelam præstare de futuro nō repetendis. Tertium  
promitterem abstinere ab omnibus, quæ ecclesiā dei perturbarent.

Ego qui disputauī, & ueritatem quaesiuī, querendo delinquere non potui,  
multo minus ad reuocationem cōpelli, non auditus neq; conuictus: Hodie scri  
ptor, me non esse mihi consciū, aliquid dixisse, quod sit contra sacram scri  
pturam, Ecclesiasticos patres, aut decretales Pontificum, aut rectam rationē,  
sed omnia quæ dixi, hodie quoq; mihi sana, uera, catholica esse uideret. Ni  
hilominus tamen sum homo, potens errare, submissi me, & etiam nūc submit  
to iudicio & determinationi legitimæ sanctæ Ecclesie, & omnibus melius sen  
tientibus.

Tamen ad superabundantiam ostēro me personaliter hic uel  
alibi, etiam in publico reddere rationem dictorum meorū. Quod si hoc non  
placet reuerendissimo domino & c. paratus sum uel in scriptis, suis obiectio  
nibus, si quas contra me producere desinauerit, respondere. Et super illis au  
dire iudicium & sententiā doctorum insignium uniuersitatum imperialiū,  
Basiliensīs, Friburgensīs, Louanensīs: Aut si nec id satis est, etiam Parrhisien  
sū

In scriptis  
uult ridere  
obiectio  
Appellatus  
ueritates.

Coram Gersonis y papa p  
sup concilio y papam

legi coram se

Lutherus pater p. p. p. p.

lis studiorū parentis, & ab antiquo semper Christianissima, ac in Theologia florentissima universitatis. Quo facto, repetijt disputationem hesternam de obiectione priorē. Illa cū multam speciem pro sua sententiā uisa esse habere. Me uero tacente, & iuxta protestationem in scriptis respondere promittente, rursus satis confidebat. Tandē admissa scriptili responsione, abutum est. Tenor & textus responsionis est iste.

Reuerendissimo in Christo patri & domino, dño Thomæ, tit. S. Sixti Cardinali, sanctæ sedis apostolicæ Legato, &c. F. Martinus Lutherus Augustinians salutem.

Responsio ad  
Cardinalem  
tit. S. Sixti.

Quā non detrectem respondere, libensq; uelim rationem reddere de singulis specialibusq; meis dictis, reuerendissime in Christo P. ut obiectionibus satisfaciā, quas heri & nudis mihi obiectas memini, hac uolui epistola humiliter protestari, nam duo sunt quæ mihi sunt a P. T. R. obiecta. Primū, extraneus illa Clementis sexti, quæ incipit, Unigenitus &c. in qua thesaurus indulgentiarum asseri uidetur esse merita Christi & sanctorū, quod ego in positionibus meis uideo negare. Respondeo itaq; Non fuit mihi incognitas extraneas illa, cum istas meditationes meas meditabar, sed cum certissimus essem, unamq; totius Ecclesiæ sententiā esse scirem, merita Christi in spiritu non posse committi hominibus, nec tradi per homines, aut ab hominibus; sicut tamen extraneas ista sonare uidebatur, uolui intactam relinquere, alijq; ingenij melioribus committere magnas illas molestias & angustias, quas pro tuenda Papæ uerentia patiebar. Occurrebat enim & mouebat, Primo, quod nulla essent uerba Pontificis, & aduersus cōtentiosum uel hæreticum, inualidum præsidium. Deinde si quis diceret, Turpe esse principem loqui sine lege. Et iuxta Zachariam, Nō uerba hominis, sed legem dei requirendā ex ore sacerdotis. Item quod uerba scripturæ torquet, & in alienum sensum eis abutitur. Nam quæ de gratia iustificante dicta sunt, ad indulgentias trahit, quo uidebatur magis narrare, & magis opinione quadam p̄sa exhortari, q̄ solida demonstratione aliquid probare. Vexabat etiā, quod fieri posse constat, Decretales aliquando erroneas esse, & contra sacras literas & charitatē militare. Nam licet Decretales Romanæ Pontificis, tanq̄ uocem Petri oportet audire, ut dicitur dif. xix. tamē hoc sp̄sm intelligitur de ijs solum, ut dicitur ibidem, quæ consonæ sunt sacre scripturæ, & a prioribus Patrum decretis non dissentiant.

Merita Christi non committitur hominibus

Nuda uerba Pontificis.

Exhortatur nō desinit.

Pontifex ut uox Petri audienda.

Reprehendi potest.

Melius sentiens supra Papam.

Falsa cōfessio

Accessit ad hoc, quod de facto Petrus non incedens ad ueritatem Euangelij reprehensus est a Paulo Gal. ij. Ideo non mirum uideri, si successor eius in alio quo defecerit. Quandoquidē & Actu. xv. doctrina Petri non fuit suscepta, do nec accederet & approbatio Iacobi minoris episcopi Hierosolymitani, & totius ecclesiæ consensus, unde fluxisse uidetur id iuris dogma, legem tunc firmari, quando uentium moribus approbatur. Præterea q̄ multæ Decretales priores correctæ sunt per posteriores, ideoq; & hæc forte pro tempore suo corrigi posse. Panor, quoq; lib. j. de elect. c. Significasti, ostendit, in materia fidei non modo generale cōcilium esse super Papam, sed etiam quemlibet fidelem, si melioribus nitatur, autoritate & ratione, q̄ Papa, sicut Petro Paulus Gal. ij. quod & illo. j. Corin. xiiij. cōfirmatur, Si fuerit alteri sedenti reuelatum, prior taceat, ideo sic uocem Petri esse audiendam, ut tamen liberior sit uox Pauli eum redarguentis, porro omnium superior uox Christi.

Maxime uero laborabam, quod eadem extraneas manifestissime mihi apperebat falsa quædam continere. Primo quod dicit merita sanctorum esse the-

Z ij aurum

quæ dicitur per hunc

clan

panor. i. c. 1. 17

Epistola

Vltra conditū gnū p̄m̄iū tur sanctū. *non dicitur p̄m̄iū*

satrum, cum tota scriptura dicat, deum ultra condignum præmiare, ut Rhonū. viij. Non sunt condignæ passionēs huius temporis &c. Et B. August. lib. i. re tract. xix. Tota ecclesia usq; in finem m̄di orat; Dimitte nobis debita nostra. ergo non super fluere alijs posse, quæ nec sibi sufficerent. inde uirgines sapien tes non uoluerunt oleum cōmunicare insipientibus. Et beatus Aug. lib. ix. cōfess. Væ hominum uitæ quantūcūq; landabili, si remota misericordia iudicetur. Et propheta; Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia nō iustificabitur in cōi spectu tuo omnis uitens. Ideo sancti nō suis meritis, sed sola dei misericordia salui fiunt, ut lauius dixi in resolutionibus. Ego uero non eram tam insigni te meritate, ut propter unam Decretalem Pont. hominis, tam ambiguum & ob scuram, recederem a tot & tātis diuinæ scripturæ testimonijs aperuissimis, quia potius arbitrabar q̄ rectissime uerba scripturæ, quibus sancti describuntur de ficere in meritis, incomparabiliter præferenda uerbis humanis, quibus scribuntur abundare; Cum Papa non super, sed sub uerbo dei sit, iuxta illud Gal. j. Si angelus de cœlo aliud uobis euangelisauerit, q̄ accepistis, anathema sit, iam il lud quoq; non nihil erat, quod Petro hunc cōmissum thesaurum dicit, de quo nihil constat nec in euangelio, nec ulla scriptura.

Deficiunt in meritis.

Thesaur<sup>o</sup> cō missus ecclesie

Indulgentiæ nihil sunt.

His perturbatus molestitus, ut dixi, consiliū mihi fuit quiescere, & alios audire, cum positiones meas uerissimas usq; hodie quoq; uiderem. Nunc uero cū urgeor ipse tentare, quod ab alijs, maxime a summo Pontifice expectare debu eram, cuius solius est declarare ea, quæ condidit, tamen pro uiribus ingenij & gratia dei, conabor pro tutela syncerissimæ ueritatis, positiones meas cū Extrauagante concordare, utraq; seruando in ueritate. Primum, supponendo q̄ indulgentiæ profusū nihil sunt (metaphysice loquendo) quia certum est, eas esse aliud nihil, q̄ remissiones satisfactionis, id est, bonorum operū, elemosynarū, ieiunij, orationis &c. Ideoq; certū est, eas esse bonū pruitatiuum, dum per mittunt non solum poenas debitas, aut non fieri labores operum; quare necessaria thesaurus hoc loco impropissime accipitur, quia nihil confertur posituæ, sed permittitur, ut nihil soluat.

Thesaur<sup>o</sup> m̄i merita Christi proprie.

Secundo, certo certius est, quod hunc thesaurum Papa nō habet, uelut in lo culo uel cista, sed in uerbo uel clauibus, uel potestate, quia erogando, nō cistā, sed uoluntatem & uerbum aperit, & sic donat.

Tercio, Ideo sequitur, quod thesaurus indulgentiarum sunt merita Christi, non formaliter, nec proprie, sed effectiue & improprie, quia Papa non dat me rita Christi formaliter, sed de merito Christi, id est, per clauēs quas meruit da ri Ecclesie; quia in uirtute clauis est, ut remittatur satisfactio, & sic patet quod recte dixi con cl. lx. thesaurum hunc esse clauēs Ecclesie merito Christi donatas. Et hoc sensu uerum est, merita Christi esse thesaurum indulgentiarū scilicet, improprie thesaurum & meritū Christi accipiendo. Patet ergo cōcor dantia extrauagantis cum mea positione.

Quarto, hanc esse mentē Papæ in ista extrauagante, probant ipsa uerba Pa pæ, ubi dicit, hunc thesaurum Petro & successoribus suis a Christo cōmissum sed constat & certum est, nihil Petro cōmissum, præter has clauēs regni celo rū, quæ sunt merita Christi (id est, de merito Christi donata) improprie & effe ctiue, ut dixi. Et alterū uerbi thesaurū de q̄ dicit, Pasce, pasce, pasce oues meas.

Veritas the sauri occulta tur apud po pulum.

Quinto, hanc autem thesauri indulgentiarum intelligentiā, certum est esse incognitam apud populum Christi, & innominatam, ut dicit con cl. lvi. quia uere nō dicitur nisi improprie & obscura illa nomina, thesaurus, merita Chri sti &c.

sti &c. ideo sepe credunt, sese bonum aliquod proprium & positium consequi, sicut donum aliquod, aut gratiam, cum tamen non consequantur nisi ministerium clauum, quo soluntur ne satisfaciant pro peccatis, ac sic prauitium bonum accipiunt & improprium thesaurum. Et ille est in exhaustis & infinitis, quia uirtus clauum est in exhausta, quæ in merito Christi immediate nititur, indulgentiæ uero mediate. Ac ideo potest etiam dici, merita Christi esse thesaurum indulgentiarum mediate.

Sexto, Similiter admitterem etiam, merita sanctorum esse hunc thesaurum, scilicet improprie, id est, quod merita sanctorum per fidem Christi incorporata, & unum cum eis facta, iam idem sint & faciant quod merita Christi, iuxta illud, quod uita iusti non est ipsius, sed Christi in eo uiuentis. Gal. ij. Vno ego, non ego, uiuit uero in me Christus. Nam merita sanctorum, ut sanctorum, nihil essent, & damnabilia, ut supra dixi, ut beatus Augustinus: Vbi non ego, ibi felicitas ego, quia Christus & Ecclesia sunt duo in carne una.

Merita scilicet  
improprie  
thesaurus.

Septimo, Verissimum tamen est, merita Christi non esse thesaurum indulgentiarum positium, proprie & immediate, ut aliquid conferant, sicut intelligunt rudiores, quia quando conferunt donum positium, faciunt id non ut indulgentiæ thesaurus, sed ut gratiæ uitalis thesaurus, tunc enim formaliter proprie immediate donantur sine clauibus, sine indulgentiis, a solo spiritu sancto, non autem unquam a Papa: Quia per charitatem homo fit unus spiritus cum Christo, ideo participat omnibus bonis eius. Et hoc est quod mea conclusio. vij. dicit, Nec sunt merita Christi, quia hæc sine Papa operantur gratiam hominis interioris.

Merita Christi  
sunt thesaurus  
gratiæ uitalis.

Breuitus itaque patet, quod merita Christi necesse est dupliciter accipi, si salua debet extrauagans consistere. Vno modo proprie & formaliter, & sic sunt thesaurus uirtus spiritus, & propriissime a solo spiritu sancto distributus, cui uoluerit. Alio modo improprie & effectiue & literaliter, pro eo quod meritis Christi effectum est. Et sicut extrauagans improprie inducit scripturas, ita etiam improprie thesaurum, improprie merita Christi, & omnia improprie accipit. Quod factum est, ut esset ambigua, obscura, & occasio iustissima disputandi, ego autem proprie locutus sum in meis positionibus. Qui habet, det meliora, & renouabo ista, non enim meum est interpretari Canones Pontificis, sed meis positionibus adesse, ne cetera Canones pugnare uideantur, expectans humiliter, si alia fuerit mens Papæ demum declarata, paratus eidem parere. Hæc omnia tamen dicta uolo pro reuerentia sedis apostolicæ & reuerendis, D. Card. &c. Nam si legitima & libera agendum mihi est sententia, cõtendo & probo eandem extrauagantem esse proprie, directe, aperte pro me meaque conclusione, Et contra sententiam reuerendis, D. Card. quia textus expresse dicit, quod Christus thesaurum hunc acquisiuit Ecclesiæ &c. hoc uerbum acquisiuit, euidenter conuincit, atque concludit irrefragabiliter, aliud esse merita Christi quibus acquisiuit, & aliud thesaurum quæ acquisiuit, quia aliud est causa, & aliud effectus, ut etiam Philo sophi dicunt. Ideo conclusio mea stat innicta, quod merita Christi non sunt thesaurus indulgentiarum, sed acquisierunt eum. Nihilominus tamen etiam hæc ipsa submitto iudicio Ecclesiæ, ut supra.

Merita Christi  
sunt proprie &  
improprie.

Thesaurum  
acquisiuit ecclesiam.

**O**bjectio altera est, quod in conclusio. vij. declaranda dixi, Neminem iustificari posse nisi per fidem, sic scilicet, ut necesse sit, cum certa fide credere, sese iustificari, & nullo modo dubitare, quod gratiam conferatur. Si enim dubitat & incertus est, iam non iustificatur, sed enomitur gratiæ. Hanc Theologi nouam putant uideri & erroneam. Ad quæ respondet,

justitia & fides



Iustus omnis credit. Primum, Infalibilis est veritas, q̄ nullus est iustus, nisi qui credit in deum. Rho. j. Iustus ex fide uiuit, ideo quicumq; nō crediderit, iū iudicatus est, & mortuus; igitur iustitia iusti & uita eius, est fides eius, Quare omnia opera fidelis uita sunt, & omnia opera infidelis mortua, mala & damnabilia sunt, iuxta illud Non potest arbor mala fructus bonos facere; Arbor autē quæ non facit fructus bonos, excidetur & in ignem mittetur.

Fides qd sit. Secundo, Fides autem est nihil aliud, q̄ illud quod deus p̄mittit aut dicit credere. Sic Rhoma. iij. Credidit Abraham deo, & reputatū est ei ad iustitiā, ideo uerbum & fides necessario simul sunt, & sine uerbo impossibile est esse fidem. Efa. lv. Verbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum &c.

Accedens ad sacramentū eu chari. de gratia cōsequenda conuolat. Tertio, Nunc probandum est, q̄ accessu ad sacramentum, necessariū sit credere, sese gratiam consequi, & in hoc non dubitare, sed certissima fiducia cōfidere, aut in iudiciū accedit. Primo per illud Apostoli ad Hebr. xj. Oportet accedentem credere, q̄ deus est, & q̄ inquirentibus se remerator est. Omni nō etiam oportet credere iustificatore & gratiæ largitore in presenti, sine qua præmiū nō largietur. Secundo necessariū est sub periculo æternæ damnationis & peccato infidelitatis, credere his uerbis Christi, Quodcūq; solueris super terram, solutū erit in cœlis. Ideo si accedas ad sacramentum penitentiæ, & nō credideris firmiter te absoluentū in cœlo, in iudiciū accedis & damnationē, quia nō credis Christi uera dixisse, Quodcūq; solue, &c. & sic tua dubitatio Christum mendacem facis, quod est horrendū peccatum.

Credat uerbi Christi. Si autem dixeris, Quid si sim indignus & indispositus ad sacramentum? Respondeo ut supra, Per nullā dispositionē efficieris dignus, per nulla opera aptus ad sacramentū, sed per solam fidē; quia sola fides uerbi Christi iustificat, ui uificat, dignificat, præparat, sine qua omnia uel sunt præsumptionis, uel desperationis studia, nullus enim nō ex dispositione sua, sed ex fide uiuit, quare de dignitate tua nihil oportet dubitare. Ideo enim accedis, quia indignus es, ut dignus fias, & iustificeris ab eo, qui peccatores & nō iustos querit saluos facere. Dū autē credis nomē Christi, iū honoras uerbum eius, & ex eo opere iustus es.

Fides dignū facit. Tertio, hanc fidem multipliciter cōmendauit in euangelio. Primo, quando mulieri Cananæ dixit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut credidisti; Hic patet, q̄ non de fide illa generali agitur, sed de speciali illa, quæ erat de esse etu sanandæ filiæ, quæ mater petijt, hanc enim effectū ipsa fortiter creditū posse, & uelle Christum efficere, & sic impetrauit. Nunq̄ autem impetrasset, nisi ita credidisset, ergo adhuc effectum nulla dispositione, sed sola fide digna facta est. Secundo, quando ad cæcos illos dixit: Creditis, quia possum hoc uobis facere? Et illi: Vtiq; ait: Sicut credidistis fiat uobis. Ecce certi erant, quod fieret, quod petebant, ideo & factum est sine omni alia dispositione, Si autem dubitassent uerurum, nec petissent bene, nec accepissent. Tertio, Centurio ille: Dic tui uerbum, & sanabitur puer meus, Non utiq; generali fide, sed speciali de presenti effectu credidit, & impetrauit. Quarto, Ioannis quarto, Regulus ille credidit sermōni, quem dixit illi Iesus, scilicet, Vade, filius tuus uiuit. En ipsa fide meruit uitam filij; ita certe oportet animum accedentem credere, sese cōt feciturum, quod querit, aut nihil consequitur.

Fides in euit go-cōmendat. Quinto, illud Marci: Quicquid orantes petieritis, credite, quia accipietis, & fiet uobis, Ecce dicit, quicquid, nihil excipiendo. Patet autem, quod in sacramento quolibet petimus aliquid (nemo enim sacramentum accedit non petitur gratiam) ideo hęc audiendus est Christus, dicēs: Credite quod accipietis & fiet

& fiet nobis, alioquin omnia nutarent in ecclesia, & nihil certi constaret, quod est absurdissimum.

Sexto illud, Si habueritis fidem sicut granū sinapis, & dixeritis monti huic, transi hinc, & nō hærstaueritis in cordibus uestris, amen dico uobis, fiet. Et si torū euangelii percurras, inuenies exempla alia multa, quæ omnia nō de fide generali, sed de fide particulari, & quæ ad effectū aliquē præsentē pertinere dicuntur. Quare necessaria est fides certa in absolūdo, cū sacramenta nouæ legis, iuxta Magistrū, sint in exercitiū & actuationē fidei nostræ instituta.

Fides parū  
cularis hūda

Fides in abso  
lutione neces  
saria.

Septimo, Hinc enim discipulos & Petrum sæpe arguit dñs, quod essent moti: dicē fidei, nō generalis illius, ut dicis, specialis de effectū præsentī, ut parer.

Octauo, Iacobus capite primo, Si quis indiget sapientia postulet a deo: postulet autē, in fide nihil hærstans; nam quæ hærsticat, similis est fluctui maris, qui uento mouet. Non ergo exultimet homo ille, quod accipiet aliquid a deo. Ista est certe euāgelicissima autoritas, quod gratiā aut sapientiā nullus accipere potest, qui dubitet sese accepturū, nec uideo quid ad eam responderi possit.

Non accipiet  
qui dubitat  
se accepturū

Nono, Beata uirgo nunquā concepit filium dei, nisi angelo nunciante, credi dicitur ita futurū, ut dicitur: Fiat mihi secundū uerbu tuum: sicut prædicat Eliza beth; Beata quæ credidisti, quia p̄ficiens in te, quæ dicta sunt tibi a dño. Vnde fidem eius miratur diuus Bernardus & uniuersa Ecclesia. Sic Samuelis mater Anna postq̄ credidit uerbo Heli, abiit, & uultus eius nō est amplius in diuersa mutatus. Contra, filij Israel, quia nō crediderunt uerbo promittentis terram Chanaan, in deserto prostrati sunt. Et breuiter, quicquid illustre factū legimus in ueteri & noua lege, fide factū esse legimus, non operibus, nec fide generali, sed particulari ad præsentē effectū destinata. Inde nihil aliud in scriptura q̄ fides cōmendat, præsertim Abrahæ, Rho, iij, quæ tamen fuit in filiū nasciturum Isaac, & nihilominus est ei in iustitiam reputata. Sic & nobis in sacramētis fiet si credimus, consequimur; si nō credimus, in iudiciū accedimus.

Remanens ex fide scriptura

Decimo, beatus Augustinus super Ioannem, Accedit uerbu ad elementum, & sic sacramentū, nō quia fit, sed quia creditur. Ecce baptismus abluuit, nō quia fit, sed quia creditur abluere. Inde & Mariam absoluens dicit: Fides tua te saluauit, made in pace. Inde illud dictum cōmune, Non sacramentū fidei, sed fides sacramētū iustificat; sine qua impossibile est, ut pax sit in conscientia rei, ut Rho, v, iustificati ergo ex fide, pacem habemus ad illam.

Fides in ba  
ptismo.

Vndecimo, Bernardus sermone de Annū, primo, Necessè est em̄ primo omnī credere, quod remissionē peccatorū habere nō possis, nisi per indulgentiā dei, sed adde adhuc, ut credas & hoc, quod per ipsum peccata tibi donantur, hoc est testimoniū quod perhibet spiritus in corde tuo, dicēs: Dimissa sunt tibi peccata tua; sic enim arbitrat̄ Apostolus, gratis iustificari hominē per fidē. Hæc ille, istæ & multe altæ autoritates, tam expresse, tam copiose cogunt, captiuat, ducunt me in sententiam quam dixi.

Quare reuerendiss, in Christo pater, cum diuino munere uenis, insignibus donibus, præsertim iudicij acrimonia donatus, Rogo humiliter reuerendiss, P. T. dignetur elementissime mecum agere, & conscientie mee compati, ac demonstrare lucem, qua possim hæc aliter intelligere, & non cogere ad reuocatiōem eorum, quæ etiam, teste conscientia, non alia duco, q̄ ea quibus me necesse sit cōsentire. Et stantibus his autoritatibus aliud facere non possum, nisi quod obediendum deo magis q̄ hominibus, scio.

Longius ad legem / Beatus

A ueritate  
scripturæ nō  
est discellus.

Velitq̄ reuerendiss, P. T. apud sanctiss, dñm nostrū Leonē decimū p me iterce/  
Z iij dere,

*Lucæ ueritatia quaerit.*

Lucæ ueritatia quaerit.

dere, ne tanta rigoris inclemētia in me p̄moneat, ut in tenebras p̄iciat animā querentē nō nisi lucē ueritatis, & paratissimā cedere, mutare, reuocare omnia, ubi aliter intelligēda esse edoc̄ta fuerit. Nec tam arrogans & uana gloriæ sit: diosus sum, ut hac causa reuocare possem male dictā, immo gaudiū meū primū fuerit, ut cruce fieri ueritatē, solum ne quid contra cōscientiā meā sensum tenere cogar. Nam sine omni scrupulo hanc esse scripturā sententiā credo, Dñs Iesus regat & seruet reuerendissimā P. T. in æternum, Amen.

*Cardi. noluit audire scripturam.*

Cardi. noluit audire scripturam.

Quæ cum altera die obtulissem, primo contempsit & uerba esse, missurū tamen ea ad urbem sese dixit, interim ad reuocationē urgebat, intentans cen suras sibi demandatas, ac nisi reuocare, absirem, & non redirem in conspectū suū. Quo audito, cū uiderem eum esse firmatū in proposito, nec uellet audire scripturas, ego quocūq; firmassem propositū non reuocandi, abij sine spe redeundi. Nam quicūq; dixit, & etiam nunc gloriē, sese paterne non iudicialiter meū actūrum, nō intellexi tamē hāc paternitatē, nisi omni iudicio rigidiorē esse, ut quæ non nisi reuocationē contra cōscientiā exigeret, nec saltem uellet, aut pollet potius, ostendere & conuincere errorem. Nam cum uidisset a me reijci scholasticorū opinatorū cōmenta, promisit quidē se acturum contra me Sacra scriptura & Canonibus, quod quomodo intellexerit, iterū ignoro. Nullā em̄ syl labam ex facris literis cōtra me produxit unq; nec usq; hodie, si quā maxime uellet, pollet, cum uno omnīū consensu firmatū sit, nihil de indulgentiis in sacris literis haberi, quæ potius nō nisi fidē cōmendant, & tam uacuae sunt indulgentiarū memoria, q̄ plenæ sunt fidei eruditione, ut impossibile sit utrū illorū artū colorū posse conuelli per ipsū. Vbi uero ego scripturas pro me attuli, coepit homo, paterne agens, de corde suo mihi fingere glossas, Et qui tam uigilanter extrauagantē contra me obseruaret, satis pulchre dissimulabat Canonem illum, quo prohibet Ecclesia, ne quis proprio ingenio scripturas interpretetur, & iuxta Hilariū, nō afferendas, sed referendas esse ex sacris literis intelligētiās. Nec tamē hanc uolentiā eius agere tuli, sciētiā eā facultatē interpretandi, ex longa Rho. curiæ consuetudine, & scholasticorū distinctorū usu sibi præsumptū. Creditū est em̄ iam diu, q̄ quicquid Rho. ecclesia dixerit, damnarit, uoluerit, id mox omnīū dicendū, damnādū, uolēdū esse, nec aliā reddi rationē oportere, q̄ quia sic sedes apostolica & Rho. ecclesia sentit. Hinc relictis sacris literis, & acceptis traditionibus, uerbisq; hominū, factū est, ut Ecclesia Christi nō mensura tritici pascae, nec uerbo Christi, sed non raro temeritate & uoluntate alicuius indoctissimi adulatoris regatur, & cōpferat nostræ infelicitatis magnitudo, ut ad reuocationē & abnegationem fidei Christianæ, & sacratissimæ scripturæ incipiant cōpellere. Porro, Si iste est modus reuocandi, nihil uideo futurū, q̄ ut præcedenti reuocationē, sequēte alia, sine sine reuocem. Nam si qua industria suū ipsius dictum, in eum ipsam retorfero, cito aliud cordis sui idolū mihi fingeret, (Est enim mire fecunda distinctionibus Thomistica Theologia, ac uere P̄rotheus quidā) cui necesse esset denno reuocando obedire. Cum enim nō in soliditate petra, sed in arena cogitationū suarū uagetur, nihil aliud q̄ perpetuū reuocandi negotiū mihi incumbere.

*Sine scriptura disputat.*

Sine scriptura disputat.

*Glossas ex suo capite cōmentatur.*

Glossas ex suo capite cōmentatur.

*Facultas interpretandi te meraria. Sic sentit ecclesia.*

Facultas interpretandi te meraria. Sic sentit ecclesia.

*Indoctissimi adulatoris uoluntate facta peregrina.*

Indoctissimi adulatoris uoluntate facta peregrina.

Igitur accepto mandato non redeundi, mansi tamen eodem die in loco. Tum uocato Reuerendo, & optimo patre meo Ioanne Stupitio Iuuenio, egisse dicitur multis, ut ad reuocationē induceret spontaneā, Mansi & sequenti die, & nihil mandabatur.

Tertia die, scilicet dominica, mansi, & literas dedi, nec aliqd̄ respondebā. Quarta

Quarta die mansi, & nihil fiebat.

Idem silentiū quinta die passus, tandem cōsulentibus amicis, præsertim cū antea iactasset sese habere mandatū ut & me & uicariū incarceraret, disposita appellatiōe assigēda, recessi, sat p̄culosam obediētiam me præstitisse arbitratas.

NUNC MI LECTOR, tu mihi cōueniendus es. Posteriorē illā respon- sionem meā, & si cō multa reuerentia dedi, ac uelut in arbitriū summi pontifi- cis reposui, nō tamen id me fecisse credas, quod de re ipsa dubitem, aut animi iudiciū hominis expecto, ubi diuinū iudiciū cognoui, sed quia oportuit reue- rentiā seruare ei, qui nūc summi pontificis fungebatur, tum quod etiā uerissime dicta, oporteat cū humilitate & timore asserere & tueri. Priorem uero nihil referet ut acciperis, nam in ipsa nullū periculū est, siet siue cadat, nec indulgē- tijs quippiā accedit, si uicta ac falsa fuerit; nec quicquid deedit, si uicerit, ueracq; fuerit. Nec ad rem ipsam multū pertinet, nisi quod per eius ingressum subdole totius disputationis calumniā quærit. Nam si superbius uoluissim agere, non potuissim ad unum uerbū cogi, cum tota disputatio iam sit dedicata & oblata potiffici, ita ut ad me amplius nihil p̄tineat, nisi expectare sententiā. In poste- riore uero responsione certe summa pendet salutis. Non es malus Christianos siue scias siue ignoras extrauagantē, non es autē nisi hæreticus, si neges fidem uerbi Christi. Quid hic premam & taccam, credo te sentire, optime lector non sine gemitu.

Vnum tamen te latere nō uolo, hac disputatione nihil quæri, q̄ synceræ scri- pturæ intelligentiā, quā nobis in multis locis sacra illa, ut uocāt, decreta, si nō corrumpunt, certe uerbis detortis ac male tractatis obscurat, & uelut obducta nu- be purissimū solem tegunt, de quo aliquando latius, si aliquis mihi Rhomanus adulator obstrepuerit, præstabo, deo propicio, quendā iuristotheologum. Sed quī parum sit placiturus, præsertim Rhomanæ curiæ adulatoribus, iam dudum enim gessit animus ludere bellum, quod gessit Iosue aduersus Haiitas. Interim hunc gustum tibi prælibo, quod conclusio mea uere est contra extrauagantē illam, itea falsa & erronea, & reuocanda, quare & reuoco eam solenniter in his scriptis, damnatūq; a meipso p̄nūcio, pliteor deniq; quod ita posita est a me, & usq; hodie placet ipsa, atq; si posita non esset, adhuc ponerem.

Secundo, reprobo, damno, detestorq; extrauagantē illam tanq; falsam & er- roneam, meritoq; reprobandā, profiteorq; bonū fuisse, eam alijs uerbis posita esse; non q̄ sit falsa in suo sensu, sed q̄ in theologico sensu errat, cuius uerba in- ducit contra sententiā textus apertissimam.

Ecce reuocationē, iam fatisseci, etiam aduersarijs, spero. Quid? insanum me putas lector, aut ebrium censes? Non insano, sed sobrietatis uerba loquor. Quod ut ostendam etiā crassissimæ ruditati, clarū faciam, solere scilicet ponti- fices uim facere sacris literis in suis decretis. Nam R. D. Legatus omnium impa- rientis, tulit, q̄ nec Papæ sanctitati pepercim (sic em scribit ad Illust. principē Fridericū &c.), & relatione indigna dixerim, q̄ Papā torquere & abuti scriptu- ris dixerim, nitendum itaq; mihi est, ut nō possit negare uim scripturæ aliquan- do factam.

Primo, dicit Decretalis de consti. translato sacerdotio, necesse est ut transla- tio legis fiat. Hæc Apli uerba sunt ad Hebræ, dicētis, tēporale sacerdotium le- gis finitum & abrogatum, succedente sacerdotio æterno Christi. Hæc est ger- mana & genuina sententia istorum uerborum. Ac decretalis huius sententia est hæc

Mandatū i ni  
carcerādi hāc  
buit.

Quare se p̄  
titic submittit.

Decreta cō  
rumpit scri  
pturam.

Reuocat ext  
trauagantē.

Vim scripturæ  
re pontifex,  
facit.

Translato sa  
cerdotio, sic  
translatio leg  
is.

Quare se p̄  
titic submittit.

Translatio legis  
facit.

est hæc sacerdotium Christi est translata a Moyse in Christum & a Christo in Petrum. Sic enim interpretantur Iuristæ, & Pontifex permittit seu approbat. Quis autem non uidet alienam hanc, tortamq; & abusiuisimam esse uerbo rum intelligentiam; immo profusam talem, quæ nisi multo pudore moderetur, simul & indoctissima & impiissimam sit. Impiissimum est enim dicere, sacerdotiũ & legem Christi esse abrogata & finita, ut Petrus sacerdos & legislator amoto Christo sit, id enim significat proprie uerbu Apostoli, translatio, Nolo Petrum aut Paulum sacerdotium habere, quoniam & ipse peccator est, non habens, neq; quod pro me, neq; quod pro se offerat. Ut interim tacitam scedissimam arrogantiam, quam talis olet intelligentia, scilicet, in solum Petrum a Christo fuisse translatum sacerdotium Christi, quasi ceteri apostoli remanserint laici, aut a Petro ordinati fuerint sacerdotes & apostoli. Igitur si nunc posuero hanc propositionem, Sacerdotium Christi nec in Petrum, nec in Paulum translatum est. Et R. D. L. mihi hanc decretalem opposuerit, cum gestu & tonitru maiestatis suæ, & urgeat me ad reuocationem. Et ego responderim, Papam ibi torquere scripturas, & abuti uerbis eius, meam autem conclusionem esse ueram in theologico sensu, decretalem autem forte in aliquo alio abusu, potas me debere formidare minas uerbi humani, quibus terror, quasi indignum relatu dixerim, & sanctitati Papæ non pepercerim: Honorabo sanctitatem Papæ, sed adorabo sanctitatem Christi & ueritatis.

Item, si illud Matth. x. Tu es Petrus, & tibi dabo clauis regni celorum. Quod cumq; solueris &c. tractarem uel in scholis, uel in suggestio, Et ponerem hanc propositionem: Istitis uerbis non potest probari, Rhomanam ecclesiam esse ceteris per totam orbem ecclesijs prælatam: Et mihi R. D. L. oppofuerit (credo cum commotione, prærelati indignitate) distinctione. xxxj. ubi Pelagius papa tanta uoce clamauit, non synodici decretis, sed euangelica uoce (bene uoce, sed non sensu) Rhomanam ecclesiam esse ceteris ecclesijs prælatam: & ad id indicat hunc Matthæi apostoli locum, Credis ne me relicto uerbo euangelico sensum, & non nisi Pelagij sensum amplexurum, qui uocem, non sensum euangelij sese tacit sequit. Non quod nouam monarchiam nostri seculi Romanorum dnam aut negem, Sed quod uim scripturæ uerbis fieri nolim, & insulsissimorum quorundam hominum stulticiam reprobem, qui nobis ecclesiam Christi temporis & loco affixerunt, contra uerbum Christi dicentis: Non ueniet regnum dei cum obseruatione, & Christianum esse posse audent negare, qui non sub Romano pontifice, decretisq; eius oppressus fuerit: Ac sic plusquam octingentorum annorum Christianos, totius orientis & Africæ nobis ex ecclesia Christi eiciunt, qui nunquam sub Romano pontifice iuerunt, nec euangelium unquam sic intellexerunt. Nam adhuc sancti Gregorij tempore Rhomanus pontifex uniuersalis episcopus non saluabatur, immo ipsemet Gregorius, licet Rhomanus episcopus, acerrime persequitur nomē uniuersalis episcopi, & totius ecclesie pontificē, plus sepe sex epistolis, ut non dubitet uocabantur eiusmodi propheta appellare, quod nostro seculo & solum appellat sanctissimū. Sicut em Petrus ceteros aplos non creauit (sic em hodie uocat episcopus ordinare) ita successor Petri nullū successorē aliorū apostolorū creauit. Deniq; nō nisi fratres & coepiscopos & collegas uocauerūt Rho. pontificē ceteri episcopi, ut Cyprianus, Cornelius, & Augustinus, Bonifacius, & alios.

Tibi dabo, Petro p. o. d. d. c. t. e. l.

Vnde S. patres illud Matthæi, Tibi dabo, nō intellexerūt ad sensum sacri istius Canonis, sup ceteros fuisse Petro dictū. Sed unus (in quintum) pro omnibus ut æqualitas

Petrus & Paulus nō habent quod offerat, etia pro se.

Sacerdotium Christi nō in papa

Ecclesia Rhomana nō sui prælatas.

Ecclesia Christi episcopi loco affigunt.

Vniuersalis episcopus.

Tibi dabo, Petro p. o. d. d. c. t. e. l.



ut æqualitas una omnium exprimeretur, dum quod Petrus respondet, omnes & singuli respondent. Unde & alio loco in plurali eandem sententiã dicit: Quodcũq; ligaueritis &c. & quod uni dicitur, omnibus dicitur. Deniq; nõ primum super Petrum descendit spiritus sanctus in die Pentecostes, nec in terris primum legitur infallibile in Petrum, quod tamen si maxime factum fuisset, nõ ideo Petrus monarcha præ cæteris fuisset apostolis.

Igitur Canon ille sit uerus, admitto, sed abusus, mea euangelico & proprio sensu conclusio uera est. Quod si monarchia Papæ probari potest, potius ex illo Apostoli Rhoma. xij. probabitur. Omnis potestas a deo est, & quæcumq; a deo sunt, ordinata sunt. huius inquam uirtute (proprie loquẽdo) subijcitur sedes Romanæ, donec deo placuerit, qui solus non etiã Rho. Pont. transfert regna atq; constituit.

Talia multa mi lector in sacris Decretis inuenies, & alia quædã, quæ si nasum sponis respectorem Damasci, id est, carnis & sanguinis adhibeas, sepius odore offenderis.

Sic nunc de Extrauagante illa dico: Merita Christi nõ sunt thesaurus indulgentiarũ, quia sine Papa operantur gratiã. Hæc propositio euangelica est, ubi scribit in multis locis, Christi sanguine & obedientia nos factos & constitutos iustos, præsertim Rhoma. v. Per unius, inquit, obedientiã (credo hæc esse mensura Christi) iusti constituti sunt multi, per indulgentias autẽ nemo sanctus efficitur, quod de meritis Christi affirmari, est contra tam apertas scripturas.

Igitur an sit ista propositio contra uel extrauagantẽ, uel inuagantẽ, non curo, prior est ueritas scripturæ, & post hoc, si hominis uerba uera esse possunt uidentũ. Nam ego certe non audeo unquam asserere, qd per indulgentias amici dei fiant, sicut expresse dicit Extrauagans, ducens uerbũ sapientis, de participatione æternæ sapientiæ dicentis, ad participationẽ indulgentiarũ. Fuerit ista scripturæ ueræ ante tẽpus illius extrauagantis, nec ab ipsa receperunt ueritatẽ, nec potest dici, quod de indulgentijs loquantur, cum per totam ecclesiã notũ sit,

nihil in scriptura haberi de indulgentijs, ideo necessario sequi, si quæ scripturæ de eis interpretentur, ut hæc sit, uim eis fieri, & impropre ac abusus accipi. Nihilominus tamen reuerentiæ causa, uerã eam confiteor, & utrũq; sensum uolo tueri. Et dicũt mihi, immo istũ (id est deteriorẽ) sensum seruabis. Alterũ (id est, germanũ) negabis. Ideo si meã conclusio nõ cogor falsam dicere, factã quidem sed simul extrauagantẽ bis falsam prædicabo. Nam quod in me criminantur, cõtra cõmunẽ consuetudinẽ me sentire de indulgentijs, plane fateor ita esse, & dedita opera a me factã, ut discuteret aliquãdo ista cõmunis opinio, iuxta quã merita Christi uocari thesaurũ indulgentiarũ, nõ ignorabã, sed mihi falsa ad uerborũ sonũ uidebatur: ideo posui, quod clauis merito Christi donatæ essent, hic thesaurus, nõ omnino reijciẽs ab indulgentijs merita Christi, sed ad alium sensum exponens, qd haberet opinio cõmunis. Quod nisi cũ humilitate & reuerentia uoluissẽ cõmuni huic opinioni contradicere, omisissẽ dicere clauis merito Christi donatas, ut penitus merita Christi excluderem. Nunc autẽ inuolui, ut mitior esset contradictio, quin non peccassem mortaliter, si Extrauagantẽ in faciem restitissẽ. Et illud diui Hieronymi adduxissẽ, ubi de his loquens, qui quicquid dixerint, legem dei putant, dicit: Nec scire dignatur quid propheta, quid apostoli senserint (nota senserint) Sed ad sensum suũ incõgrua spiritalia testimonia, quasi grãde sit, & nõ uitiolissimũ docedi genus deprauare sententias

Monarcha  
Papæ abas.

Merita Christi  
sunt non sunt  
thesaurus.

Rom.

Per indulgentias nõ sunt  
amici dei.

Nulla scrip-  
tura de ind-  
ulgentijs.

Dæta opa lo-  
quitur cõtra  
cõmunẽ opi-  
nionem.

Sed reuerẽter

Extrauagan-  
tem posuissẽ  
negatẽ liber-  
rec.

Non inueniuntur  
(anna) qd dicitur in scripturis

rentias, & ad uoluntatem suam scripturam trahere repugnātem. Sic certe facit hæc Extrauagans: Nam uerba de meritis Christi, quibus remittuntur peccata, trahit ad indulgentias, quod quia fiat congruitate, aduerte quæso,

Merita Christi  
sibi cum indulgentiis  
pugnare

Merita Christi tollunt peccata, & augent merita: Indulgentiæ tollūt merita, & relinquunt peccata. Et potest idem textus de utriusq; proprie intelligi: Credo Orestes quoq; hoc negabit. Et tamen ego reuerētis studio id admisi & asserui, licet multa uolentia. Deniq; cū sit obscura uerbis extrauagans, & uere quædā extrauagans, nunc sonans q̄ merita Christi sunt, nunc q̄ acquisierunt thesaurum indulgentiarum, dixi, quod & pro mea sententiā stare potest contra communiem sententiā, & super hac dubia, tortrice uerborum dei, & deprauatrice (ut Hieronymus ait) sententiā. Ego certam reuocationem faciam, non contra uicē errore: non faciam, sed constanter & cū fiducia nego, Merita Christi esse in manu Papæ illo modo (ut uerba sonant) ipse uiderit quomodo suam extrauagantem intelligat.

Reuocaturus  
non est.

Sat igitur sit pro hac uice ostendisse, non in omnibus Decretis Pontificū haberi uerum legitimum sensum scripturæ, ideoq; citra eorū iniuriā, posse aliter dici, teneri, sentiri, q̄ ipsi habent, siquidem ipsimet scripturæ interpretandæ auctoritatem doctoribus tribuunt, sibi uero iudicium defendendarum causarū.

Canonibus  
omissis ad  
sensum scrip-  
turæ ser-  
uandum.

Deinde alia est facultas iuridica q̄ theologica, multa permittuntur in illa, quæ in hac prohibentur. Eleuent luritix suas traditiones, multo magis nos Theologi puritatem scripturæ seruemus, eoq; magis quo uidemus nostro seculo surge-  
re nocentissimos adulatōres, qui summum Pontificem ultra Concilia eleuēt, scilicet, ut uno Concilio per alterum reprobo, nullum nobis certū relinquatur, tandem omnia simul conculcet unus homo Papa. Idem super Concilium & infra, supra, dum potest damnare, infra, dum accipit a Concilio auctoritatē tanq; a maiori, qua sit supra Concilium. Sunt quoq; qui Papam non posse errare, & supra scripturā esse impudentissime iactitent, quæ monstra si admissa fuerint, scriptura perijt, sequenter & Ecclesia, & nihil reliquum erit, nisi uerbum hominis in Ecclesia. Sed querunt ij adulatōres inuidiam, deinde ruinā & perniciem Rho. ecclesie. Quare ergo coram te lector, protector me colere & se qui Rho. ecclesiam in omnibus, solum illis resisto, qui nomine Ecclesie Romanæ Babyloniam nobis statuere moluntur, uolentes quicquid cogitare poterint, modo linguam tantū mouere possint, ut Rhomanā ecclesiam nominēt, totum statim pro Romanæ ecclesie sententiā accipi, quasi nō supersit scriptura sancta, per quā (ut Augusti. ait) de omnibus iudicamus, contra quā sine dubio Rhomana ecclesia nunq; sapit aut statuit.

O adula-  
tores.

Inuidia Petri  
sicut querunt  
Romanæ eccle-  
siam colere.

De quorum numero esse credo suauissimos istos sycophantas, qui dicarūt quoddam breue apostolicū contra me, cuius formam, ut uideas q̄ prudētibus insidijs sint usi, uolo in publicum dare. Nam in Germania fuisse confictum, & aliqua deinde industria ad Romā missum, & forte solo nutu alicuius magnatis Romæ remissum ad Germaniā, statim addita postilla, te uel certum, uel suspiciosum saltem faciam, pertinet enim & hoc ad actorum meorū partem.

DILECTO NOSTRO FILIO THOMAE  
Tituli sancti Sixti presbytero Cardinali nostro  
& Apostolicæ sedis de latere Legato  
LEO PAPA X.

**D**ilecte fili noster, salutem & apostolicam benedictionem. Postquam ad aures nostras peruenit quendam Martinum Lutherum, ordinis eremitice S. Augustini professorem, in reprobum sensum uersum, nonnulla hereticarum, & ab eo quod sancta Rhomana tenet ecclesia, diuersa asseuerare & super hoc conclusiones, necnon famosos libellos temeritate propria, & erecta ceruice, laxatis obedientie frenis, inconsulta Rhomana ecclesia, fidei magistra, in diuersis Germaniae partibus publicare ausum fuisse. Nos temeritatem suam paterne corrigere uolentes, uenerabili fratri nostro Hieronymo, Episcopo Asculano, Curiae causarum, camerarum apostolicarum generali auditori, commisit ut ipsum Martinum ad comparandum personaliter coram eo, & se super praemissis examinandum, & qualiter de fide sentiret, respondendum, sub certis poenis moneret, ipseque Hieronymus auditor, contra dictum Martinum monitorium humiliter, ut acceptus, decreuit. Nunc autem ad noticiam nostram deuenit, quod dictus Martinus benignitate nostra abusus, & audacior effectus, mala malis addedo, & pertinaciter in haeresi persistendo, nonnullas alias conclusiones, ac famosos libellos similiter publicauit, in quibus nonnulla alia haeretica & erronea continentur, quod quidem mentem nostram non modicum perturbauit. Quare prout pastoralis nostro incumbit officio, in praemissis occurrere, & ne pestis huiusmodi adeo ingaleat, & simplicium animos inficiat, uideri uolentes circumspectioni tuae, de qua sumus ob singularem doctrinam, & rerum experientiam, tum ob in nos & hanc sanctam sedem, cuius honorabile membrum existis, sinceram deuotionem, plurimum in domino commisitimus, per praesentes mandamus, ut eiusdem praesentibus receptis, absque ulla mora, quoniam res apud nos, tum ex fama, tum & facti permanentia, nota & inexcusabilis est, dictum Martinum haeticum, per praedictum auditorem iam declaratum, ad personaliter coram te comparandum inuocato ad hoc tam charissimi in Christo filij nostri Maximiliani Rho. Imperatoris electi, quam reliquorum Germaniae principum, communitatum, uniuersitatum & potentatum, tam Ecclesiasticorum, quam secularium brachio, cogas atque compellas, & eo in potestate tua redacto, eum sub fidei custodia retineas, donec a nobis aliud habueris in mandatis, ut coram nobis & sede Apostolica, ac quod si coram te sponte ad petendum de huiusmodi temeritate ueniam uenerit, & ad cor reuerfus, poenitentiae signa ostenderit, tibi eum ad unitatem sanctae matris Ecclesiae, quae nunquam claudit gremium redeuntis, benigne recipiendi concedimus facultatem, si uero in pertinacia sua perseverans, & brachium seculare contemnens, in potestate tua non uenerit, tibi in omnibus Germaniae partibus eum ac omnes ipsius adherentes, & sequaces etiam per edicta publica, ad instar illorum, qui olim in albo praetorio scribebantur, pro haeticis, excommunicatis, anathematizatis, & maledictis publicandi, & ab omnibus Christianidelibus tanquam tales euitari facienda, concedimus similiter facultatem. Et ut celerius & facilius morbus huiusmodi exterminetur, uniuersos & singulos praelatos, & alias ecclesiasticas personas, tam seculares quam quorumvis ordinum etiam mendicantium regulares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, ac quascunque Communitates, uniuersitates, & potentatus (praefato Maximiliano electo Imperatore excepto) auctoritate nostra etiam sub excommunicationis latae sententiae, & alijs infra dicendis poenis moneas & requiras, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, dictum Martinum & eius adherentes & sequaces capiant, & ad manus tuas transmittant. Quod si, quod absit, quod nobis persuadere non possumus, praedicti Principes, Communitates, Uniuersitates & potentatus, aut aliquis eorum, Martinum aut ad-

Aa haerentes

Martinum  
haeticum,

Inuocatio  
brachij seculari,

Adherentes  
excipiendi.

Interdictum

*San. pro presentibus papa*

hærentes & sequaces prædictos quomodolibet receptauerint, seu eidem Martino auxilium, cõsilium, uel fauorem publice uel occulte, directe uel indirecte ex quauis causa quomodolibet dederint, eorumdem Principum, Communitarum, Vniuersitatũ & potentatum, ac cuiuslibet eorũ ciuitates, oppida, terras & loca: Necnon ciuitates, oppida, terras & loca, ad quæ prædictum Martinum declinare contigerit, donec dictus Martinus ibidem permanferit, & p̄ tri duum post, Ecclesiastico subijcimus interdictio, Mandantes nihilominus omnibus & singulis Principibus, Cõmunitatibus, Vniuersitatibus & potentatibus prædictis, ultra præfatas pœnas, quo ad ecclesiasticos & regulares prædictos, sub priuationis ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorũ ecclesiasticorum, necnon inhabilitatis ad ea in posterum obtinenda, priuatione quoq; feudorum, quo uero ad laicos, dempto prædicto Imperatore, infamie, inhabilitatis ad omnes actus legitimos ecclesiasticæ sepulture, priuationis quoq; feudorum a nobis & sede apostolica, uel quibusuis alijs etiam secularibus obtentorum, pœnis eo ipso incurrendis, quatenus mandata requisitionis & hortationes tuas sine exceptione, contradictione & replicatione aliqua illico exequantur, & a consilio, auxilio, fauore & receptatione prædictis omnino abstineant: obediens uero indulgentiam etiam plenariam, seu retributionẽ aliquam, aut gratiam arbitrio tuo concedendi, tenore presentium tibi tribuimus facultatem, nõ obstantibus exemptionibus, priuilegijs & indultis iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, quibusuis ecclesiasticis, seu cuiusuis ordinis & mendicantium regularibus ecclesijs, monasterijs, siue locis, aut personis, etiam secularibus quomodolibet concessis, etiam si in eis caueretur expresse, quod excõmunicari, suspendi, interdicti nullo modo possint, cum irritantis decreti appositione, quibus eorũ tenores, ac si de uerbo ad uerbum præsentibus infererentur, pro expressis haberi, ad effectum præsentium specialiter & expresse derogamus, & derogatũ esse uolumus; Ceterisq; cõtrarijs quibuscũq; Datum Rhomæ apud S. Petrum, sub anno piscatoris, Die, XXVIII. Augusti, M. D. XVIII. Pontificatus nostri anno sexto.

la. Sadoletus.

POSTILLA F. MARTINI LVTHERII  
super Breue præcedens.

Prædictor  
monachus  
Martinus  
detulit.Ante citationem  
p̄ scripturam  
bellorũ.

**Q**UIS dixit Põtifici me ab usum benignitate sua, qua me per D. Hieronymũ citari fecit: cũ tempore huius dati Breuis, aut certe huius benignitatis abusus, ego nõdum quicq; de citatione audierim, ut infra scies: sed insulfus aliquis Leucocorax in Germania meam uidentis frudiciam, ista crocitauit.

Item, quod in hæresi pertinaciter post Hieronymianã citationem & monitionem peririterim, & alios libellos ediderim, est apertum mendaciũ, nõ solum enim ante datum huius breuis, sed etiam ante datum monitorij, cessatum erat a libellis edendis meis, exceptis resolutionibus, quas necdum citatus plene absolueram. Sed satis indicat nasus, displicuisse defensionẽ meam uulgarem quibusdam cucullis, quibus cum non cederem, fingunt mihi Pontificem querendam de permanentia facti, de fama notoria & inexcusabili, diuinantem. Iste enim Leo decimus, quem illi fingunt, forte est inter rationem rei rationabilis & rei ratiocinantis natus.

Ultimo

Vltimo & omniū suauissimū. Breue hoc datum est. xxij. Augusti, ego autē  
 citatus & monitus fui septima Augusti, & sic intra datum Breuis & citationē  
 cucurrerūt. xvi. dies. Calculū pone lector, & inuenies D. Hieronymū episcopum  
 Afculensem, uel ante mihi insinuatam citationem, aut intra decimum/se-  
 xtum diem post insinuatam, processisse contra me, iudicasse, damnaſſe, decla-  
 rasse. Si nunc quaeram, ubi tunc sexaginta illi dies mihi dati in citatione mea  
 qui inceperunt a septima Augusti, finiebantur autem circiter septimam Octo-  
 bris: Est iste mos & stilius Rhoanae curiae, ut eadem die citent, moneant, ac  
 eulent, iudicent, damnent, declarēt, praesertim tanto spacio absentem & igno-  
 rantem? Quid respondebunt, nisi sese oblitos, & elleboro purgandos fuisse,  
 quando hoc mendacium adornare parabant?

Breue post ci-  
 tationē .xvi.  
 diebus datū.

In fine, mi lector, accipe fidele meum monitorium, utrunq; cesserit meis pro-  
 positionibus, & quantumcumq; indulgentias eleuauerint, ne in meam stulti-  
 ciam aliquando cadas, moneo. Ego enim uere mihi donari merita Christi per  
 indulgentias aliquando credebam. Atq; hac stulta opinione procedēs, docui  
 & iactaui in populum, quandoquidē tante res essent indulgentiae, non licere  
 eas relinquere, uiles & contemptas habere, non aduertēs omnium Bardorum  
 bardissimus, quod eo sermone, pene praecipuum salubre, aut certe consilium  
 necessarium facerem, ex permissionibus, licentijs, relaxationibus. Huc enim  
 me perpulit sensus meus, opinionum & extrauagantium male lucidis uerbis  
 deceptus. Erraui, testis lector; Reuoco, testis lector. Postq; autem receptis ocu-  
 lis uiderem, ab omnibus doctoribus, una sententia, tradi, indulgentias melius  
 omitti q; redimi, & feliciores esse eos, qui per se satisfaciunt, q; qui indulgentias  
 redimunt: Etsiq; indulgentias aliud nihil, q; relaxationes bonorum operum,  
 quibus satisfactio impletur, mox uidi, procliu sequela, eas posse cōtemni, im-  
 mo saluberrimum esse consiliū, ut relinquuntur & uiles habeantur, porro con-  
 temnere, relinquere, uilia ducere, sacrosancta, preciosissima, inestimabiliq;  
 merita Christi (id est, indulgentias) horrendum sonabat, ac non tam consilij  
 q; furentis impietatis uerba iudicabantur. Ad haec perurgebat, q; indulgentiae  
 sine nomine meritorum Christi uilissimae essent, soloq; titulo meritorū Chri-  
 sti, rerum omnium preciosissimae fierent, ac sic sacrosancta, heu, incomparabi-  
 lia merita Christi, ad turpissimam foedissimamq; seruitutem quaelus praeterce-  
 rentur. Quis enim Christianorū si audiat uel nominari, nedum exhiberi, uul-  
 nera, sanguinem, labores dulcissimi saluatoris sui, nō uitam quoq; nedum pec-  
 cunias prodigeret, idq; cum gaudio? At quo rursus dolore cruciaberis, si haec  
 omnia non nisi in teterimum quaelum seruire uideris, ac non uno Iuda, nec  
 semel, sed innumeris Iudis, singulisq; momentis uendi, reuendiq; Christum.  
 Igitur non te fallat nomē Christi, recordare praedictū esse, multos uenire pseui-  
 dochristos in nomine Christi, tantaq; prodigia & signa duros, ut in errorem  
 ducant, si fieri potest, etiam electos. Sit mea propositio falsa, sint merita Chri-  
 sti thesaurus indulgentiarum. Sed cogita quod hinc sequi necessarium est, &  
 dicere te oportet: Merita Christi relinquenda, & uilia ducenda esse, feliciores  
 esse eos, qui merita Christi non redimunt, q; eos qui deuotissime eadem quaer-  
 runt: Et cum merita Christi, q; maxime natura sua, ad bona opēra impellat, in  
 indulgentijs tamen sibiipsis pugnantis, bona opera relaxant, & quod natura  
 sua uoluntateq; dei faciunt, id uolūtate Papae soluant. Feci quod debui, lector  
 si deinceps erras, sine mea culpa, erras, Vale.

Per indulgē-  
 tias merita  
 Christi dona-  
 ri reuocata.

Cōtemni de  
 his indulgen-  
 tijs.

Merita Chri-  
 sti ad foedissi-  
 mā seruitutē  
 quaelus praeter-  
 ceant.

Indulgentiarū  
 ceu Iudas uē-  
 dit Christū.



REVERENDISS: IN CHRISTO PATRI ET DOMI  
no Thomæ Tit. sancti Sixti presbytero Cardinali, sanctę sedis aplice  
p Germaniã de latere Legato &c. in Christo metuendo & colendo.

Epistola ad  
Card. tit. san-  
cti Sixti.

Cardinalis p  
amicos a uer-  
ro sicere ni-  
ti Lutheri.

De irreueren-  
tia i sumi pō-  
ti. peti uenã

Reuocare cō-  
tra cōsentã  
non uult.

Rõnem peti

Cupit ecclē-  
siam sequi.

**S**alutem & omnem benedictionē sui, Reuerendissime in Christo pater  
iterum uenio, sed per literas, dignetur reuerendiss. P. T. me clemētiss/  
me audire. Egred meū reuerendus mihi & dilectissimus pater meus in  
Christo uicarius noster Ioānes Stupitius, ut humiliter sentirem, & sen-  
sum meū submitterem, cōmendauitq; ac persuasit P. T. reuerendissimã mihi  
esse gratiosissimã, ita ut res ipsa & nuncius pariter eximie me lætificarent. Est  
enim homo hic talis & tantus in oculis meis, ut nullus sit in mundo, cui liben-  
tius audirem & obsequerem. Nec minus egred dulcissimus meus frater magister  
Venceslaus Lyncus, eadem de reuerendiss. P. T. mihi referens, qui ab incunete  
ætate parimecum studio adoleuit. Breuiter, non potuit reuerendiss. P. T. for-  
tius & dulcius me mouere, q̄ his duobus uiris mediatoribus, quorum uterq; in  
solidum me habet in manu sua. Tanta est tua simul & humanitas & prudentia  
qua uideo tuam reuerendiss. paternitatem non mea, sed me querere, cum po-  
tuisset sola potestate in me dominari. Itaq; iam timor meus sensim transit, im-  
mo mutatus est in singularem erga reuerendissimam paternitatem tuam amo-  
rem, & ueram filialemq; reuerentiam. Nunc reuerendissime in Christo pater,  
fateor, sicut & alias falsus sum, me fuisse certe nimis (ut dicũt) indiscretũ, ac rem  
& irreuerentem in nomen summi Pontificis. Et licet acerrime fuerim in hanc  
irreuerentiam prouocatus, tamen meum fuisse nunc intelligo, modestius, hu-  
milis & reuerentius hanc materiam tractare, & non ita respondere stulto, ut  
ei similis efficerem, de quo syncerissime doleo, & ueniam peto, & per omnia pul-  
pita in uulgus promulgabo, sicut & sæpius iam feci, dabog; deinceps operam,  
ut alius sim, & aliter loquar, deo miserente. Immo promptissimus sum, atq; sa-  
cillime promitto, me posthac materiam de indulgentijs non tractare, atq; his  
finitis quiescere, modo illis quoq; modus imponatur, aut sermõis, aut silentij,  
qui me in hanc tragediam suscitauerunt. Cæterum mi reuerēdissime in Chri-  
sto, ac iam dulcissime pater, quantum ad sententię ueritatē pertinet, libentiss/  
me omnia reuocarem, tam tuo q̄ nicarj mei iussu & consilio, si ullo modo cõ-  
sententia mea permitterem. Ego enim scio nullius præcepto, nullius cõsilio, nul-  
lius gratia me tantũ debere permittere, ut aliquid contra cõsententã dicam aut  
faciam, Deinde narratio nes diui Thomæ & aliorum tantę non sunt, ut mihi  
in hac questione satisfaciãt, cum dedita opera contra eas disputarim, ut opẽ-  
me perlectas & percognitas, uisæ enim sunt non satis firmo niti fundamentõ.  
Hoc autem unum superest, ut meliori superer ratione, quę est: Si uocem spon-  
se audire merear, hanc enim, certum est, uocem sponsi audire. Ideoq; omni hu-  
militate supplico, reuerēdissima paternitas tua dignetur ad sanctissimũ domi-  
num nostrũ Leonẽ decimũ istã causam referre, ut p̄ ecclēsiã hæc dubia determi-  
nata, ad iustã uel reuocationē uel credulitatē possit cõpelli. Nichil em̄ aliud cu-  
pio, q̄ ecclēsiã sequi. Nã mea sup̄ dubijs & indeterminatis reuocatio qd faciat,  
ignoro, nisi qd merito mihi obijci posse timeo, me nec qd asseruerim, nec qd  
reuocarim, scire. Suscipiat reuerēdissima paternitas tua hæc hũilitatis & p̄nita-  
tis meę supplicatiõẽ, & in filij uicem clemēter cõmēdatũ me habere dignet̄.

Reuerendiss. p. t. deditus filius, F. Mar-  
tinus Lutherus Augustinianus,

Reuerendiss.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DO  
 mino Thomæ tit. sancti Sixti, presbytero Cardinali, sanctæ sedis apostoli  
 cæ per Germaniam de latere Legato &c. in Christo metuendo & co  
 lendo, F. Martinus Lutherus salutem, & seipsum.

**V**idit reuerendiss. p. t. reuerendiss. in Christo pater, uidit inquit, & satis  
 cognouit meam obedientiam, qua p. tantis iter, ac per tot pericula, im  
 becillis corpore, & pauperrimo sumptu huc me cõtulit. Et ad manda  
 tum sanctissimi dñi nostri Leonis. x. coram reuerendiss. p. t. comparui &  
 me obtuli. Præterea ædito libello Resolutionis, me & omnia mea sub pedibus  
 suæ sanctitatis proieci, expectans accepturumque quicquid siue damnanti siue ap  
 probanti uisum fuerit. Et plane nihil me omisisse mihi conscius sum, quod ad  
 deditum obedientemque ecclesiæ filiū pertinere possit. Quare frustra hic tempus te  
 rere nolo neque possum, quia & sumptus deficit, & patribus his Carmelitæ satis  
 superque fuerim & sim onerosus, maxime cum reuerendiss. p. t. mihi uisua noce man  
 darit, ut si non esse reuocare, non redire in cõspectu reuerendiss. p. t. Reuocare loco  
 & quantum ualeam, prioribus literis significauit. Itaque nunc abeo, & alio me quod  
 prosulfurus migro. Et quantum mihi consultum est ab his etiam, qui uel maiores  
 me mouere possunt, ut a reuerendiss. p. t. immo a sanctissimo domino nostro  
 Leone. x. male informato, ad melius informandum (scio enim quod principi  
 nostro illustissimo gratum facturum appellando magis, quæ reuocando) appel  
 lem; tamen quantum in me fuisset, non appellassem. Primum, quod mihi non  
 uideatur necessaria appellatio, uel commissio ad partes. Cum ego (ut dixi) oia  
 in iudicium ecclesiæ retulerim, & non nisi sententiam eius expectem. Quid  
 enim ultra facere debeo, aut facere possum? Neque enim me reo, aut responso  
 re opus est, qui non quid ego dixi, sed quid ecclesiæ dictura sit, attendo, nec aduer  
 sarius cõterere, sed discipulus audire uolo. Deinde, quod mihi pene persuasum  
 est, hanc causam reuerendiss. P. T. esse molestam, & appellationem gra  
 tissimam; ideoque sicut non mereor, ita nec timere habeo censuram. Et si ego dei  
 gratia talis sim, ut censuras longe minus timeam quæ errores & malam in fide  
 opinionem, sciens quod censura non nocet, immo prodest, si sana fides & ue  
 ritatis sensus mecum fuerit. Quare per Christi uiscera, & insignem tuam mihi  
 exhibitam clementiam, rogo, dignetur hanc meam obedientiam hucusque præ  
 scitam & completam gratiose agnoscere, & sanctissimo domino nostro Papæ  
 benigniter commendatam facere. Atque hanc meam abitionem & appellatio  
 nem pro mea necessitate & amicitia autoritate paratam boni consulere. Nam  
 eorum uox & ratio mihi insuperabilis est hæc: Quid tu reuocabis? Nunquid  
 tua reuocatione nobis legem fidei statues? Damnet ecclesia prius, si quid dam  
 nandum est, & eius tu iudicium sequere, non illa tuum sequatur iudicium, at  
 que ita uictus cedo. Valeat itaque reuerendissima paternitas tua in Christo, mihi  
 obseruandissima, Ex Carmelo Augustinæ. die sancti Lucæ euangelistæ. M. D.  
 XVIII.

Obediẽs est.

Protestatiõne  
 non est opus  
 Lutherio.

Censuras mi  
 nus timet quæ  
 errores.

Reuocatione  
 sua noui sat  
 ceret articu  
 lum.

Reuerendiss. p. t. deditus filius, F. Mar  
 tinus Lutherus Augustinianus.

Aa in In nomine









suscepit. Sed deinceps mihi (ut ait) consulere uolens, simpliciter instabat, & ur-  
 gebat ad reuocationem eorum dictorum, anteq̄ discuterentur & determina-  
 rentur, reiecta & posthabita omnium protestatione honestissima, quod uidelicet  
 cer paratus essem, uel publice denuo respondere, uel priuatim in scriptis ratio-  
 nem reddere, & omnia mea subijcere, in primis iudicio sanctæ ecclesiæ Rhoma-  
 næ, dein de illustribus studijs, Basiliensibus, Friburgensibus, Louanienfibus, ac si opus esset  
 etiam, antiquæ illi studiorum parisi, & in theologicis rebus præ cæteris uti flo-  
 rentissimæ, ita zelosissimæ uniuersitati Parthisiensi. His omnibus posthabitis  
 & spretis, nec saltem docere uoluit, aut ostendere, in quibus, & qua ratione eri-  
 rassem, ut cognitum errorem reuocarem; Nisi quod duos articulos mihi oppo-  
 suit, ad quos me satis abunde respondisse confido, ut in scriptis ad eundem re-  
 uerendissimū dominū datis, uideri potest. Sed simpliciter & nude me ad re-  
 uocationē adigere uoluit, minando mihi, quod nisi uel hoc facerem, uel Rho-  
 mæ in quodam termino penso, in citatione per supradictos prætenfos iudices  
 præfixo, comparerem, me & omnes mihi adherentes & fauentes, sententia ex  
 cōmunicationis innodare, ac cæteros quoscuq̄, ad quos me declinare contige-  
 rit, Ecclesiastico interdictione supponere uellet. Super quibus omnibus sese man-  
 datum sufficiens a sede prædicta habere dixit. Ex quibus me grauatur læsum  
 & oppressum sentio, cum & hodie fatear, solummodo me disposuisse, & om-  
 nia sub pedibus sanctissimi domini nostri Leonis decimi subiicisse, ut occi-  
 dat, uiuificet, reprobet, approbet, sicut placuerit. Et uocem eius, uocem Chri-  
 sti in ipso præfidentis agnoscam. Et legitime protestor, me nihil dicere aut  
 sapere uelle, quod non in & ex sacris literis & Ecclesiasticis patribus, sacrisq̄  
 Canonibus probari potest, ut in libro resolutionum mearum uideri potest.  
 De quo denuo protestor, sicut alias sæpius protestatus fui, idcirco a præfato  
 sanctissimo domino nostro Papa non bene informato, eiusq̄ præfensa com-  
 missionē ad supradicti domini procuratoris fiscalis instantiam (ut præfertur)  
 signata, ac a præfentis iudicibus & citatione supradicta, ac præfento processu  
 contra me forsitan instituto & instituendo, & omnibus inde secutus & secu-  
 turis, & quolibet ipsorum, necnon a quolibet futuro grauamine, quod mihi  
 ex eo uenire poterit, ad sanctissimum dominum in Christo patrem & domi-  
 num nostrum, dominum Leonem diuina prouidentia Papam decimum, me  
 lius informandum prouoco & appello in his scriptis; Apostolosq̄ primo, se-  
 cundo, & tertio, instantē, instantius, & instantissime mihi dari peto, si quis  
 sit, q̄ mihi dare hos uoluerit & potuerit, & præsertim a uobis domino Nota-  
 rio, testimoniales, subijciens me, mihiq̄ adherentes & adherere uolentes in  
 his protectioni ac defensionī præfati sanctissimi domini nostri Papæ melius  
 informandi. Et protestor de prosequendo hanc meam appellationem suis  
 temporibus & locis congruis per uiam nullitatis, & alias prout melius po-  
 tero optime, mihi reseruata facultate addendi, minuendi, mutandi, corrigendi,  
 & in melius reformandi, omniq̄ alio iuris beneficio semper saluo. Super  
 quibus omnibus & singulis præmissis, prælibatus reuerendus pater D. Marti-  
 nus Lutherus, sacre Theologiæ professor, & appellans, sibi a me Notario pu-  
 blico infra scripto, loco Apostolorū testimonialiū unū uel plura, publicum seu  
 publicum fieri, atq̄ confici petijt instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt  
 hæc Augustæ, & ibidem in monasterio ordinis fratrum Carmelitarū, sub anno,  
 indicatione, die, mense & Pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem hono-  
 rabilibus uiris dominis Venceslao Sreinbeis, & Bartholomæo Vjzmair, pres-  
 byteris

Docere nolu-  
it Cardinal.

Ad reuocati-  
onem urget.

Appellat  
Leonem.

Protestatio.

Ad papam me-  
lius informa-  
dum.

byteris Augustensis diocesis, testibus ad præmissa uocatis atq; rogatis,

Et ego Gallus Kunigen der de Herbrächtigen, laicus Augustensis diocesis, publicus sacris apostolica & imperiali auctoritatibus Notarius, quia supradictæ schedulæ appellationi, exhibitioni, prouocationi, submissioni, Apostolorum petitioni, protestationi, omnibusq; alijs & singulis præmissis, dum (sicut præmittitur) fierent & agerentur, una cum præominatis testibus, præfens & personaliter interui, eaq; omnia & singula sic fieri uidi & audiui. Idcirco hoc præfens publicum instrumentum, manu mea propria scriptum, exinde cõfeci, subscripti, publicauit, & in hanc publicam formam redegei, signoq; & nomine meis solitis & consuets signaui, in fidem & testimoniũ omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

IN STUDIO LIPSEN  
SI DISPUTABIT ECCIVS PROPOSITIONES  
infra notatas, contra D. Bodensfeyn Carlestadiũ, Archidiaconũ & doctore Vuittenbergẽm, AN. XIX.



EVERENDISSIMO in Christo patri, ac illustri principi D. Mattheo S.S. Rho. ecclesiæ, Tit. S. Angelĩ Cardĩ, coadiutori Saltsburgi, domino suo pienssimõ, Ioannes Eccius Paruus Theologus S. D. cõ paratissima obsequiorum oblatione. Non præterit te reuerendissimè me pater, ac optime princeps, quomodo dominus Bodensfeyn, archidiaconus Vuittebergẽ. superiori Maio, conclusiones felle plenas & mordacissimas, calchographorũ opera, contra me sparserit, ob id quod ad reuerendũ dominũ meum, D. Gabrielem, episcopũ Eistetterensem dignissimũ, adnotationes quasdam priuatim scripserã in aliquot ppositiones domini Martini Lutherij Augustiniani Vuittenbergẽ. in materia sacramenti poenitentię, cui ego pmodeste respondi. Ac ne mordetes inuicem, cõsumamur ab inuicem, ut diuus Hieronymus ad Ruffinũ ait, ppter etiã scandala uitanda, quæ ex amarulẽtis libellis disseminatis oriuntur, obtuli me uelle stare iudicio sedis apost. ad quã omnis causa fidei merito referri debet, ut Gelasius, Symachus &c. docuere, iudicio item obtuli studij Rhomani in Italia, Parrhisi in Gallia, Colontẽ in Germania. At ille disputationẽ refugiens (quod qui faciunt, A. Augustinus contra Faustũ explicat) mea quoq; abusus modestia, alterum libellum adidit, in quo me denuo cõuictis onerat, ac si hoc maifestatis theologice esset, cõuictis ac iniurijs fecit. Quem etsi remordere possem, si uellem, & ut beatus Hiero, ad Domnionem contra Vastrum monachum ait, possem genuinũ dentem latus insigere. At diuisi Augustini & eiusdem beati Hiero. secutus consilium, peperi sibi, peperi mihi, peperi nomini Christiano, Et d. Martinum Lutherum Augustie adiens sciscitabar ex eo, cur suus propugnator mecum non expectasset sedis apost. & laudatissimorum studiorum iudicium? Qui itineris difficultates & expensas

Hieronymus  
Gelasius  
Symachus

Hieronymus

A. S.

& expensas causatus, Lipsense studiū mihi obrulit Carlestadio uicinū, in quo cōuenire deberemus ad disputandū, Idem mihi ex Vuittenberga Carlestadio placere rescripsit, Cui ego perliberē assensum præbui, ica omnino nihil corams doctissimis felicis studiū Lipsen, patrib<sup>9</sup> mihi & ueritati timeo, Quare illustris<sup>9</sup> simo principi & domino D. Georgio Saxoniz duci &c. principi clementiss<sup>9</sup> mo, eiusdem studiū patrono, humiliter scripsi, ut sua illustris. D. fauorabilē hūc se negotio præbeat assensum, Scripsi & almæ uniuersitatis & facultatis theolo- gicæ consilio, quibus uisus precibus rogando & supplicādo, ut onus audiendi & inter nos iudicandi, uter rectius de fide sentiat, suscipere dignentur. Nam pul- cherrimum arbitror, pro ueritate fidei, & quam sedes beati Petri sequitur & do- cet (ut Iulius Papa præcepit) in arenam descendere, Cathedram em̄ beati Petri cum S. Cypriano nō desero, quod ibi solū incorrupta (ut Hiero. ait) patrū uer- uatur hereditas, quæ autoritatē dat loquendi, tacendi, nam & sacre scripturæ intellectum accipio secundum praxim ecclesiæ, extra quā uiuere, mori est. Cū autē reuerendissima tuā paternitas nō sit mediocris ecclesiæ columna, me tuo tunc dedo & cōmendo patrocinio, etiā atq; etiā rogās, ut sicut uales, ita uelis me tueri, solum ut ueritas fidei, & quam Rhomana tenet ecclesia, tueatur ac defendatur. Valeat reuerendissima ac illustrissima dominatio tua, Ex Augu- sta Rhetiz, iij. Kal. Ianuarias, Anno restitutæ salutis. M. D. XVIIII.

*per Romanos*

*Gyphius  
Hystor*

## POSITIONES QVAS

ECCIVS DEFENDET IN STUDIO LIPSEN,

si, contra nouam doctrinam.

- 1 Neq; dicitis sacre scripturæ, aut sanctis patribus, Augustino & alijs cōcor- dat, D. & magistrum nostrum Iesum Christum, dicendo, Pœnitentiā agite, uoluisse omnem fidelium uitam esse pœnitentiā; unde & de sa- cramentali pœnitentiā illud uerbum idonee potest intelligi.
- 2 Etsi peccata uenialia sint quotidiana, tamē iustum semper peccare in om̄i opere bono, etiā bene moriēdo, negamus, Sicut erroneum dicimus, iustum manente iustitia, peccare posse mortaliter, aut in puero post ba- ptismum alienæ uoluntatis peccatum remanere.
- 3 Atrueniē pœnitentiā non recte inchoari a detestatione peccatorū, reco- gitādo grauitatē peccati & pœnæ, & quod faciat magis peccatorē, tanq̄ euangelio & sanctis patribus contrariū, non dicimus audiendum.
- 4 Dicere deū remittendo culpā, remittere pœnā, & nō cōmutare in pœnam aliquā temporālē satisfactoriā, p̄ canones & sacerdotis iniunctionē, in parte uel in toto declaratā, ut sacre scripturæ & usui ecclesiæ repugnans existimamus.
- 5 Quilibet sacerdotē, nullo p̄lato dempto, suo subdito petētī, posse remitte- re, aut debere pœnas & culpas, ita q̄ p̄latus nō plenarie absolūēs a pœ- na & culpa peccet, uel usui sanctę matris ecclē aduersū, nō acceptam<sup>9</sup>.
- 6 Animas in purgatorio nō satisfacere pro peccatorū pœnis, a quorum cul- pis absolutæ, hīc nō satisfecerūt, reputamus erroneū; sicut nō est sine er- rorē, qui nō credit deū a morituro regere aliā q̄ mortis pœnam.
- 7 Ex imperfectione charitatis uel fidei in anima mortui fieri horrorem & quasi desperatiōnē, q̄bus in purgatorio afficiant, & quod illū horrore ex timore

- ex timore mortis incurrant, quo quasi inuicti moriantur, non recipimus quia ueritati & rationi contrarium.
- 8 **Animas in purgatorio mereri maiorem gratiã, aut corũ premiã minũ, si alienis meritis liberentur, aut nõ esse certas de salute, aut suffragia nostra nolle, ut fidei nostræ & omni rationi aduersa negamus.**
- 9 **Meritum passionis Christi nõ esse thesaurũ ecclesiæ, ex quo dentur indulgentiæ, quia ueritati & apostolicis decretis obuians, negamus; sicut clauus esse thesaurum ecclesiæ, imperitissimum opinamur. Meritis quoq; sanctorum nos adiuuari pie credimus.**
- 10 **Dicere indulgentias non expedire, est error, dicere item indulgentias esse uitũ aliquod operis, quo ipsum minus ualeat, error est pessimus, quare & hunc errare sentimus, qui dicit se teneri improbare indulgentias, quia dominus dicat, ppter me deleo iniquitates, non ppter pecunias.**
- 11 **Papam non posse remittere poenam pro peccato debitam per indulgentias, error, immo erroneum est eum nõ posse absoluere a poenis animas in purgatorio existentes. Omnium autem maxime non recipimus, quod morituri, infirmi, legitime impediti, non crimina publica habentes, indulgentijs non egeant.**
- 12 **Rhomanã ecclesiam nõ fuisse superiorem alijs ecclesijs ante tempora Syluestri negamus, sed eũ qui sedem beatissimi Petri habuit & fidem, successorem Petri & uicarium Christi generalẽ semper agnouimus.**
- Contraximus quoad fieri potest, propositiones, has pauca accepimus, quod & alia ab his pendeant.

## ERVDITISSIMO VIRO

ET PRÆSTANTISSIMO D. ANDREAE BODENSTEIN  
Carolo studio, syncerioris Theologiæ assertori facile primario,  
Archidiacono Vuittenbergen præceptori ac maiori suo in  
Christo, Martinus Lutherus Augustinen.



Eccles obliq;  
in Lutherũ  
scripsit.

ALVTEM. Edidit Eccius noster, in clype uir, schedulã, in qua magnificis ampullis uerborum crepat (id autem homini moris est) sese aduersus te disputaturum Lipsiæ, & ego id nocte tuo, cum ipso tractarã Augustiæ, si qua ratione contentio uestra, coram & amica familiarique congressione componeret, quod nec tu pro tua dignitate detrectasti. Sed ecce homo, pulchre memor, & sibi constans, postquam te fore de infamarat, tandem promittit in te, sed ueritè in me impetum, ranatum ne an muscarum suarum nescio, Speraueram ego tractarũ futurum de honestissimis serijs tuis, & de gratia dei, humana miseria, omninoque de ea re, quæ inter uos uertitur. At meus Eccius in meas interim nugas debacchatur, aut pro more istorum dierum iocatur potius, stultas quaestiones de indulgentijs, pene ex orco radè reuocat, tua, uelut parerga, & summo (quod auius) digito uix attingens. Forte spiritus sanctus prouidens hoc hominis ludibriũ & nugacitatẽ, dedit in cor egregiorum dominorum doctorum Lipsiensis studij, ut res curaret uobis hoc negociũ apud se gerẽdũ. Sed & ego nolo te optime Andrea, in fruolam

in friuolam & laruatam hanc disputationem descendere, tum quod mea & me  
 petit, tanta hæc & *audieris* *et* *audieris* persona, tum q̄ ingenium tuum &  
 tua disputatio digniora sint, q̄ ut in has sophistas & meas nugas, indulgentias in  
 quam, seu rectius & uere negligentias, humiliantur. Quas cū omnes doctores  
 etiā scholastici, infelices Eccl̄i præceptores, fateantur tamen & ipsi, primum nō  
 esse necessarias Christiano, tum si nullæ essent, melius esse, ac per hoc ad scriptu In indulgentia  
 rās & rē theologiam, sicut asinum ad Tyra. Nec ego illas unq̄ mea disputatione  
 dignatus fuisset, nisi pro populo Christi Phrenapatas Matæologos, authades  
 & æschrocerdes oportuisset redarguere. Nihilominus tamē has res leuiculas, &  
 nihili, magni isti & generosi Theologi, adeo curant misere, adeo pompis uel an  
 xijs inflare conātur, ut in ijs summum & nominis & officij sui decus constituis  
 se uideantur. Interim Theologiæ legitimo, & quod ad rem pertinet officio, per  
 nitus posthabito, & in sabbata translato, non quidem lucri aut glorię emulatio  
 ne, nisi minus principaliter per accidens, & in potentia, modo non sit nimis  
 remota.

Quando autem ego, deo uolente, digniore conditione uiuere non permitto  
 q̄ ut cum nugacibus & uanis sophistis, cum pecculentibus Rhomani Ponti, &  
 Rhomanantium tyrannorum adulatoribus ætatem consumam, gaudens & su  
 dens posthabeo istorum, mea serā ludo.

Quare mi Eccl̄i, nō damno te uanissimæ glorię, quod hanc schedulam edide  
 ris, anteq̄ certus esses, qui Lipsenses in hac te facerent, immo postq̄ ex me acce  
 peras eos omnino regulare, quia ex fumo scilicet, & ex disputatione nunq̄ situ  
 ra sperasti captare gloriam. Non criminor, quod subdole, & parū humane, ne  
 dum theologice doctore Carelostadio alienas propositiones obieceris, quas cū  
 omnino illum non susceperum sperares, iterum de fumo in tantū uirum trium  
 phares. Nō q̄ror, q̄d ad adulationē fecidissimā Papæ uersus me rursus in fabulas  
 traduxeris, nouiq̄ a te fictos errores mihi imposueris, & tamen nihil minus te  
 agere simularis. Toleramus ista a Theologo facta, id solum uolumus ostend  
 re, nos scilicet intelligere strophas tuas infelicitate uersutas, & figuras nihilo si  
 guratas & benigniter te monere, ut deinceps p̄ gloria tua, paulo ciuiliore astu  
 tia, naso, immo calcaneo nostro insidieris. Agrestem hanc & ueterinosam tuam  
 prudentiam, in crassos tuos consophistas ludas.

Interim esto uir fortis, & accingere gladio tuo super femur tuū potentissime,  
 postq̄ enim pro pace tua mediator ingratus fui, placebo fortasse cōcertator, nō  
 quod uincere proposuerim, sed quod post uictorias tuas Pannonicas, Longo  
 bardicas, Baidaricas (modo tibi credamus) occasio tibi siam obtinēdi nominis,  
 quo & Saxonicus & Misnicus triumphator, ac si uoles, semper Augustus sa  
 luteris in æternum, ac sic gloriam *in ip* *laudibus* *in* *quibus* adeptus, quiescas luxu  
 ta magistrī tui sententiam, habitibus existentibus in materia cessat motus.  
 Quanc̄ malle, ut monstrum, quod iam dū in me alis, & quod te male ha  
 beret, aliquando pareres, & nauseas quibus stomachus tuus periclitatur, tan  
 dem euomeres in publicum, minisq̄ illis tuis basilicis & gloriosis per omnia  
 finem imponeres. Sed ad te reuertor optime Andrea, & oro, ut una mecum  
 ad illustrissimum principem & ducem Georgium, prudentissimum quoq̄ Se  
 natum Lipsiæ scribas, siquam dignentur nobis domum uel prophanam in hoc  
 negocium collocare. Nam egregios dominos doctores de Vniuersitate, penitē  
 nolo huius periculo iudicij onerari, quod & prudētissime recusarunt. Quin id  
 faciemus, adductis notarijs duobus, uterq̄ Eccl̄i & Luthetius, & siqui alij idē  
 Bb uelint

Eccl̄i dispa  
 natione ppo  
 suit, postq̄ LA  
 p̄sentis recu  
 sarit se audis  
 tuos.

Triumphator Eccl̄i



Notarij dispu-  
tata, excipit.

uelint ad manum Notariorum dicere sua argumenta, & responsiones, quod eo facio cōsilio, ne & nobis foeda illa iactantia, & frustraneus labor cōtingat, quae in Viennensi disputatione Eccij uidentur, tum ut clamor & gestus importuni, quibus solent cōstare & perdere ueritatem nostri seculi disputatores, cohibeant omnia autem uel possibili modestia in literas pronuncient; Atque ea sic in literas relata, offerri possint sedi Aplice, ep̄is, & totius Christiani orbis iudicio. Vale.

CONTRA NOVOS ET VETERES ERRORES  
defendet Martinus Lutherus has positiones se-  
quentes in studio Lipsensi.

- 1 Quotidie peccat omnis homo, sed & quotidie poenitet, docete Christo, Poenitentiam agite, Excepto uno nouo quodam iusto, qui poenitentia non indiget, cū etiam palmitis fructiferos quotidie purget agricola coelestis.
- 2 In bono peccare hominē, & peccati ueniale, non natura sua, sed dei misericordia solum esse tale, aut in p̄terito post baptismū peccati remanēs, negare, hoc est Paulum & Christum semel conculcare.
- 3 Qui opus bonum aut poenitentiam, a peccatorū detestatione, ante dilectionem iusticiæ incipi, nec in eo peccati asserit, hunc inter Pelagianos hereticos numeramus, sed & contra sacri sui Aristotelem desipere, pbamus.
- 4 Deus mutat poenā aeternā in temporālē, scilicet crucis portandae, cui⁹ canones aut sacerdotes nec statuendae, nec auferendae habent ullā potestatem, quanquā id ab adulatoribus noxijs seducti praesumere possint.
- 5 Quilibet sacerdos debet absoluerē poenitentem a poena & culpa, aut peccat: aequē peccat superior praelatus si occulta sine causa referuat rationabilissima, quantumlibet usus ecclesiae, id est, adulatorum, resistit.
- 6 Forte satisfaciunt animae in purgatorio pro peccatis. Sed quod deus a mortuo plusquā uoluntariam mortem requirat, uanissima temeritate asseritur, quia nullis modis potest probari.
- 7 Veritati & rationi contrariā est quidem, in uite morientes deficere in charitate, ideoque pati horrore purgatorij, modo ueritas & ratio sit idem, quod opinio Theologistorum.
- 8 Animas in purgatorio esse certas de salute sua, nec gratiam in eis augeri, scimus a Theologistis asseri: Sed miramur doctissimos uiros, quod huius fidelis rationem nec stulto ueresimilem reddere possunt.
- 9 Meritū Christi esse thesaurum ecclesiae, & sanctorū meritis iuari certū est. Esse autē thesaurū indulgentiarū nemo nisi foedus adulator, extrauagantes a ueritate, & ficti quaedā ecclesiae praxes aut usus simulant.
- 10 Dicere indulgentias esse bonū Christiano, est in sanire; sunt enim uerissime opis boni uinū: & improbare indulgentias debet Christian⁹ ob abusum, quia dñs dicit, propter me deleo iniquitates tuas, non propter pecunias.
- 11 Papā posse remittere omnē poenā pro peccatis debitā huius & futurae uitae, & quod indulgentiae proliant nō criminosis, fontiant seculi indoctissimi sophistae, & pestiferi adultores, non tamē uel nutu possunt ostendere.
- 12 Rhomanā ecclesiam esse omnibus alijs superiorē, probatur ex frigidissimis Rhom. Pont. decretis intra, cccc. annos natis, contra quae sunt historiae approbate, Mc. annorū, textus scripturae diuinæ, & decretum Niceni cōcilij omnium sacratissimi.

FINIS.

Reloy

# RESOLUTIONES R.

P. MARTINI LVTHERII, DE DISPV  
TATIONE LYPSICA.

OPTIMO ET ERVDITO VIRO D. GEORGIO  
Spalatino, Illustris. Principis Friderici Saxoniz ele-  
ctoris Imperij, eiusdemq; uicarij &c. a libellis  
& sacris suo Martinus Lutherius. S.



**H**ISTORIAM famose huius disputationis, quã Lipsiz  
habuimus optime Spalatine, cupis nosse, ea uel maxime  
causa, quod audieris Eccium nostrum & Eccianze factio-  
nis aliquot homines, iam diu & secure triumphare, enco-  
miãq; cantare. Ego sane gaudeo & gratias ago, si tam ue-  
ra est uictoria, q̃ magna est iactantia. Quid em̃ Christia-  
nis, præsertim Theologis magis optandum, q̃ ut ueritas  
triumphet, error traducatur: sed rursus, quando unq; au-  
ditum est a seculo, hanc esse gloriam ueram & stabilem, quę seipsam prædicat, &  
ante tempus iactat: Nonne in hanc sunt prouerbia redita: *Ego comiũ ante uictori-*  
*am, rumor ante salutẽ;* Deinde illud triuij, *Propria laus fordet, & laudet te os*  
*alienum;* Tum Christus: *Si gloriam meam quaero, gloria mea nihil est. Et Pro-*  
*uerborũ autor Salomon: Hæreditas, inquit, ad quã in principio, festinatur, in*  
*sine benedictione carebit. Iustus enim, ut scriptura dicit, in principio non est iac-*  
*tor, sed accusator sui: Phariseus autẽ primo est laudator sui, simul accusator*  
*omnium aliorum. De Eccio nostro autẽ eo facilius credo, iactasse eum uictorias*  
*quo iam olim mihi est ingeniu hominis perspectũ, ut glorię miserimũ manci-*  
*pium, tum quod iam magis expertus sum, solere eum in disputatione magis cri-*  
*minari q̃ disputare, & more in doctorũ declamatorum, tempus conuictis & con-*  
*tumelijs hominũ perdere. Ideo nihil mirum, si non nisi gloriam quaerat. Mihi ue-*  
*ro, qui iã duos annos patior, multos eiusmodi uictorię iactantissimos & uanis-*  
*simos gloriatores rabidosq; criminatores, deinde contempti, nescio, quę tartara*  
*mihi intentata, pro minimo est, hanc eorum simulatam gloriam audire, quorũ*  
*magis misereri q̃ pigere oporteat. Nam si conscientia eorum idem gloriaret, ne*  
*dubites foris neq; gloriarentur, neq; criminarentur. Tamen ut tibi satisfaciam,*  
*breviter rem ipsam, secundũ ueritatem describam, ut intelligere possis, disputa-*  
*tionem illam fuisse perditionem temporis, non inquisitionem ueritatis: Deinde*  
*Eccium Eccianosq; simulare in gloria aliud, & aliud sentire in conscientia. Nã*  
*quantum in Eccio fuit, serẽ nullus scopus tactus est. Sin tactus est, non nisi noi-*  
*tissimis & uulgo proculcatis argumentis certatum est. Nam deus nouit, quod*  
*totam istam conclusionum cohortem multo acrius & ualidius nostri Vuiten-*  
*bergenses duobus annis oppugnaverunt, & ita examinauerunt, ut ossa earum*  
*numerare liceret, quas Eccius uix in facie cutis leuiter perstrinxit: nisi qd̃ molli-*  
*to fortius clamauit una hora, q̃ nos integris duobus annis, ac gestibus immant-*  
*ter fastuosus & gloriosus, etiam seipsum clamatorẽ superare uelle uisus est. His*  
*enim moribus, sane quietis & tranquillis, pacificam illam & in silentio ac my-*

sterio profundissime quietissimeque latentem theologiam quæsiuit hæcuscq; Ecclesiana modestia. Ita me deus amet, lateri cogor, nos esse uictos clamore & gestu, hoc est Ecclesiana modestia, sic enim ipse uocat. Verum antequam rem ipsam dicam, præfabor & ueniam petam, si homines quosdam inuoluam pariter, libenter omisiturus, si ipsi sese non inuoluissent sine causa, & ut dicitur, neutrales & indifferetes habuissent utrinque. Ideo non mihi, sed sibi imputabunt si tangant & ipsi, quos par gloria studium, & inueterata iam diu inuidia coegit, pro Eccio contra nos machinari non bonas machinas. non sane oēs dico. Nā sunt in ea Academia præclarissima, candidissimi, & rectorū studiorum optimi assertores, atque hociplo tamē nomine alterius illius sermenti hominibus, uelut sudas in oculis, & offendiculum a latere, ut loſue uerbis dixerim, Sed & prudentissimus senatus, ornatissimique ciues, tam absunt ab hoc maligno ingenio, ut nemo magis abominetur hoc peruersum & bonis literis inimicum genus. Omnium autē maxime laudandus est illusterrimus princeps, dux Georgius, qui uere principali clementia & munificentia nihil omisit, quod ad felicissimū huius disputationis fructum facere possit, si tales fuisset, ut pura ueritas, posthabita gloria, quæreretur. Denique & sua splendidissima præsentia id negotij dignatus est misisse illustrare, omnia cauens & monens, ut modestæ & quærendæ ueritatis studio agerentur. Nihil ergo optime huic uniuersitati me debere cōfiteor, quā omnem honorē, & omne officiū, dumtaxat inuidiam quorundam, ut sunt res mortalium ex nulla parte intergræ, fateor mihi satis displicuisse. Igitur hæc est siue tragoedia, siue comœdia huius disputationis, quā Saryram potius dixeris. Primo ruptum est pactū, quo inter Eccium & nos conuenerat, ut libere disputaretur, & excepta per notarios in publicum totius orbis iudicium ederentur, quemadmodum in literis utrinque editis legitur. Nā uoluit potius Eccius noster sine notarijs, meris & liberis clamoribus rē agi. Conſentierunt in idem suæ factionis uiri, ubi hoc obtinere non potuerunt, ad aliam pacti illuſionem itū est, scilicet ne excepta per notarios ederentur, nisi iudicibus nominatim & cōmuniter electis oblata, acceptissent sententiam. Additum est cōmentum, quo uelut honestissimo titulo hoc coeditragium apud idiotas ornaretur, uidelicet oportere iudices certos habere, quos si recusarem, iam haberent, quo in odium uulgi nos traherent & iactarent; nolle scilicet nos pati ullos iudices. Ita solidissima ueritas Eccij & Eccianorum, metuit lucem & publicum, sibi scilicet optime conscia, quasi orbis & cuiuscunque optimi uiri iudicium parum sit, quo recepta sunt tā multa, quæ olim sancti patres dixerunt scripserunt, disputauerunt. Fecerunt ita, forte quod iudices fore sperarent eos, quos in uniuersitatibus passim contra nos pro se stare sciebāt, aut quod magis suspicor, quod Eccius meus conscius sibi non intellexit a se scripturæ, latibulū huius conscientie hac ratione quæreret, nam & si est homo in literis humanis, & opinionibus scholasticis uarie & copiose eruditus, tamen sacrarum literarū ego inanem inueni disputatorē, quod mihi pro modestia sua ignosceret, quia uerum dico, & suo tempore probabo, ubi ea non sufficerint, quæ ipsemet in papyrum effudit testimonia imperitię huius credibilia nimis, non quod mihi soli uē dicem scientiam scripturarum sanctarum; sic enim me solet criminari, quando aliud quod dicit non est ad manum; sed quod arbitrer me in sacris literis tantum uersatū & exercitatū, ut de scholasticis theologi scientia, qui sacras literas uix a limine salutauit, possim sine periculo pronuntiare.

Altera machina fuit, Caroloſtadijs noster secum libros attulerat. Cum sit honestissima

Ecciana modestia.

Lipſienſes quidam syſtophanæ.

Dux Georgius laudatur.

Eccius irritus pactū inuoluit.

Eccius metuit lucem.

Eccius nescit sacra.

ſcribitur

neffissima disputandi & rutilissima ratio, ex presentibus libris loca ostendere, & dicta uel probare uel confutare, magno tumultu, hoc Eccius noster detrectauit. Nam uidebatur cuiusdam compilatoris ingenio & opera fretus, multas confar-  
 cinalse autoritates S. patrum, studioq; factionis lux auxisse; ibi periculum erat, nec sicut aliquoties conuincebatur, ita semper conuinceretur male induxisse dicta patrum. Nam cum precedencia & sequentia non uidisset, nec enim ueritas ut dixi, querebatur, ita illas apertis ad propositum, ut nihil minus ualeret ad propositum, nisi quod delectabat eum aliquando & risum miscere auditorio. Statuerunt itaq; pro Eccij uoluntate, libros domi relinquendos esse, & solum memoriae & lingue uiribus, ac libertate disputandum, hoc est quod optimi quidam dixerunt, hanc disputationem non de ueritate, sed de laude memoriae & lingue agitari. Præterit tamen & hic Adam ille folium fici pulcherrimum, quod pene nullus, nisi sit stipes, intelligat, uidelicet puerile & ridiculum esse, Theologum e libris aut schedis disputare. Et mirum quam blandum sibi uulgi murmur hoc ingenio inuenerunt, quod de his rebus iudicat, sicut de puerorum scholasticis exercitiamentis, quasi non & August. contra Manicheos & Donatistas collatis libris pugnauerit. Verum, ueritatem ille querebat, non gloriam.

Prætereo, quod Eccio necesse fuit ultimum uerbum cedere, siue opponeret, siue responderet, ut sic argumenta insoluta facilius uictoriam simularent. Tam si alicui rei finiendæ dictus fuisset dies, liberum illi fuit hoc non obseruare, nos religiosus & obseruans esse oportuit. Breuiter, qui pugnatum ueneramus contra errores & hæreses, cum inuidia & uana gloria negocium habere coacti sumus. Nam quod ad me pertinet, cum me tot cõcionibus populo fabulam & sibilum faceret, ita uolentibus suis sequamur, libens transeo, ut qui nihil æque optarim, quæ nominis mei obliuionem. Nec sic tamen quicquid promouerunt, nam, uelint, nolint, restari coguntur & ipsi, Caroloistadij positiones domum saluas redijisse nec una uel syllaba cõfutatas, quas etiã crudas deuorare Eccius statuerat. Quin egregius iste scholasticorum doctorum patronus, quo caueret ne uictus uideretur, inter disputandum Protheum imitatus, subito ea quæ in principio magno impetu impugnarat, in fine oia concessit, imo affirmauit, et præoccupans gloriatus est, quod in sententiam suam Caroloistadium pertraxerit, audens etiam hoc dicere, scholasticos doctores nunquam aliter docuisse & sapuisse. Quod cum sentiret impudentius dici quæ audire possit quicumque scholasticos legisset, sic sane temperauit, ut Scoti cum Scotistis suis, & Capreolus cum Thomistis suis constanter negaret, antiquiores Altisio, Bonau, & nescio quos autores allegas. Credo autem, quod hæc suæ farinae hominibus magne cruci fuerint, & si risum miserri me simularent, cum ducem suum, et fortiter aggressum certamen, relicis signis mox senserunt, si tamen senserunt, desertorem exercitus & transiugam factum. Nam id Caroloistadio satis erat, scholasticorum doctorum tres celeberrimos sectas fuisse ab Eccio eadem hora negatas, quas nisi negasset, Pelagianus Ingolstadtus reuerfus erat. Certum est enim modernos, quos uocant, cum Scotistis & Thomistis in hæc re, lib. arb. & gratia consentire, excepto uno Gregorio Ariminensi, quæ oes damnat, qui & ipse eos Pelagianis deteriores esse, & recte & efficaciter conuincit. Is enim solum inter scholasticos contra oes scholasticos rectorios, cum Caroloistadio est Augustino & Apostolo Paulo cõsentit. Nam Pelagianus, & si sine gratia opus bonum fieri posse asseruerint, non tamen sine gratia cælum obtinere dixerunt. Idem certe dicunt scholastici, dum sine gratia opus bonum, sed non

Farrago aut  
toritarum.Perperam in  
duxit dicta  
patrum.Disputatio  
ad laudem  
memoriae.Elibris dispu  
tandum.Fortis dispu  
tator nec uic  
tus cedit.Caroloistadij  
dogmata sal  
ua manserunt  
ab Eccio.  
Astucia Eccia  
na.Ordine deser  
uit Eccius.Tres sectæ  
scholasticorum  
negatae.Pelagiana hæ  
resis in schola  
sticis.Errores scho  
lasticorum.

meritorium fieri docent. Deinde super Pelagianos addunt, hominem habere dictamen naturale recte rationis, cui se posse naturaliter conformare uoluntatis ubi Pelagiani hominem adiuuari per legem dei dixerunt. Nec hanc metamorphosin Ecciano ingenio alienam existimus, est in ea promptissimus. Nam hac die quidem cum Gregorio, ut dixi, sensit & Carolostadio, rursus altera mecum congressus, eundem mihi Gregorium in eadem etiam materia negauit, propter articulum Hulf. concilio Constantiensi damnatum. Ita uere minificus est, & cui non uiderim similem, disputator Eccius, apud quem nihil sit uel periculi, uel utiij Gregorij Ariminenfis sententiam cum D. Carolostadio contra omnes scholasticos pugnantem, pro scholasticis amplecti, eundem rursus pro scholasticis eisdem, in eadem re repudiare. Sic habes uictoriam, qua gloriatur Eccius, gloriaturq; suum fermentum, quod negatis uere omnibus scholasticis doctoribus quos tutandos susceperant cum ecclesiasticis consentiunt.

Sed & nos Vuitenbergæ sciebamus scholasticos doctores, si cum tenebris suis, id est, lumine naturæ secundum Eccium, Aristotele negentur, posse conuenire cum Ecclesiasticis. Verum hanc negandirationem, & per negationem concordandi Vuitenbergæ ignorantes, Lipsiæ didicimus: quam & tibi & omnibus qui uolunt, ecce libenter communem facimus. Primum, ut in exordio disputationis, alicuius dicta fortiter impugnes, protestatus, etiam per publicas scholæ, te contra nouam doctrinam pro ueritate fidei, & honore sanctæ ecclesiæ pugnaturum: ita ut montes parturire putentur, tum in negotio sensum & subdole cedens, ne quis te uictum sentiat, idem constanter assumes, & simul uictisse gloriaris. Deinde multa confidētia fingendum tibi est, nullum eorum qui adstant, habere, uel memoriam, uel sensum communem, ut libere queas dicere, te ab initio sensitisse, & hanc non nouam, sed ueterem esse doctrinam, nihil moratus interitum, si amiseris totum exercitum doctorum, quos defendere proposueras. Atq; hic quidem est modus & euentus Carolostadianæ & Eccianæ disputationis.

Post hæc mecum congressus est, de primatu Rho. Pontificis, de purgatorio, de indulgentiis, de poenitentia, de potestate absoluendi cuiuslibet sacerdotis. In quibus omnibus quid fecerimus, suo uidebitur die. Nam de me parcius nihil dicendum est, ne mihi præco fiam. Interim hoc dico, quod de poenitentia & purgatorio, ipse pene ignoro, quantum dissenferimus. Nam poenitentiam incipere ab amore iustitiæ, laudabile quidem esse, sed non necessarium uoluit, quod ego omnino necessarium assero usq; adhuc, cum ante gratiam, quæ est charitas, non possit fieri ullum opus bonum, ut ipsemet concesserat. Causa dissidij mihi uisa est, quod ille multis autoritatibus inductis, poenitentiam a timore etiam seruili incipi contenderit, uel ignorans, uel dissimulans, quod seruilis timor in hac uita non penitus tollitur. Ideo etiam in fusa gratia, quæ incipit poenitentiam, timorem seruilem commouet, simul operans timorē filialem, cum sint opera dei terribilia, dum uiuificatur occidit &c. An autem animæ essent certæ de salute, & gratia in eis aueretur, dixi me nescire, iuxta disputationem meam in resolutorio, necdum ipse demonstrauit contrarium. Ita adhuc mediâ pendet sententiâ.

De indulgentiis pene concordamus, quæ & prope in risum abierunt, siquidē & ipse palam in uulgus quoq; concionatus est, non esse quidem eas contentendâs, nec tamen in eis fidendum; quo modo si fuissent per indulgentiariorum prædicatorem, nec Martini nomē hodie uulgus forte nosset. Sed & in scriptis iam diu corruissent, morientibus præ fame commissariis, si populus nouisset non esse in eas fidendum. Itaq; quam ego fore putabam summam disputationis, & rem omnium periculorum

Inconstantia  
Eccij.

Eccius nihil  
pudet.

Modus disputa-  
tandi clamo-  
si & audacis-  
si.

Eccius cum Lo-  
therio disce-  
piat.

Timor seruili  
in nobis.

Eccius conce-  
dit non fidēdi  
in indulgentiis.



periculosissimam, adeo sine negocio consecimus, ut nihil fere segnius tractate  
rimus, immo nunq̄ infelicius & miserius habuerunt indulgentiæ. Quare satis  
tutus mansit sermo meus de indulgentijs uernaculus, cum his quæ in resolutio  
rio, & contra Syluestrum in hanc rem scripsi. Licet uel more suo, uel iussu fermè  
ti sui, non potuerit eum irreprensibilem relinquere, causans quod deciperem ho  
mines uerbis meis, & uitam nouam, & crucem, quam a deo requiri in pecca  
to dixeram, tam profundus theologus non intellexit, includere omne genus  
mali, etiam mortis in hoc mundo. Nec mirum, quia non scripturas, nec tropos  
eius, sed lumē naturæ Aristotelem, & illuminatos eodem lumine doctores dū  
saxat legit. Et tamen uelut Moab arrogantis, plus præsumens q̄ posset, omnia  
quæ unq̄ dixissem, calumniari & traducere conabatur.

Crux ponit  
tur.Illuminari  
doctores.

Proinde miror quid nūc dicturi factoriq̄ sint fratres illi, qui me passim apud  
principes & ubiq̄ terrarum hæreticō, & nescio quod nominib⁹ criminati sunt  
propter indulgentias, tum schedas satis amplas disputationis cōtrarias, nec tropos  
ut dicitur, stipendio, alienoq̄ studio paratas inuulgauerunt, & Christi populum  
suis impudentibus imposturis & in anima seduxerunt & in corpore, rebus suis  
spoliauerunt, cum uideant causam istam ita friguisse in hac disputatione, quam  
in sermo ardentiorē esse uoluerunt. Sufficit mihi quod summa causæ cecidit in  
felice Lipsia, & omnium iudicio indulgentiæ, clamatoresq̄ earum ridiculum  
fuerunt.

Stipendio eō  
ducti disputa  
tores contra  
Martinum.

De primatu Rho. ecclesiæ acrius certatum est, ego primatum honoris nō ne  
gau, nec potestatis dedi, saltem iure diuino, nihil repugnaturus, immo confis  
ter cōfessus ac defensurus, si factō uel iure humano eum habeat. Nihil enim  
minus quero, q̄ ne a summa sede sanctorum Petri & Pauli ulla causa quicq̄ re  
cedat, aut obedientiam debitam subtrahat, Solum ne tot sanctos patres in cœlo  
regnantes, qui in oriente uiuentes, sub Rho. sede non fuerunt, contra ius diu  
inum egisse concedam. Ille contra, iure diuino utrūq̄ conatus asserere, cum mul  
tas autoritates patrum conueheret, inuentum tandem est, eos ambiguos & ua  
rios esse, in alteram sententiam aliquando uideri inclinasse, quanq̄ pro me ro  
bustius & locupletius sentirent, præsertim ubi id agunt ex animo, ut euangeli  
um interpretentur.

De potestate  
Pontificis. 3

Græci.

Sic ueteres  
intelligendi.

Iam illud Matthæi. xvi. Tu es Petrus. Item illud Ioan. Pasce oues meas, & se  
quere me. Item, confirma fratres tuos, & nonnulla minus ad rem, q̄ hæc facien  
tia, cum non urgerent, tandem confugit ad conciliū Constantien. plena fidu  
cia, quod esset illic determinatum contrarium, & sententia mea inter articulos  
Hull. & Vuicelē dānata. Hic totus immoratus anhelabat, quo poterat odiosū  
moerere inuidiam, quia aliud non habuit, quo suo fermento palparet blandius,  
ubi enim defecit in iure diuino, cucurrit ad ius humanū, probaturus per ipsum  
ius diuinum; neq̄ sic tamen rideri oportuit, quæ tantus theologus tētare.

Conciliū Cō  
stantiense  
tanq̄ ius diu  
inum.

Cui ego duo concilia antiquiora & celebriora, Nicenum & Aphricanū, con  
tra unum opposui, deinde & ipsum Constantiense non recte fuisse ab ipso & fer  
mento nequitix, cui tum seruiebat, intellectum, Nicenum enim conciliū dei  
creuit, Rho. Pont. debere curam habere ecclesiarum suburbanarum, sicut Alex  
andrinum Aegypti, deinde episcopos, nō, ut modo ex urbe emptis pallijs & po  
testate, sed per uicinos episcopos ordinandos esse, ut lib. eccle. histo. x. scribitur.  
Hic utro anguilla ista aiebat, hoc, ut hieret, pmissum esse a Rho. Pontifici  
bus, fingēs ut solet, ex capite pprio glossas nouas, quasi nō ipsissime & hæreti  
bus, fingēs ut solet, ex capite pprio glossas nouas, quasi nō ipsissime & hæreti  
bus, fingēs ut solet, ex capite pprio glossas nouas, quasi nō ipsissime & hæreti

Nicenum &  
Aphricanum  
conciliū.

cissime fecissent, tam Rho. pontifices, q̄ Nicenum concilium, si uel statuerent uel permitterent quod esset contra ius diuinum. Nam si est ius diuinum, Rho. pontificem omnia in omnibus ecclesijs posse, non est in eius potestate permittere contrarium, uel una hora fieri, nec in concilij potestate contrarium, aut de Rhom. pontifice, ut inferiore suo disponere, aut diuersum, aut aliud, statueri, non magis certe, q̄ in potestate eius sit, permittere aut statuere supra & ad altera licere. Ita fiebat, ut miser Rhomanæ potestatis tutor & patronus, primatum hunc tueri non posset, nisi blasphemaret, tum sacratissimum Nicenum concilium, tum ipsos pontifices, dum eos soluisse ius diuinum asseruit.

Primum non  
tueri probe

Quid est hæreticum & blasphemum, si hæc Ecclesia modesta non est hæretica & blasphemica? sed sic loqui debet, qui loquitur, ut hominibus placeat.

Concilium Africum  
autem non  
fuit in  
synodo

nam cum concilium Africanum, ut habetur dist. xcix. ca. primæ, prohibuit Rhom. pontificem appellari uniuersalem pontificem, dicens in hunc modum Vniuersalis autem pontifex, nec Rhomanus appelletur, hic sibi tēperauit quidem a blasphemia, non dicens, quod contra ius diuinum aliud permissum aut statutum sit, sed glossam certe tanto theologo dignam effinxit, quam nō ponerem, nisi eam scirem gloriæ audidissimo disputatori satisfacere, & gloriam absolutam ei parere. Dixit enim, & si Rhomanus pontifex non sit appellādus uniuersæ falsis pontifex, tamē appellari debet uniuersalis ecclesiæ pontifex. Risum quæso teneas amice, sine suum fermentum ridere. Nemo enim dignius rideat ad tam insignem glossam. Ego glorior me tot expensis non frustra Lipsiæ moratum, saltem hoc didicisse. Non est uniuersalis, est tamen uniuersalis ecclesiæ episcopus, non est forte etiam Moguntinus, est tamen Moguntia ecclesiæ episcopus.

Pontifex non  
est uniuersal  
sed uniuersal  
lis ecclesiæ.

Prompte rē  
dent magistri  
nostri.

Non oēs arti  
culos Cōcili  
eiz dānatos,  
et hæreticos.

Hæreticæ pra  
uitatis i gēro  
res duces cō  
ciliū Cōciliū.  
Propositio  
hæretica.

Batis est uere  
& catholice  
loqui.

ueritas semp  
temeraria.

Hæc ad mea duo concilia ille opposuit, nam Nicenum per uerbum permisit Africanū per nomen, ecclesiæ soluit, adeo facile est magistris nostris eximijis magnas quæstiones soluere, & etiam conciliorū authoritati detrahare, quia tamē mirum est, q̄ seoleant alios strenue ad hæresim adigere. Nunc uide an ego melius uel peius ad suū unicum responderim. Certum est non omnes articulos Cōstantiæ damnatos, esse hæreticos, sicut temerarie & impudenter latrabat Eccius, quod probo euidenter. Primum ex ipsius uerbis, quæ sic habent, Quidā ex eis sunt notorie hæretici, quidam erronei, alij blasphemij, alij temerarij & seditionosi, alij p̄tarum aurium offensiu. Hæc ibi. Nōne clarū est hæc uerba esse eorū, quos hereticæ prauitatis inquisitores uocamus? quos in eo Cōcilio apparet tyrannidem obtinuisse, nam horū pene alia non est uox, q̄ hæc. Ista propositio est hæretica, ista scandalosa, ista seditiosa, ista offensiu. uel certe spiritus factū nimio presentem, illis ludētibz aut dormitātibz, uigilasse, ut coacti sint omnino imprudētes, propria uoce testari, se quosdā damnasse, nec hæreticos nec erroneos ac p̄ hocce atholice, Christianos & ueros. Nā si dixissem sine discretiōe, omnes esse hæreticos simul & erroneos, simul temerarios, simul offensiuos, nō pateret ueritati locus aut fuga. Nūc ipsi discernūt hæreticos ab erroneis, & ab utrisq; temerarios & seditionos. Dicā ergo, quid ad me, si temere & offensiu loquar, modo uere & catholice loquar? Tu uo te urgeo gladio, alios hæreticos dicis, ut quos in fidem peccasse certum sit, alios erroneos, forte, qui in mores & statuta hominum peccāt. Iā de reliq; triūpham, eos neq; in fidē neq; in statuta morū peccare. & si forte teneras auriculas, ueritatis ipatētes mordaci offēdat, sufficit q̄ sint fideles & ueri; semp ita fuit, q̄ ueritas esset temeraria, mordax, seditiosa, & offensiu. Ita ego credo hūc unū esse offensiuos, Ro. Pōtūcē nō esse iure diuino dñm

omnium

Uita fortia  
F270209

Contra Constantiam

Ap̄t̄ hūc hūc  
Blandiuntur, comparant, p̄diciunt  
P̄p̄t̄ hūc hūc

oim in potestate. Quid em atrocius offendit qd magis temere dici hodie, & a multis annis potuit: Ita & ille in auribus Thomistarū offensiuus est, quē Gregorius Ariminensis esse, immo Pauli & Ang. supra esse dixi, omnem scilicet actū hominis esse auctōnū, aut malum. Ego quidē rogabā mihi donari, ne omnes articuli a Concilio damnati dicerētur, sed ab aliquo Thomista quosdam Christianissimos intrusos, ut est iste; Omnis actus hominis, aut est bonus aut malus sicut omnis arbor aut est bona aut mala iuxta euāgelium, sed noluit, verū quid ad me, quod Thomistę offendunt ueritate: sufficit quod sit neq; hereticus, neq; erroneus. Aut si est hereticus & dānatus, iam quid Eccius faciet, qui contra laudabile illud concilium Constantiense, pro laudabili eodem cōcilio disputans, concessit Carolo studio, ipsum esse uerum & catholicū, nec scholasticos doctores aliter sapuisse, ut dixi supra. O horrendum facinus, quod Ecce ecclesie sanctorum patrono sit intollerabile, q; Boemorum & hereticorū, ut eius uerbis tonem patronus cum concilio contra conciliū sentit, & ut cū suis doctoribus Christianus sit, hereticus efficitur. Sed, ut dixi, Ecclesie modeltate priuilegiū est, sibi ipsi libere dissentire, & in re eadem contradictoria tenere, sicut & Viennę fecisse testatur, & forte etiam Bononię. Claret ergo concilium Constantiense non contra me pugnare, nec hereticum, nec erroneum, immo catholicum & ueracem ex eodem me probari, ut sic stet concordia cum Niceno & Aphricano concilio & Constantiensi. Quod autē hæc non uidit Eccius, & sua farina, deinde & hereticę prauitatis inquisitores, in causa uidetur esse, quod omnes ij promptiores ad contumeliam heretici opprobrii sunt, q; tatos deceat populorum magistros, & hæc cecitate percussi, sicut scripturas sacras, & sanctos patres legūt, ita & omnia alia: hoc est, non cogitant q; bene & q; diligenter, sed ad quatum odiū & inuidiam aliorum legant. Ideo quicquid alienum a suo sensu audierint, mox hereticum quoq; affirmant, suam iuxta & ositantiam in legēdo, & temeritate in iudicando omnibus ludibrio exponentes.

Deinde, si non placet ista conciliorum concordia, & pertinaciter mihi Constantiense unū contra duo obtendatur, iam nō difficile mihi erit statuere, utrius autoritas debeat preponderare. Nam cū concilium possit errare, potius Constantiense, q; Nicenum & Aphricanum errasse cōsiteri: quod hæc longe felicitius q; illud processerint & egerint, ac iam diu sacris Euangelijs, etiam præ ceteris concilijs, comparata sint, præsertim Nicenum: ad quā gloriam Cōstantiense necesse peruenit, & in hoc imitabor nouissimum Rhomanū concilium, in quo Basilicę se damnatum est, & Constantiense quoq; passum nō parua sui autoritatis detrimenta, dum Papam supra concilium esse sanxit, cuius contrarium in Constantiensi definitū est. Atq; ita inuicem sese reprobantia concilia, interim satis nos tutos reddunt, & liberos ad contradicēdam utrisq; que enim sibi dissident, cui conuenienter atq; hæc latius, deo dante, cum Eccius in publicum se dederit.

Verum quando, ut dixi, hæc disputatione magis tempus est perditum, q; ueritas quaesita, nolo propositionum mearum resolutionem in lucem dare, confusus maiorem cognitionis fructum hinc prouenturum, q; si bislepites ad hęc modū disputetur. Quare si cui uidear errare, age consuetet errorem, si odit: aut rectoria doceat, si diligit.

Habes mi chariss. Spalatine, historiam ferē totam, nam si qua alia non dixi, ad reuerentiam uniuersitatis Lipsiensis mihi charissimæ non dixi, ne regis Idumęe ossa ad cineres redigerem. quamq; nisi scirem hoc meis peccatis debitu, satis indigne ferre, me t̄ sterilibus negocijs occupari, de indulgentijs, primatu, & priuilegijs, alijsq; ad salutē nihil necessarijs rebus

*Regius Ariminensis*

*Eccius cōtra conciliū Constantiense, alijs qua concessit*

*Modeltia Ecciana sibi libere dissentit.*

*Temere dissentit prauitatis inquisitores.*

*Veterū conciliorum auctoritas.*

*Concilij de p̄sentibus*

*Martinus de let. scilicet indulgentijs, primatu, priuilegijs, hoc est nugat mentis occultatum.*

**Sallum dicitur a principe.** rebus, quibus ab optimis nostro seculo studijs auocor indignabundus. Nam ut illustribus, princeps dux Georgius, prudentissime ambos nos uerberans, dixit: si ue hoc sit iure diuino, siue humano, Rho, Pōtīfex est, & manet summus pontifex, ita uero dixit, & non leuiter inuulē hanc nostram disputationē insigni hae modestia taxauit.

**Pactū Marti nus seruat.** Persuasus uero sum, ubi hae uiderit Eccius meus, Eccianacj factio, statim uo ciferatos esse, non seruasse me foedus, nec conuentioni paruissē, ubi cautū est ne disputatio inuolgetur ante decretum iudicū: Quasi uero ullum pactū nobis unq̄ seruauerint ipsi. Respondeo tamē, me cōuenisse ne per nos disputatio euul getur ea, quae manu notariorum excepta est, cetera uero exemplaria, sicut p̄mit rebatur cuiuslibet sibi eadem colligendi potestas, quis phibeat ne adantur? Sed esto, nec ipsa adantur, meum Notarij exemplar non adetur, polchre ita seruatō pacto. Verum ne praeterea scriberem, non pepigi, immo palam protestatus sum cum iniquioribus nostram libertatem conditionibus uearent, ne praesumerēt me taciturnum, itaq; nolo tacere. Sed finge me ita pepigisse, rogo, uter primo sol uit pactū: Nonne Eccius, qui, ut audio, ampullosus & iniquissimis literis, etiā illustrissimū principem & patronum nostrū, quem suae factioni stupidissimae si milem somniat, corrumpere molitus est, pessima de me, quantum potuit recec/

*scripsit notor. vany*

**Eccius literę ad principē, quibus pactum, et allegatur.** sens, quasi negassem S. patrum simul omnīū sententiā, mihi soli arrogarim scri pturę intelligentiā, concilia negarim, haeticos defenderim, his em̄ mendacijs homo ille purus & sanctus theologus, tam sacrū & uenerabile caput ausus est tentare, & me coram optimo principe tam egregie cōmēdare. Quid ad alios pu tas, scribit & loquitur, sine scilicet pacti uiolatione, qui ad nostrum patronum ista scribit: Aut quid apud aemulos meos uerum dicit, quem ad talem, tā prudē tem, tā formidabilis iudicij principem mentiri nihil pudet: Audio deniq; cōflas se cum quasdam interpretationes super articulis quibusdā, mihi per iniquitatis, & mali sui cupidos fraterculos impositis, atq; iterum me coram magnatibus, mi ra charitate Manicheum, Hussitam, Vuicelēstam, & nescio quō generibus her reticum descripsisse. Sic solet Ecciana modestia seruare pactū, uerum hanc su/

**Mentitur Ec cius.** am insaniam mihi facile est contemnere, qui norim hominis ferme totam sup/ pellectulē. Atq; ubi illa sua genimina in manus meas uenerint, spero quod Ec cius meum digne & magnifice tractare possim, si qua tandem uia intelligere pos sit, quid sit multa pacisci & nihil seruare, & tamen ab alijs seruanda exposulare atq; his omnibus aliud nihil querere, q̄ ut noceat & ueritatem conculet.

**Multa conel/ derūt sub Ec cio Theolo/ gic scholasti ca dogmata.** Interim mihi sufficit, quod carnifex illa cōscientiarum theologistria, cui totū debeo, quod mea conscientia patitur, cecidit in hac disputatione. Nam prius dē dixeram: Meritum aliud esse congrui, aliud condigni, facere hominem posse qd in se est, ad obtinendam gratiam, posse remouere obiecem, posse nō ponere obi cem gratiæ, posse implere praepcepta dei, quo ad substantiam facti, licet nō ad in/ tentionē praecipientis, liberum arbitrium posse in utrūq; contradictoriōrū, no/ Juntatē posse ex puris naturalibus diligere deū super omnia, posse ex naturali/ bus haberi actum amoris, amicitiae, & id genus monstra, quae pro primis ferme principijs feruntur scholasticae theologiae, & omnīū libros & aures impleuerūt. At nunc si oēs errores, sub Ecciano p̄sidio & triumphandis signis, factis strenue ceciderunt, sine ullo ferme Marte contenti ad solum conspectum daorum pro positionum Carolostadij, quarum prior haec Augustini: Liberum arbitrium sine gratia nihil ualet, nisi ad peccandum: Posterior Ambrosij haec: Liberum ar/ bitrium

bitum sine gratia tanto citius propinquat iniquitati, quanto fortius intenderit actioni. Similia trophaea & spolia retulerunt ferme & indulgentiae ex hac p[er] gna, quas non mitiore, ut garrunt, sententia utiles esse admisi, sed utiles solum pigris & stercenibus; caeterum infantiam esse defendi, si quis eas bonas & utiles esse Christiano homini dixerit.

Indulgentia  
mutata.

Hac inq[ue] mihi interim satis sunt euenisse ex hac disputatione, quae ideo reci-  
taui, ut instantiam gloriosam Ecclesiae haeresis aliquantulum iuuaret. Caetera  
ubi haec quispiam eorum impetierit, fortasse dabit dominus in lucem uenire.

Vidisse te credo Ecc[lesi]ae excusationem aduersus Philippum nostru[m] satis digna[m]  
Ecc[lesi]ano genio, in qua homini etiã in sacris literis, terq[ue] quaterq[ue] omnibus Ec-  
c[lesi]is doctiori, densq[ue] & fordida[m] illius Ecclesiae theologiae non ignaro, approbrat  
pro magno uicio grammaticam professionem. Tam recto sunt iudicio magis  
sibi illi nostri eximij, ut eruditionem mererentur secundum qualificationes Lu-  
th[er]i & inanes titulos. Conatus est & eundem mihi inuidiosum reddere, d[omi]ni mi-  
hi & ingenium & eruditionem, nescio quantum tribuit. Nam ut hoc etiã scias,  
me quoq[ue] non nihil gloriae retulisse ex disputatiõne ista, Tribuit mihi Ecc[lesi]us eru-  
ditione[m], tribuit & Lipsiensis, adeo quantum fama cepi, ut nisi Ecc[lesi]o subsidi-  
arias opes sufficissent ipsi, fateantur Ecc[esi]um a me fuisse prostratum, atq[ue] ita ui-  
ctoria tam ab Ecc[esi]o in Lipsiensis incipit migrare. Rursum dicitur illum magni-  
ficum contemptore[m] Lipsiensis habuisse pro bonis quide[m] hominibus, sed in qui-  
bus longe plura sperasset, & se solum omnia fecisse. Ita uidēs nouam quandam  
Iliada[m] & Aeneida[m] illos c[ar]ere, & me saltem Hectora[m] & Turnu[m] arbitrari, quo il-  
li Achille & Aeneam statuant, nisi quod in hoc uictoria fluctat, an suis id Ec-  
c[esi]us praestiterit, an Lipsiensium uiribus & copijs. Ceterum est ipsam solum sem-  
per clamasse, illos autē semp[er] tacuisse, putas ne magnas me illis debere gratias?  
Sed redeo ad Philippum, quē tantum abest, ut ullus Ecc[esi]us mihi reddere possit  
inuidiosum, ut in omni mea professione nihil ducam antiquius Philippi calcu-  
lo, cuius unius iudicium & autoritas mihi stant pro multis milibus fardidorum  
Ecc[esi]orum. Neq[ue] me pudet, & si magistrum artium philosophiae & theologiae, &  
omnibus pene Ecc[esi]i titulis insignem, si huius mihi Grammaticae dissenierit in  
genium, meo sensu cedere, quod & saepius feci, & quotidie facio, ob diuinu[m] do-  
num, quod deus in hoc fictile uasculum, Ecc[esi]o quidem contempibile, larga be-  
nedictione infudit. Philippum nō laudo, creatura est dei, & nihil: sed opus dei  
mei in ipso uenero. Nec Ecc[esi]um uitupero, sed crassas istas seminada[m] discordia[m]  
& inuidia[m] excitanda[m] uasificas toto corde detestor, abominorq[ue]: quas neq[ue]  
frequentiores, neq[ue] maligniores usq[ue] uidi, q[ua]m in Ecc[esi]o; quibus & pene  
totius nostrae disputationis farraginem fermentauit, nam hac una  
sola pene re pessima potens est Ecc[esi]us, ad rem theologiam

Philippus  
Melichthon  
Theologiae  
Scholasticae  
eximie do-  
ctus, Miracu-  
lum ingenio-  
rum.

Sancti Augustini: Ep[iscop]us h[ab]uit inu[er]s[um]

Ecc[lesi]o Lipsi-  
ensis uoluit  
suppetas ec-  
tra Martinu[m].

Philippus  
certi iudicij

Ep[iscop]us

ὁμοῦ ἡγοῦσθαι ἄλλοιαν. Sed iam ad resolutiones accedo, tu interim

cura, ut illustris, principi Ecc[esi]um commēdes, sicut

seipsum commendari meruit, quanq[ue] nihil

hoc officio sit opus apud tantum

principem. Vale Vuitten/

bergae. M. D. XIX.

Assumptionis

Mariae.

FINIS.



# RESOLVTIO LVTHERI

ANA SVPER PROPOSITIONE SVA DECI  
MATERTIA, DE POTESTATE PAPAÆ.

M. LVTHERIVS AD LECTOREM.

Paradoxon  
nullū audet  
proponere.



Oxor ego solus fere mortalium, disputatiōibus meis aut nullum interfecere paradoxum, aut mox simul effunde/re totum secretum. Adeo ceteri omnes, cum ambulēt in mirabilibus sup se, & nō modo paradoxata, sed & pleu/doxtata, pposuerint, hęc hnt gratiā, ut longe distingat inter ea quę sic ostēdāt & ea q̄ plane in populo docēt, aut domi fabulant. Vnus est Lutherius, q̄ & pronocat & ut rapitur ad pugnam, disputationem, & simul exigitur dice re & rationem ante tempus reddere; aut ita dicere disputaturus, ut a cordonibus quoq; intelligi possit, quod si non fecero, mox hæreticus, blasphemus, scādalosus sum; sic mea habet fors mi lector, sed non timeo, donec Christus uiixerit, qui simili, immo maiore inuidiā laborauit, cum suis diuinis paradoxis superbos falleret, ut qui uidentes erant, cæci fierent; quę tamen nisi post ascensionem suo tē pore per spiritum sanctum renelare noluit. Ita sunt istę meę aduersus Ioan. Eecium postq; propositiones, maxime decimatertia de potestate Papaę, ut superbā inuidissimam faciē suā luderet, præsertim cum mihi rem fore cum lubrico collu/ctatore intelligerem. Quare te lector iudicem eligo, quisquis fueris, adeo nihil in hac propositione periculi mihi timeo, quantum ad ueritatem attinet. Ceterū si inuidiā aliud fecerit, suum opus fecerit, tū modo candide & libere iudica, Vale.

## PROPOSITIO ECCIANA.

Romanam ecclesiam non fuisse superiorem alijs ecclesijs ante tempora Syl/uestri negamus. Sed eum qui sedem beatissimi Petri habuit & fidē, successorē Petri & uicarium Christi generalem semper agnouimus.

## PROPOSITIO LVTHERIANA.



Romanam ecclesiam alijs ecclesijs fuisse superiorē, probatur ex frigidissimis Decretis Romanorum pontifi/cum: contra quę sunt textus diuinę scripturę, historię approbatę mille centumq; annorum, & decretum concilij Niceni omnium sacratissimi.

Primum uides, lector, de re ipsa nos nō admodum dissentire, sed de causis & origine rei, nam nec ego nego Roma, Pontificem esse, fuisse, fore primum, nec de hoc disputo, nec hoc queritur, sed an probationes ualeant, quibus id asserit. Mihi sane, quod fateor, maxime omnium displicet, quod in ecclesia aliquid as/sectum

Ro. Pontifex  
superior est.

*Non quod sumus potestati obediunt.*

sertum, studio adulationis uel mendacis probatur, quibus ecclesiam & fidem nostram aduersarijs ludibrio exponamus. Nō eget ecclesia Christi nostris mendacis, super fidei petram stabilitur, non abhorret discuti & inquiri, inde factū est, ut Rho. pontificum adultores in hoc primatu, iam diu suspicionem tyrannidis passi sint, dum uelut male fidei possessores non permiserūt huius rei ueritatem libere inquirere & disputare, quod tamē in omnibus etiā diuinis rebus (modo primatū hunc non tangerent) libentissime permiserunt.

*Tyrannidis suspicio, qd de pte non sine disputa te.*

Omitto itaq; Ecclētiā propositionem, quā ut inuidiose & subdole posita, me non capere fateor, nam sine ulla causa hanc in publico mihi inuidiam mouit, cū hanc materiam in nullo meorū dīctorū tractarim, sed adulator sua querē sit, etiā cum fratris sui pernicie, deinde quod homo suauis uicarium Christi & Petri successorem non asserit, nisi & fidē habeat, in quo aut insanit, aut multos pontifices Romanos negat uicarios Christi fuisse, & fore posse, ut quos si dem habuisse nesciamus: atq; quod omnī intolerabilissimū est Ro. pontificibus, sanctitate & pietate necessarijs eos onerat, cum apud nos rarus sit etiā eius uicariatus & pontificatus, qui sine fide & sanctitate sit.

*Pontifex esse potest qui nō habet fidem.*

Sed age, lubricam hanc angustam differam, & duo in mea propositione faciam. Primo, adducam firmamēta, quibus primatus iste stabiliri fideliter posse mihi uideatur, ita ut per ipsa etiā hereticis & schismaticis efficaciter resisti possit. Deinde ostendam, quod nihil faciant decreta & probationes, quibus hucusq; nōxi fuerunt, qui eundem primatū statuerunt.

DE PRIORE PRIVS.

Primū, quod me mouet Ro. pontificem esse alijs omnibus, quos saltem nō uerimus se potēstis gerere, superiorem, est ipsa uoluntas dei, quā in ipso facto uideamus, neq; em sine uoluntate dei, in hanc monarchiam unq; venire potuisset Ro. pontifex. At uoluntas dei, quoquo modo nota fuerit, cū reuerētia suscipienda est. Ideoq; non licet temere Ro. pontifici in suo primatu resistere.

*Probatiōes monarchie pontificis. Ex uoluntate dei arguitur superioritas Papæ.*

Hæc autē ratio tanta est, ut si etiā nulla scriptura, nulla alia causa esset, hæc tamen satis esset ad cōpescendā temeritatē resistentium, & hac sola ratione gloriosissimus martyr Cyprianus per multas epistolas confidentissime gloriatur cōtra omnes episcoporū quoruēcuq; aduersarios, sicut, iij. Reg. legimus, Quod decem tribus Israel discesserunt a Roboam filio Salomonis, & tamen quia uoluntate dei, sine autoritate factum est, ratum apud deum fuit.

Nam & apud Theologos omnes, uoluntas signi, quā uocant operationem dei, non minus q̄ alia signa uoluntatis dei, ut præcepta, prohibita &c, metenda est. Ideo non uideo, quomodo sint excusati a schismatis reatu, qui huic uoluntati cōtrauenientes sese a Rom. pontificis autoritate subtrahunt. Ecce hæc est una prima mihi insuperabilis ratio, quæ me subijcit Rho. pontifici, & primatū eius cōsideri cogit.

Secunda, si iuxta præceptum Christi cedere aduersario iubemur, & qui angariarit nos mille passus, eundē est cū eo & alijs duobus milibus, quāto magis si Ro. pontifex exegerit in suo principatu, cedendū, siue id iuste, siue iniuste exegerit. Nam in cōparabiliter minor res est principatus iste, q̄ unitas & charitas & humilitas propter ipsam per nos dissoluatur. Ideo non dubito peccare eos, qui in dissensionem sese tradunt, & spiritus aeternam unitatē propter hanc temporalem terrenam excellentiam fugiendam dissoluant; ferenda enim sunt omnia, quæ peccata non sunt.

*Peccant monarchie pontificis resistentē.*

Tertia, quod si ppter peccata nostra nos deus uoluerit premere multis principibus

*Malis principibus obsequium.*

cipibus, sicut in Prouerbijis dicit Salomon: Nunquid resistendum est flagello dei: propter peccata, inquit, populi, multi principes eius. Proinde, quando nostrū nō ē desinire, irata ne an propitia uolūtate deus nobis quoscūq; principes dederit: hoc nostrū est, uoluntatem eius pio, simpliciq; timore suscipere. Quo modo etiam si sub Turca nos esse uellet, Turca subesse libentes deberemus.

Potestati res  
sistentes, deo  
resistunt.

Quarta, Rho. xij. apostolus dicit: Omnis anima potestatibus sublimiorib<sup>9</sup> subdita sit, non em̄ est potestas nisi a deo, quęcūq; autem a deo sunt, ordinata sunt: Itaq; qui resistunt potestati, dei ordinationi resistunt: qui autē deo resistūt ipsi damnationē sibi acquirunt. Hac certe oīm robustissima, quācū ego capio, causa, nos Ro. Pontifici subiecti sumus, in qua clare asserit, nullā potestātē ne esse quidē posse, nisi a deo. Cū autē Ro. pontificis potestas tā sit robustissime stabilita, ut uideamus, certē oportet dei ordinationē hęc nō impugnare, sed quantūquam est, humiliter sustinere, etiā si iniusta esset, & iudiciū deo relinquere.

Quinta est beatus Petrus docens, ut subditi simus omni humanę creaturę, quia sic est uoluntas dei. At humanā creaturā uocat magistratus hominū arbitrio institutos, ut clarū est ex sequentibus, ubi dicit, siue regi tanq; præcellenti, siue ducibus, tanquā ab eo missis. Cū autē & Rho. pontificis potestātē arbitremur humano decreto statutā, & ordinante deo sic roboratā, sine crimine non est, qui sese fux autoritati subduxerit.

Consensus  
fidelium.

Sexta, ad hoc facit unus ille consensus omnium fidelium, qui hodie sub Rho. Pontifice sunt, nā cū potestas illa sit res temporalis & longe submittenda unitati fidelium, nō sine foeditissimo crimine esse poterit, si propter rem temporalem, hunc tot fidelium cōmunem sensum despexerit, hoc est, Christum negauerit, & ecclesiam contempserit. An possibile est, Christum non esse inter tot ac tantos Christianos: Si autem Christus ibi est & Christiani, cū Christo & Christianis standum est in quacūq; re, quę contra dei præceptum non fuerit. Hac in quā ratio fortis est, & insolubilis, & ex his possunt multe alie formari, quin huc potest uniuersa scriptura duci, ut quę ubiq; charitatē, humilitatē, unitatē spiritus, & timorē diē cōmendet, nō uiolandas esse pro ulla re mundi, nedum pro unius uno pontificatu uel primatu, etiā si solo iure humano esset institutus, & hac ratione, ut mihi uideor, longe melius stabiliretur Ro. pontificis monarchia, si uoluntatē dei & consensum fidelium non tantum subditi, sed & Ro. Pontificis attendere & timere cogerentur, q̄ dum uelut iure diuino teneant, si & terrore extorquerent, nisi nisi odiū sibi accendant in subditis, & sese per se curitatē in tyrannidem paulatim confortant.

#### DE POSTERIORE.

Quod probationes hucusq; habitę nihil sint, tripliciter ostendā. Primo sententias adductas dissoluendo, Secundo, Canonis seu Decretalis inefficacē probationē. Tertio, rationes robustissimas adducendo.

Ad primū, duę sunt auctoritates scripturę, quibus creditum est stabiliri primatus Rho. ecclesię.

Primo adducitur illa auctoritas Matth. xvi. Tu es Petrus, & super hęc Petrus ædificabo ecclesiam meā, Et tibi dabo clauis regni cœlorū &c. Ex hoc enim te/xtu elamant Petri solū acceptille clauis præ ceteris apostolis.

Sed quod hæc nihil faciant, probō.

Primum, quod ipsimet Iuristę primatus huius assertores recedūt ab hoc sensu, & negant hoc uerbo Petro datam primatatem, consequenter & Rho. Pontifici, sicut glossa in c. considerandum, dist. 1. Et Panor. de elect. c. significasti, unde

Rom. 13

Non

109

109

Quod non passio Iuristę. Primū, quod ipsimet Iuristę primatus huius assertores recedūt ab hoc sensu, & negant hoc uerbo Petro datam primatatem, consequenter & Rho. Pontifici, sicut glossa in c. considerandum, dist. 1. Et Panor. de elect. c. significasti, unde

unde dicunt, Non hoc uerbo, sed illo uerbo, Pasce oues meas, Petro esse collatum pontificatum ecclesie. Si ergo ipsis lustris licet negare tot textus expressos Decretorū, & dissentire omnibus, quæ dis. xvij. xvij. xix. xxj. xxij. tam copiose & pertinaciter, ex hoc uerbo Matth. statuitur: Cur mihi non liceat frigidissima decreta appellare theologo, cum ea negare & annihilare liceat lustris? persequantur primū seiplos, maioris criminis reos, aut si ueniam merentur Decretorū negatores & grassatores, sine peccato erit, qui inefficaces asserit, & frigiditas decretorū probationes, neq; enim ego ea negauī, sicut illi, sed frigere tantū ad probandū dixi, sicut re uera frigent, nisi quod ad locupletandū locum ualent exempla eorum, quæ per uim dicuntur, & in alienam sententiam trahuntur. Nihil ergo probatur hoc textu, a quo ipsemet discedat, nihil istis decretis probatur, quæ ipsimet negant, neutrisq; cōsulant.

Et mouentur ad hoc factis forti ratione, quæ aduersarios reddat inuictos, scilicet hæc, quod Christus (ut etiam beatus Hiero. eodē loco exponit) non tradidit clauē, sed promittit dītaxat; Ideo currendum esse ad locum, in quo tradidit clauē, & tunc inuenitur illud Iohannis ultri, quod nō ad Petrum, sed ad omnes dicit: Accipite spiritum sanctum, quorū remisistis peccata &c. lxx quibus uerbis liquet, non solū quibus in Petro clauē promiserit, nempe toti ecclesie, sed etiam quid per clauē promissas intelligi uelit, nempe remissionem & retentionem peccatorum.

Secundo, quod idem uerbum Christi male decreta aptant soli Petro & Ro. pontifici, nam apud sanctos patres Christus hoc uerbū dixisse ad ecclesiam & omnes apostolos in persona Petri, asseritur: quorum primus est D. Hiero. qui hoc loco interpretatus uerbum Petri, dicit: Petrus ex persona omnium apostolorū constituitur, dicens, Tu es Christus filius dei uiuī. Et in hoc sequitur suum (ut solet) Origenem qui idem eodem loco sentit.

Chryostomus autē, & si hunc locum totum in Petri laudem trahat, dicens eam caput & pastorem constitutum ecclesie futuræ, & toti orbi præpositum, tamen & ipse uocat eum os apostolorū, quod uice omnīū responderit, dicens: Petrus omnium apostolorū os, uertex cōsortij totius, cum omnes interrogati essent, ipse solus respondet. Ergo non ad solum Petrum iste locus pertinet, sed ad omnes, etiā si primus & princeps inter apostolos ipse fuerit.

Beatus Aug. Psal. cvij. sicut quædā dicuntur, quæ ad apostolum Petrū proprie pertinere uideantur, nec tamen habent illustrem intellectū, nisi cum referantur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personā propter primatum, quæ in discipulis habuit, sicuti est, Tibi dabo clauē regni celorum, & si qua huiusmodi: ita ludas personam sustinet quodam modo inimicorū Christi &c. Vides quod clauē ecclesie, in persona Petri datas asserit. Idem lib. i. de doctr. Christ. c. xvij. Has igitur clauē dedit ecclesie suæ, ut quæcūq; solueret in terra, soluta essent & in cælis.

Et cur non nos ipsi potius textū & uerba Christi consideramus, qui nos clari per seipsum instruet?

Dicit itaq; uenit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogauit discipulos suos, Quæ dicunt homines esse filium hominis? &c. ubi significat B. Hiero. dictum obseruat, aliter Christū interrogasse de se, quando hominū, aliter, quā do apostolorum sententiam quaesuit; illos uocat homines, hos autē deos esse significat, deinde de hominibus quaerens, filium hominis se appellat uelut natio nomine. At apostolos quaerens, me inquit, certam & singularem personam

Frigida decreta.

Promiserit et tū clauē Petro.

Clauē quid sint.

Tibi dabo &amp;c. ad omnes apostolos dicitur intelligitur.

Petrus os apostolorū.

Ecclesie tradit clauē.

Circumstantia textus.

monstrans. Atq; ubi de hominibus querit, nullus designatus discipulus respōdet: ad significandū, quod sine nomine sunt, qui indigna de filio dei sentiunt. Quibus adde & hoc, quod opiniones inconstantes sunt hominum de Christo. At ubi apostolos de se interrogat, tibi signatus unus certus respondet, & cōstantem absoluit & pronunciat fidei confessionem, ut ueram Christi cognitio nē in unitate & firmitate consistere, non multorū opinionibus uelut arundinē item agitari doceret. Vides ergo adhuc nihil ad Petrum proprie pertinere, nisi quod cōmune organū est omnium apostolorum.

Iam illud uide, quod & a laicis obseruati ipse didici (est em̄ etiā in laicis sp̄iritus Christi) uerbū hoc Christi nō posse ad solum Petrum, dictum intelligi, quia Christus non solū Petrū, sed oēs apostolos requisit, dicens: Vos autem quē me esse dicitis: non dixit: Tu Petre, quē me esse dicitis: Nisi ergo per Petrum omnes discipuli respondissent, certe discipuli non fuissent, nec magistrū audissent, nec fatiscissent interroganti, quod est impiū de apostolis sentire.

Relinquitur ergo quod Christus responsum Petri acceptarit, non pro solo Petro, sed pro toto collegio apostolorum & discipulorum; alioquin & alios q̄ q̄ denuo interrogasset.

Ex quibus ulterius sequitur. Quod sicut Christus personam respondētis Petri pro omnibus acceptat, ita sequenter quoq; non ad solum Petrum, sed ad omnes, quorum persona Petrus loquitur, dicit: Tu es Petrus, tibi dabo clauēs &c. Alioquin scriptura non recte intelligitur, nisi præcedentia & sequentia recte conferant. Atq; ut hoc eo sit certius, non soli Petro a Christo aliquid dictū esse, exponit seipsum Christus, cui loquat̄, & cui tradat clauēs, dicens: Beatus es Simon Bariona, caro & sanguis nō reue. tibi, sed pa. me. q̄ est in cœlis.

Obsecro, quid hic potest contra uel fingit̄ quid apertius dici, q̄ quod Petrus in hac persona nō est Petrus, nō est caro neq; sanguis: sed est is, cui reuelat̄ pater, omnino Petrus extra hominem ponitur, & iam non est ulla persona p. se, sed reuelantis patris auditor. Non Simon Bariona hæc respondet, non caro & sanguis, sed reuelationis paternæ auditor, potest ne hic calumniator ullus uerbum Christi ad Petrū hominem torquere? Quid ergo: is qui auditor est paternæ reuelationis, huic dantur clauēs, non Petro, non filio Ioannis, nō carni & sanguini, quod si ita est, pronū iam sequitur, quod nulli priuato homini dantur clauēs, sed soli ecclesiæ, quia de nullo priuato homine certi sumus habeat nec ne reuelationē patris. Ecclesia autem ipsa est de qua dubitari non licet, cū sit corpus Christi, una caro, eodem spiritu uiuēs, quo Christus. Ipsa est Petrus ille auditor reuelationis, & acceptor clauium, quia hic symbolum ita firmiter,

Credo ecclesiam sanctam, cōmunionem sanctorū, non ut nunc aliqui somniant, credo ecclesiam sanctam esse prælatū, uel aliud quod fingunt. Totus mundus cōstituitur sese credere ecclesiam sanctam catholicam aliud, nisi illi esse, q̄ cōmunionem sanctorū: unde & antiquitus articulus ille, sanctorum cōmunionem, nō orabatur, ut ex Russini symbolo exposito uidere licet, sed glossa aliqua forte Ecclesiam sanctam catholicam exposito cōmunionē sanctorū, quod successit temporis in textam relatum, nunc simul oratur. Sed o necessarium & optabilissimum factum propter eos, qui ecclesiam hodie quiduis potius uocāt q̄ cōmunionem sanctorum.

Sequitur autem, Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Si p̄ hanc petram intelligimus potestatem papæ, uide quid facimus. Primum sequitur, quod ecclesia primitiua apostolorum non fuit ecclesia, quia Petrus (ut solidis

probem

Organū apo  
stolorum est  
Petrus.

Petro si quis  
& caro nō re  
uelatur, ipse  
nō ut Petrus  
respōsum ac  
cepit.

Ecclesia sc̄a  
catholica.

Cōio sancto  
rū ad symbo  
li adiectiōem  
V. oia

Sup hanc pe  
tram. p̄ctio  
nem huius.



probem argumentis (anno decimo octavo adhuc fuit Hierosolymis, necdum siderat Romam, quod ex Paulo ad Galatas clarum fit, qui scribit se post cōuer-  
sionem sui abisse primū in Arabiam, deinde post annos tres uenisse Hieroso-  
lymam uidere Petrum, ac postea post quatuordecim annos ascendisse, & con-  
tulisse cum Iacobo, Petro & Iohanne euangelium præputij. Quis autē ita infa-  
miat, quæso, uel Orestes, ecclesiam Hierosolymitanā & catholicam non fuisse  
ecclesiam, quia potestas Rom. ecclesie nondū fuit, nec forte fides eius: Non e-  
go supra petram, id est, potestatem Ro. ecclesie, sicut decreta quædam exponit,  
sed supra fidem, a Petro totius ecclesie persona confessam, ædificata est, cum &  
uniuersalis & catholica ecclesia tanto tēpore ante Ro. ecclesiam fuerit.

Vt iterius, Matth. xviii. in plurali numero dicit, non ad Petrum, non ad apo-  
stolos, sed ad ecclesiam dicens: Si ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut & ethnicus  
& publicanus. Amen dico uobis, Quæcūq; ligaueritis super terram, ligata erūt  
& in celo. Accede nunc, qui uoles, & hunc cum illo loco confer: ille sonat soli  
Petro datas claves, hic negat, & non soli datas asserit. Quomodo utrūq; stabit?  
Concordandū utiq; est utrūq; uerbum, quod idem Christus dixit. Si soli Petro  
collatæ sunt, mendacium est, quod hic dicit omnibus collatas. Quis autem nō  
uideat, hunc posteriore locum esse interpretem prioris, & in hoc rem esse cla-  
re expositam, illic uero in Petro unitatem multorū in ecclesia cōmendatam:

Quin uide quoddam mirabile, illic incipit ab omnibus, dicens: Quem uos me  
esse dicitis: & finit in uno Petro, dicens: Tu es, & tibi dabo. Hic contra incipit  
ab uno, dicens: Si peccauerit in te frater tuus &c. & definit in omnibus, dicens  
Quæcūq; ligaueritis &c. Nonne clarum est per unum Petrum illic idem uo-  
luisse, quod hic per uniuersos, & claves nō esse ullius hominis singularis, sed  
ecclesie & communitatis, ut firmum sit, sacerdotem non suo iure, sed ministe-  
rio (quia ecclesie minister est) ecclesie clauibus uti, nec tantū suis aut sibi, sed  
ecclesie traditis. Credo iam hæc ferme fidem factura, hanc Matthæi autorita-  
tem neq; ad Petrum, neq; ad successorem, nec ad unam aliquam ecclesiam, sed  
ad omnes ecclesias pertinere. Quia quis poterit negare, illi esse claves tradi-  
tas, qui reuelante patre Christum confitetur: Quo posito, necesse est, ut ubi sit  
reuelatio patris & confessio Christi, illic & claves. At hæc in qualibet ecclesia  
est, nō autē in ullo uno singulari & incerto homine.

Quod ut Christus nobis cōmendaret, statim post gloriosam istam Petri cō-  
mendationem, cū eum Petrus prohibuit, ne moreretur, audiuit: Vade post me  
Satana, non enim lapis ea, quæ dei sunt.

Quid hoc est: nō sapit Petrus quæ dei sunt: Nōne pater reuelauit ei: Si hæc  
ante cōmendationem Petri facta fuissent, aliquid momenti haberet, Petrum  
pro sua & successorum aut unius ecclesie persona fuisse cōmendatum, at nunc  
cum post cōmendationem uti peretur, ut ignarus dei, clarum fit, illum superi-  
orem Petrum, qui claves accepit, non fuisse Petrum filium Bariona, sed eccle-  
siam ipsam dei, quæ uerbo dei genita, uerbo dei audit & confitetur perseueran-  
ter in finem, non aliquando non sapiens, quæ dei sunt, & retro abire iussa sicut  
Petrus. Aut si hoc ad Rho. pontificem & ecclesiam pertinet, quod ad Petrū  
dicitur: Tibi dabo claves: iam irrefragabili sequela etiā ad eandem & illud per-  
tinebit, Vade post me Satana, Non enim lapis quæ dei sunt: quia & hæc ad Pe-  
trū Ro. ecclesiam futurū episcopum dicta sunt. Aut si hæc nō ad se pertinere pu-  
tant, iam nulla rōne cōuincere possunt, ea quæ sup̄ius dicta sunt, ad se pertinere.  
Sed age latius, si omnino ad rigorem istum Grammaticū se recipiant, quod

Cc in foli

*Dicitur in fine hanc  
Bullam*

*Ecclesia au-  
dienda.  
Quæcumq; li-  
gaueritis,*

*Claves uni-  
us hominis  
nō sunt.*

*Pertinent ad  
oīes ecclesias*

*Petrus repre-  
hēditur post  
claves accep-  
tatas.*

*Vade post  
me Satana.  
Pertinet ad  
ecclesiam Ro.*

*Si soli Petro,  
ergo non sue  
celloribus;*

*11*

*12*

*13*

*14*

foli Petro dictū ē, Tu es Petrus, tibi dabo clauēs &c. quomodo resisteris hae reticis, si qui hoc nostro rigore uerborum nixi, nos urgeant & dicant: Eius ad solum Petrum hae dicta sunt, ergo nō ad successorem, ergo ecclesiae clauēs cū Petro uenerunt & abierunt, ubi ergo nunc ecclesiae? Non enim ad plures pertinere potest, quod ad unum dicitur, sicut illud: Cum iunior esses, cingebas te & c. quod ad solum Petrum ita dictum est, ut cum Petro impletum & finitum sit, ad nullum successorē eius pertinens.

Si autem ad successores & aliquam ecclesiam dictum est, iam nulla ratione prohiberi potest, quin ad omnes dictum sit, immo necessaria ratione ad apostolos omnes, qui praesentes erant, magis q̄ ad unius Petri successores, qui nōdā erant, dictum accipietur. Quod si ad omnes apostolos, iam etiā ad omniū apostolorum & non unius apostoli successores dictum intelligitur.

De papam  
ritur, ubi et  
clauēs

Sed respondeat tamen mihi qui potest, quis nam credēdus sit habere clauēs etiam in Rho, ecclesiae? an ipsa ecclesia uel papa? & attende quod dico. Quidō papa eligitur, an secū assert clauēs uel non? Si assert, ergo erat Papa, anteq̄ eligeretur. Si non assert, a quo accipit? nunquid ab angelo de caelo? nonne ab ecclesia? Item quando Papa moritur, eni relinquit clauēs, aufert eas secum? Si nō aufert, cui relinquit nisi ecclesiae, a qua accipit? Quid igitur potest dici contra hanc euidentissimam experientiam, optimā euangelij interpretationem, clauēs nec Petro, nec successori, sed soli ecclesiae dadas, a qua tanquā minister accipit usus eis sacerdos? Vbi nunc est quod soli Petro dictum esse putatur: Tibi dabo clauēs? immo ubi nunc est quod soli ecclesiae Roma, clauēs dadas sunt? Necessē est, ut in qualibet ecclesia clauēs sint, ut dixi supra.

Adhuc unum dicam, & utar apostoli Pauli argumento, Rho, iij. ubi probat ex circumstantia temporis & facti, Abraham non ex circumcisione, sed ex fide iustificatus, nulla alia ratione usus, q̄ quod Abraham ante circumcisionē fuerit iustus apud deum per fidem. Si hoc eius argumentum ualeat, sicut necesse est ualere, necesse erit & hoc ualere, quod nunc produco in hunc modum.

Petrus nulli  
us urbis episcopus.

Ve ap̄le, non  
ut episcopus  
Romanus ac  
cepit clauēs.

Petrus quando clauēs accepit a Christo (si omnino personam eius soli con tendis accipere) nōdā erat episcopus urbis Romae, immo proprie nunq̄ fuit episcopus ullius ciuitatis, sed apostolus episcoporū institutor, maior omnibus episcopis, sed erat unus inter apostolos. Ergo clauēs non sunt ei dadas, secundā quod postea uel factus, uel muratus est, uel loco uel officio, sicut Abrahāe non est iustitia reputata, qualiscunq̄ post fidē factus est, sed prout fuit apostolus tantum, & praesertim habens patris reuelationem, quare profus nihil haec auctoritas ad Ro, pontificem pertinet, etiam si soli Petro dicta fuisset, quanto nūc mi nus pertinet, quando nec soli Petri personae dicta conuincitur.

Cōfessibiles  
ecclesiae nō peti  
cularis hōis  
dant clauēs.

Addo & aliud similis formae argumentum, quo Paulus Rhoma, iij. & Galia, iij. utitur, dicens: Quod sicut Abrahāe ex fide reputata est iustitia, ita & omnibus qui credunt, reputabitur iustitia. Quare & his, sicut Petro habenti reuelationem patris, & Christum confitenti, clauēs dantur: Ita necesse est, omni similiter confitenti & reuelationē habenti clauēs donatas esse, quod nullae nisi ecclesiae, id est cōmunioni sanctorum cōuenire potest, cum nullus singularis fidelis constanter & certo ac perseveranter habere possit hanc confessionem; cum nec Petrus ipse in eadem perseverauerit, quin non modo aliquādo, sed mox post acceptas clauēs errauit; & tamen non sunt ei clauēs rursus ablatas, quia non in sua, sed ecclesiae persona eas accepit. Quod si haec argumēta non concludunt, nec illa apostoli Pauli, quae allegata sunt,

Verum

Verum ut opinionem contrariam penitus iugulemus, age, si ista uerba, Tibi dabo claves &c. ad Petri & successoris eius pertinent, necesse erit, ut & precedētia & sequentia, hac ut sententiā coherentia ad eisdem pertineant. Non enim in sacris euangelij uerbis admittendi sunt, qui pro arbitrio sensus sui, partem huc, partē illuc torquent & rapiunt, sed ex consequentiā sensus & uerborū & ex circumstantiis intelligentia referenda est, iuxta Hilarij documentū. Cum itaq; Christus claves noluerit tradere, nisi prius omnibus discipulis de sui confessione explorans, deinde, nō nisi accepto & approbato responso Petri, ex reuelatione patris loquentis, clarum est, clauēs nō esse, nisi eius qui talis est, quālis tūc Petrus fuit, quo sequitur absurdissima absurditas, quod malus Papa uel episcopus nō esset Papa nec episcopus, quia nō haberet fidē quae cōstituit acceptorē clauium. Deinde sequit cōtra textū & sensum eorū, quod nec Petrus clauēs accepit aut retinuerit, quia Christus dicit, quod portae inferi non praeualeant aduersus uel ecclesiam uel fidem, quā tūc Petrus tenuit. At cōtra Petrum praualuit etiam ancilla hostiaria, Si itaq; illorum sententiā staret, necessaria omnino sequela sequeretur, aut Rhomanos & omnes pontifices oportere esse sanctos, & habere patris reuelationē, nec esse carnem & sanguinē, aut eos non esse pontifices, nec habere clauēs. Nec uideo quid contra haec dici possit, cum sit tam clarus textus, quod clauēs sunt datae, nō nisi ei qui carnem & sanguinē non audit, sed patrem caelestem, hoc est, sanctū & iustum in spiritu, alioquin omnis pontifex est fatanas, non sapiens quae dei sunt. At si hoc dicimus, iam haereticorum notorium & antiquorum Donatistarū errorem renouamus, qui malum episcopum non esse episcopū asseruerunt, quod abist a nobis, qui sancti & iustae ecclesiae ministrū impiū & malum esse posse confitemur. Ita fit dum per haec uerba nolunt ex Rho. pontifice solum & omnē, & uniuersalem pontificem facere, nullum pontificem nobis relinquunt, ut uideant, quo stipēdio scripturas uolentent adulatorēs & ambitiosi. Reliquū ergo est, Euangelium hoc loco nec ad Petrū, nec ad successorē eius, nec ad ullum episcopū, aut ullum hominē singularē pertinere, sed ad cōmunionē sanctorū, quae est ecclesia, hac deinceps potest clauēs cōmittere, tum digno, tum indigno; indigno, inquit, coram deo, quia nescit utrum dignus sit deo, alioqui non nisi digno coram hominibus cōmittere debet.

Quare satis patere arbitror, quando decreta quaedā hunc textum ad Rho. sedem & pontificem trahunt, nō modo frigidissime (quod modeste dixi) sed etiā contrarie sensui euangelio uerbū Christi tractare, quod clarus faciemus, quando ea inferius examinabim⁹. Interim de hac autoritate satis sit in summa dictū, Quod si cui clauēs arrogantur, huic necessaria quoq; esse fides Petri, quod si fides Petri necessaria esse negabitur, eadem ratione negabitur & clauēs esse ei datas, cum utrūq; copulet & exprimat, imo fidem magis & primo quaerat Christus. Quare non nisi de ecclesia Christum esse locutum, clare intelligitur, nec de unā aliqua, sed de qualibet in qualibet parte mundi.

Secundo adducitur illud Ioan. ultimo, Simon diligit me, pasce oues meas. Hoc enim quia ad solū Petrum dictū putatur, ipsum super omnes constitutum arbitrantur. Verum quod & haec nihil efficiat ostēdo. Primo, quia certissimū est, a Petro nullum apostolorum esse uel creatum uel missum, quare nec uerum nec possibile est, Petro oēs oues esse cōmissas, sed generali sententiā omnibus dictū, pasce oues meas; non enim dicit, omnes, sicut ad omnes apostolos dicit; sic in orbē uniuersum, & doctore oēs gētes. Veram ego non possum

Cc iij satis

Expofitio sup  
mil ex conseq  
quētia sensus

Malus papa  
non papa.

Nec Petrus  
accepit cla  
ues.

Donatistae

Relinquunt  
nullū epim.

Decreta cont  
tra euangelū.

Clauēs com  
mittunt prof  
pter fidem.

De ecclesia  
Christus loq  
utus.

Generali sen  
tentiā oibus  
dictū est, Pa  
sce oues me  
as.

Petrus nō su  
per apōstōs, q̄  
nullū misit.

facis admirari, quod tot ac tanti uiri contra tam expresse scripturas, tam euide/  
tes experientias, omnes oues Petro arroganti, qui tamen unanimiter confiteri  
coguntur, singulos apōstolos in suas partes esse missos, & Paulum de celo in  
apōstolatū gentium uocatum, in quibus omnibus, quomodo Petrum adhuc  
omniū pastorem asserere audeamus: qui nullū illorū misit, præsertim Paulum,  
ut ad Gal. ij. multis uerbis contēdit. Sunt hæc tam aperta, ut cōsultatione opus  
nō uideatur. Illi, inquit Marcus, profecti prædicauerunt ubiq̄.

Sequitur ergo, uel Petro & successori suo nō esse omnes Christi oues cōmis/  
sas, aut oues, quas non Petrus, sed Paulus & ceteri apōstoli pauerūt, ad oues  
Christi non pertinere, quo quid blasphemius? Ergo Corinthi, Galatz, Phi/  
lippenfes, & aliz gentes, quia nec pascēte, nec pastores mittente Petro, palte  
sunt, oues Christi intelligēde nō sunt. Sed quid moror in re tam aperta?

Si dicis, at uerbū Christi ad solum Petrum dicit, Pisce oues meas. Respon/  
deo, nō dixit, omnes oues meas, alioquin peccasset Petrus, si nō omnes pauis/  
set solus sine ceteris apōstolis, peccaret etiam hodie Rho. pontifex, quod non  
pascit, nec pastores mittit ad Turcas, & alias prouincias.

Quin aliud dicam, Ex isto uerbo nihil potest cogi aliud q̄ ut Petrus pascē/  
ret oues, quæ fuerūt ex ouili ludæorū, & sic nihil ad eum pertinet, nec ad Rhoma  
nū pontificem & successorem eius, aut nō ad solum eū pertinet, quod ex apō/  
stolo Paulo Gala. ij. probō, ubi Petrum uocat apōstolū circumcisionis, & se  
apōstolū gentiū. Ergo si quis p̄tinax esset, nulla uī possit cogi hoc uerbo Chri/  
sti aliud intelligi, q̄ pasturam ouium quæ fuerūt ex circūcisione. Aut si exten/  
ditur ad Rho. pontificem, iam nec prohiberi potest, quin ad omnes pertineat,  
& extendi pari negotio ad omnes queat.

Petrus ap̄t̄  
circūcisionis.

Pascē oues,  
terribile uer/  
bum.

Secundo, Ego rogarem, ut adultores Rho. pontificis ommitterēt hoc terribi/  
lissimū uerbum allegare, pro statuēdo primatu eius, neq̄ enim terribilius ego  
uerbum in sacra tota scriptura legi, quod Rho. pontificem, & omnē pontificē  
magis terere possit.

Pascere, id  
prædicare.

Primū, quia pascere nō significat id quod esse primū aut principem, ideo ex  
ipso nihil aliud probatur, q̄ q̄ Rhomanus pōntifex debet prædicare, docereq̄  
uerbum dei. Quod si hoc debet, iam ei deponendus est totus iste primatus, die  
& nocte in literis sacris ei uersandum, pure orandū, periculis & morti pro uer/  
bo laborandū, breuiter, tota Rhoma, ut hodie est, longe in altā faciē mutanda.

Desinat ergo propter deum, uerba Christi spiritualesima suis cupiditatib⁹  
aperte. Hæc enim si Rho. pontifici apr̄tur, sequitur inefragabiliter, doceat  
uerbum. Aut si nō docet, nihil ad eum pertinet.

Dilectio præ/  
cedat clauēs.

Verum magis obserua, Christus nō imponit pasturam Petro, nisi prius dicit  
gat. Obsecro te, quid hoc est? Nōne sequitur, quod si nō diligit, nō sit audiens  
das? At quis nos certos faciet de amore pastoris? Dubitabimus ergo quæ nam  
audiamus? Nam si audire nobis pastorem necesse est, etiam illi amare Chri/  
stum necesse, aut si amare Christum non est necesse, nec audire pastorem ne/  
cesse est, cum utrūq̄ Christus copulauit, nec pasturam nisi amanti cōmiserit,  
quid hic faciemus? Scio quod si recte pensaret hoc uerbum quilibet ep̄scopus  
desperaret se medium unius ciuitatis pascere posse.

Uerū ep̄scop⁹

Igitur hoc efficiamus, quod ista autoritate nihil probatur, nec ualet ad probā/  
dum primatum: si autem aliquid ualet nunc hoc urgebit, nō esse ep̄scopum in  
ecclesia, qui nō doceat, nec docere aliquē debere, nisi diligit. Hoc in quā & nō  
aliud ista uerba cōcludunt, nisi noua grāmatica usus dicas: Si diligit me, pascē  
oues

Mora

Uerū ep̄scop⁹

oues meas, idem sit quod, si diligis te, esto primus super ecclesiam totam.

Rectius ergo facies, si hoc uerbum Christi accipias pro exhortatione, immo præcepto, non quo oues ad subiectionem, sed quo pastores ad diligendum Christum, & pascendum populum astringantur. Porro dilectio Christi (ut B. Aug. hic exponit) etiam moti pro ouibus Christi requiritur.

Atque utinam hoc uerbum ad se pertinere crederent Rho. pontifices. Hæc est enim totius orbis querela, quod dilectionem & doctrinam alijs relegantes, ad se nihil putant pertinere; intelligunt enim hæc uerba ad populum pertinere, ut per quæ cogere ad subiectionem omnes uolunt, & tamen pascua & auditum uerbi (quod uerba sonant) nemo uocat. O felix ambitio, si quis usque inueniretur, qui omnium pastor esse ambiret, quis hunc non libentissime admitteret.

Nunc autem libenter permittunt cuiuscumque diligendi & pascendi officium, sibi uero titulum diligendi & pascendi, & quæ titulum sequuntur, uera scilicet & honorabiles referunt.

Define itaque a uerbis Christi torquendis, quia ea quæ per hoc pontifici tribuis penitus auferunt, & omnia imponunt, quæ non tribuis, & ille qui maxime abhorret.

At dicis, pascere non potest, nisi sit superior, Ergo licet non faciat officium pastoris, non per hoc superioris amittit locum. Respondeo, quid hoc ad me? Quare ergo alia uerba, quibus locum potestatis asseras, hæc uerba aut amantem & pascentem requirunt, aut prorsus nulli conueniunt, nisi iterum noua latinitate, diligere plus his, accipias, pro eo quod est, præesse cæteris omnibus. Et pascere omnium iura & opes possidere. Proinde nihil mirum si primatum tanto ætius quæ runt, quæ si uerbis in suo significato acceptis gerere deberent, nec deum ipsum pro præmio essent expectaturi. Vides ne ergo, quid sit illudere scripturas, seu ut modestius dixi, ex frigidissimis decretis primatum hunc probare?

Sequitur ex his, quod præesse cæteris, & nec diligere, nec pascere, non est uulgicum nec Christianum officium, sed mundanum & humanum.

Dic mihi, si subditi erecti aduersus pontificem, dicerent, nolimus te audire nec habere pro pontifice, quibus uelles uerbis cõpesceret? Nunquid his, pascere oues meas? At ipsi dicent, quando autem pascis? quando diligis? ubi opus & res huius uerbi? Ergo alio uerbo cogendi essent, non isto. Quare sequitur quoque, quod plus his uerbis nec ulla potestas, nec uero primatus cõmittitur, sed potestatem habenti, officium diligendi & docendi imponit, sicut Petro iam in apostolatu uocato, hæc dicuntur. Dicis autem, Sufficit quod per alium doceat & diligit, non est necesse ut per se solum faciat. Respondeo, Admitto; sed hoc isto uerbo Christi non traditur, & alio uerbo hanc licentiam asserui oportet; hoc uerbum insuperabiliter concludit, aut pastores esse debere, etiam per se ipsos amantes & docentes, aut si non per se ipsos amant & docent, nihil hoc uerbum ad eos pertinere. Atque ita nihil probat ex ipso pro monarchia Rhomana, sed potius contra pugnat, cum tot amari & pasci ab uno sit impossibile.

Videmus quidem officium diligendi & pascendi a pontificibus Rhomanis tradi episcopis, retento titulo pastoris & amatoris, & episcopi eodem nomine seruato tradunt curatis, curati capellanis. Nomen per omnes transit & hæret, officium transit, & in nullo hæret, sed & fratres mendicantes sumpto ab illis officio strenue eos imitantur. Maiores & magistris officium docendi fratribus terminari imponunt, ipsi nomine officii cõtinent. Adeo molestum est uerbum dei docere, diligere & pascere, propter quod unum filius dei uenit in mundum, miscere

Salte.

Exhortatio sunt uerba Christi.

Titulus pertinet a pontificibus.

Diligere plus est omnibus, nec pascere est omnia iura possidere.

Humanum est præesse, & non pascere.

A uulgari exceptione.

Ad amantem se pertinet pascendi uerbum.

Per manus traditur officium, retentato titulo.

Docere non uult.

spiritum

A. 57/1

Sum opus in scriptura  
pascere magis uult  
plang  
Ad amantem se pertinet pascendi uerbum  
non per se ipse  
sunt uerba dei



spiritu sanctu, & omnia fecit, ut officium hoc esset officiosissimu.

Docere per aliu non est episcopi. Quod si satis est per aliu docere, quid amplius facit episcopus q̄ laicus: Nonne uel Turca potest iubere aut permittere, ut alius diligat ac pascat? Quid er- go necesse fuit, Petro tot uicibus repetitis mandare hoc officiu, & tam instanter urgere: Est iste modus Euangelij interpretandi, Pasce oues meas, id est, per- mitte iube, ut alius pascat? Si ille alius t̄e per alium pascat, & tertius per quartu, ac sic sine fine usq; ad neminem, ubi manet uerbu Christi:

Aut qua decentia ceteri sequaces pascunt, quando primores, & qui plus ijs debent, non pascunt? Cur Christus non fecit idem? cur Petrus no etiam ocia- tus, per alios pauit?

Igitur, si ista uerba ad pontificiu potestatem cogas seruire, in neruum res tua ibit. Et concludes, a tempore Gregorij magni non fuisse pastorem in Rhoma na ecclesia, hic enim fere ultimus est eoru, qui sacras literas tractauerunt.

Quare si gloriaris dictum esse Petro, diligis me plus ijs, bene, fac hoc & uiues, dilige plus ceteris, pasce plus ceteris, & induent arietes ouium, & ualles abun- dabunt frumento, clamabunt, & hymnu dicent, Quod si per, diligere plus his intelliges maiorē te alijs esse, tam uerbo Christi alienam intrudis intelligentiā Non enim aliquid iubetur subditis per hæc uerba, sed Petro, non dicit, Estote oues sub Petro, sed, Petre pasce oues meas. Et tamen illud uolunt, hoc nolūt.

Credo itaq; manifestissimu esse, has duas euangelij autoritates nihil ad rem facere, & frigidissimu atq; inefficax esse, quicquid hucusq; per ipsas in hac re formatum est.

Ex ijs tam facile est decreta ipsa iudicare, q̄ infirmiter sua probent. Quod ut clarum faciam, aliquot adduco.

Decreta frigidissima ad- ducunt, dista xix. c. ita dista  
Primus est Leo dist. xix. c. ita dñs noster, inquit, Iesus Christus, humani ge- neris saluator in situat, ut ueritas, quæ antea legis & prophetaru præconio con- tinebatur, per tubam apostolicā in salutem uniuersitatis exiret, sicut scriptu est In omne terram exiuit sonus eoru, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed hu- ius muneris sacramēta ita dñs ad omniu apostoloru officium pertinere uoluit ut in beatissimo Petro omniu apostoloru summo principaliter collocaret, ut ab ipso, quasi a quodam capite, dona sua uelut in corpus omne diffunderet, ut exortem se intelligeret diuini mysterij esse, qui a Petri soliditate recederet. Hæc ille.

Quis obsecro, non uidet sanctum & eruditu hunc uirum, humana passum Nam si per soliditatem Petri intelligit fidem qua Petrus Christum confessus est, Matth. xvi. recte & euangelice dicit, Hæc enim fides est petra, a qua Petrus nomen habet, a qua qui recesserit, merito exors est diuini mysterij. Veru si per soliditatem Petri intelligit iurisdictionē & potestatem Petri & Rhō. pontificis, quislibet facile capit, quod uerbo euangelij abuitur & fallitur. Nonne omnes apostoli fuerunt in soliditate Petri, & tamen sub Rhomana ecclesia non fue- runt? Sanctus Stephanus & alij a Paulo persecutionē passi, in soliditate Pe- tri fuerunt, ante q̄ Rhomana ecclesia fieret.

Nō in Petro principaliter munus docendi  
Deinde cadē humani affectus labilitate, dicit in apostolo Petro principaliter collocatum munus docendi, trahens ad singularē Petrum, quod propheta plurali & indiscreto numero dixit, Sonus eoru, & uerba eorum.

Petrus nō est caput ecclesie.  
Sed & hoc manifeste falsum est, quod Petrus caput sit totius corporis, a quo dona sua Christus in omne corpus diffundat, nisi intelligat partem ecclesie, quæ docente Petro erudita est, ut est latina & occidentalis ecclesia.

Nam

A tpe Grego-  
rij nullus pas-  
cuit.

Decreta frigidissima ad-  
ducunt, dista  
xix. c. ita dista

Petrus solidi-  
tas nō est po-  
testas.

Nō in Petro  
principaliter  
munus docendi

Petrus nō est  
caput ecclesie.

Gregorius  
iustitiam  
non pascit

Nam etiam per alios apostolos, præsertim Paulum, dona sua diffudit in multo plures, quàm per Petrum, ut mihi miraculū sit, tam profunde huius pontificis mentem fuisse occupatam, ut hæc scribens, non meminisse potuerit Pauli & aliorum apostolorū. Si ergo dixisset, per quē dona sua in corpus diffunderet, recte dixisset, sed in omne corpus, nimis dictū est.

Sequitur idem Leo. Hunc (Petrum) enim in consortiū Individuæ unitatis assumptum, id quod ipse erat, uoluit nominari dicendo: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ dei in Petri soliditate consisteret.

Iterum per soliditatem Petri, non fidem uniuersalis ecclesiæ, sed potestatem Rhomanæ ecclesiæ significat, & uerbū Christi sub persona propria Petri, non autem ecclesiæ, accepit dictū, ut clare ex sequentibus patet, ubi dicit: Verū hanc firmitatem Petri istius sanctissimæ, deo (ut diximus) ædificante constructam, nimis uult impia præsumptione uiolare, quisquis eius potestatem tētat infringere, fauendo suis cupiditatibus, & id quod accepit a ueteribus, non sequēdo.

Eccē seipsum exponit, soliditatē Petri, esse potestatem Rhomanæ ecclesiæ, idem per secretissimā fidem spiritus, & externam iurisdictionis potestatem intelligens, non sine uerbi euangelici iniuria. Non ergo infringit soliditatem Petri, qui sub legibus Rhomanæ ecclesiæ non uinit, sed qui non id credit, quod Petrus concessus est.

Protestor autē ego, quod decreta quidē huiusmodi non damno, nihil enim meæ salutis depererit, si tolero alicuius uolentā scripturæ interpretationē, modo uera & legitima intelligentia iuxta salua sit, sed hoc adnotor, ut rem & fidē nostram constanti & solida intelligentia discamus firmare. Quāuis enim eiusmodi abusiones scripturæ ualeant pro his, qui iam credunt, & tolerandæ sint, tamen oportet etiam, si cum contentiosis oritur bellū, habere simplicē & germanū sensum Christi, qui stare in acie uictor possit, ne ecclesiam & omnes nos ludibrio exponamus.

Neque enim cum illis sentio, qui Rhomani pontifices non errasse putant, & apud eos solos esse uerā scripturæ intelligentiā: cum longe contrariū hic & multis alijs locis uideatur, homines fuerunt, sicut & ceteri episcopi.

Neque sane grande miraculū est, sanctos hos pontifices, humana infirmitate sibi ambuisse primatū, quando & ipsi apud præsentē Christo, non solū ambue runt, sed etiā non semel inter se contenderunt, quis eorū uideretur maior: sicut ergo Christus benigne tulit eorū humanitatē, ita & ecclesia talium pontificū ambitionis reliquias ferendas dicit, & decreta eiusmodi ideo non penitus reijcit.

Illis porro & manibus & pedibus resistendū est, qui non contenti quod huiusmodi decreta humiliter fecimus, sed eo insaniūt, ut tāquam non sit aliū in scriptura sensus, ea pro necessarijs articulis fidei nobis sancire, & omnē aliū sensum hæreticū proclamare audent, omnia sine ullo iudicio legentes; qua temeritate necessario tandē fit ut legitimū Christi sensum amittamus, & in humanū arbitrium & arenam ædificemus.

Si enim uerum esset, quod hic Leo iste dicit, & tanquā diuino præcepto eius uerbis obediendū esset, iam tota orientalis ecclesia ab initio sui usque ad finem fuisset exors diuini mysterij, quia non quæ sub Rhomani ecclesiæ potestate fuit, toleranda itaque error huius Leonis, non autē propter eū alius & uerior sensus relinquēdus.

Secundus est Leo, in dist. xx. c. de libellis, dicens: Quā ob causam localitius & magna uoce pronuntiare non timeo, quia qui illa (quæ diximus) sanctorum patrum

Soliditas Petri, potestas Rhomane ecclesie nominatur a cetera do.

Protestatur:

Pontifici, errantique ac alijs.

Pontifici, humana passi sunt

Decreta non sunt articuli fidei.

Græci extra præter Pontificem fuerunt.

in dist. xx. c. de libellis.

*Contra Pontificem*

*quod non sunt articuli fidei*

*in quod extra præter Pontificem fuerunt*

*in quod de libellis*

patrum statuta, quæ apud nos Canonũ nomine prætitulantur, siue sit episcopus, siue clericus, siue laicus, non indifferenter recipere conuincitur, nec Catholicam, nec apostolicam fidem, nec quatuor euangelia utiliter & efficaciter ad esse ætium suum retinere, uel credere probatur.

Canonẽs cũ euangeliõ non indifferenter recipiendũ.

Vere nimis nihil times, mi Leo, pronũciare, audens humana statuta euangelij sequare, & audacter satis affirmas, his non seruatũs, nec fidem catholicam seruari. Si de contemptoribus & his, qui sub te sunt dices, recte dices; nunc contra, quod mores & fidem, traditiones cum euangelio, uerbũ hominũ cum uerbo dei confundis, nõne homo es? Quis ferat, ut euangelij & fidem nõ seruari putetur, qui sub statutis illis non fuerit? Tu cum tuis serua statuta & canonẽs illis, qui sunt in oriente, alia sunt statuta, sed idem euangelium.

xx. c. Clero est lĩdori.

Tertius dist. xxi. c. Clero, quod capitulũ ego nunq̃ credã esse ab aliquo Romano pontifice constitutũ, sed uidetur lĩdori cõmentũ esse, qui metropolitani mensurã ciuitatis, & acolyti ceterorariũ, aliosq̃ gradus egregia inscitia delicti bit, & inuenit tamen autoritatem.

Pontifex, inquit, princeps sacerdotũ est uel esse dicitur, quasi uia sequentiũ. Ipse enim summus sacerdos, ipse pontifex maximus nuncupatur, ipse enim efficit sacerdotes & leuitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse quod unusquisq̃ facere debet. Antea autẽ pontifices & reges erant, nam maiorum hæc consuetudo fuit, ut rex esset sacerdos & pontifex, unde & pontifices Romani imperatores appellabantur.

Papa non est imperator.

Hunc diuinatorem contemptum præterissem etiam erroribus suis, nisi uiderem hinc sumi hodie a nõnullis, quod papam imperatorẽ, maximũq̃ pontificem iactant. Ideo non inter Canones, sed inter canes hunc deputo, & ne id si ne iudicio faciam, opponam ei contraria decreta, quæ simul sententiam nostram inuabunt.

Nec princeps sacerdotũ.

Dicitur enim dist. xcix. c. primæ, Primæ sedis episcopus nõ appelletur princeps sacerdotũ, uel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantũ primæ sedis episcopus, & sequitur, Vniuersalis autẽ nec etiã Rho. pontifex appelletur.

Hic ego in iudicium uoco ipsos Canones & canonistas, doceant me quæso quid hic dicam? Ille Canon probatus est, sed uide quanto maiora crimina committat in summũ pontificem, quam ego unq̃ ausus essem cogitare.

Pontifex nõ est caput scõdũ ecclẽsiæ Africanã.

Primo, non solum frigidus asserit, sed & negat & prohibet, ac damnat eos Canones & canonistas, qui Rho. pontificem principem, caput, summũ, maximũ appellant. Deinde primatum ei auferens penitus, cum reliquis primarum sedũ episcopis, id est patriarchis æquat, Vbi sunt ergo, qui me noua posuisse garrunt, qui frigidissima decreta dixi superiora, & credo non inique, nam hic canon Concilij Africani eo plus illis præferendus est, quo longius ab ambitione recedit, & euangelicam modestiam sapit.

Qui ergo me hæreticũ accusant, obsecro, parcat saltem huic canonĩ, si mihi nolunt parcere.

Ego omnia admisi, quæcũq̃ Rho. pontifici hodie tribuunt, rem nõ nego, factõ non contradico, sed de iure eius disputo, & sentio, quod nõ iure diuino, sed decretis hominũ talia tribuant. Quid amplius faciendũ mihi est? An non solum deo factũ confiteri, sed etiam mendacijs & corruptionibus scripturæ idem stabilire: absit.

Igitur damner, quantũ uolũt, hic habeo canonẽ, qui damnat Rho. pontificẽ, uniuersalẽ pontificẽ uocari, quod ego tamẽ nunq̃ damnaui. Sed addam plura. Ibidem

*Quid non magis profertur vniuersi  
se de (univ)*

Ibidem Pelagius omnibus episcopis scribit in hunc modum. Nullus patriarcharum uniuersitatis uocabulo unquam utatur, quia si unus patriarcha uniuersalis dicitur, patriarcharum nomen caeteris derogatur; sed absit hoc a fidelibus, hoc sibi uelle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantualaciq; parte uideatur. Quapropter charitas uestra neminem unquam in epistolis suis uniuersalem appellet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem inferat indebitum. Vides quod honoris fraterni imminutio sit, si unus omnibus praefatur, etiam Romano pontifice autore.

Nō est epus uniuersal dicens.

*Pelagius*

Ibidem B. Grego. Eulogio patriarchae Alexandrino: Ecce in praefatione epistolae, quam ad me ipsum, qui prohibui direxistis, superbae appellatiois uerbum, uniuersalem Papam me dicens, imprimere curastis. Quod peto mihi dulcissima sanctitas uestra ultra non faciat, quia uobis subtrahitur, quod alteri plus ratio exigit, prebetur, nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque est honor uniuersalis ecclesiae, meus honor est fratrum meorum solidus uigor. Tunc ego honoratus sum, cum linguis quibusque honor debitus non negatur. Si enim uniuersalem papam uestra sanctitas me dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur uniuersum. Sed absit hoc, recedant uerba, quae ueritatem insulant, & charitatem uulnerant.

Charitatem uulnerat dicit papam uniuersalem.

*Sto. Gregorius  
non dicitur uniuersalis  
quia non potest  
esse uniuersalis  
per ymaginem*

Obsecro, quid hic dicemus? An adhuc pecco, quod frigidissima decreta uocauit aliquorum Ro. pontificum, forte confictorum nominum? qui ista secutus, de bueram appellare uerba ueritatem infantia (id est, leuem & uanam facientia) & charitatem uulnerantia.

Quid si ego ista dixissem, esse uidelicet non modo inefficacia, sed etiam inimica ueritati, & contraria charitati?

His adde & senas ferme epistolas beati Gregorij in Regestis suis, quibus ad imperatorem Constantinopolitanum & patriarcham eiusdem acerrime idem prosequitur protestans, oblatum fuisse a concilio Chalcedonen. Ro. pontifici hunc primatum, & tamen a nullo assumptum.

Epist. Gregorij in regestis

*Gregorius*

Quod si dixerint Canonistae nouelli, esse haec abrogata, uel per consuetudinem desisse; Gratias ago, hoc uolui. Sequitur ergo, quod non uerbis euangelicis, & iure diuino iste primatus stet, sed iure hominum & usu; hoc admitto, hoc confiteor, alioqui si iure diuino staret, nunquam debuit non esse & fuisse, & peccassent mortaliter hic Pelagius & Gregorius, sicut cassantes ius diuinum, & euangelium deprauantes. Quando ergo iura humana sic eum asserunt, ut per uerbum euangelij conentur probare, nonne necesse est ut frigidissime & inefficacissime & uiolentissime id faciant; sicut uidemus in praedictis, & nunc ecce amplius uideamus.

Si haec abrogata, ergo si e monarchia papae de iure diuino.

Quartus, Anacletus, xxj. c. in nouo. In nouo, inquit, testamento post Christum dominum, a Petro sacerdotalis coepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, domino dicente; Tu es Petrus &c.

xxj. c. in nouo

*Anacletus*

Haec si intelligit, quod sacerdotalis ordo coepit a Petro in ecclesia latina, potest utique sustentari, quemadmodum & B. Cyprianus epistola tertia, sedem Petri, principalem & unde sacerdotalis ordo coeperit, appellat, aut sic coepit, quod Petrus primus inter aequales apostolos fuerit. Si autem intelligit, quod a Ro. sede omnis ordo sacerdotalis primo & solus ueniat, ex dictis satis patet, quod sit erroneum, nec hoc tunc Anacleti est decretum, sed ficti alicuius Anacleti palea.

Sacerdotalis ordo a Petro non est, sed forte ab eo coepit.

*Cyprianus*

Quintus Pelagius, eadem dist. xxj. Sancta Roma, ecclesia catholica & apostolica (forte quod caetera, nec sanctas nec catholicas reputat) nullis synodis concilio, nullis

Sancta Ro. dist. xxx.

*Pelagius*

stitutus, ceteris ecclesijs prelata est, sed euangelica uoce domini & saluatoris nostri primatum obtinuit; Tu es, inquit, Petrus.

Hic magis erumpit & audet, non tantum contra predicta dist. xcix. adducta decreta, sed etiam quod uerbum Christi ad Petrum omnino torquet, de fide ad potestatem iurisdictionis & pompam primatus, deinde solam Petri personam in uerbis Christi accipit, reiecta persona ecclesie, qua uere Petrus tunc gessit.

Cōcorda est positio euan/ gelij ex decre tis,

Ergo noua gramatica; Tu es Petrus, significat, tu es primus & tibi dabo cla ues, id est, soli Ro. ecclesie, ceteris ecclesijs nihil habentibus. sed piget me oia commemorare. In summa, ut dicit, si his uerbis Christus Ro. ecclesiam significa uit, cum Ro. ecclesia uix uicesimo anno ecclesie primitiue nata sit, sequit̄ qd ipsa primitiua non fuerit ecclesia, & deinceps omnes qui claues ex Ro. eccle sia non acceperunt, Christo inobedientes fuerint, & ita S. Stephanus cum tot

Martyres es sent damnati, q. 29 pontifi. Ro. nō agno uerunt.

quibus martyrum orientalis ecclesie damnati censebunt. Vt omitam, quod si per uerbum Christi potestas Ro. ecclesie intelligeretur, ut hic uult, & Chris tus super hanc petram, ecclesiam suam se edificare promittat, sequitur qd uni uersalis ecclesia non super fidem, sed super potestatem Ro. ecclesie edificata est, super quam tunc ipsa Ro. edificata est, non super petram, id est, suam pote statem, nec super fidem, ergo super nihil. Quis serat hæc? Vides ergo, qd pos sum inuehi in istos hominum sensus, si uellem libere agere; nunc autem sus picit mihi ostendere, quod his decretis contra hostes, & in contentione nihil esse ei potest, sunt enim languidissima, frigidissima, & penitus ineptissima, ad con

Ecclesia non est ita super potestatem

Decreta tole randa.

tentionem. Sæ est, quod tolerantur pro fraterna charitate, nō etiam adorentur pro solida & germana ueritate.

Sed nec hoc ferendum est, quod insert. In ijs omnibus quanto gradus celsi or, tanto maior autoritas inuenitur, in maioribus siquidem est regendi, iuben di; potestas, in minoribus obsequendi necessitas.

Appl in petro habuerit au toritatem, non edusero.

Vide ut necessitatem omnibus imponit, & sibi soli (contra charitatis officij cium) libertatem arrogat, sed pessima consequentia. Non enim mox maior au toritas est, ubi gradus celsior est; Petrus enim primus apostolorū fuit, sed nul lam in eos autoritatem habuit unq̄, immo contra, apostoli in Petrum habue runt autoritatem, ut Act. viij. scribitur, quod apostoli miserunt Petrum & lo annem, qui tunc primores erant inter apostolos, & tamē missi sunt ab aposto lis tanq̄ maioribus ad Samaritæ fideles. Labitur ergo Pelagius hoc loco satis aperte, quanq̄ ego credo hos & similes canones, nihil præter nomen de Ro. pontificibus habere, esse autem compositos ab eorum officialibus & scribis, in

Scribe sit au tori canonū

theologia parum doctus, ideo nihil euangelicum, nihil Ecclesiasticum spiritane sed humanum affectum, carnem & sanguinem.

Canones p pōtētie mul ti ppter Cō stantinopoli tanā eccliam

Sextus, Nicolaus Papa eadem dist. c. inferior, uolens robustissime probare, quod inferior nō potest superiorem absoluerē (intelligit autem C onstantino/ politanam ecclesiam inferiorem, nam hæc multorum canonum causa fuit pro isto primatu) inducit illud Esaiæ, xliij. Nanquid gloriabit̄ securis cōtra eum, qui fecat in ea, aut exaltabitur ferra contra eum, qui tra hit eam? His, inquit, ex diuina scriptura commemoratis, sole clarius exhibuimus, nō posse quenq̄ qui minoris autoritatis est, eum q̄ maioris potestatis est, iudicij suis adijcere. Quis non miretur: adeo iste autor sub nomine papæ scripturas tractat appositè, deū facit ex papa, ceteros episcopos, nō fratres, nō homines saltem, sed instrumen ta facit. Hoc est nimirū, sole clarius exhibere, id est, tenebras offundere.

Deinde in fine, Ro. ecclesiam matrem uocat omnium ecclesiarū. In quo mi rum est

Primitiua ecclesia prima Romana

Non

Appl. 8

Uolens papa



No effi fignum Azo glis

rum est, cuius filiae & discipulae fuerunt ecclesiae Iudae, de quibus Paulus ad Galatas dicit: Eram ignotus facie ecclesijs Iudae. Et quae ecclesia fuerit quam Paulus uisitabat. Si quidem Romana ecclesia tunc erat adhuc in lumbis patris sui Petri, qui Hierosolymis erat. Quid quaeso Hierosolymitana ecclesia dicitur a Romana? Cur mentitur Paulus Roma. xv. Iudaeorum ministrum tu esse Christum, & gentes misericordiam consecutus ad ruinam Iudaeorum doceat: sed & Christus Ioannis. iij. Salus, inquit, ex Iudaeis. Modeste itaque dixisset, Matrem ecclesiarum, matrem uero omnium ecclesiarum, hyperbole est nimia.

Ante Petrum Romanos Ius dicit apostos.  
Romana in lumbis Petri forte.  
Hierosolymitana ecclesia prior est Romana.

Quis enim negare potest, ecclesiam gentium, posteriorē esse ecclesiae Iudaeorum, & ex hac illam natam: cum tot in locis hoc de gentibus prophetae praedixerint, eam in aetibus discipuli dispersi solis Iudaeis praedicasse uerbum, & de gentium salute stupuisse legantur. Et Paulus Roma. xv. Iudaeorum ministrum tu esse Christum, & gentes misericordiam consecutus ad ruinam Iudaeorum doceat: sed & Christus Ioannis. iij. Salus, inquit, ex Iudaeis. Modeste itaque dixisset, Matrem ecclesiarum, matrem uero omnium ecclesiarum, hyperbole est nimia.

Matrem omnium ecclesiarum dicitur, hyperbole.

Johnani p.  
Modeste pape

Septimus, Nicolaus iterum dist. xxxij. c. omnes, de quo textu nescio quid dicam nam prope corrigo meam propositionem, & dico, quod Ro. ecclesia, alijs esse superiorē probatur ex deliramentis cuiusdam ineptissimi palea, nomine Romano pontifici, ecclesiam Christi illudens. Audi, quaeso per Christum, quid hic dicat.

Ecce impudētissimū canonem.

Omnes, inquit, siue patriarcharum, siue cuiuslibet apicem, siue metropoles primatus, aut episcopatus cathedras, uel ecclesiarum cuiuscunque ordinis dignitate instituit Ro. ecclesia. Illam uero ipse solus fundauit, & supra fidei petram mox nascentem erexit, qui beato Petro aeternae uitae clauigero, terreni simul & caelestis imperij iura commisit.

Miser dicitur pape

Rogo te lector, de Romanis pontificibus, & ipsa Romana ecclesia, tot milibus martyrum in caelo & terra fulgente, alia quae potes, sentias, alia quae propitius tibi sit Christus, ne hoc decretum credas aditum ab ullo Romano pontifice, saltem sciente.

Supbissima haereticorum decretorum.

25. un. n. d. Comar

Primum, uerbo Christi solam Romanam ecclesiam fundatam garrir hic impius, quisquis est, Ro. nominis ementitor. Caeteras autem (sequitur) non Christum, sed Ro. ecclesia fundauit, quia Ro. ecclesiam supra fidei petram erexit, supra quam petra, quaeso, alias ecclesias erexit: an supra harenam? Non credunt idem Ro. ecclesia, & aliae ecclesiae: non sunt ipsae etiam ecclesiae: Si sunt ecclesia Christi, cur tu impijssimo ore resistis Christo dicenti: Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: Quid significat ecclesiam meam? Non est nisi una Ro. ecclesia, sua ecclesia: Si autem quaelibet alia, etiam ecclesia Christi est, & Christus affirmat eam aedificadam supra petram fidei, impio iam errore dicitur, ad ecclesiam Ro. pertinere, & non ad alias omnes.

Hanc petram non dicit ecclesiam Ro.

Tunc nunc appello, lector, ad iudices, an haec decreta modeste, uel immodeste frigidissima, dixerim, quae uerius impijssima dicere debuissim, non quod Ro. pontificum sint, sed quod nomine eorum uulgentur, & per ipsa iam multis annis adulentur summis pontificibus, has insanas nihil curantibus, quin & suariter audientibus. Igitur euangelium, hoc interprete, sic intelligemus, & locupletabimur. Ego supra fidei petram aedificabo ecclesiam meam Romanam. Romana autem aedificabit supra suam sententiam ecclesias suas, non meas, quia mea supra fidei petram aedificabo. Ecce nunc eant adulators, & statuunt nobis scripturae sanctae interpretationem ad Ro. pontificis scribas pertinere: deinde uide

Impijssima sunt decreta.

Epistola pape...

Per potentiam tractant scripturas Ro. scribae.

quid sit in curia Romana iuristas dominari, & sine Theologis ac sacris literis de sola potestate, & spiritus sancti praesentia praesumere, hoc est per solam potestatem scripturas tractare. Caeterum iuxta Augu. regulam, & Ro. & omnis pontifex subiacet cuiuslibet fidelis etiam iudicio, maxime in materia fidei.

Iam illud quod euangelice dictum est, quod caelestis imperij & terreni iura Petro commisit. Obsecro, non est haec res omnibus lachrymis digna, quod haec non modo legere, sed etiam credere pro oraculis spiritus sancti urgeamur, & ita utreamque, ut ignem minentur, si contra quid mutiamus? Atque ita sit, ut haec maiore timore & religione amplectamur, quam ullum aliud uel fidei uel morum praecipuum diuinum, ubi ignem nemo minatur, quin glorificentur, & adhuc bonum statum ecclesiae somniamus, nec Antichristum in medio templi agnoscerimus. Igitur uox ista blasphemica est impossibilis, quod Petrus iura caelestis imperij teneat, cum solum ministerium uerbi teneat in terra; Christus solus est dominus caeli & terrae, deinde imperium & terrenum Christus docuit & Petrus contemneret; hic non solum non habere, sed etiam iura eius in manu Petri constituit. Hinc secutum est malum, quod adulatores Ro. pontificem in utroque regno dominum constituerunt: quod nec Christo quidem datum est, qui suum regnum negat ex hoc mundo esse. Mirum autem, quod Petrus Nerone principem pallus est non modo in Roma, sed etiam in sua cruce, qui potuit ei iura terreni imperij auferre, aut certe iriuolum & impium est, successorem Petri hoc praesumere, quod in Petro non fuisse cernitur. Pereant ergo arrogatissima uocabula ista imperij, iura imperij caelestis, & terreni imperij. Solum deo haec conueniunt, ministro ecclesiae & sacerdoti, Christi seruo modestiora tribuant. Sequitur eadem palea, Non ergo quaelibet terrena sententia, sed illud uerbum quo constructum est caelum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romana fundauit ecclesiam. Vide monstra, aut haec de sola ecclesia Romana dicuntur, & sequitur, omnes alias ecclesias esse terrena sententia statutas, & sine uerbo dei, sine quo nihil factum est, & sic omnes aliae ecclesiae sunt nihil, aut simul etiam de alijs ecclesijs intelligendum est, esse scilicet eas per uerbum dei, quod omnia condidit, statutas: & sequitur hinc nihil singulare de Ro. ecclesia dici, nisi inanem pompam syllabarum, & ita decretistam hunc, aut intolerabilis impietate, negare caeteras ecclesias una cum Christo, aut seipsum sua infecta manifestissime irridere.

*Handwritten note:* Hanc...

*Handwritten note:* Hanc...

Coelestis imperij iura Petrus non tenet

Antichristus in medio templi.

Nec terreni habuit.

*Handwritten note:* Hanc...

*Handwritten note:* Hanc...

Ro. ecclesia non est sola constituta a Christo.

*Handwritten note:* Hanc...

Ro. ecclesia non constituit alias

*Handwritten note:* Hanc...

Porro si caeterae ecclesiae sunt terrena sententia statuae, & hanc sententiam Romanae ecclesiae esse dixit, suo ore sese damnat, suam sententiam esse terrenam, non diuinam, dicens: Et ubi manet quod uocem Petri, tanquam diuinam, & non terrenam audire oportet; porro quis constituit ecclesiam Hierosolymitanam, antequam ecclesia Romana esset? An non Petrus uerbo dei Ro. ecclesiam constituit? Verum si de dignitatis constitutione loquitur, non de substantia ecclesiae. Tunc arguo sic: Romana ecclesia est diuino uerbo alijs superior constituta; ergo necesse erit, ut eodem uerbo caeterae ecclesiae sint ei inferiores statuae, quia non potest status superior, nisi sint quibus superior status possit. Vbi ergo est, quod supra dixit; inferiores caeterarum ecclesiarum ordines a Ro. ecclesia institui, non uerbo

uerbo diuino, quo uult sola cōstitui ipsa: Nā quōd Christus potuit statim dñs, nō si simul gentes & termini terrae subijcerent, & mons Zion, cui rex praeficeret.

Adde his, si quis dicat, si Ro. ecclesia diuino uerbo fundatur super omnes, oportet ergo & eas certas nominari, quae uerbo diuino subijciant: Age, esto ergo haec sententiā diuina, Romana ecclesia est alijs superior, die ubi scriptum sit eius correlatiuum, ecclesia Mediolanē. est eius inferior, aut alia: Si nulla nominatur, nulla subesse debet, praecipuo saltem diuino. Quid hic melius dici potest quā quod uerbum Christi nec de superioritate, nec inferioritate ecclesiarum intelligi possit, sed de sola, eadem, inuictaq; fide & potestate omnium ecclesiarum aequaliter: Vides ne quid sit sacras literas pro humano affectu, & sine timore dei tractare?

Verbū Christi  
si nec de su-  
perioritate,  
nec inferiori-  
tate intelligit

Sequitur, Illius certe priuilegiū fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Vide quae corollaria inferat uerbum Christi, de fide ad potestatis significationem detortum. Priuilegiū sit Romanae ecclesiae in uerbo, quod cōmuniter omnibus ecclesijs conuenit, quia Christus dicit: Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; meam inquit. Si ecclesia quaelibet est ecclesia Christi, ipsa certe aedificata est super eandem petram, & nullam est illi priuilegium. Si non est ecclesia Christi, & sola Roma est ecclesia, priuilegiū nō stat, quia nulla est ecclesia, cui Romana superior esse possit. Iterum dico, pronomen meā, aut significat solam Romanam ecclesiam, aut omnem ecclesiam; si solam, non habet priuilegium praeter ceteris; si omnem, iterum non habet priuilegium praeter ceteris. Eligat ergo quod uult, per hoc uerbum Christi Romana ecclesia aut erit sola, aut nō erit prima. Alia ergo uia probādis iste primatus, quia illusionē hanc sui euangelium Christi, ut uides, quā pulchre eludit, & prouerbiū Salomonis habet, illud ut illos suos.

Meā inquit  
ecclesiam, id  
est Christi,  
nō hominis

Et sunt tamē tam multi, quae ex hac misera palea priuilegiū Romanae ecclesiae assim pro articulo fidei, uel omnium primo & maximo iactitent patiētiore, si Christū neges, quā si hoc priuilegiū, uerba Christi percutiens nō adores.

Potestas pa-  
pe facit ar-  
ticulū fidei.

Sequitur iterum corollarium, tali themate dignum. Vnde non est dubium, quia quisquis cuiuslibet ecclesiae ius suum detrahit, iniustitiam facit. Qui autē Ro. ecclesiae priuilegiū ab ipso summo omnium ecclesiarū capite traditū (uide hanc uiam in hanc memoriam) auferre conat, hic procul dubio in haeresim labitur.

Ecclesia Romana nō habet ius, sed priuilegiū, quod; quod est supra petram aedificata, hoc enim solius Romanae ecclesiae est, isto autore; deinde petram uidei, intelligit praerogationem hanc primatus terreni; nam haec duo perpetuo miscet & confundit haec palea.

Obsecro, quanta patientia est, ista tolerare; primum sicut dixi, si petra fidem signat, eadem est omnium ecclesiarum, nullo reliquo priuilegio, si autem, nō omnium est eadem, sola erit ecclesia Ro. non habens cui praerogatur. Secundo si petra fidei, dignitatem significat, iam sibi ipsi cōtradicit in eodem uerbo, uerbum; Christi adulterat, fidei significationē in potestatis significationem subuertens, & spiritum in carnem, Christū ad mundum trahens.

Non ergo est haereticus, qui negat hoc priuilegium Ro. ecclesiae, sed ille deprauator est uerbi dei, qui per fidei petram intelligit priuilegium potentiae temporalis.

Quod autem in fine Ambrosium adducit, qui se matrem ecclesiarum asserit sequi Romanam, utinam & ipse idem faceret cum Ambrosio. Ecclesia Romana mater est, sed nō omnium ecclesiarum; nam & Metropolis quaelibet est mater ecclesiarum

Romā matrem  
ecclesiarū tes-  
tatur Am-  
brosius.

D d ij ecclesiarū

ecclesiarum, iuxta patrū statuta; deinde Romana ecclesia nunq̄ uerbis Christi fīi has contumelias fecit, quas hęc palea facit, sed per petram fidem intelligit, non tyrannidīs ambitionem.

Octauus (ut finem faciamus horum deplorandorum interpretum scripturę diuinae) est iterum Anacletus eadē dist. c. sacro sancta, sic em̄ ausus est quisquis fuerit ille barbarissimus notarius, etiam tanto pontifici tribuere tantam & inuicitiā, & temeritatē, quantam uidebimus.

*Anacletus*  
Sacro sancta ecclesia.

Sacro sancta Ro. ecclesia (quasi alia nō sancta, aut nō sacro sancta sint, etiā si eadē fide, uerbo, sacramēto, spiritu, profusq̄ eadē sanctitate sanctificentur) nō ab apostolis, sed ab ipso domino & saluatore primatum obtinuit, sicut beato Petro dicit: Tu es Petrus, & sup̄ hanc petram &c.

Cornutum argumentū.

Si aliquis gentiliū sic exponi uerba Christi audiret, quādo Christianus fīeretur: Igitur & hīc primatum intelligit per uerbum: Tu es Petrus, seu per hanc petram. Eligat autem (ut iterum eadem repetam) utrum uoluerint, Petra hoc loco aut significat fidem spiritus, aut primatum exterioris, utriq̄ enim simul nequit significare: si fidem, iam omnes ecclesie sup̄ eam sunt ædificate, quia Christus dicit, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ergo cuiusq̄ conuenit dici a Christo, ecclesia mea, ad eandem pertinet petra & Petrus, super quā ædificatur, ita nihil proprium Ro. ecclesia habet, sed omnia sunt cōmunia, quia ubi eadem fides, eadem quoq̄ potestas clauium: fidei enim & petrę datae sunt claus, ut patet. Si potestatem, iam iterum omnes sunt æquales ecclesie, quia cuiusq̄ dicitur a Christo, ecclesia mea, simul dicitur, ædificabo te super petrā, id est, potestatem: quare quælibet ecclesia hoc uerbo erit omnium prima, quia habet eandem petram, qua Ro. ecclesia gloriatur esse se primam, ita quoquo uertas te, semper occurrit, & resistit tibi Christus, dum ecclesiam suam supra petram ædificat, nec sinit ulli particulari ecclesie hęc petram appropriari, ideo nec Petrum. Vides ergo quod unicum illud pronome, meam, tanq̄ cōmune ecclestis, omnes has decretales infrigidat, ut ante faciem frigoris eius nūquam

Quicquid habet Ro. ecclesia, iure diuino, habet etiam quælibet alia.

stingere possit, dum communem petram, communem potestatem, communes claus, communē Petrum, & omnia cōmunia facit. Ita iure diuino, quicquid habet Ro. ecclesia, habet quælibet ecclesia, quantūlibet parua sit, quia ad omnes dicit & Paulus, i. Corint. iij. Omnia uestra, siue Paulus, siue Appollus, siue Cephe, siue mūdus, omnia uestra, uos autem Christi.

Non

Effet sane ridiculum, quod omnium ecclesiarū idem est bap̄tismus, eucharistia, eadem confirmatio, idem uerbum dei, idem sacerdotium, eadē nitentia, unctio, matrimonij, & omnia sacramēta, eadem fides, spes, charitas, gratia, mors, uita, gloria, & una hęc temporalis potētia uni tributa esset q̄ uerbum dei, quod cōmune est omnibus.

Si omnia comitantur.

Quare ubicunq̄ prædicatur uerbum dei & creditur, ibi est uera fides, petra ista immobilis: ubi autem fides, ibi ecclesia; ubi ecclesia, ibi sponsa Christi; ubi sponsa Christi, ibi omnia quę sunt sponsi: ita fides omnia secum habet, quę ad fidē sequunt, claus, sacramēta, potestates, & omnia alia.

Quero etiā, si soli sunt Petro claus, datę, & nō uniuersali ecclesie, cur non uocantur claus Petri; cur non uocantur claus ecclesie Romanae? Cur ipsemet Pontifex in suis literis, & uocat eas claus sanctę matris ecclesie? Aut enim hęc uox cōmunis totius ecclesie iniuriam facit Ro. ecclesie, in suo priuilegio sibi soli attrahenti claus, aut Ro. ecclesia schisma querit, dicens: Ego sum Cepha, & toti ecclesie rapit rem, quam ipsamet constitit cōmunem; patet ergo testimonio

*Cur dicitur Petrus & non  
petrus, non Petrus, petrus*

testimonio omnium publico, non Petro, sed ecclesie esse claus tradidas, non Romanæ, sed uniuersali & cuiuslibet, præter hæc uide, q̄ recte per petram intelligant potestatem. Nam cum potestas esse non possit, nisi ecclesia sit prior fundata, quæ accipiat potestatem, quomodo ecclesia super potestatem, id est, prius ædificatur super posterius; deniq̄ potestatem nō per petram, sed per claus Christum intelligit, quas ecclesie super petram (id est fidem) prius ædificatæ tradit, ut clare textus ordo probat. Vides ergo q̄ ambitio excæcat oculos mentis, ut clauium potestate non contenta, etiam ex petra fidei (quæ est ecclesie substantia) potestatem faciat.

Petra nō est potestas.

Quod autem hic Anacleus Ro. sedem primam uocat, & Alexandrinam secundam, & Antiochenam tertiam, seipsum iterum redarguit, non solum quia iste ordo iam diu mutatus est, uerum etiam quod sequitur hinc, aut Alexandrinam esse iure diuino secundam, & Antiochenam tertiam; aut nec Romanam primam, quia eodē iure oportet esse primam, quo secundam & tertiam. At manifestū est, q̄ secundam & tertiam suo iure ordinat Roma, ergo & seipsam primam suo iure ordinat.

Decretum implicat.

Errat etiam in historia, quod Ignatium scribit constitutum a Petro episcopum Antiochie sibi successorem, cum in ecclesiastica historia pateat Enodiam Petro, & Enodio Ignatium successisse. Ideo non est credibile huius Canonis autorem esse Anacleum.

Successor petri Enodius, non Ignatius fuit.

Iam audi iterum securum affirmatorem, id est, temerarium, inter beatos apostolos, inquit, quedam fuit discretio potestatis, & licet omnes essent apostoli; Petro tamen concessum est a domino, & ipsi inter se uoluerunt id ipsum, ut reliquis apostolis omnibus præferret.

Non

Obsecro, quæ fuit ista discretio potestatis? nunquid Petrus ordinauit apostolos, nunquid misit eos? nunquid confirmauit eos? ubi legitur belua, quod a dño concessum est Petro habere discretam potestatem ab alijs: quando hoc ipsi uoluerit?

Potestati discretæ ab alijs nō habuit petrus.

Quin hic signa: Duplex est primatus, honoris & potestatis, quod Petrus primus fuit in ordine, nemo negat. Nam & inter cardinales, episcopos, sacerdotes, doctores, principes, etiam si nullus alteri subiectus est, tamē necesse est in conuentu aliquē primo loco sedere, cum tamē nihil habeat præcipere illis. Ita Petrum fatemur principem apostolorum, primū ecclesie membrū, caput collegij apostolici, & alia quæ de eo sancti patres dixerūt. Ita uidemus & Ro. pontifices semper fuisse honoratos, ut successores Petri & primo loco, habitos, & in hoc recte & laudabiliter actū est, & agitur, agendūq̄ est sine querela.

Petrus primus ordine, nō potestate

Papa honoratior alijs fuit.

Alter autē primatus potestatis nunquid fuit Petro datus, quia quislibet apostolorum sine auctoritate Petri prædicauit euangelium, episcopos & presbyteros ordinauit in locis suis, omnes a solo Christo sunt æqualiter missi, & immediate. Hæc primatus istius honestissimi canones ambiunt, & uerbis dei abutuntur in hanc tyrannidem stabilendam, nolunt enim ullum episcopū in toto mundo fieri, nisi pallium & auctoritatem Ro. pontificis habeat, & ubi Petrus sese non extulit super apostolos, ibi unus apli successor, longe minor suo prædecessore (sicut episcopus aplo) non contentus honoris primatus, omnium apostolorum successoribus multo dominari in potestate & uiolentia.

Primatus potestatis nō fuit Petro.

Pallium emendatum.

Hanc rationem inuicem oppono omnibus, qui Ro. pontifici adulantur super totius mundi dominio, & expecto cū fiducia, quid nam contra possint mouere, aut gannire; Quia simul fretus, tanq̄ certissima, & omnibus notissima ueritate cum fiducia proclamo, quod decreta quæcumq̄ aliter statuunt, nō modo

Conclusio.

Dd iij frigidissima



frigidissima sunt, sed etiam cōtraria diuinae scripturae, euangelio & actibus, epi-  
stolis apostolorum; in quibus tam crebre, tam aperte apostolorum aequalis, &  
in mūdo diuersa cōmissa puincia describit, ut ego non possum satis admirari,  
esse potuisse unq̄ tam temerarios adultores, qui cōtra hanc fulmina scripturae  
sumum terrenū leuare auderent, hoc successori Petri episcopo arrogantes  
quod nec apostolo Petro praedecessori unq̄ pmissum est, Nec tamen mirarer,  
si id solum arrogarent, nec hoc quaereret sed quod huic arrogantiae repugnan-  
tes scripturas maluerint corrumpere, q̄ repugnantibus temporalem hunc po-  
testatis primatum cedere.

Propter sūpo-  
raile petre Pa-  
pa torquent  
scripturas.

Papa non de-  
beret oēs epi-  
scopos ordi-  
nare, sed uici-  
ni episcopi,  
ita decreuit  
primus cano-  
ni ap̄stolus ut  
uideret.

Beneficia oia  
sunt in uoca-  
tione Ro. aua-  
ritiae.

Affectu po-  
tatis quaerit  
primatum.

Cephas. i. pe-  
trus aut solli-  
dus.

Decretales  
sunt auctorita-  
tes huic in-  
positio de-  
creto.

Addo ad haec, Quod nec in hoc recte & euangelice sit a Ro. pontificibus, q̄d  
episcopos e Ro. ecclesia propagatos, id est, ecclesiam lati nam sic administrat,  
ut soli ipsi ordinent, & confirmet episcopos omnes. In hoc enim non Christo  
sed sibi ecclesias Christi uidentur arrogare, cum apostoli Pauli exemplo debe-  
rent etiam alijs cōmittere constitutionem episcoporum, uidelicet archiepisco-  
pis & uicinis, deberent ergo illos deo cōmittere, & nequa q̄ cogere, ut pro no-  
uo episcopo ad urbem mitterent, habet enim hoc speciem non leuem auaritia-  
& tyrannidis, qua dominantur fidei eorum, quod Paulus noluit in Corinthi-  
os sibi usurpare. Sufficeret enim semel episcopum dedisse, & deinceps eos gra-  
tiae dei cōmendatos, propagatiōi proprijs eos relinquere, aut solūmodo curam  
gerere, ne a fide degenerarent, sicut apostolus in Galathis monstrauit exem-  
plū. Nunc uidemus praetextu huius beneficii, & primatus, omniū episcopatus  
& sacerdotia in uoragine Romanae auaritiaē rapi, tot simoniae impudentissi-  
mae monstris hoc uno operculo tectis.

Sequitur, Et Cephas, id est, caput & principū teneret apostolatus. Vel hic  
locus ostendit, magis affectu potestatis, q̄ ueritatis studio huic primatū quaer-  
situm, Quomodo enim tot falsis argumentis uterentur, si hunc & solidam ha-  
berent causam? multis autem eget mendacium, ut uerum appareat. Itaq̄ tam  
inscius est iste scenicus & poeticus Anacletus, ut Cepham caput interpretetur  
contra euidētissimum & apostolicum testimonium Ioannis apostoli, qui di-  
xit lo. ij. Intuitus eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Ioanna, tu uocaberis Ce-  
phas, quod interpretatur Petrus.

Pudet me, quod super hoc errore crassus, tantum negotium struitur, in quo  
simul indiligentes se fuisse euangelij lectores, ideo non mirum, quod & falsos  
intellectores, ostendunt.

Melius Leo supra petram, soliditatem intelligens, uocabulum Cephe bene  
nooit. At hic nec euangelium, nec canones recte intelligit, list autem Cephe,  
teste Hieronymo, Syrum uocabulum, significans soliditatem, quam Graecus  
Petrum uel petram, id est, saxum uel rupem firmam trātulit. At noster hic nu-  
gator: Cephalen graece, pro Cepha Syriace accepit, & tamē inter sacros cano-  
nes uel primus habetur. Nam in decretalibus, quas Greg. ix. & Bonifa. viij. cō-  
gesserunt, huic canonis suisq̄ similibus autoritas tanta tribuitur, ut uix una sit,  
quae non totum hunc spiret, praetereo quod deinceps hunc formam successori  
bus traditam fabulatur, seruandam a ceteris episcopis, omnino aliud nihil q̄  
ambitiosissimum spirans affectum.

Sequitur pulchra similitudo.

Et non solum in nouo testamento est constitutum, sed etiam in ueteri fuit  
sicut scriptum est, Moses & Aaron in sacerdotibus eius, id est, primi inter  
eos fuerunt.

Quid

Moses & Aa-  
ron in sacer-  
dotibus eius

Quid audio? non frustra hos canones lego, quod egregie disce scripturas intelligere.

Primum, qui unum solum summum sacerdotem in ueteri lege noui: nunc didici duos fuisse primos. Secundo etiam grammaticam nouam uide, in sacerdotibus eius, idem est, quod primi inter eos fuerunt, cum hucusque hoc uersu psalms intellexerim nihil aliud dici, quam Moysen & Aaron sacerdotes, uel de numero sacerdotum fuisse, sicut Samuel inter inuocantes nomen eius, nihil de primatu te uel cogitans.

Tertium documentum, quod summus sacerdos ueteris legis fuerit figura Ro. pontificis, Apostolus enim ad Hebræos me mirum in modum decepit, cum ueteris ecclesie doctoribus docens, non Ro. ponti, sed Christum solum fuisse per summum & unum pontificem significatum.

Uthoc omitam, quod illis omnia in figura contigisse scimus, & in nouo testamento figuram ille denuo reuocat, ut sit similis figura utriusque testamenti, nihil iam utriusque ab utroque differens. Vror ego, diuinas literas ab his porcis tam impudenter coculcari, pferam sub noie Romani pontificis, & Romanæ ecclesie.

Quid autem hoc est, quod duos primos sacerdotes in ueteri testamento statuit, magno sui primatus detrimeto: imitare quod dicitis, & si falsum, stet similitudo, & da etiam nunc duos primos, quomodo unum primum probabis per duos primos? Vides ergo hos homines, eos fuisse, qui simplicitate fidei nostræ abusi, aut si sunt statuerent, quicquid uel somnare potuerunt.

In fine cœclitatis, & eadem dexteritate Ro. ecclesiam cardinem uocat, in quo omnes ecclesie reguntur, domino disponente. Et tandem sit finis hic. Nā ceteri canones, qui eadem spirant, horum nimirum influxu infecti sic spirant.

Non possum autem omittere, quin & decretalē uel unam adducā, ut appareat, quid pro sit ecclesie regere, & scripturas sacras non intelligere, sunt enim & decretales quod plurimæ frigidissimæ, hæ maxime, quæ maxie sunt in usu. Transco illam, de constitutione, c. translato, quam puto sic a me uindicatam antea, ut necesse non sit repetere. Assumo onus illud, c. significasti de electio, ubi archiepiscopus Panormitanus cum rege & regno Siciliæ iustissime mirati, quod palium accepturus exigeretur iuramentum, & ubi pulchra modestia contra hanc infelicissimam exactionem adduceret præceptum Christi, & statuta conciliorum, talem accepit responsionē & interpretationē scripturæ sanctæ a Pascha le Romano pontifice.

Mirantur, inquit, dominum nostrum Iesum Christum, qui cum ouium suarum curam Petro committeret, cōditionem apposuit, dicens: Si diligis me, pascue oues meas &c.

Adeo percussit sunt Papæ & Romanæ curiæ proceres unius huius episcopi interrogatiōe, ut quid responderēt, non inuenirent, donec spiritus domini eos huc rotaret, ubi omnibus ostenderet, in lege domini nec uoluntatē, nec meditationē eis fuisse. Agam interim partes archiepiscopi.

Si exemplum Christi placet & ualet apud te, o Paschalis, cur non imitaris? Si non placet, cur adducis? cur tū quoque non cōtentus querere, an diligat Christum, sine iuramento cōmittis oues Christi? Cum placeat exemplum, cur non sufficit & conditio; an melior & sanctior est conditio iuramenti, quam amoris? An plura speras eum facturum, qui coactus iurat, quam qui sponte amat? Christus soluit Petrum a lege & coactione uoti & iuramenti, solam libertatis & charitatis in eo querit fidem; Et tu libertatem tollens, lege iuramenti cogis.

Vbi est

Vnus summus sacerdos i ueteri lege.

Summus sacerdos non est figura Papæ

Simplicitate fidei nostræ abusi sunt. Roma, ecclesia cardo non est ecclesiarum.

Frigidissimæ decretales, quæ maxie habentur in usu, emmerantur. C. significasti de electo.

P

Iuramentum iniuste exigit pontifex ab episcopis.

Vbi est exemplum Christi, ubi conditionis similitudo: Est per uerbum, diligere, intelligendū iuramentū: Nunquid Christus a Petro iuramentū exegit pro Romana ecclesia? Quid hoc ad oues Christi, quod tibi iuratur, & ecclesie tue? Tux sunt oues, an Christi?

Iuramentum ecclesie Ro. si sit, nihil ad oues gignit.

At tu optime pater, an Christū diligat, profusus nihil curas, sordet hæc tibi, ut iustissima conditio, tibi ut fidelis sit, iuramento astringis. Adhuc stat interrogatio archiepiscopi, non satisfecisti.

Adhuc quaerit, quo iure hanc fidelitatē extorqueas: Tua responsio profundi te mergit & capit; deinde cui queso, tu iuras fidelitatē: Cur facis & imponis alteri onus, quod digito nō uis mouere, cōtra & charitatē & legem naturæ

Iuramentū si delictis exi- gatur poterit possessiōem pccatis ex ma- la fide.

Deinde adhuc quaerit etiam illa stat, Cur præcedentes pontifices nō exegerunt iuramentum? Cur alij nō præstiterunt? unde noua ista exactio: uis dicat: Ex male fidei possessa potestate, conscientia meruit, iustitia nō suffragat: ideo quæritur utrum quæ solatium & firmamentum.



Itaq; hodie pontificari nō licet, nisi iures Ro. pontifici fidelitatē. Iurata autē fidelitate, mox dignus es pōtificari, siue diligas, siue pascas: has em̄ conditiones Christus requirit, quid de ijs nostro seculo, nec hoc curetur, an sanctus doctusq; sit, an minus, solū sit seruus Ro, ecclesie. Non licet Christo libertatis magistro seruire, nisi primū sit iuratum mancipium Romanæ curiæ.

Satis est ab exemplo Christi didicisse, quamlibet conditionē fratribus etiam iniquissimam imponere pro libito: ipsam uero Christi cōditionem ne syllaba quidem meminisse.

Episcopus

Sed responde adhuc semel, Paschalis, tuo te iudicio peto: Si Christus conditioem ibi posuit, ut dicis, iam tuo ore definimus, nullum esse Ro. pontificem nisi diligat ac pascat, quia pactum & cōmissio conditionalis, si cōditio nō sit, non ualet. Tuo ergo enthymemate utar, archiepiscopus Panormitanus sine conditione iuramenti præstiti in facto, nō est episcopus, ergo nec tu Papa, nisi in facto primum præstes conditionē amoris & pascæ: quæ si uera sunt, iam in sexcentis annis non habuimus papam. Nullus enim docuit nos uerbum dei. Nec sufficit quod promittas te amaturū, quia tibi nō sufficit promissio iuraturū, sed sicut tu a fratre exigis cōditionē in facto, ita nos nomine Christi maiorē hanc conditionē exigimus in facto, aut tua autoritate Papam negamus.

Actu amct Papa.

Seruiturū Ro ma nobis im- ponit.

Quid hic facies? uides ergo, q̄ impatiēs sit scriptura corruptionis, q̄ uanos ostēdat eos qui se maculāt: noluit Paschalis uinci interrogatiōe, nec male egit se uideri, & ignarus seipsum toto pōtificatu indignum redarguit, dumq; festu- cam fratri eruit, trabes suas nobis ostēdit. Ista est ergo pastura, quod Roma- nenses omnia sibi inflēctunt, omnibus omnia imponunt, omnibus se subtra- hunt, & quod atrocis est, non ad Christum, sed ad seipos nos cogunt: nō exi- gunt conditionem, qua Christi libertatem promittamus, sed qua tibi seruitutē iuremus. Quæ autem maior miseria ecclesie, q̄ non amore, sed ut conglutina- ri, pontifices nō beniuolentia, sed potestate imperare, subditos nō amore, sed odio & timore coactos seruire?

ppa

Apli nō ex- gerant fidel- itatis iuramē- tum a suis.

Sed sequitur digna applicatio similitudinis. Si cōscientiarū factor & cognitor secretorū conditioe hac usus est, nec semel tantum, sed & secundo & usq; ad cōstratationē: Qua nos oportet sollicitudine tantam ecclesie prelationē imponere fratribus, quosq; cōscientiā nō uidemus?

Nec mirum certe, quia Petrus, Paulus, & alij apli non erāt tam solliciti tan- ta sollicitudine, quāta nūc sunt Romani: deinde quæ cognouerūt forte cōscientias

per cōstratationē

illorum, quos sacerdotes constituebant, nec exemplum Christi adeo curauerunt, nonne hoc est seipsum ridere? Sed nec Christus, cuius oues sunt proprie, licet pro eis se traderet, non tamen fuit tam sollicitus, ut iuramentum a Petro exigeret, sed uelut dormiens, dilectionem tantummodo, rem sane leuissimam exigit, quandoquidem nisi iuramentum Paschalis charitati praeponeret, sine dubio exemplo Christi contentus esset, nec se oportere magis sollicitum esse quereretur, quod Christum ipsum. Vides enim ut arguit a minori, Christus exigit, quanto magis nos; quasi uero hoc aliquid ad rem pertineat, quod Christus conscientias nouit, Ro. pontifex non nouit; cum Christus exemplum in hoc omnibus praeberit imitandis; denique & nos non nouimus conscientias R. pontificis, iuret ergo & nobis conditione Christi saltem.

Sola dilectio  
nem exigit  
Christus.

Iterum quero: Si ignorantia conscientiarum sola est causa exigendi iuramenti, cur non cogis ut iuret se recte iurasse, id est sine fine, cum in nullo iuramento conscientiam eius noscas, recte ne iuret, an secus? Si autem ignorantia ista conscientiae non mouet ad exactionem iuramenti, qua fronte ignorantia conscientiarum pro causa adducis? Quae est ista mirabilis in uno homine super eodem homine patientia & impatientia ignorantiae conscientiae?

Iuret & pbes  
sex nobis sit  
delitatem.  
Prope igno-  
rantia conscientiarum non de-  
bet papa exi-  
gere iuram-  
tum.

Si accepto iuramento tantam administrationem ei cedis, cur non quod leuius erat, iuramentum cedis? An putas quod maior res sit iuramentum tibi praestitum, quam tantae ecclesiae administratio?

Ad haec, ignorata conscientia debuit te quod turissimum facere ad imponendam praedicationem, ut eo magis relinqueres iuramentum, quo minus conscientias nosset, ne forte ad periculum eum cogeres. Gaudendum tibi fuit, hanc tibi a Christo relictam libertatem, ut possis eis oues committere, quorum corda non nosti. Nunc per iuramentum secreta exploras, aut in periculum fratrem adducis, quorum utrumque grauissimum est, id est sine causa, nec propter deum, sed propter sui delitatem Romanae ecclesiae.

Credas opti-  
ma de fratre

Demum, si ignorantia est causa iuramenti, sequitur, si scires conscientiam, male te exegisse iuramentum. At cum quisque de quolibet debeat optima praesumere, & charitatis sit omnia credere, haec ipsa fides de fratris bonitate certior est omni scientia, quod etiam si scires, diu scire non possis, credere autem semper possis.

Ultimo, nunquid post iuramentum nouit eius conscientiam; cur ergo non toto tempore tibi iurat, qui toto tempore causas iuramenti tibi praestat? Haec dixi, ut uideamus quid sit uerbo dei nolle credere, & scripturas suo sensui aptare, quomodo ego sperem apud Ro. Pont. esse eius interpretandae scripturae, qui tam manifeste scripturas in alieno sensu tractant? Vel quid non obtineant in terra Ro. quid non audeant eorum nomine adulatorum, si haec perstraxerint eorum nos ceperit & euerterit, non licere scilicet eorum dicta cum iudicio legere, & eis solis interpretandae scripturae iura concessa esse? Tunc enim (ut Augustini uerbo abutar) uere sine periculo primatus huius in ecclesia luditur, sed mihi si non deo & nobis illudetur. Absit, absit ista plus quam Babylonica captiuitas.

Ius interpra-  
di scripturae  
non uidet esse  
apud Ro. po-  
ntificem.

Pontifices non  
sunt sua cum iu-  
dicio legi.

Sequitur nunc oppositorum dissolutio.

De iuramento

Aiunt omne iusiurandum a domino in euangelio esse prohibitum, nec ab apostolis post dominum, nec in conciliis inuenire posse statutum.

His ictibus insuperabilibus prostratus, quid dicat, audiamus. Quid est ergo quod dominus subsequenter ait, quod amplius est, a malo est: hoc enim amplius ut exigamus malum, nos illo permittente compellit.

Quod amplius  
us est, a malo  
est.

Quod Christus prohibet & negat, hic affirmat, & praecipit, Christus dicit,

Quod

Quod amplius est, a malo est, id est, non debet fieri; loquitur enim de proni-  
tate iurandi, sine necessitate fratris, hoc est, de libidine iurandi; sicut mulierē con-  
cupiscere prohibuit, qui tamen debitum coniugibus reddendum nō prohibuit.  
Ita libidinem iurandi, non iuramentū debitum prohibuit. Hic dicit, hoc am-  
plius cogit nos, id est, fieri omnino oportet, sed audiamus hoc malū, quod nul-  
lus in uerbis euangelij cogitauit unquē.

Nonne malum est, inquit, ab ecclesiā unitate, & a sedis apostolicæ obedi-  
tia resiliere, & contra canonum statuta prorumpere, quod multi etiā post præ-  
stitum sacramentum præsumserunt?

Obedientia se-  
dis apostolice  
& plus curati  
& Christi.

Ego putabam quod hoc malum esset interpretaturus, non diligere Christi,  
non pacere oues, & horū sollicitudine, exemplo Christi torqueri ad iuramentū  
exactionem, uerum hæc Christus a Petro requirit; hodie curandū ne ab obedi-  
entia sedis apostolicæ resiliat episcopi.

Tunc ego, episcopus meus nondum quicquid illorum malorum fecit, ut quid  
ergo exigit iuramentū: an quod ignoras eum nō facturum? Cur nō in omni  
præcepto dei exigit iuramentum: cur hic te non compellit malum: an non est  
malum a præceptis dei resiliere? Quin ecclesiam replet, non nisi iuramentis?

Amorem sui  
quærit Ro.

Si autē in dei præceptis tam patiens es, ut te tot mala quæ in  
specu dominant  
etiam in domesticis tuis, ad iuramentum non cōpellunt, quomodo in tuis præ-  
ceptis mala, nec præsentia, nec forte unquē futura te compellunt? Nonne per-  
spicuum sit, ut amor sui, quo magis sese uenustat, magis seipsum prodit?  
Prorsus nulla reliqua est ratio, quin si in tuis præceptis iuramenta exigas pro  
tuo commodo, multo magis exigas pro dei commodo, aut si hic non facis, nō  
sine culpa tibi facis.

Habes ergo malū, quod Ro. in euangelio intelligunt, quod est suspicio ma-  
la de fratribus bonis, nam transgressiones mandatorum an malæ sint, alijs uide-  
runt. Oculis ambitionis & auaritiæ.

Sequitur, Hoc nimirum malo ac necessitate compellimur iuramentum pro  
fide, pro obedientia, pro unitate requirere.

Est ecclesia  
ut. p. Roma.

Nunquid etiam pro fide Christi, pro obedientia dei, pro unitate fratrum? nō,  
sed hæc uerbum ecclesiæ bonum & necessarium est, ut Roma secure domineat  
& cætera omnes seruiant captiuitatem.

Proinde Christiani in India adhuc magno malo laborant, ita suspicio pessima  
de optimis fratribus est causa exigendi iuramenti, quam tamē nō habēt in  
præceptis dei, in quibus præsumunt omnia seruari.

Unitatem ec-  
clesiæ uocat  
fidē & obedi-  
entiā Romanæ  
sedis.

Etiā hic unitatem ecclesiæ, fidem & obedientiam Ro. ecclesiæ intelligit,  
non fidem, spem, charitatem, sacramenta, uerbum, & cætera quæ eadem sunt,  
sed hoc singulare, quod nulli ecclesiæ cōuenire uolunt, nisi suæ, & tamen uni-  
tatem uocant, sola Romana ecclesia hoc habet hodie uel summū bonum, & ta-  
men cæteræ omnes in eo ipso conueniunt, quod non habēt, & sunt unum in re  
nō cōmuni, sed singularissima & uni homini tributa; sic em̄ discēda sunt noua  
uocabula nostris temporibus in scripturis & ecclesia dei. Quanto rectius Cy-  
prianus unitatē hanc charitatē intellexit, sicut & Christus rogauit Ioā. xvij. ut  
sint unū in nobis, sicut & nos unū sumus, unū, inq̄r, in nobis, nō in ecclia Ro.

In fine: Atiunt in concilijs non inueniri statutum, quasi Ro. ecclesiæ legem  
concilia ullam præxerint, cum omnia concilia per Ro. ecclesiæ autoritatē &  
facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis patenter excipiatur Roma  
nī pontificis autoritas.

Quis



Quis hæc ferat quæso? Nunquid Nicenum concilium robur accepit, aut factum est autoritate Ro. ecclesiarum? nunquid & multa alia per Augustinū & olim Cyprianum in Africā habitæ? Denique etiam si statuta exciperent Ro. Pontifici, tamen ipse debet nolle excipi pro ædificatione ecclesiarum. Hic autē gloriatur se nemini quicquid debere, ut & deus ei nihil debeat.

Concessa sine autoritate Ro. manupontificiis optima fuerunt.

Ego sane archiepiscopo Panor. non tam duro & fragoso plenoque contentio nis, & timore, respondi sem sermone, quo furor, & odium suscitatur, sed dixi sem: Sustine frater interim, res magna est, tua solius gratia, hæc tam subito cessare, quæ nos non statuis. Sic enim pax & charitas aleretur. At ista decretalis meam su perbiam, & præfactam fiduciam spirat.

Consectudo fuisse episcopo Panor. sano obiecta da. *Episcopo Panor. sano obiecta da.*

Sunt præter hanc & alia quedam, præsertim illa de maiori parte & obedientia e. solite, adeo sine theologia, ut me miserat ecclesie illius, tantum in traditionibus hominum occupata, ut me miserat sensum euangelij uidere non permit tatur. Sed abstineo hoc tempore, sat habens ostendisse, cur ego me sufficienter honorasse uidear Ro. pontificem, si eius decreta tolero, non autem eorum sensum tanquam solum & uerum secutus fuero, ne forte, si pluribus ea examinem, existimer studio delectationis tanti uerticis dicta carpsisse. Nolo ea dānare, nolo etiā eis cogi contra scripturæ ueritatem.

Consolite. de mai. & obe.

Ad tertium, ad rationes.

Vbi illud primum tractandum, quod decreta quibus primatus ecclesie Ro. probari a me dicitur, dixi intra quadringentos annos nata, & contra hoc esse historias millecentum annorum.

Decreta nata intra quadringentos annos.

Primo, sciebam hæc offensura & manifestissime omnium falsa uideri omnibus. Certum est enim esse decretis Rom. pontificum ante mille annos certatū pro hoc primatu.

Ego autem hoc spectauī, quod Ro. ecclesia nunquam fuit, nec est, nec erit unquam super omnes totius orbis ecclesias, licet super plurimas sit, nec enim fuit unquam super Græciæ, Africæ, Asiæ ecclesias, nec eorum episcopos confirmauit, sicut modo nostros confirmat, ut satis probat historia. Deinde sunt sine dubio Christiani in oriente, cum Christi regnum sit orbis terrarum iuxta Psal. ij. & tamen episcopi eorum non instituantur, non confirmantur e Roma, nec est necessarium.

Ecclesie nunquam fuerunt omnes sub pontifice Romano.

Deinde ab hoc tempore ceperunt multiplicari leges & iura. Nam Greg. ix. Bonifacius octauus, Clemens quintus, nisi cōsarcinassent, & alias recitas, alias additas epistolas, scholis legendas ac docendas tradidissent, sine dubio tor maria glossarum, & infelicissimum iuris studium non essent, delituissent autem etiam decreta quæ decretales, magno ecclesie lucro, & euangelij comodo, intra arcas Romanæ pontificis. Nunc autem quæ sit facies ecclesie, nigore istarum legum, satis plus uidemus, nec hoc satis, in dies augetur eiusmodi libri, & tamen nihil faciunt nisi quod plures animabus laqueos ponunt, inde dispensationum, confessionum, indulgentiarum, exemptionum turpissimam nundinam, inde episcopatum, sacerdotiorum, officiorum, palliorum, annatarum, rapinarum & uenditiones impudētissime inde censuræ, minæ, fulmina, uis, fraus, dolus, & infinita monstra: quorum nullum aut saltem rarum esset, si epistole eiusmodi, sicut oportuit, intra annales & regestas mansissent sepositæ, & euangelio in publico locum reliquissent.

Canonibus sub pontificibus nati.

Damnosi sunt ecclesie.

Laquei aiarum Nundinæ.

Proinde traditiones Ro. nunquam ita ienit mundus, ut in annis istis quadringentis, ideo totum eorum pondus & omnem uim Grego. ix. tribuendum existimo, per quem uelut nate sunt & ortæ. Ab hinc enim usus eorum robur accepit & inualuerunt, ut legibus istis & traditionibus ita sint omnium officia, statuta

Greg. ix. de decretalium auctoritate per se ipsa dei.

Ecclesie

Babylone est  
fuit ecclesia  
Depingit  
Romanus.

Ocasum ec-  
clesiæ nemo  
audet dolere

Roma nihil  
audet nisi lau-  
des suas.

Decreuerunt  
aiam hominis  
immortalē esse

Recepta pō-  
tūtili sine au-  
toritate lecta  
utiliora sint.

Ro. curia ex  
cisa omnibus.

ecclesiæ ordines in unum chaos confusa, intra istos quadringentos annos, ut Babylone ipsa confusor sit hodierna ecclesia, nemo in suo ordine incedit, quis bet sibi ex urbe legem emat, qua uiuat, ille exceptus, iste priuilegiatus, iste fami- liaris, iste officialis, iste nescio q̄ titulo, oēs libertatē quilibet essendi, facendi, au dendi habet per has Ro. leges. Nec Romæ aliud curatur, q̄ ut hac ecclesiæ sum ma calamitate roboretur potestas & dominatio sua in omni indiuiduo suo sola Et hunc ecclesiæ occasum, si quando gemimus, si dolemus, si querulamur, hæ/ retici sumus, irreuerentes in Ro. ecclesiam sumus, scandalosi, seditiosi, procaces sumus, quia uidelicet querulari non possumus, nisi Ro. pontificis, tum itra, tū potestatem, immo tantas iniurias populi dei simul tangamus. Nam hic fons est aut seruandæ, aut perdendæ ecclesiæ. Cum autem hodie omnia sint in Vrbe in/ quinatissima & corruptissima, & agētibus impijssimis adulatoribus, de ipsis ni/ hil liceat uel mutare, nisi quod porteta ista laudet, iustificet, glorificet, quid mirū si sub uenerabili Rho. ecclesiæ nomine tot mala inundauerint omnem ecclesi- am pleno impetu, & præcipiti, & cui nemo resistere possit, gurgite.

Deniq̄ eo deuenti legum Romanarum studium & euangelij neglectus, ut necesse habuerint statuere in cōcilio nouissimō, animā hominis esse immorta- lē, quid putas hoc decretū indicat?

Ira q̄ unusquisq̄ in sensu suo abundet, mihi decretorū auctores sunt Greg. ix. Bonifacius. viij. Clemens. v. & extrauagantium pontifices, quod his agentibus in publicum sparsa, & præcepta sunt, & omnia stabilita, quæ si in star epistolarū Gregorij, Augustini, Hieronymi, Bernardi, & aliorum, uel in bibliothecis uel arcis, pro cuiusq̄ arbitrio consulenda, citra ullum præceptum relicta fuissent, fe licior esset ecclesia. Nunc uero quando summis articulis fidei æquantur, ab adu- latoribus autē & præferuntur, truciū illarum habentes, ordinis ecclesiastici con- sultionem, conscientiarum horrendas carnificinas, euangelij ignorantiam, ser- uerum impunitissimam licentiā, adulatorum Romanensium odiosissimā tyran- nidē, donec id muerint, ut sub uasto caelo non sit nomen odiosius, & graueor- tentius nomine Ro. curiæ.

Ex his credo intelligi, me non fuisse tam crassæ ignorantix, ut nescirem lon- ge ante quadringentos annos decreta Ro. pontificis nata, alioquin quomodo certos quadringentos annos, & nō plus aut minus potuissem recitare? quomo- do indicare, quod essent frigidissima? quomodo historias allegare? quomodo textum scripturæ contrarium asserere? nisi diligentissime omnia peruissem & contulissem?

Ex his indicijis uolui nasuto lectori satisfactū, ut me non sine causa sic posuisse cognosceret, nec ignorantia, sed de industria sic locutū fuisse. Simul quod insidio- sa & adulatoriæ propositioni Ecclj per omnia par referre uolui.

Qui cum astruxisset ante tempora Syulvestri Ro. ecclesiam fuisse alijs superi- orem, & ego persuasissimum haberem Eccliam non esse tam impudentē, ut pu- blice mentiretur, nec tam ignarum historiarum, ut hæc uera crederet, insidias su- spicatus sum, ut qui morem sophistarum & lubricitatis istorum Protheorū pro- be callerem, qui si uolent, falsum facient uerum, & uerum mutant in falsum; cū interim in alijs eum loquendi rigorem exigant, ut nec uerba dei tuta coram eis sint. Proinde uolui animosiorē ac ante diem triumphandū reddere, sicut ipse me formidabundum nifus est facere.

Cum ergo mihi satis esse potuerit, q̄ scripturæ sanctæ autoritas meū est, quo- probatur primatus ecclesiasticus iure diuino nullus esse, tamē ne solus & solas scripturas

primatus ecclesiasticus iure diuino nullus esse, tamē ne solus & solas scripturas

Depingit  
Romanus.

Decreuerunt  
aiam hominis  
immortalē esse

Recepta pō-  
tūtili sine au-  
toritate lecta  
utiliora sint.

De industria  
contra Ecclj  
ponit pposi-  
tionem. xij.

Epistola mea

Respettas iactare uidear, tam & aliorum sententias audiamus cum rationibus.

Primus est, D. Hiero. in epistola ad euagrium sic scribens: Legimus in Efa. Fatuus factus loquitur: Audio quendam in tanta erupisse uecordiam, ut diaconos presbyteris anteferat. Nam cum apostolus persequere doceat, eosdē esse presbyteros, quos episcopos. Quid patitur mensarum & uidiuarum minister, ut super eos tumidus se efferat, ad quorum preces corpus & sanguis Christi conficitur: Quareis autoritatem: Audi testimonium, Paulus & Timotheus serui Iesu Christi omniū sanctis, qui sunt Philippi cum episcopis & diaconis.

Vis & aliud exemplar: In actibus apostolorum ad unum ecclesie sacerdotes, ita dicit aliud testimonium, in quo manifestissime comprobatur, eundē esse episcopum atq; presbyterum. Propter hoc reliquite Crete, ut quæ deerrat, corriges & constituites episcopos per ciuitates, sicut tibi mandauit, si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxurie, aut non subditos, oportet eum episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem. Et ad Timo. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam & per impositionem manuum presbyterij. Sed & Petrus in epistola prima: Presbyteros qui in uobis sunt, precor ego cōpresbyter, & testis passionū Christi, & futuræ, quæ reuelanda est, gloriæ particeps, regite gregem Christi, & inspicite non ex neccessitate, sed uoluntarie iuxta deum, quod quidem græce significantius dicitur, unde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi uidentur tantorum testimonia uirorum & Clangat tuba euangelica, filius tonitruū, quem Iesus plurimum amauit, qui de pectore saluatoris doctrinarum fluentia potauit, Presbyter electæ dñe & filijs eius, quos ego diligo in ueritate, & alia epistola Presbyter Gaio charissimo, quem ego in ueritate diligo.

Quod autem postea unus electus est, qui cæteris preponeretur, in remedium schismatis factum est, ne unusquisq; ad se trahēs ecclesiam Christi rumpere: nā & alexandriae Marco euangelista usq; ad Efram & Dionysij episcopos presbyteri semper ex se unum eligebant, & in excelsiore gradu collocabant, quem episcopum nominabant, quo modo si exercitus sibi imperator faciat, Diaconi autē eligant de se, quem industrium nouerint, & archidiaconum nuncupent. Quid enim facit, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter nō facit: Nec altera Romane urbis ecclesia, altera totius orbis estimada est, & Gallia & Britannia, nā & Africa & Persis, & oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unū Christum adorant, unam obseruant regulam ueritatis. Si autem autoritas quæritur, orbis maior est urbe, ubicunq; episcopus fuerit, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandria, siue Thanis, eiusdē meriti est, & eiusdem sacerdotij, potentia diuitiarum, & humilitas paupertatis, uel sublimiorem, uel inferiorem facit, cæterum omnes apostolorum successores sunt.

Hæc D. Hieronymus.

Nihil de mutatione temporū loquor, nihil de iure positiuo, hoc contendo: Si unus episcopus iure diuino cæteris præferat, manifeste hic Hieronymus hæresim docet, non solum ipse (nam ei non crederē) sed Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles autores, quis quæso his resistet? Cur adulator negat Ro. pontificē cæteris esse coepiscopū, cū primus Petrus se cōpresbyterum appellet: Si successores sunt Petri, quid erubescunt titulum sui prædecessoris

Et ij foris

Hieronymus

1003 3 obf. 200

Epis & presbyteri dicitur.

Hieronymus  
1003 3 obf. 200  
Epis & presbyteri dicitur.

1003 20

Timo: 1.

1 Timo: 4.

1 Timo: 5.

Presbyteris unus præpositus propter uitanda schismata.

Non  
1003 30 1003 1003

Hiero. quæst. pœnitent. q. 103

Romane pontificis & ceterorum

*Epistola de presbyterio*

foris: Si nomen superbissimum, sanctissimū, summū, maximū pontificis hereditant ex recentibus, cur non nomen conpresbyteri & coepiscopi a primo? Obsecro an Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas & oēs apostoli ignorauerunt, quid uerbū Christi uoluit, Tu es Petrus, & tibi dabo clauēs, & pascē ouēs meas? Si me omnino hereticum clamant, qui omnia quæ uolunt tribuo Romano pontifici, solum ne autoritate scripturæ, id est, mendaciter facere cogar, parcant sancto Hieronymo, tantis autoritatibus munito, proclamāt ille longe impudētius, episcopos potentia diuiniarum, & humilitate paupertatis inuicē esse, uel sublimiores, uel inferiores, Ego cōsensū fidelium, & decretis hominū id astruo, cur non hunc irreuerentem, blasphemum, seditiosum, hispericos comburant hereticæ prauitatis prauissimū inquisitores: Sinant me cum Hieronymo interim sapere, sinant cum Paulo, Petro, Ioanne, Luca sentire. Si hoc non est satis, age comburant sua decreta primū, nā hęc epistola recitatur in decretis, distinctione. xciii. c. legimus. Legitur, auditur, docetur, approbatur hæc ab uniuersis in ecclesia Romana, Cur ego unius prohibeor dicere & sentire, quod ipsi ueris omnes dicunt, sentiunt iubentque sentire? Hieronymus nō modo episcopos æquat inter se, sed & presbyteros episcopis comparat, alterum gratus, alterū officij nomen esse pronuncians, Ego longe reuerentius locutus, nihil peto nisi ut contra hanc ueritatē non cogar scripturas & uerbū dei illudere. Si Ro. pontifex qui quid uoluerint, modo autoritate scripturæ id nō astruat, sed & scripturas eorū sensui aptari patiar, modo ne hunc esse germanū & solū sensum cōtendant, Sat ergo est, qd frigidissimis decretis primatus asserit, qui feruentissimis dei uerbis negatur, Sed audiamus iterum eundem, in commētiario super epistolam ad Titum.

*Appl intellexit uerba Christi dicitis, Tu es Petrus,*

*Hieronymo consentit.*

*Decreta non habet germanū sensum scripturæ.*

Idem est ergo presbyter qui episcopus, & anteq̄ diaboli institūtū, studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autē Cepha, communi presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabantur, positū uero unusquisq̄ eos quos baptisarat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Putat aliquis non scripturarum, sed nō strā esse sententiam, episcopum & presbyterum unum esse, & aliud ætatis, & aliud esse nomen officij, relegat apostoli ad Philippenses uerba, & cætera quæ supra in epistola ad Euagriū induxit, Et in fine: Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine, ei qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine, q̄ dispensationis diuinæ ueritate presbyteris esse maiores, & in communi debere ecclesiam regere.

Hæc ille. Vide ergo, an proposito mea male uel bene dixerit, esse contra scripturarum textum. Ro. ecclesiā esse alijs superiore, cum etiam sit contra ipsa decreta. Nā & hæc B. Hiero. uerba recitantur dist. xc. c. olim atq̄ si non ibi approbarent, tñ quia solidis pugnant diuinæ scripturæ armis, etiā si totus mundus, & angelus de celo cōtradixerint, nihil dixerint. Atq̄ ita satis puto & pbatā nōstram propositionē, & dissoluta omnia argumenta, quæ uel fingi contraria possunt, stat sententia fixa, nō dispensationis diuinæ ueritate, sed ecclesiæ consuetudine episcopos esse maiores presbyteris.

Addo tertium decretum eadem dist. xc. c. episcopus. Episcopus in quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiar. Et iterum alio. c. episcopus. Episcopus in ecclesia in consensu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum uero collegam presbyterorum se esse cognoscat. Hæc ibidem esse decreta concilij Chartagin en. quarti dicitur. Quæ cæterè heretica sunt, scadalosa & seditiosa, ut uocāt

*Hiero. uerba nō approbat Decreta, sed text' scripturæ.*

*Episcopi presbyteri domini aequales.*

*Epistola de presbyterio*  
*Quod uerba apostoli in epistola ad Titum non habent germanū sensum scripturæ.*

*In quibusdam scripturis uerba non habent germanū sensum scripturæ.*

*Episcopi presbyteri domini aequales.*

ad hanc potestatem, quae in Romana est, p. 12.

ut vocant, si episcopi iure diuino presbyteris sublimiores sunt, quos esse collegas episcoporum statuit, multo magis si unus episcopus ceteris sublimior est. Deleant ergo primum sua decreta, quae nos cogunt discere, ut quid damnant in nobis, quod ipsi nos docent. Patet itaque in ipsa aequales episcopos inter se & presbyteros, solo usu, & ecclesiae causa alium alij preterendum. Ex quo ulterius sequatur: Si primatus Ro. pontificis uergeret incipit in ecclesiae detrimentum, omnino tollendus est de ecclesia, quia humana iura & consuetudines pro ecclesia seruire debent, non contra ecclesiam militare. Quod si non fiat, iam coram deo, traditio hominum irrita facit mandata dei, quare uide quod tenui pendeat fiso Romanorum adulatorum tyrannus, quae seipsam autoritate diuina conata stabilire, se ipsam penitus ea ratione subuertit.

Papatus potest colla ab ecclesia. Non. Sed iura episcoporum non sunt. Sed non est potest.

Huc & Cyprianum uoco, quem & B. August. allegat lib. ij. ca. ij. de baptismo dicentem. Nec enim quisquam nostrum episcopum se esse episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendum necessitatem collegas suos adigit. Quando habet omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suae arbitrium, propter tanquam ab alio iudicari non possit, quomodo nec ipse potest alterum iudicare, sed expectemus uniuersum iudicium domini nostri Iesu Christi. Hic gloriosus martyr palam constititur tyrannidem esse, ab uno episcopo alios cogi ad obedientiam. At hanc tyrannidem, uelut iustitiam, pene omnes decretalium syllabae, & statuta & seruata tanquam diuinam autoritatem. Deinde mirum est quod B. August. non redarguit Cyprianum a se allegatum, si sensisset eum contra ius diuinum loqui, sed potius cum eo consentit, omnes scilicet esse episcopos aequales.

Episcopi ne habent tyrannidem in alios. Sed non est potest.

Tyrannis episcopos cogi ad obedientiam.

Sed uideamus & alia.

Idem Cyprianus lib. epistolarum primo, epistola. iij. ad Felicem presbyterum, probaturus diuini testimonij, quod in potestate non episcoporum, sed plebis maxime sit eligere aut recusare episcopos, dicit: Propter quod plebs obsequens dominicis praecipis, & deum metuens, a peccatore proposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quoniam ipsa maxime habeat potestatem uel eligendi dignos sacerdotes, uel indignos recusandi. Quod & ipsa uidemus de diuina autoritate descendere, ut sacerdos plebe praesente, sub oim oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris Moysi praecipit dominus, dicens: Praehende Aaron fratrem tuum & Eleazarum filium eius, & impone eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stola eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic coram omni synagoga. lubet deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe praesente, uel delegatur malorum crimina, uel malorum merita, praedicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, quae omnium suffragio & iudicio fuerit examinata, quod postea secundum diuina magisteria obseruatur in actibus apostolorum, quando de ordinando in locum Iudae episcopo Petrus ad plebem loquitur. Surrexit, inquit, Petrus in medio discentium, fuit autem turba in uno. Nec hoc in episcoporum tantum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinatione obseruasse apostolos animaduertimus, de quo & ipso in actibus apostolorum scriptum est. Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum & dixerunt eis: Quod utique idcirco tam diligenter & caute conuocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, uel ad sacerdotalem locum indignus obreperet.

Sacerdos a populo eligat. Cyprianus.

Ab. se. Vnde scriptum est. Sed non est potest.

A plebe eligatur episcopus.

Et iij Propter



Cyprianus de electione.

Propter quod diligenter de diuina traditione, & apostolica obseruatione seruandum est & tenendum, quod apud nos quoque & fere provincias uniuersas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui praepositus ordinatur, episcopi eiusdem provinciae propinqui quisque conueniant & episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum uita plenissime nouit, quod & apud uos factum uidemus in Sabini nostri collegae ordinatione, ut de uniuersae fraternitatis suffragio, & de episcoporum, qui in praesentiam conueniant, qui de eo ad uos literas fecerant iudicio episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur.

Cyprianus  
a plebe & episcopis

Nundinationes sacerdotum, ueterum electione non habuissent praesentium.

Hunc ritum per multas & alias epistolas idem Cyprianus commemorat, semper suffragium populi & iudicium propinquorum episcoporum ita allegans, ut hanc ex deo ordinationem esse cum fiducia pronunciet.

Qui ritus, quid sit ad eum, qui hodie ex urbe petitur, in quo non modo excelsus est populus, sed nec sacerdotum electio satis est, alijs reliquo. Nec refertur esse necesse, quanto felicius hodie is ritus diuinus seruetur, praesertim tot sacerdotibus malis regnantibus, & inuito populo impositis. Nam uidemus per Romanam curiam, per gratias suas expectatuas, passim in mundum etiam intrudisacerdotes. Transiant haec, hoc queror, quod hunc ritum sacratissimum & uetustum, iurique diuino per omnia conformem, hi nostri haereticum & damnatum habere uolunt, praeter ritum suo recentiore, cum certum omnibus, sit sanctum Nicolaum, sanctum Martinum, sanctum Augustinum, sanctum Ambrosium, omnesque priores patres, eo modo fuisse ordinatos. Sit itaque ritus hodiernus, qualis esse potest, modo Romanum pontificem, non iure diuino id posse putemus, ne tot seculorum sanctos & martyres contra ius diuinum egisse damnemus.

Non nisi per prius a plebe electus

Gregorius in registro.

Gregorius primus lib. iij. registro, epistola. xxxij. licet per autoritates illas, Pasce oues meas, & tu es Petrus &c. Petro apostolorum principi totius ecclesiae curam a domino commissam dicat, tamen in hac cura nullum episcopum ei successorem patitur, sed nec Petrum apostolum uniuersaliter appellari dicit, sicut hinc a Mauricio Augusto de Ioanne Constantino politano: Cura totius ecclesiae & principatus Petro committitur, & tamen uniuersalis apostolus non uocatur. Sit uir sanctissimus cōsacerdos meus uocari uniuersalis episcopus conatur. Exclamare compellor, o tempora, o mores, & infra: Si nomen illud in ecclesia sibi quisque arripit, uniuersa ergo ecclesia (quod absit) a statu suo corrumpitur, quando sibi quis appellatur uniuersalis, cadit. sed absit a cordibus Christianorum nomen istud blasphemiae, in quo omnium sacerdotum honor adimitur, dum ab uno sibi demerit arrogatur.

Gregorius  
Non ueniunt ad prius a plebe electus

Vniuersalis episcopus, blasphemum nomen. Chalcedonensis synodus, sanctissimi nomen obtulit.

Ecce habes quae blasphemiae nomen sit, uniuersalis episcopus. Quid peras de nomine summi, maximi, sanctissimi, dixisset? Sequitur, Certe pro beati Petri apostolorum principis honore per ueneranda Chalcedonensem synodum, Romano pontifici oblatum est, sed nullis eorum unquam hoc singularitatis uocabulum assumpsit, nec cui cōsensit, nedum priuatis aliquid daretur uni, honore debito priuarentur sacerdotes uniuersi.

Gregorius

Seruum seruum dei.

Perspicuum est hunc Grego. qui se cūctorum sacerdotum seruum potius quam dominum uocat, & seruum seruum dei non credidisse solum Ro. pontificem Petri successorem esse; ut qui ab horreat princeps sacerdotum & episcoporum dicitur illum principem apostolorum dicat.

Lucifero conparatur ambrosius excellensiam.

Idem in sequenti epistola ad Constantiam, eundem Ioannem Lucifero comparat, dicens, quia illum uidelicet imitatur, qui spretis sociali gaudio angelorum legionibus,

Gregorius

legionibus, ad culmen conatus est singularitatis erumpere.

Idem epistola xxxvj. ad Eulogium Alexandrinum & Anastasium Antiochenū episcopos: Sicut nouit ueneranda sanctitas uestra, per sanctam Chalcedonēsem synodum, pontifici sedis apostolicæ (cui deo disponente deferuio) hoc uniuersitatis nomen oblatum est, sed nullius unquam decessorum meorum hoc rā prophano uocabulo uti consuevit; quia uidelicet, si unus patriarcha uniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed ablit hoc a Christiana mente, id sibi uelle quempiā arripere, unde fratrum suorum honorem imminuere ex quantulacumque parte uideatur.

Et infra de eodem: Uniuersa tentat sibi ascribere, & omnia quæ soli unī capiti coherent (uidelicet Christo) per elationem pompatici sermonis eiusdem Christi sibi sibi studet subbugare.

Obsecro quid meretur, qui hodie sic loqueret: hic Grego. Ro. pontifex persequitur tanquam prophatum, quod nostri statuunt, quasi sit ius diuinum.

Et epistola, xxxviij. ad ipsummet Ioannē episcopum prædicta iterans, & copiosius explicans, dicit: Certe Paulus Apostolus cum audiret quosdam dicere: Ego sum Pauli, ego Apollo ego uero Cephe, hæc dilaceratione corporis dominici, per quam membra eius alijs se capitibus quodammodo sociabant, uehemētissime perhorrescens exclamauit & dixit: Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est; aut in Pauli nomine baptisati estis: Si ergo ille membra dominici corporis certis extra Christum, quasi capitibus, & ipsis quidem apostolis subijci partulariter euitauit. Tu quod Christo uniuersalis sancte ecclesie capiti in extremi iudicij est dicturus examine, qui cuncta eius membra tibi in conaris uniuersalis appellatione supponere?

Et infra: Certe Petrus Apostolus primū membrum sanctæ & uniuersalis ecclesie est. Paulus, Andreas, Ioannes quid aliud quam singulariū sunt plebium capitata: & tamen sub uno capite oēs sunt membra ecclesie. Sed hæc satis.

Audiamus tamen ipsi caput oīm, quid super huius monarchie statu definierit, nā hic p̄scius futurorū, questionē hæc prior omnium, & dedita opera dissoluit, & tot adhuc seculis super ea certatur, quasi uerba Christi sumus sint, & inanis fabulæ.

Dicitur itaque Lucae, xxij. Facta est autem contentio, quis eorū uideretur esse maior, dixit autē eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benedicti uocantur. Vos autē non sic, sed qui maior est uestrū, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. (Et exemplum suum subiungit) Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat: Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Vides quod Christus aperte prononciat esse reges gentium, non pontifices qui uolunt esse maiores, & potestatem illā mundanā (id est sine uerbo & dilectione) prorsus damnat.

Verum ego credo, quando quidem ecclesiam necesse fuit semper agentibus operari, ut Ezech. iij. d. In medio gentium posui eam. Et Psalmo. cix. Dominare in medio inimicorum tuorū. Ideo quādo defunt gētes alix, ut scriptura impleatur in ecclesia, reges gentes fieri oportuisse, & potestate dominante super ecclesiam tyrannizare, diligendi & docendi officio ad alios translati.

Itē Marci. x. Vbi filij Zeb edei ad potestatem aspirarūt, ut unū ad dexterā & alter ad sinistrā sederet, acceperūt sane responsum dignū, scilicet ut calicem biberent, nec tamen certi ubi sellari essent. Hanc ambitionis infirmitatem, quid mirum est in pontificibus quoque Ro. fuisse quolibet sanctis etiam martyribus, quando in apostolis eam Christus pertulit: Denique cum illi duo apostoli hac ar-

Et iij rogantia

*Gregorius* *Gregorius*

Gregorius re-  
citat nomen  
uniuersitatis

*Gregorius*

*Gregorius*

*Gregorius*  
*Gregorius*  
*Gregorius*

Christus mo-  
narchiam re-  
probauit.

*Lucia*

Capitula nō  
sua sunt loco  
gentium nos op-  
primunt.

*Gregorius*  
*Gregorius*

Apli ambitio-  
ne labora-  
runt.

*Gregorius*

rogantia ceteris indignationem commonissent, & iterum oritur contentio de maiori-  
tate, Iesus conuocans eos, dixit eis: Scitis, quia si qui uidentur gentibus  
principari, dominantur eis, & principes eorum habent potestatem eorum, non  
autem ita est in uobis: Sed quicumq; uoluerit fieri maior, erit uester minister.  
Et quicumq; uoluerit in uobis primus esse, erit omnium seruus (iterum exemplū  
sui addit) Nā & filius hominis non uenit ut ministraretur ei, sed ut ministraret,  
& animam suam daret redemptionem pro multis.

Item eiusdem. ix. Et uenerūt Capernaum, qui cum domi essent, interrogabat  
eos, quid in uia tractabatis: At illi tacebant: Siquidem in uia inter se disputate-  
rant, quis eorū maior esset. Et residens uocauit duodecim, & ait illis: Si quis uult  
primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Et accipiens puerū,  
statuit eum in medio eorum, quem cum cōplexus esset, ait illis: Quisquis uū  
repperit in meo nomine, me recipit. Eadem Luc. ix. Intrauit aut cogitatio in  
eos, quis eorum maior esset. At Iesus uident cogitationes cordis illorum, apre-  
hendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis: Quicumq; susceperit puerū  
istum in nomine meo, me recipit. Et quicumq; me receperit, recipit eum, qui me  
misit. Nam qui minor est inter uos omnes, hic maior est.

Item Matth. xvij. In illa hora accesserunt ad Iesum discipuli, dicentes: Quis  
putas maior est in regno caelorum: Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in  
medio eorum, & dixit: Quicumq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior  
erit in regno caelorum.

Humillimus  
est maximus

Nunc uide, quantis uerbis, quot exemplis, quanta diligentia Christus praeue-  
nerit, & prohiberit ambitionem illam, quam tanto tumore factant decreta &  
decretae, ac ita repetunt & inculcant, ac si hoc sit pascere populum Christi, qd  
est potestatem iactare & ambire. Unde meo iudicio, sicut apostoli usq; ad finē  
uix Christi contenderunt, nec tot exemplis & uerbis Christi ab humana ista  
affectio temperarunt, & tamen nullum permisit obtinere primatum, donec  
omnes dispersi eum relinquerent. Ita in ecclesia tot iam seculis contenditur de  
primatu prohibito, nec auditur Christus interm toruocib<sup>9</sup> resistēs, nec ulli ob-  
tinere permittens, donec forte & ipsi, adueniente Antichristo, dispergantur, &  
Christum negent. Nam apostoli primum haec pulchre seruabant, quando Iac-  
obum minorem episcopum Hierosolymis constituerunt, & Petrus, Iacobus,  
ac Ioannes se suos primatus reiecerunt. Post illos autem mox tam Christi q;  
apostolorum exemplo neglecto sine fine contendunt, non pro uerbo, quo plus  
doceant, sed quo latius mandare, ligare, soluere, & lucrari queant: sic em & nos  
infirmittates pontificū, nō sine multis scandalis ferre cogimur propter Christū.

Nunc

Nunc ex historijs & rationibus.

Petrus aequa-  
lis ceteris.

Nullum apo-  
stolorum ordi-  
nauit.

Prima est ipsa Actuum apostolorū, ubi Petrus aequalis scribitur ceteris apo-  
stolis, deniq; sui sermonis c. xv. conformationē a Iacobo accepit, deinde nullū  
apstorum ipse ordinauit, nec ullus sub ipso fuit: quō ergo successor Petri omnū  
apstorum successores sub se habere potest? Quid quæro ad haec dici ab ullo potest?

Item Mathiam nec ipse, nec omnes simul ausi sunt in apostolum ordinare,  
sed ex deo postularunt tantum.  
Secūda Gala. ij. Antiochię Petrus a Paulo reprehēdebat, in quo patet Ro.  
pontificem subesse cuiuslibet melius sentienti, nec ideo uerum esse, aut bonū, quia  
ipse sic dicitur facit, sed rationem reddere tenetur, immo non semper potest red-  
dere, sed cum Petro aliquando errat.

Papa sub est  
melius senti-  
enti.

Tertia, Ecclesiastica historia li. v. Victor primus Roma. pōtēfex, Asię episcō-  
pos

Agas

Luc

Agas

Act. xv

Gal. 2

Historia ecclesiam



Per solam electionem ordinatur.

Habet maiorem et progrius honorem Ro. pontifex.

Plus. cccc. annis episcopi non subiecerunt Ro. pontificibus.

Hierosolyma prima ecclesia.

Nicenum concilium tribuit potestatem non Italianis ecclesiarum.

Decretis & euangelis praeiudicibus non possibiles obedire. Ordinatio episcopi fit a provincialibus.

Hierosolymitanus est primus episcopus.

Ordo ecclesiarum non ex apostolis sumitur.

pontifex a nemine ordinatur, ita quilibet per solam electionem sicut ipse ordinari debet. iure diuino. Stat enim firma sententia, nullum apostolorum a Petro missum esse, sed omnes eadem a Christo domino aequalia accepisse in suis sortibus, ergo eorum episcopi successores, aequalia habent cum Ro. pontifice, excepta prerogatiua honoris seu dignitatis, sicut Paulus ad Corinthios clare scribit. Quid enim minus feci a magnis apostolis?

Decima. Responde; Si Ro. pontifex precepto dei est uicarius generalis in tota ecclesia, sequitur inuincibiliter peccare eos, immo esse haereticos, qui non sub eo fuerint. At tunc ecclesia tota primitiua, saltem usque ad. cccc. annos cum tot martyribus & sanctis, haeretici erunt. Obsecro quid prodeit tantam blasphemiam in ecclesia pro fumide potestatis pompa statueret? denique etiam sanctus Petrus erit haeticus, qui ante Ro. ecclesiam cum apostolis fuit Hierosolymis. Vincit me haec ratio inuicta.

Vndecima. Si ulla ecclesia est prima, & mater omnium, non est alia nisi Hierosolymitana, ut dixi supra. Quid enim faceret Roma, si haberet haec pro se, quae habet illa? Nempe quod Esa. & Miche. & omnes prophetae pronuntiarunt de Zion exituram legem euangelij, & de Hierusalem uerbum domini. Item quod dominus ibi dedit gloriam in domo sua nouissima, ut Haggeus dicit. Quod Christus ibi pontifex, apostoli autem uelut presbyteri, quod Christus ibi oblatus, spiritum sanctum misit. Et breuiter, hinc in omnem terram exiuit uerbum dei, hinc omnes ecclesiae, nec est ullius tam impudens frons, qui possit negare hanc esse uerem matrem ecclesiarum omnium, fontem, radicem, ac matricem etiam Ro. ecclesiae. Si ergo haec non habet primatum, immo uix quintum ei dederunt, quanto minus Ro. habet, quae est eius discipula? Dicat aduersus haec aliquid quod potest.

Duodecima. Concilium Nicenum, ut scribitur li. x. c. v. histo. eccle. statuit arti, vj. in hunc modum. Et apud alexandriam, uel in urbe Roma uetusta consuetudo seruetur, ut uel ille Aegypti, uel hic suburbanarum ecclesiarum sollicitudinem gerat. Responde, hoc concilium omnium fere facerrimum est. Et ecce, non modo non primatum & monarchiam Romano dat pontifici, sed ex uetusta consuetudine, non iure diuino, tribuit sollicitudinem Italianarum & suburbanarum ecclesiarum. Atque haec in propositione mea tetigi, quando dixi, quod contra frigidissima decreta stare decretum huius concilij.

Si ergo sum haeticus, Age, tollant primam hoc concilium, cui me ipsa quoque decreta tam euangelio cogunt obedire. Non possum duobus dominis seruire contrarijs.

Tertiadecima. Idem Nicenum concilium statuit, non a Ro. Episcopo omnes episcopos ordinari, sed a provincialibus episcopis, dicens. Et ut si forte in ordinando episcopo, duo uel tres pro aliqua contentione dissentiant, reliquorum autoritas, & praecipue Metropolitanorum cum ceteris firmior habeatur. Obsecro, quid amplius facere debeo? Non satis est quod Ro. pontifici omnia quae sibi arrogat, libens credo; debeo insuper probare, quod haec decreta sint concepta & irrita humano auius episcopi arbitrio.

Quartadecima. Idem Nicenum concilium, episcopo Hierosolymitano, non Romano tribuit honorem primatum, dicens ibidem: Et ut episcopo Hierosolymitano antiquitus tradita honoris prerogatiua seruetur, manente nihilominus, & Metropolitanis ipsius prouinciae dignitate. Doce me lector, quid faciendum sit, quoniam non satis est me hodie non tempore confiteri Ro. pontificem esse primum, nisi mentiar quoque & negem alium antiquitus fuisse primum, & tanti concilij autoritati resistam.

Quintadecima. Si Romana ecclesia est prima, propter primum apostolum Petrum eadem



eadem necessitate consistebimus & Compostellanam ecclesiam esse secundam, propter ap. o. stolū secundum Iacobū, & Ephesinam tertiam, propter apostolum tertium Ioannē, & sic per ordinem apostolorū. At iste ordo nunquid seruat, quo iure ergo solus Petrus primā facit ecclesiam, nisi humanor? Cur ergo Constantinopolitana, quæ nullum habet apostolum, præfertur secundo loco Compostellanæ? Cur Alexandria, quæ & ipsa nullum habet apostolum, præfertur Ephesinæ? Cur Antiochena sine apostolo præfertur Edissenæ, quæ apostolum Thomā habet? Cur Hierosolymitana his omnibus quinto loco post ponit, quæ Christum, Petrum, Iacobū, Ioannem, item Iacobum columnas (ut Paulus Gal. ii. scribit) habuit & uniuersos discipulos: uides quæ sit ulla ratio quæ Christus sit dīose huius primatus ambitionem præuenit, & causas eiusdem penitus confundit.

Decimasexta. Si ad solos Petri successores pertinet uerbū Christi: Tu es Petrus, & pascue oues, pari sequela cōcludetur, solus Ioannis successores esse filios Mariæ in cruce cōmē datos, solos plus ceteris dilectos, quia hūc solū in cruce allocutus matri cōmendauit; ergo ab Ephesinis episcopis accipiunt ceteri, ut sine filij ecclesie, & Mariæ.

Item soli successores Iacobi & Ioannis essent filij tonitruū, & soli successores Iacobi minoris sint fratres domini, & omnino omnium, ad quos Christus semel locutus est, successores haberēt eadem iure diuino, quo quid uianus dici potest?

In fine dico. Me nescite an Christiana fides pati possit, quæ in terris aliud caput ecclesie uniuersalis statuit, præter Christū, sunt qui Christum in ecclesia triumphantem resciunt, & Ro. pont. militantis ecclesie caput constituunt, contra expressum euangeliū Matthæi ultimo: Ecce ego uobiscum sum usque ad cōsummationem seculi. Et illud Act. ix. Saule Saule, quod me persequeris? Ideo enim regnū fidei ecclesie uocatur, quod rex noster nō uidetur, sed credit, sicut. j. Cor. xv. dicit, Oportet illum regnare, donec ponat inimicos suos scabellum pedum suorum, & tunc tradet regnum deo & patri. At hi regnū rerū presentium faciunt, dum uisibile caput erigunt. Nam & mortuo pontifice ecclesia nō est sine capite, cur ergo uiuo pontifice Christus nō pro capite solus habetur? An uiuo pontifici cedit & mortuo succedit, uelut quidam alternus pontifex? Si autem & uiuo pontifice caput est, ut quid duo capita in ecclesia statuimus?

Petro ut patet Ioanni quod sit filius Mariæ, equaliter dicitur est & c.

In terra caput ecclesie nullum est.

Duo capita in ecclesia non statuenda.

Cōcludo. Omnis sacerdos in articulo mortis & necessitatis est episcopus, est papa, habens plenissimam plenitudinem potestatis super consententem, ut tenet sententia communis totius ecclesie, & ex B. Cypriani epistolis euidenter conuincitur; ergo nec Papa est episcopus, nec episcopus est superior presbyteris iure diuino; tenet consequentia, quia ius diuinum est immutabile. *Je, tam in uita quæ in morte.*

Sacerdos in articulo mortis æquatur Ro. pontifici.

FINIS.

# CONTRA MALIGNVM

IOANNIS ECCII IVDICIUM, SVPER ALI-  
quot articulis, a fratribus quibusdam ei suppositis,  
Martini Lutheri defensio.

F. MARTINVS LVTHERIVS  
bono lectori S,



**L**EGIMVS in euangelio, Iudeos, quando Christum per-  
dere querebant, nec haberent in quo accusarent, uerba eius  
captasse, atque deprauasse, & crimina aduersus eum menda-  
cium suis composuisse, quale est, cum reddenda quae sunt cae-  
saris caesari, docuisset, quod homicidae illi in aliam partem  
rapientes criminati sunt, eum prohibuisse tributa dari cae-  
sari. Ita cum illos templum suum soluturos praediceret in  
signum, illi templum dei ab eo soloedum, & in triduo re-  
dicandum interpretantes, tanquam blasphemum accusarunt. In tales & ego, mi le-  
ctor, nouos quosdam sanctos nuper implegi, qui eadem inuidia languentes, cum  
Christi uerbis per me expositis resistere non possent, ceperunt maledicos aliquot  
articulos effingere, mihique adscribere, ut ipsos ueros damnarent. Et ut totam no-  
scas fabulam, sunt nobis finitimi quidam fratres, qui cum auditoribus meis ad  
se uocatis, familiariter congressi, priuato colloquio super doctrina mea contende-  
runt, nam ut sunt homines de deo penitus desperantes, fame se perituros timere  
nisi populum suis uarijs ac fabulis, uel a se, uel suae farinae fratribus excogitatis  
sibi conciliarent. Quos cum neque conuincere, neque eorum doctrinae resistere possent,  
collegerunt articulos, quos ex eo colloquio male apprehenderant, sparserunt  
eos ubi poterant, obtulerunt sub meo nomine magnatibus, ac iam uulgo quoque  
me traduxerunt. Ego qui eorum ruditatem miseratus, haec floccifeci, sciens quod non  
modo contra, sed contra quoque uoluntate suorum, tam maiorum, tum omnium qui  
eiusdem professionis sunt, id tentarunt. Scripsi tamen eisdem, primum beneuo-  
le monens, ut sibi temperarent, ne forte incendium nouum contra seipsum con-  
flarent. Aut si fiderent suo ingenio & scientiae proximam sibi Vuitenbergam  
uenirent, disputaturi, ac consutaturi errores meos. simul addidi, qui essent falsi,  
& qua ratione quique intelligendi. At fratres non hoc querentes quo ueritatem  
agnoscerent, sed quomodo me detractionibus & calumnijs opprimerent, spe-  
rauerunt fore, ut Ecciana auctoritate, ex mendacibus ueritatem facerent, & quod  
male ac temere tentarant, illius nomine publice ornarent. Eccius uero occasione  
aduersus me insaniendi libentissime pro modestia sua amplexus, informationes  
effudit super eisdem, uelut gaudens ac gratulans, quod me proficendere in ter-  
gum, neque monitum, ne cognitum liceret. Huc enim maligna eius inuidia ab  
initio nominis mei semper spectauit. Similem namque ludum, & in uirtutis obe-  
liscis suis iam antea in me luserat, quem ego iam diu benivolentissime nisi ei igno-  
uissem, tale forte orbis Eccium spectaret, ut Syluester meus eius comparatione  
& doctissimus & speciosissimus haberetur. Nam mihi non est difficile, Eccium  
Eccianamque scientiam suis pingere coloribus, qui norim hominem intus & in-  
cure

Viriant Lu-  
therio uerba  
sicut Iudaei  
Christo.

Ex auditori-  
bus Lutheri  
capturati ar-  
ticulos.

Redit amice

Ecciana au-  
toritas.

Eccius Sylue-  
stri solidissi-  
mi prope co-  
mendat.

ente, qui ut lupus ad philomenam dixit, uox est, ac preterea nihil. Ego uero & si indignior sum, q̄ ut his Christi domini mei tentationibus conformer, qui in ferna millies merui, tamen q̄ sic placitum est in oculis misericordie dei, non abijciam gratiam eius, & cū inuidia inuidis, q̄ ac maleuolis calumniatoribus libenter negotium habebō, nō minore fiducia ueritatem cōtra mendacia defensus sum, q̄ illi presumpserunt mendacia contra ueritatē producere.

Quare te lector charissime rogo, in hac re nec mihi, nec Eccio, nec fratribus illis saueas, sed pure & simplici ueritati, puram & a studijs partium alienū animū aduerte, solumq̄ id specta, non q̄ multa illi uel ego adduxerimus, sed q̄ apte q̄ proprie uel ad sacra scripturam, uel ad iustam rationis opinionē, quod a te hoc nomine q̄ enixe peto, quod mei moris sit, non adeo multa, sed eadem proprie, & quantum fieri potest, apte ad rem adducere. Eccij contra, unicus scopus sit, q̄ plurima, eademq̄ tum peregrina, tum pugnātia producere, solum uel multa saluta coacta, multū spemat, nulla prorsus ratione habita, unde qua, quid aut quo ualeat quod loquit. Neq̄ em mihi in istis sophistis aliud æque dilipli cet, q̄ quod dedica opera a uerbis sacrae scripturae fugiunt. Quorum unus mos est dicere, sancti sic dixerunt, nunquid tu maior es patre nostro Abraham? Tu uero lector, illud Augustini utriusq̄ adhibeto fidelissimum documentum, quo dicit: Ego solis eis libris, qui Canonici appellantur, hunc honorem deferre didici, ut nullum scriptorem eorum errasse firmissime credam: ceteros uero quolibet sanctitate doctrinaq̄ præpolleant, ita lego, ut nō ideo uerū existimem, quia ipsi sic senserunt, sed si canonicorum librorū autoritate, uel probabili ratione mihi persuadere potuerunt, hoc est, quod B. Paulus quoq̄ dicit: Omnia p̄bate, quod bonū est tenete. Has sancti spiritus regulas Eccius meus semper & egregie cōtempnit, uerba textus in sacris literis prorsus pro fabulis habēs. Quo fit, ut neq̄ scripturas ipsas, neq̄ patrum, quos iactat sententias recte possit aut intelligere, aut aptare, & hac temeritate impleat illud Pauli. j. Timo. j. uolētes esse legis doctores, cū ignorent neq̄ quid loquātur, neq̄ de quibus affirmant. Quæ omnia an uere de Eccio dixerim, iam ecce tu ipse lector clare uidebis. Ceterum q̄ in Eccium mihi inueniendū digna esset occasio, quia pactū quod tanto tumultu nobis Lipsiæ extorsit, ipse primus hoc maledicæ scriptiois genere sine causa rupit: interim dissimulabo, contentus q̄ foedifrago & maledico calumniatori coactus sum respondere, gaudensq̄ q̄ non mihi, sed suæ temeritati imputare cogitur, pacti laesa iura. Vale optime lector.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Nihil tenet de concilijs generalibus, quia non representant uniuersalem ecclesiam.

Hunc non esse meū, credo, intelligit, quicūq̄ resolutiones meas & dialogū contra Syluestrum legerit, quando id unice deploro ac gemo, nos dignos non esse, ut uideamus legitimum concilium. Ut taceam, quod ipsa fraternalis latinitas, a tropo meæ locutionis abhorrens, satis indicat, inuidiæ commentū esse. Sed Eccius, si boni uiri uoluisset officio fungi, fratres cōspicere debuit, aut fratrum Mercurios, & sententiā meam (quā utiq̄ nouerat) ostendere. Nunc uero ut ostendat se gaudere alienis malis, addit super dolorem uulnerum, & uiuolenta mendacia fratrum confirmat, eo ipso quo non compeccit, præsertim non a dita parte altera. Certus enim sum, hoc nolle ipsam a me sibi fieri, quod ipse facit mihi. Neq̄ patiar eum se expurgare, quod meam personam nō designatam

Ff a se

Eccius uox,  
preterea nihil.Nō q̄ multa,  
sed q̄ apte dī  
cantur obser  
uandum.Plurima, sed  
impertinētia  
cogit EcciusScripta hoim  
cū iudicio lei  
genda.Eccius prior  
pactū Lipsi  
serupit.Cōcilia legi  
tima probat  
Lutherus.

Gloria Eccle  
inuidi iurit.

a se forte dicit. Non enim alio studio nomen meum his suis laruis inepitissimis  
interferuisse credi potest, q̄ ut hæc monstra mihi inureret, citus est homini ex  
maledicta gloria inuidiæ morbus.

Credo autem auditores meos forte dixisse: Concilium generale sæpius erras  
se, & errare posse, tum q̄ rara sunt concilia illa legitime generalia, quale Nicæ-  
num fuit; hoc enim dicentes, uerissime dixerunt. At illi pro rusticitate sua, ex  
particulari mox intulerunt uniuersalẽ. Omne uidelicet concilium reprobatũ  
assumentes. Hoc autem eo facilius credo, q̄ multa similia mihi ab eisdem im-  
pa-<sup>ca</sup> sunt, nam cum doceret opera quorundam bona male fieri, mox criminati  
sunt, quod omnia opera bona negarim. Et cum sanctos inuocari pro pecunia  
& re temporalis, parum Christianum esse docuissem, statim inuidia magistra ta-  
ctauerunt, me cum Pighardis negare sanctorũ culturã. Adco his Ecclesiam the-  
ologis placet error, & populi Christiani seductio, ut eos pro uentre suo, nõ pu-  
deat, etiam aperte ueritati resistere, ta concilium quodlibet negari a me mētũ  
untur, ubi aliquod unum uel errasse, uel ~~errare~~ posse dixi, digni plane, discipuli  
li Eccle magistro.

### SECUNDVS ARTICVLVS.

Papam negauit uicarium Christi.

Petrum negauit principem apostolorum.

Iure d. papa  
nõ est uicari-  
Christi.

Hic uide, quæso te lector, an Ecclesiam meam debeas theologũ, an sophistã en-  
istimare. Primũ fraternalis inuidia articulos non integre posuit, omittẽs  
hanc partẽ (iure diuino) nam si hanc addas, catholici sunt articuli. Sed Eccl. uel  
deamus inæstimabilem, & uere Ecclesiam eruditionem.

Assumens enim articulos confutandos, iure diuino, multã sane etuomiti pro-  
bationũ crapulam, autoritates scripturæ & patrũ sic tractans, ut appareat a cõ-  
uicio & a calicibus hanc crapulã ab eo cruciatam.

Probationes  
Ecclesie et d. di-  
cuntur pro pri-  
matu Ponit.

Primo probat ex promissione Petro factã, Matth. xvi. Tu es Petrus, & su-  
per hanc Petrã edificabo &c. hæc est iuxta Ecclesiam, Tu es uicarius Christi, &  
apostolorũ princeps. Iste est enim modus scripturæ interpretandæ apud Ecclũ  
Neq̄ enim aliter decet eũ, qui grammaticã insigni fastidio contentens, gram-  
maticas & puluerulentæ scholæ magistros appellat, qui suas lamias in lacris  
litteris nõ adorãt. Sed uideam⁹ sophistæ impias uerborũ Christi deprauatões.

Vnus est sen-  
sus scripturæ  
antiqui prin-  
cipalis.

Principio, hoc uerbũ Christi, Tu es Petrus &c. oportet quod habeat unum  
primũ, principalem, & propriũ sensum, in quo Christus ipsum protulit.

Hic autem uel est iste, quod p̄ petram intelligitur Christus ipse, uel apostolus  
Petrus, uterq̄ principalis esse nõ potest, quia ex duobus sensibus nihil probari  
potest. Si utrumq̄ Ecclesie confiteretur, tam profus nihil probat, quia qua facili-  
tate ipse per petram Petrum, eadem ego Christum accipiam. Immo, non licet,  
nisi bono moderamine, quod infra dicã, uerbũ scripturæ de Christo dictũ, alte-  
ri tribuere. Si autem alterũ tantũ sequitur, scilicet, q̄ petra sit Petrus, nec simul  
permittit aliũ quoq̄ ualere, itã impius deprauator est Ecclesie, quod demõstro.

Petrus nuscq̄  
petra dicitur

Primo, q̄ nuscq̄ in sacris litteris Petrus petra dicitur, sed Christus, ut. i. Corin.  
x. Petra autem erat Christus. Et Matth. vii. Cõparabitur uiro sapienti, qui ædi-  
ficauit domũ suã sup̄ petrã. Et infra: Fundata em̄ erat sup̄ petrã. Adducat ergo  
Ecclesie etiam uel unũ locũ scripturæ, ubi Petrus dicitur petra. Plus mihi ualet  
unus locus scripturæ, q̄ omnes doctores per Ecclesiam adducti, quãq̄ nec ipsos  
recte adduxit, ut uidebimus.

Secundo,

*Confessio proferenda* *etiam* *in* *textu* *supra* *dicto* *est*  
*quod* *de* *hac* *gloria*

Secundo, etiam in presenti loco Christus manifeste distinguit Petrum a petra. Nam si uellet per petram intelligi Petrum, dixisset: Tu es petrus, & super te edificabo ecclesiam meam. At cum repetit petram, manifeste indicat, aliud esse Petrum, & aliud petram, quia per pronomen hanc fecerit a Petro, demonstrat & exprimit. Et sic ex textu presenti facile prohibebo, ne Eccius possit ostendere Petrum esse petram, Sed & textum ipse pessime sibi conficiat, ob hoc maxime fugit, quod sentit eum contra se stare, nec posse quicquam ab eo promoueri per ipsum, ideo ad doctores fugit.

Tertio, quero an Petrus sit pars ecclesie, si est pars ecclesie, ergo non potest esse petra in hoc loco, quia Christus dicit, super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Quare Petrus, cum ecclesia edificatur super petram, & non est petra ipsa nisi Ecciano interpretandi more, idem super seipsum edificari garras. Vides ne quid sit relictiis uerbis scripturae, patrum dicta sine iudicio legeret? Aut ergo Petrus non est petra, super quam ecclesia edificatur, aut non est pars ecclesie, quae edificatur super petram.

Quarto, uerbum edificari, uerbum spiritus est, significans per fidem incorporari & crescere in Christo; ideo non sine prauitate cogi potest ad potestatem regendi ecclesie, quae sine fide geri potest. Nam potest tam Papa quam subditus malus esse. Quare prorsus nihil ad rem pertinet tota ista autoritas, quae nihil de primatu, aut potestate regiminis, quae sine fide haberi possunt, sed de fide in Christum solum sonat. Sicut & Matth. vii. Fundata enim erat supra petram, ubi loquitur de perfectionibus, sed constat quod potestas regiminis, qua fundatur Ecclesia ecclesie, nihil potest in perfectionibus, cum ipsa patiatur sed fundatio fidei in Spiritu sancto per Christum seruat. Ita, j. Petri. ii. docet Petrus, ut super Christum edificemur domus spiritualis. Expositulo ergo ab Eccio, ut mihi unum etiam locum ostendat scripturae, ubi edificare significet suum somnium de regimine; quod ubi non fecerit, nihil est, quod patrum dicta sine textu, sine iudicio profert. Non enim licet claro textui contradicere per quoruncumque autoritatem. Sed & illam sequelam qua dialectica didicerit nellem scire, Ecclesia edificatur super aliquid (ut Petrum) ergo illud est uicarius Christi, & princeps apostolorum. Ergo, si supra fidem edificabitur (sicut uerum est) fides est uicarius Christi, at hunc uicarium quis uidebit? Non ergo Petro hic regimen promissum est, ut deprauator caecus errat, sed ecclesie constructio, in spiritu fidei descripta, in cuius Petrus persona consistit petram, & clauis accipit, ut unanimiter dicunt sancti patres.

Iam secundo probat, Petrum esse iure diuino uicarium Christi, aequo digno Ecclesiana sapientia argumento, uidelicet ex nominatione, quia primus nominatur inter apostolos Matth. x. Putas ne anxium istum sophistam uehementer gaufisum fuisse, si potuisset inuenire, Petrum fuisse primo ad apostolatam uocatum? Nam qua gloria Eccius ex nominationis ordine, Petro primatum tribuit, eadem alius ipsum Andreae tribuet ex uocationis ordine, cum sit prior Petrus in uocatione, praesertim cum ad hoc autoritas sit Pauli apostoli, qui ideo antecessores & magnos apostolos uocat, quia ante se fuissent uocati. Surgat itaque Andreae aliquis tutor sicut Eccius Petri, & nominationi Petrinae obtendat uocationem Andreae, & uidebis apparere Andream esse primam.

Doleo Theologiae titulos in hac ridicula comenta & ansles nugas descendere, quasi ideo aliquis sit potestate superior, quia nominatur prior, cum sic quilibet rem mundi oporteat esse altera maior, quia potest primo nominari. Nonne inter cardinales, episcopus, immo ut in scriptura mancamus, Ruben prior est in

Et si ter ps

Petrus para  
edificat ecclesiam, non fundam  
mentum est.

Edificari est  
incorporari  
Christo per  
fidem.

Edificare non  
significat reg  
gere.

*Supra petram & supra  
Christum & supra  
fidem edificatur  
ecclesia  
1. Petri. ii.*

*Quia per  
fidem edificatur  
ecclesia*

*Edificatio  
incorporatio  
in  
Christum per  
fidem*



ter patriarchas nominatur & tamen non iure diuino eorum fuit maior. Et Stephanus prior nominatur inter diaconos, ergo iure diuino rector eorum. Et Lucas ante Ioannem in euangelijs, Marcus ante Lucam nominatur, ergo rector eiusdem. Sed & Iacobus post Petrum ante Ioannem nominatur, ergo Iacobus rector erit Ioannis iure diuino. Et ultimus apostolorum a penultimo regetur, quia quare ratio primi ad secundum, eadem erit secundi ad tertium. Tum uide casus magnam questionem, Petrus, Iacobus, Ioannes suo ordine nominantur frequentissime. At Matth. x. Andreas locum secundum habet, Philippus tertium, Bartholomaeus quartum. Sed piget uidetur me tam insulse dialectice Ecclesiam, ex ordinis primitate potestate regiminis inferentis, Quid tum dicit ad Paulum, Gala. ij, qui Petrum postponit Iacobo minori, episcopo Hierosolymitano, ergo Iacobus ex nominatione erit rector, tenet consequentia ab autoritate Ecclesiae, per nouam dialecticam. Sed & Ioan. xx. Andreas primus & nominat & uocat ante Petrum, itaque uides quod soleat Ecclesiam ludere in sacris literis, quod uis ibi aliud quam ueritatem querens.

Tertio probat Ecclesiam egregius, eundem primatum ex solutione tribuit, Matth. xvj. Nisi esset sibi de errore & defectu ueritatis conscius, putas ne tam anxie, tam ridicule quaereret suffragiarum quantis eger mendacium, ut uerum uideat. Ista sane anxietas satis magnam argumentum est, se, teste conscientia, suscepisse mendaciam patrociniam. Non eget ueritas simplicissima & aperta tam extortis ac uiolentis suffragijs, seipsa sibi satis est.

Ad rem.  
Gratias Ecclesiae, quod Petrum solum aequatum Christo dicit in tributo dato, nam nunc discimus Petrum Christo aequale, cuius prius didicimus esse inferiorem & uicariatum in arbitrio est Ecclesiae, ex Petro facere, quodcumque uisum est.

Obsecro, cur non uidit, aut oblitus est, quod aequalitas passionis, aequalitas miraculorum, aequalitas uerbi, & multa alia, Petrum non fecit principem, quare quilibet multo maior est, quam aequalitas tributi datur, sed & omnes homines aequales sunt in humanitate, quae est omnium summa & admiranda aequalitas, ex qua omnis dignitas hominibus, & tamen nulli ex hac sequitur primatus regiminis.

Quid uero si aequalitas ista census indicet minoritatem Petri, ut quia apostoli alij liberi a censu fuerunt, & ut textus indicat, quod censum dare sit non filiorum regis, sed seruorum & inferiorum: ideo Christus cum Petro se subiecit inferioribus, quod alij apostolis non praecipit: sed & apostoli cum ideam argumentum conciperent, quod Ecclesiam suspicantes, Petrum ob id primum fore, coeperunt quaerere, quis esset maior, acceperunt autem solutionem argumenti eiusdem praeter emptionem, sequenti capitulo prohiberi, ne quis maior inter eos esse cuperet. Apostoli autem solutionem quidem acceperunt, sed Ecclesiam forte maior apostolis, & etiam Christo, inconclusibilis, non est contentus solutione Christi, adhuc uersat quaestionem, & determinat partem contrariam Christo, laudabili more scholasticorum. Et inuenit cum suis medicibus sophistis nouum genus illusionis (distinctionis) uel oli dicere, sacra scriptura, dicens: Non maiorem tibi phibitam, sed ambitionem. Cum eadem ratione dicendum sit, non seruitutem sed cupiditatem seruitutis praecipiam, quando dicit Christus: Qui uult maior esse, sit uester seruus. Iste enim est mos impiorum istorum deprauatorum. Itaque autore Ecclesiae, non est necessarium ut seruiamus inuicem, sed sufficit, ut cupiamus seruire, sicut opus est non ambire maioritatem, est tamen maioritas admodum. Sed faciant laquei lamarij, & nocturni Ecclesiae seruires. Christus occasione ambitionis amputauit, tollens maioritatem, & praebet occasionem humilitatis, imponens seruitutem, ille ergo maior est in ecclesia, non quia multa ditione dominatur, sed

*Non sicut dicitur*

*Non sicut dicitur*

*Non sicut dicitur*

*Non sicut dicitur*

*Non sicut dicitur*

sed qui multa humilitate seruit, iste est sensus purus euangelij, si uenena Eccia  
na excluderis. Cuius ingenium est Abimelech imitari, & cæcis de saltu celmon  
ramis ignem facere, seu ut Esa. xliij. de ligno scripturæ sibi idolum facere, dum  
unum locum apprehendit, precedentia & sequentia penitus contemnit. Quis  
uero non rideat, si dominus & seruus aliquo casu simul capiantur, simul soluât  
censum æqualiter, ita ut hunc seruū cæteris omnibus seruis dominū fieri hoc  
ipso casu: sed ista mēdicitas suffragiorū indicat Eccianā causam esse pessimā.

Quarto probat eundem primatū ex confirmatione ei commissā & indefectū  
bili fide. Luca. xxi. Rogauit pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando cō-  
uersus, confirma fratres tuos. Nec opus est ut Eccius uerba ista pōderet quid  
uelint, sed iuxta suam dialecticam inferat quodcūq; uoluerit, quia ad necessari  
um sequitur quodlibet. Quare & hic syllogizat, Cōfirma fratres tuos, ergo Pe  
trus est omnium princeps, prima pars est necessaria, quare & quodlibet sequi  
tur, noua (ut dixi) dialectica.

Obsecro, quid hoc ad primatū Romanæ ecclesie, quod Petri fides non sit  
defectura? An fides & potestas regiminis sunt idem apud Eccium? ergo quicū  
q; habens fidem Petri, sunt principes & uicarij Christi, habent autem omnes si  
dem Petri, quia omnes credunt quod Petrus, sicut Paulus Ephe. iij. dicit, Vna  
fides &c. Non enim de fide Petri personali locutus est Christus, quia hæc ceci  
dit, sed de fide ecclesie, quam Petrus tenebat, nam & ego Petri fidem habeo, &  
ut. ij. Cor. iij. habentes eundem spiritum fidei. Hæc inquit fides nec cadit, nec  
deficit unq; quia in Petro deficiens, orta est in latrone.

Iam confirmare accipitur dupliciter (ut & ego distinguā) Vno modo, ut cō-  
firmationem potestatis significet, qua hodie episcopi facta & uerba confirmā  
tur, hoc modo Ecciana larua accipit hoc loco. Alio modo pro exhortatiōe & con  
solari tribulatos & afflictos, ita hic Christus accipit, quod ex uerbo Christi ha  
quet, Et tu aliquando conuersus &c. ut scilicet lapsos corroboraret uerbo. Hic  
patet q; nulla potestas traditur, sed officium fraternum, & charitatis cōmenda  
tur, quod nemo illorum querit, qui primatū regiminis querunt, quod sine pri  
matu ipsum impleri potest tam ad inferiores q; superiores & æquales. Ergo ge  
nerali sententia nos omnes in uno Petro docemur exhortari infirmos, & con  
solari lapsos.

Sed age, retorqueamus in ipsum autorem ineptas suas nugas. Si per uerbū  
confirmare datur primatus Petro, iam nullus est successor Petri, nisi confirmet  
fratres suos, ipse primo conuersus & indefectibilē fidem habens. Aut ergo ne  
cessaria erit Papæ fides, & exhortandi officium, aut his uerbis prorsus nihil po  
test gaudere, nec successor Petri haberi. Et ubi tūc erunt pontifices, qui iā mil  
tis annis non confirmauerunt, sed fide & uerbo inanes, solum fulminibus cō-  
fregērunt substantias fratrum, bellis, dolis, censuris, plūq; tyranni cōsumple  
runt: Hos necesse est, Eccius fateatur non fuisse successores, quare nec ponti  
fices. Ita fit, ut iusto dei iudicio execrentur Eccius & sui discipuli, dum diuinas  
litteras de spiritu fidei & officio loquentes, trahunt ad dignitatis pompā, laban  
tur in pestilentissimos Donatistarū & Pighardorum errores, ut si non uolunt  
negare uerba Christi, cogantur affirmare malos pontifices non fuisse pontifi  
ces, nec successores Petri. Arrigat ergo aures grammaticæ contēptor. Hic Chri  
stus apertis uerbis, Petro non nisi conuerso, non nisi indefectibili fide creden  
ti imponit, nō dignitatem, sed officium confirmandi. An noua Eccij grammati  
ca docendi sumus, fidē non deficientē significare potestare regiminis: Quare

Ff ij successor

ff 77

*Eccij gloriā primatū & gloriā  
L. 1. 22*

Noua Eccij  
dialectica.

Habere fidē  
Petri, & pot  
estatem regi  
minis, nō sūt  
idem.

*Si f. 170. itaq; nō p. 177*

*Confirmare gloriā & potestatem*

Petro cōmē  
tur officiu  
fraternū, nec  
ulla potestas

Pōntifices nō  
cōfirmāt, sed  
fulmināt, frā  
gant substan  
tias fratrum

*Eccij sūt p. 170. itaq; nō p. 177*

Fides indefi  
citis nō signat  
licet potestas  
regiminis.

Otiolus, dicitur  
genitatis primi  
maxus sic co  
firmatur.

Tributu solut  
e ad Christo  
& Petro, no  
gbat prima  
tum.

Privilegia  
Ro. pontificis  
ipugnat Ec  
cius.

Eccius, Vult  
etiam & Hufi  
articulos co  
firmat, eos li  
pugnando.

Verba Petro  
dicta nemini  
apertur, nisi  
qui sit similis  
Petro.

Res media  
primatus.

successor Petri non erit, nisi conversus fidei præstans confirmet lapsos. At quis hominū ab his oneribus nō fugiat? Alijs ergo verbis iste otiosus dignitatis ac potestatis primatus statuendus est. hæc uerba fidem & officium Petri exposuissent; quod si Petri & successoris, aut nihil ad eum pertinēt. At quis nos certos faciet, quisnam conversus fide præstet? Relinquitur ergo, his uerbis generalē omnibus tradi doctrinam, nihil Petro externi principatus conferri. Quare textus est querendus, qui non de fide aut cōuersione prælatorum, sed de sola potestate loquatur, quæ sine fide esse possit, qualis est illa Rhomano, xij. Omnis potestas a deo &c.

Similiter dicemus de tributo, quod Petri successor non sit, nisi qui æqualiter Christo & Petro, soluerit imperatori & principibus mundi tributa; ubi ergo manent ecclesiarum privilegia? Vides ne quantum impie Eccij glossæ aperiant foramen laicis principibus? Nam si tributi æqualitas probat primatū in Petro debet etiam eundem probare in suo successore, ne sit Christo inæqualis, & Petro dissimilis. Quæ sapientia Eccij, quid aliud discimus, quæ omnes pontifices fuisse ille impijs & hæreticis, qui statuerunt de rebus ecclesiæ non alienandis, censuræ tributo, uetigali, liberis? Denique funditus hæc Ecciana sententiā subruit ius Canonicum. Aut confitebitur Rho. pontifices Petro inæquales, & per hoc non Petri, nec Christi, sed aliorum potius apostolorū esse successores, qui nō soluerunt. Ita sit, ut quando quidem tributi pensio honoris & dignitatis fuisse in Christo & Petro asseritur, successio Petri stare non possit, nisi clerici omnes subijciantur potestatibus temporalibus, maxime Ro. pontifex, quem præcæteris cōuenit æquali honore & dignitate cum Petro fulgere, hoc est, omnium maxime subesse in temporalibus pensionibus. O Eccium tutorem Rho. ecclesiæ, quo clamore me persequeretur, si hoc ephos malorum fuisset adortus cōtra privilegia Rho. ecclesiæ? Adeste ergo principes terræ, utimini iure uestro, euan gelium uobis, autore Eccio, tribuit, ut pontifices, Petri successores esse nō possint, nisi uobis pendeant tributa. Immo auxilio uestro cooperemini, auge re dignitatem & honorem illorū, id est, ut plus quæ ceteri Christo & Petro æquales sint, plus pendant omnibus alijs.

Sed huc rotari debet, qui spiritus sancti uerba in suas nugas molitur transferrere. Vides iam hac ratione Eccium omnes articulos Vuicleff & Hufi, omnium Boemorum asseruisse, defendisse, decreta omnesque decretales euacuasse, concilium Cōstantiense, articulorum damnatorum caput damnasse, & mirabili circulo id iussisse, ut dum pro ecclesiā contra Boemos pugnat, uelut insanus contra ecclesiam pro Boemis triumphat.

Tertio & illud, Tu es Petrus &c. quando uerba Christi sunt aperta, non cui libet, sed beato Simoni Bariona, qui reuelate patre Christū cognouerat, & cōfessus fuerat dictum est, Tu es Petrus, tibi dabo. Nō permittit hoc Eccio meo, ut hoc uerbum ulli alteri aptet, quæ ei qui similis sit Petro, habens Christi reuelatione, & spiritū sanctū. Nam talē successorē Petri hæc uerba querunt, nec quicquam facit ad successorem sine fide Petri, qui alijs quæ istis uerbis statui debet. Quare iterū Eccius Donatista & Pighardus cogit dicere, malos pontifices nō esse pontifices, aut hūc textū ad malos non pertinere, sed tū ad bonos; aut bonos certos nemo nouit. Quare in persona ecclesiæ ipsa per Petri dicta oportet intelligi. Nec habet Eccius quod his obtendat, nisi forte maiores insanias. Cū enim primatus papæ sit res neutra, potēs administrari, tū a bonis, tū a malis, textus autem hic nō dicit neutra, sed necessaria, scilicet de fide loquitur, deinde primatus res temporalis &c.

his & externa, fides res spūalis & interna, clarū puto cuius, q̄ apte Ecciana te/meritas hæc uerba de primatu exponat. Sed & ipse sentiens Chrysoſto, ſibi contrariū, addit q̄ Petrus pro apoſtoliſ reſponderit, tamen os & uertex apoſtoꝝ dicitur. Hoc enim uoluit, q̄ Petrus ſit os apoſtolorū, & p̄ apoſtoli� reſponderet, quod & Hiero. hoc loco dicit; ergo non in p̄ſona ſua, ſed omniū loquitur. An non Eccius delirat, quod hæc pro p̄ſona Petri inducit cōtra me, quæ ipſemet facit pro me in perſona apoſtolorū cum Petro fuiſſe geſta: ſed (ut dixi) Eccio nō ſunt cura q̄ bene, ſed q̄ multa diceret, nec rarum illi eſt, ſimul pro ſe & contra ſe dicere.

Petrus os apoſtorū, p̄ oibus ſidet.

*Chryſoſtomus*

Eccius delirant.

Quinto, probat ex Berni, quod Ioan. ultimo, per mare totus mūdus ſignificatur, ſubiiciendus Petro, qui in mari ambulauit. Quid audio? mare ſignificat mundū, & Petrus ſuper mare ambulat, ergo eſt princeps apoſtolorū & uicari⁹ Chriſti: immo, quo ſit huius dialecticæ nouæ ſeltior conſequentia, Petrus ambulat ſuper mare, ergo ſucceſſor Petri eſt dominus mundi.

Eccius ex ambulatioe ſuper mare, primatū ſignificat.

*Quinto Berni*

Primū, docendus eſt Eccius per Auguſtinū, q̄ figura nihil probat. Quare ſi te mare ſignificat mundū, ſiue coelum, oportet mūdū uocabulum expreſſe potius ad literā, & ſibi oſtendere Petri ambulare ſup mundū, niſi forte grāmaticoꝝ ſum contēptor pro arbitrio ſuo quodlibet per quodlibet intelligere doceat.

Figura nihil probat.

*Confutatio Berni*

Secundo, eſto mare mundū ſignificet, uide dialecticū in ſignificatōe, Petrus ambulat ſuper mundū, ergo eſt princeps apoſtolorū. Ex quo ſequit, q̄ apoſtoli ſunt mare & mundus, quia Petrus ſuper eos ambulat, id eſt, prælatus eſt eis, ſic Eccius. Si autē apli ſunt mare & mūdus, Petrus quid eſt: non dū quæſo frons metreticis p̄deſcit a tam in ſulſis delirijſ ſuiſ.

Tertio, quid ſi uerius, per mundū ſignificanē uitioſi affectus, quibus inquit tamur uelut mare: At hoſ affectus, hunc mundū, hoc mare, cum quilibet Chriſtianus calcet, & ſuſpenſo fidei gradu ſup ambulet ad Chriſtū, in littore gloriæ ſtante: Sequitur, quēlibet Chriſtianū eſſe papam. Et Eccius iterū Donatizabit ac Pighardizabit, papam nō eſſe, qui mare nō calcet, id eſt, affectibus mundanis nō imperat, quia Petrū non refert, nec ſequitur.

Mūdus uitioſoſ affectus, nō aplos ſignificat.

Quod ſi mare conculcare ſit aliud nihil, q̄ ſup homines dominari, ſine eſſet actuum ſuorū imperio, tantum externa pompa fulgere: Quid prohibet etiā Imperatorē temporālē, eſſe Petri ſucceſſorē, cum & ipſe ſuper mare hoc ambulet poteſtate dominante: ſic Eccij temeritas, quæ ad ſcripturas perdendas nata uidetur, audeat.

Sexto probat ex cōmiſſis ouibus Ioan. ultimo, ubi papā conſtitutū dicit a domino, ſecundū Chryſoſto, & Grego. Hoc eſt, ſecundum lemures & ſomnia Eccij, cū nec nomen papæ in Chryſoſto, & Grego, facile inuenias. Sed uideamus, hæc enim ultima eſt Eccij autoritas ex ſacris literis perditā (producta uolui dicere.) Eſt enim dialectica eius, hæc Chriſtus dixit ad Petrū, Paſce oves meas, ergo Petr⁹ eſt princeps apoſtorū, & uicari⁹ Chriſti. Hæc eū enythematata apud Eccij, uel demōſtrationib⁹ ſunt potiora. Sylueſtrū & Sylueſtrinos rodes paſſus ſum, ſed eruditos eos reddidit Eccius excellentiſſima ruditate ſua. Dico ergo, paſcere oues, ſignificat aliquando id quod dominari, præſſe, regere ſecuro in ocio, & oues nihil curare, & ſic Eccius grāmaticæ nouæ magiſter accipit. Ita nullus eſt, qui non optet paſcere omnes Chriſti, ſicut uidemus in Romana curia ad hoc miris artibus contēdi. Aliquādo, immo ſæpi⁹ ſignificat uerbi dei docere, orare, p̄ ouib⁹, exēplo bono præſſe, etiā aiām ſuā ponere, p̄ eis, totūq̄ ſe impēdere, ut oues bene habeāt, hoc modo, nullus eſt hodie, q̄ nō in plurimā

Paſcere oues ſignificat Eclēſiā, in ocio dominari.

*Grego Berni*

Quid ſit paſcere, Homicidæ Romani uerū primatū ſup animam nolunt ſuſcipere.

*Quid ſit paſcere*

Et ſiq̄ partem

partem sollicitudinis, immo totā sollicitudinē velit uocari q̄ plurimos, & totū primatū hoc modolibenter cedere, pro hoc primatu nemo certat, nemo ad hūc aspirat, quē oēs libenter admittimus cuiuscūq; & non inuenimus, qui admissionē nostrā curet. Qui contra hunc scriberet, bene turus esset a censuris ac homicidis istis Rho-manis adulatoribus, imo nec tantū possumus, ut huius primatus cōmissionē, uel super tres animas dignētur acceptare. Cur ergo nos persequātur? Allacrimas primatū, optamus, petimusq; ut Rho. pontifex pascat omnes oues, tantū abest ut nos uel unguem latum hanc potestacē ei imminuere uelimus, ut unice ploremus, quod ne unguem quidem latum ipsi dignantur eam acceptare.

*Eccius deprauat uerba scri-purae, ut est Pighardilla.*

*Petro tradita oia regna mundi, exponitur.*

*Cyprianū cū ead. deprauat. et.*

Quare iterū Eccius deprauat uerba dei, aut si integra relinquit, Donatistarum haeresim reuocat, statuens pontificē nō pascentē, non esse pontificē: quia haec uerba Christi incorrupte seruata, officii imponit (sane omnium maximū & periculosissimū, scilicet uerbi docendi & moriendi pro animabus) aut nihil ad pontificē faciunt, iam enim erat Petrus quod erat, apostolus scilicet & primus quando audiuit officium pascenti sibi impositum.

Addit tandem Eccius coronidem his dictis, dicens, sic sancta mater ecclesia canit: Tu es pastor ouium, princeps apostolorū, tibi tradidit de⁹ omnia regna mundi. Primā particulā, scilicet, Tu es pastor ouium, Eccius satis constanter paruipendit, sicut & ij, quos palpat, quā si seruarent, primū (ut dixi) nemo prin-cipatū omnium non tribueret. Verum neq; pastorū, neq; principatū hunc, neq; regna mundi hoc modo tradita, ullus pontifex affectat, sed exhorrent omnes. Quare sicut uerba Christi sunt spiritalia, ita & ecclesiae, Omnia regna mundi tradita sunt Petro, ut doceat. Cui Petro: Non uni personae, sed ecclesiae & apostolorū in cuius persona (ut diximus) audiuit, Tibi dabo claves regni caelorum, Eccius uero tradita regna mundi intelligit ad dominandā, non ad seruandam.

Post haec inducit patrum dicta (nam in hac materia multum laborat) Primo Cyprianum de simplicitate prelatorū deprauatissime inducit, ita ut maliciam plus q̄ inficitiam Eccius suam prodat. Cyprianus ibi cōtra nouationos haereticos loquitur, ubi Eccius malitiose decerpit, quae pro se uidentur stare, ceteris taceatis. Verba Cypriani sunt haec. Quāuis apostolis omnibus post resurrectionē suam, parem potestacē tribuat & dicat: Sicut misit me pater & ego mitto uos, si cui remissionis peccata, remittentur illi, tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originē ab uno incipientē, sua autoritate disposuit, hoc erant usq; & ceteri apostoli, quod Petrus fuit, pari consortio praediti, & honoris & potestatis. Sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstraret. Vbi hic Petrus princeps cōstituitur apostolorū, sicut deprauator infelix garrus, sua nobis pro Cypriani uerbis inculcans: Cyprianus parem honoris & potestatis unitatem dicit inceptam ab uno Petro, quando dixit, Tu es Petrus, ut unitas ecclesiae monstraretur. Vix simile & pulchriorem interpretationē uidi. Claret enim mentē sancti martyris esse, non Petrum esse principem apostolorum in regimine, quia clare dicit, hoc erant ceteri apostoli quod Petrus, sed quod potestas haec omnium aequalis, sit primū data Petro, ut ab uno Petro, non potestas Petri (ut Eccius delirat) sed unitas ecclesiae monstraretur. Non uult originem potestatis a Petro uenire in apostolos, sed sicut unitas multorum ab uno uenit, ita exordium a Petro inciperet: licet aequaliter omnia omnibus donarentur. Merum ergo & friuolū cōmentū est Ecce, aplos omnes fuisse pares in apostatu, sed non in

*Gustina tui glorio*

*confessio*

*de Cypriano*

*de Cypriano*

*de Cypriano*

*de Cypriano*

*de Cypriano*

*de Cypriano*

*de Cypriano*

*de Cypriano*

*de Cypriano*

*de Cypriano*



non in regimine. Tunc enim ceteri apostoli non fuerunt quod Petrus, nec pa-  
rem habuerunt potestate & honore, ut Cyprianus dicit, an non est aliud regere,  
& aliud regeri, nonne inaequalis potestas & honor recti & regentis? Etiam erro-  
neum est, apostolatum esse aliud quam regimen, quia apostolatus officium regiminis est  
omnino. Distinctio ista nata est, quod coepit distingui inter dignitatem & offi-  
cium, quod iuridicum est, non theologicum. Alioquin Cyprianus fuisse haereticus,  
qui sine autoritate Rho. pontificis episcopos creauit, concilia habuit, & ordi-  
nandorum episcoporum regulas praescripsit. Quae omnia Ecclesiam nequissime  
tacet, ad statuenda mendacia sua contra ueritatem.

Apostoli aequa-  
les in regimie  
ne.  
Dignitas &  
officium non  
sunt distincti  
quoniam  
Cyprianus  
episcopus ordinal  
uit.

10. Aprilis 20. 92  
Cyprianus

Igitur uult quod haeretici sunt cauendi, qui sciunt unitatem ecclesiae, non semper Ro-  
manae, sed cuiuslibet, in qua oriuntur, nam quaelibet est una, & tota uniuersalis est  
una, quam totius & particularis cuiuslibet unitatem dicit monstratam in unitate Pe-  
tri, qui sua unitate uelut origo sit cuiuslibet unitatis, & totius unitatis, non dispo-  
nens autoritate sua, sed Christi (inquit) sic disposuit. Verum legat lector Cypri-  
anum, & uidebit Ecclesiam esse Cypriano per omnia contrariam. Non ergo Cy-  
prianus contra scissores primatus, sed unitatis ecclesiasticae loquitur, quia in una-  
quaque ecclesia sciendi & seruari potest. Aut si per unitatem Ecclesiam omnino pote-  
statem intelligit primatus, caecus ille natus Ioan. viij. etiam papa erit, quia sua  
unitate similiter unitatem ecclesiae representauit, & quotquot alij, qui singuli a  
Christo sunt curati.

Unitatem eccle-  
siae sciunt  
haeretici.

Unitas non  
significat pote-  
statem.

10.

Secundo, Aug. inducit super Ioan. cuius ecclesiae Petrus apostolus propter  
apostolatus sui primatum gerebat personam. Obsecro quanta est Ecclesiae hebetudo.  
Aug. dicit (quod ego semper uolui) Petrus gessisse personam ecclesiae, quod Ecclesiam  
intelligit principatum ecclesiae. Quis enim negat apostolum Petrum primatum fuisse, primatum  
apostolatus habuisse, etiam principem apostolorum esse? Quid enim haec ad rem non pro hoc pote-  
state super eos habuisse probat, quos pariter potestatis fuisse dictum est a Cypriano.  
Nunquid ipse Aug. a Rho. episcopo fuit ordinatus? ergo haereticus Aug. si in-  
tellexit primatum potestatis, & tamen egit in uita, ut solus primatum honoris deser-  
ret Rho. pontifici. Ecclesiam decita opera, sicut scripturae deprauat, ita & dicta  
patrum, ubi illi Petro tribuit primatum honoris & ordinis, hic mox suo leuathati  
autore, addit, & nobis interpretat potestatem, nec aduertere praecrasitudine cer-  
rebrum sui potestatis, quod sancti patres hanc potestatem nunquam agnouerunt.

Petrus eccle-  
siae gessit per-  
sonam, citant  
Ecclesiam.

10.

Simul hoc quoque notandum, quod multa dicuntur in laudem sancti Petri, quae  
nequaquam conueniunt eius successori ullo, sic nonnulli sancti patres illud, Tu es  
Petrus, & tibi dabo, Petro tribuunt, quia certum erat ipsum esse sanctum, ideo ea  
uerba ei aptari possunt, sed non mox ad successorem etiam peruenit. Neque de suc-  
cessoribus ea uultus patrum intellexit, sicut faciunt nouissimi scripturae deprava-  
tores, omnia sine iudicio Rho. pontificibus insistentibus, quae cum de Petro les-  
gere possunt. Sic Petrus potest petra dici, quae admodum semel Aug. facit & Am-  
bro. Quia reuera, quicquid de Christo ipso dicitur, mox de quolibet eius membro ue-  
ro & proprio dici potest. Sic quilibet Christianus est agnus, iustus, sanctus, petra, funda-  
mentum &c. Verum haec, quae uerba spiritus sunt, non mox successoribus, aut Rho. ecclesiae  
aptanda sunt, cum successor Petri nesciatur an sit membrum Christi.

Ecclesiam dictam  
patrum deprauat.

Petro tribuitur  
quod non  
quaerunt in  
suis  
cessoribus.

Petrus etiam  
petra dicitur  
potestatis, quia est  
membrum  
Christi.

Hic tamen sensus non est primus & principalis, quia de Christo omnia pri-  
mo dici debent & proprie, de ceteris uero nequaquam, nisi pia digressionem & ab-  
usu modo dicto, in quo & si non pugnant in contentione, nec consequentibus co-  
ueniunt, tamen sine periculo fidei sic intelliguntur.

Patres abusu  
sunt scripturas

Error ergo est, quod quaecumque de Petro, ut sancto, locuti sunt sancti, nostri pal-  
pones

pones mox de successore Petri intelligant. Quamvis secundum rei veritatem non solus Rho. pontifex sit Petri successor, sed omnes episcopi, quos ipse instituit: ideoque successor Petri longe minor est quam ipse Petrus. Nec sequitur (etiam si verum esset) Petrus fuit super uniuersum orbem, ergo etiam Rho. pontifex est super uniuersum orbem. Petrus in Rho. ecclesia non relinquere potuit apostolatū suum, quem a Christo acceperat, sed episcopatū, quem ipse instituerat. Quare Rho. pontifex non plus habet a Petro, quam quilibet alius episcopus ab eodem Petro institutus. Et huius argumentū est, quod Chrysolto. Augu. Ambrusius & quicunque sancti patres, qui sanctū Petrū sup̄ omnes extollunt, honoris quidem ornātū praefationis, sed nec potestatem ei sup̄ oēs tribuunt, nec ipsi in uita Ro. pontifici subditū fuerūt, nec unquam de primatu Rho. pontificis aliquid meminerūt: quod in Ecclesia suis foedis adulationibus & deprauationibus statuere quaerit.

Apostolus  
sui non reliquit  
Petrus.

Hieronymus

Tertio, Hiero. inducit contra Pelag. quid Platonis & Petro: ut ille philosophi princeps, ita hic apostolorū fuit, sup̄ quem ecclesia domini stabili mole fundata est. Respondeo, placet similitudo, sed nunquid Plato philosophiae princeps, mox sup̄ philosophos dominatus est iure potestatis: non, sed excellentiae doctrinae & honoris. ita Petrus princeps, non potestate, sed honore primatus. Et quod sup̄ eum aedificatam ecclesiam dicit, uerum est sensu secundario, ut supra dixi, alioquin & ipse Petrus primario sensu, cui sit pars ecclesiae, sit per petram, non sup̄ seipsum aedificatus est. Abusus est uerbo euangelij Hiero. hoc loco, qui alibi contrariū dicit, euangelij interpretans ex animo.

Quarto, Chrysolto. Math. xvj. Quid igitur Petrus, omnium apostolorū os, & uertex totius consortij, sublimiora ipsum sapere fecit, & ecclesiae futurae pacem constituit. Et infra: hunc uniuerso terrarum orbi Christus praefecit.

Haec si intelligat de potestatis iure, sine autoritate dicuntur, quia uerba Christi hoc non habent, ut supra dixi. Secundo, quia Chrysolomus ipse non se uauit ordinatus episcopus a Theophilo Alexandrino, non a Romano. Tertio, quia etiam si Petrus talis esset, non ideo Rho. pontifex talis esset, tum quod Apostolus, ille episcopus, tum quod sanctus, ille forte peccator. Quare sensum Chrysolomi ne cum praecedentibus pugnet, probō & accepto, quod Petrus os apostolorum fuit, ac per hoc non in sua persona locutus est & audiuit, Tibi dabo &c. ita praefectus est toti orbi honore, & in ecclesiae persona, quae est mater omnium nostrum.

Honore Petri  
orbi praefectus.

Quinto, inducit Leo. c. beatissimus Petrus a domino accepit primatum. Verum est, sed non successor Petri idem, sed cum decretis nihil ago, quia frigidissimi me tractant uerba dei, Quod uero Bern. inducit, non pugnat. Beda plus pro nobis facit, Petrum confitens apostolorum personam gessisse: ideo subdole solum nomen eius Ecclus retulit, metuens eius sententiam sibi noxiam, adeo sy

Syrophancij  
pat theologus.

Falsus Ecclij.

Coaceruata  
autoritatio.

Ecclus ex inditibus  
autoritas citat.

cophantizar theologus, iam & Dionysium c. ij. de diu. nominibus addocit, quasi hic de papa uicario Christi, & Petro super omnes ecclesias constituto, dicit, cum nihil illorū uspiam sit in Dionysio. Displicet mihi Eccliana ista audacia quae tam contemptum de omnium ingenijs & studijs sentit, ut speret se uniuersis non secus ac stolidis & stupidis morionibus posse abuti, allegas quae nusquam sunt, deprauas quae usque sunt, oiaque pro mera libidine tentas. Quod si oino placet nomina autorum coaceruare, consilium dederim, ut martyrologion aut calendarium apprehenderet, ne interim tot mendacijs, patrū & scripturae uerba cōspurcarent.

Sexto, Cypriani locum, quem Lipsiae non potuit indicare, nec modo audet nominare, nisi quod lib. ij. epistolarum citat, adeo non ipse legit autores, sed per cōpilatores

compilatores excerptis dicta, quæ suo feruiant errori quacūq; specie. Respon-  
deo tamen, quod est epistola tertia, lib. ij. ad Cornelium, quæ Lipsiæ, nescio ad  
quem esse somnauit.

Post ista (inquit) adhuc insuper pseudo episcopo sibi ab hæreticis constituto  
nauigare audent, & ad Petri cathedram atq; ecclesiam principalem, unde uni-  
tas sacerdotalis exorta est &c. Tunc infert Eccius, ergo Rho. pontifex iure po-  
testatis omnibus superior est. Sic enim perpetuo delirat, quicquid noluerit, in  
patrum dictis intelligens. Cyprianus hæc contra hæreticos unitatem ecclesie  
tuetur, non potestatem Rho. pontificis, principalem uocat ecclesiam, & bene  
quia primus apostolorū ibi Petrus, & inde orta est in alias ecclesias unitas (in-  
quit) sacerdotalis. Vnde a Petro scilicet, secundū superiorem autoritatem eius-  
dem Cypriani: non quod Petrus omnes sacerdotes fecerit, sed quod Christus  
apostolis parem potestatem tribuens, ab uno Petro incipiens, unitatem eccle-  
sie monstraret. Errat ergo Eccius, qui hoc uerbo putat sacerdotes omnes ex ur-  
be Rhomana uenire, & debere haberi. Sic enim nulli apostoli ordinassent epi-  
scopos. Et ipsemet Cyprianus nō ex urbe suam retulit sacerdotium, nec ullus  
Aphricæ & orientis episcopus. Quod Eccius fortiter transit, solum in literis &  
syllabis sophistica pertinacia hærens, quo faciat nobis Cyprianū hæreticū, cui-  
us uerba pro iure suo diuino contra uitam eiusdem torquet.

Septimo, Hieronymus ad Euaagriū, nec altera urbis Rhomæ, altera totius or-  
bis existimanda est ecclesia. Vide hunc audacem & impium impostorem, D.  
Hierony. id agit ea epistola, quod omnes episcopi sunt æquales inter se, & pre-  
sbyteris eosdem quos episcopos esse. Breuiter hæc epistola uel sola funditus  
ueritit adulatorium dogma Eccij de primatu papæ iuris diuini, ita ut Lipsiæ p-  
eandem a me petitis, coactus sit confugere ad cōmentū distinctionis suæ inter  
apostolatū & regimē. Clare enim ibi dicit Hiero. episcopū alteri superior-  
rem fieri potētia diuinarum, non sacerdotij dignitate. Eiusdem meriti (inquit)  
est episcopus Romæ & Eugubij &c. Plane ergo patet, Eccium his latinis aliud  
non querisse, q̄ ut illuderet simpliciu & rudium animabus, & sancto Hiero-  
ny. imponeret suas impias deprauationes, dum ea allegat, quæ maxime cōtra  
eum pugnant. Sed neq; quid uelit possum diuinare, quando dicit, non est alte-  
ra urbis Romæ, altera totius orbis ecclesia. Hieronymi sentētia clara est, orbē  
esse maiorem urbe, sicut ibi dicit, ergo id sentire in Rhoma quod in toto orbē,  
cum sit una ecclesia, nec Rhoma diuisa ab uniuersali ecclesia. Ecce autē pul-  
uerulentas grāmatistarū scholas fastidians, suasq; dialecticas sequēs, hoc uult,  
Non est altera Romæ, altera totius orbis ecclesia, ergo papa est uicarius Chri-  
sti, & princeps episcoporum (nam hanc suscepit probandā.) Et consequentia est  
clara, si modo insanire licet, & phrenetico capite syllogizare. Aut forte hoc uo-  
luit, non est ecclesia dicenda, quæ non est sub Rhomana ecclesia, oerum hæc  
Eccius, non Hiero. dicit, imo Hieronymus contrarium dicit, uide epistolam.

Quid ergo mirum, si sophistæ eiusmodi scriptorum disceptatores prorsus nec  
sua nec aliena intelligant, cum quicquid apprehenderint, suis afforment som-  
nijs, & contaminent ludibrijs.

Eundem Hieronymū ad Damasum quoq; citat, sed nomine tenus facturus  
lectori simplici suspicionem de re, quæ in Hieronymo non habetur. Nam id  
Eccius querit solum, ut qua potestate, lectorem subnerat potius q̄ crudiat.  
Hierony. ibi cum plicatoris successore loqui se dicit, & Ro. ecclesiā cōmēdat,  
quod nunq̄ sit hæretica prauitate cōtaminata, sitq; docētē Christo supra petrā  
ædificata,

Unitatē tuæ  
Cyprianus,  
nō potestati  
pontificis.  
Principalis, i.  
principem ec-  
clesiam.  
Unitas quō  
a Petro orta,

Eccius in elec-  
mentis & syl-  
labis hæret.

Hiero. citat  
Eccius, ubi  
cōtra ipsum  
maxime facit

Eccius inter  
apostolatū  
& regimē di-  
stinguit.

Puluerulentas  
scholas Ecce  
continens in  
epistole col-  
ligit.

Sophistæ dis-  
ceptū auto-  
res.

Lectore sub-  
uertere stit  
det Eccius.

adificata, his dictis Hiero. uerissimis, Eccius addit aduerbiū, tātum: quasi hæc soli Ro. ecclesie conueniant, quando Christus totam ecclesiam suā (quæ nō est sola Rhomana) super petram adificaturum se promittat. Verum quid Eccio cum Christo?

*Ambrosium*  
ex decretis ci-  
tat.

Fidē Petri co-  
tus or bis ha-  
bet.

Otauo, Ambrosius adducit ex decretis, nā non uacat legere originalia, nō habent hereditatē Petri, qui fidem Petri non habent. Obsecro, quis hæc unq̄ negauit? An est altera fides Petri & Pauli & omnium apostolorū: aut altera fides Rhomanæ ecclesie & totius orbis: habet totus mundus fidē Petri & Rhomanæ ecclesie, imo, quod Eccius miretur, Rhomana ecclesia habet fidē meā. Quid ergo: habet fidem Petri, ergo Petrus est dominus omnium, iuxta noui huius dialectici regulas, sed & prophete in ueteri testamento habuerunt fidem Petri, sicut Paulus dicit, 1. Corinth. x. Eandem escam manducauerūt, ergo siue runt sub potestate Petri, Aut Eccio magistro hæretici fuerunt.

Iam si habere fidem Petri, est sub Petro esse, quam fidem habet Petrus ipse: aut sub quo Petro erit ipse: ita si habere fidem Rho. ecclesie est sub Rhomana ecclesia esse, sub qua ecclesia est ipsa: an sub seipsa, quia habet suam fidem?

Credo te lector iam diu saturum esse insulsissimarū istarum nēntiū Eccii, quas uides, quas sola grāmatica potuisset Eccio diluere, quam ridet dici utiļē ad sacram scripturam magis q̄ sua fœdida phantasmata.

Fidē Rho. ecci-  
clie sequit  
Ambrosius.

Eundem iterū allegat, Typum Rho. ecclesie in omnibus sequimur, & nos sane quantum ad fidem attinet. In alijs Ambrosius non sequebatur. Nam fabri- bato nō ieiunabat cum Rho. ecclesia, & habet illa eadē ecclesia Mediolanen- usq̄ in diem hodiernum alium typum in ritibus, quā ecclesia Romana. Nihil ergo est sumus iste Ecciane loquacitatis. Sequimur typum Rho. ecclesie, ergo Rho. ecclesia est super omnes ecclesias. Sufficit q̄ Eccio ista probetur, qui nec dignus est melioribus dici rationibus, quia sponte errorem sequitur.

Principatus  
aplicæ ecclie  
semp. uiguit  
in Ro. ecclia.

Nono iterū Aug. in Rho. ecclesia semper apostolicæ cathedræ uiguit prin- cipatus Manhu: Eccl. Aug. ecclesiam Rhomanā habere dicit principatū apo- stolicæ cathedræ, qui & alibi, ut lib. ij. c. viij. de doct. Christi, ecclesias aplicas ce- teris solet præferre. Eccius uero de suo addens, principatum apostolicæ cathedræ, intelligit principatum uniuersalis ecclesie, per cathedram, ecclesiam, per apostolicam, catholicam accipiens, nimirum beneficio grāmaticæ contēptæ.

Notariorum  
uulgus p̄ Ec-  
cio, patrū ue-  
ro p̄ Luthe-  
rio, & sermo  
concilia.

Post hæc dicit se omittere decreta, & bene facit, quia sunt contraria sibi ipsis. Nam ea quæ a sordidis notarijs sunt confarcinata, definiunt pro Eccio: Quæ autem a doctis pontificibus, ut Pelagio, Gregorio, statuunt pro me, ut ostendit in resolutione mea nouissima.

Sed & conciliorum nomina recitat, quia nihil in ijs pro sua sententia statutū est, excepto Constantiensi: quod tamen hic tacet, quia nouit & ipsum esse da- bium, immo contra se. Ego pro me habeo Nicenū & Africanū, imo sex pri- ma & celeberrima, ut in disputatione Lipsica uidebitur. Nihil ergo querit Ec- cius nominū istorum cumulo, q̄ ut lectores idiotas & ignaros stupefaciat & illudat.

Cetera quæ ad hanc materiam pertinent, uide lector in resolutione (ut dixi) nouissima & disputatis Lipsie.

#### ARTICVLVS QVARTVS.

Iure diuino  
nullus casus  
reſeruat.

Canones dixit institutos propter auaritiam summi Pontificis, & aliorum pontificū, quia nullus esset casus reſeruat. iure diuino.

Hanc

Hunc erroneum probaturus Eccius, multa confarcinavit ex decretis. Nam apud Eccium ius diuinum in decretis humanis residet, quod apud nos in sacra scriptura regnat: ideo quicquid ibi blaterat, omitto. Optime scio nō esse præcepta aplice & statuta maiorum contemnenda. Sed hoc querit, an iure diuino sit ullus casus referuatus, hoc Eccius nunq̄ probabit. Quia supra probatū est: Episcopus omnes esse æquales iure diuino, quare nullus poterit casum alteri excipere iure diuino, immo nec episcopus plebano. Vnde Cyprianus epist. iij. li. j. reprehendit eos, qui alibi circūcurrant q̄ in ecclesia sua, ubi peccauerūt, di. Cum statutum sit ab omnibus nobis, & æquum sit pariter & iustum, ut unusquisq̄ causa illuc audiat, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit ascripta, quam regat unusquisq̄ & gubernet, oportet utiq̄ eos, quibus præsumus, nō circūcurrere, nec episcopos cohærentem concordiam sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illuc causam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. Hæc ille. Vides unicuiq̄ pastori portionem gregis ascriptam. At nunc unus grex quatuor, immo centum pastores uel depastores habet. Vides nullum casum referuatum, sed in sua ecclesia quemq̄ debere poenitere. Si hoc est contra ius diuinum, Cyprianus est hæreticus in hoc dogmate, quod & Nicenum conciliū constituit.

Nec est quod garrat Eccius, disciplinam Christianam eueri hac sententia. Cur Cyprianus eam & Nicenum conciliū nō euerit? immo per Ro. curiā & casum referuatum disciplina evertitur, si seruares hoc Cypriani & concilij Niceni decretum, nimis impunita esset peccandi hodie licentia, Plebani nullam habent potestatem, paulo maiorem episcopi, totam Ro. curia. At illic nemo disciplinam, sed pro pecunijs omnia peccata uenduntur, ubi est ubi meritis indulgentijs, id est disciplinæ euerisionibus plena, usq̄ ad clamorē in cœlū. Miror autē q̄ Eccius priorē partem articuli præterit, an uerū credat nescio, canones institutos ppter auaritiā. Hoc enim fratres isti discipuli Ecciani addiderunt, Vere enim obseruant nō suam professionem, nec seipsos, sed alios tantum, ut detrahant & criminentur.

Dictum est autē, canones hodie & referuaciones casuum profusius nihil esse, nisi laqueos auaritiæ, nō suo uitio, sed Romanensium tyrannorum, Impudentissima enī auaritia est Ro. curiæ, si dederis pecuniā, canones & omnia uenalia habes: si nō, casus est referuatus, etiā si promptus sis omnibus canonibus fati facere, & omnem disciplinam Christianam ferre. Hi sunt ergo casus referuati, hi canones, qui euertunt disciplinā Christianā, & seruiunt auaritiæ.

Post hæc recitat egregius dominus doctor iuris & theologiæ & dialecticæ magister, articulos Cōstitutiōis damnatos, asserēs eos plenos erroris, scilicet hos.

Papa nō est immediatus uicarius Christi & apostolorū.

Decretales epistolæ sunt apocryphæ.

Nō est de necessitate salutis, credere Romanā ecclesiā esse sup̄ alias

Petrus non est nec fuit caput ecclesiæ sanctæ catholicæ.

Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se, uel de alio, quod esset caput ecclesiæ particularis sanctæ, uel Ro. pontifex caput Romanæ ecclesiæ.

Obedientia ecclesiastica, est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiæ, præter expressam auctoritatē sacræ scripturæ.

G g Hos

*...ly (apud) ...*

*Cyprianus*

*Crimina ab episcopi excutienda docet Cyprianus.*

*Miror autē (quod)*

*Referuati casus & curia Ro. euerit disciplinā Christianam*

*Canones nō sit ppter auaritiā instituti sed seruiunt auaritiæ, & laquei sunt animarum.*

*proh. Solus*

*Articuli i cōcilio Cōstituti, reprobati.*



Hos Eccius omnes erroris plenos uocat, tanq̄ dominus super concilium & ecclesiam sanctam, cum concilium nō omnes erroneos iudicarit, quod ego ex uerbis ipsius concilij probabo, & probaui Lipsiæ.

*Greg. ait. Petro cōmissa plenitudine potestatis, sed alia sermone contrariū habet.*

IN FINE DIGIT, Petro cōmissam plenitudinem potestatis quā habet suus successor, alij uocati in partem sollicitudinis, sicut dicit sanctus & humillimus Greg. Respondeo, ergo est iure diuino potens, tenet consequentia ab autoritate Greg. cuius uerbum apud Eccium est ius diuinum, q̄ crassa aut astutia dissimulat Eccius quod Greg. idem quod hic semel dicit, *decies sermone alijs locis contrarium dicit. Iustum ne est, ut Eccio credamus, unum locum ambiguum Grego. adducenti, & decem alios locos certissimos eiusdē negemus;* de quibus in resolutione mea, quanto rectius hic unus locus, præter intentionem dictus ad decem alios locos exponetur, q̄ quod Eccianis somnijs obtemperemus. Dicit Grego, in epistolis, primatum fuisse a synodo Calcedonensi oblatum Ro. pontificibus, & tamen a nullo assumptum; si fuit iure diuino primatus, utiq̄ impie egerunt, illi quod obtulerunt, quod non erat eorum obferre, sed reddere, hi quod non assumpserūt, ius enim diuinum etiam per mortem assumi debet, & nulla causa relinqui. Sed (ut dixi) Eccius, q̄ in lucidis sermo- nis uersatur, alia curat, q̄ ut grammaticā discat, ideo ignoscendum in scijs eius quod neq̄ quid sit, neq̄ quō seruandū sit ius diuinū, nouerit.

#### ARTICVLVS QVINTVS ET SEXTVS.

Nulla dixit esse consilia euangelica, sed omnia quæ in euangelio sunt, dixit esse præcepta.

Dixit etiam, quod deus exigeret summam perfectionem a quolibet Christiano, & obseruantia totius euangelij.

Frates, qui ex me audierant non esse hunc articulum ab ullo dictum, nihil fecius effinxerūt, saltē priorē partē. Verū Eccio eram ignoturus, quod alieno mendacio fuisset seductus, nisi uiderē suis nænijs sese ostēdere ignarū tam præceptorū q̄ consiliorū. Ponam ergo articulū integrum, sic dictum est.

*Consilia sunt infra præcepta. Consilia sūnt adimpletio, nō dū adimplet præcepta.*

CONSILIA euangelica non sunt supra, sed infra præcepta; hoc est, consilia sunt quedam uite & compendia facilius & felicius implendi mandati dei, ideo etiam seruatis consilijs, nondū impletū est præceptum dei. Nam Ro. viij. Apostolus dicit se seruire legi peccati, & habere peccatum in carne sua (quod unq̄ est contra præceptum dei) & tamen uiuebat in summo gradu consiliorū. Non ergo distinctio est inter consilium & præceptum, quod consilium plusq̄ præceptum sit; sic enim errant & nugantur Theologi, sed q̄ sunt media cōmodiora ad præceptum; facilius enī continet, qui uiduus aut uirgo est separatus a sexu, q̄ copulatus cū sexu, qui cōcupiscentiæ aliquid cedit.

Proinde quæ Eccius ex Apostolo adducit, qui loquebatur sapientiam inter perfectos, neq̄ quid ibi apostolus per sapientiam, neq̄ quid per perfectos intelligat, nouit. Idem sapit de statu perfectionis, & satis ridicule arguitur, quod omnes oporteret fieri monachos & uirgines, si ad perfectionem summam teneremur, quasi monachos & uirgines pfectos faciat status perfectionis, id est, uocabulum perfectionis.

Queram ergo ab Eccio, cui sit datum præceptum illud: Non concupisces an uirginibus

an uirginibus tantum: Si omnibus hominibus, ergo omnes obligant ad summam perfectionem: quia non concupiscere est summa castitas, quā nec ap[osto]lus Paulus se habere dixit: sed nec uirgines eam habent, & tamen omnibus præcipitur in cōmuni decalogo. Quid hic faciet: an coniugiū tollet de medio, quod sine concupiscentia stare non potest: at concupiscentia est contra præceptum dei. Bulla theologus. Audi ergo, deus requirit ab omnibus non concupiscere, ad quod proxime accedunt uidui & uirgines, nullus autem attingit, omnibus autem ignoscit, propter gemitum, quo dolent sese non posse attingere, & dicunt: Quis liberabit me de morte corporis huius: Vbi es ergo Eccl[esi]a, qui propositiones istas temerarias & seductiuas ausus es asserere: uides ne te nō adeo saltem profecisse, ut unum præceptū decalogi intelligas?

*in fine 353*  
*Eccl[esi]a re-4*  
*B[ea]ta The[odora]*  
 Nō concupiscentia, omnibus præcipit deus, at nemo attingit, ut sic omnibus ignoscit  
*ad quod dicitur Eccl[esi]a*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Confessionem sacramentalem dixit non esse de iure diuino, sed ex institutione Innocentii tertii.

Hunc Eccl[esi]a eximius noster errorem Græcorum uocat, & Hebræorum, & probat per Aug. Ambro. Orige. Petri Alexan. Obsecro te si peccat gentilis ius diuinum, & tu ei hominū uerba reddas, insanum ne te, an sanū iudicabit: Tot annis Eccl[esi]a theologus est, & orbem fatigare promptus est, needum scit quid sit ius diuinum. Cyprianum miror quod omiserit, qui omnium fortissime exomologesiā asserit, sed eius cōpilator grammaticā contemnēs, forte exomologesiā græcam, nō intellexit latinam confessionē significare.

*Eccl[esi]a magis q[uam] p[ro]p[ri]a*  
*379 dicitur*

Dico ergo, Cōfessio illa quæ nūc agitur occulte in aurem, nullo potest iure diuino probari, nec ita fiebat primitus. Sed publica illa, quā Christus Matth. xviij. docet: Si peccauerit frater tuus. Et Paulus, aduersus presbyterū accusatio nem &c. Tunc em̄ testibus & accusatoribus crimina examinabantur, sicut supra ex Cypriano adduxi, donec cōfiteretur conuictus. hæc in quā cōfessio est iuris diuini, ab apostolis & sequentibus seruata, de qua scribūt patres p[er] Eccl[esi]am nihil intelligentē, inducūt, Non tamē damno istam occultam, nisi quod dolo ipsam esse in carnificinam quandā redactam, ut cogantur homines cōfiteri, & scrupulos facere de ijs, in quibus nullū est peccatū, aut ueniale tantum.

Cōfessio est cularia non est de iure diuino.  
 De cōfessione euangelica, scribunt patres.  
*quod 19*  
*Eccl[esi]a magis q[uam] p[ro]p[ri]a*  
*379 dicitur*

Iam uideamus Schocistam nostrū, quomodo iure diuino probet cōfessionē Ioan. ultij. Quorū remisieritis peccata &c. ibi (inquit) Christus posuit ap[osto]los & successores eorū iudices, absoluedo & ligado. Modo iudex nō p[otes]t p[ro]nunciare nisi causa cognita, quod fit p[er] cōfessionē. uide ut reptat languens iste sophista.

*Eccl[esi]a magis q[uam] p[ro]p[ri]a*  
*379 dicitur*

Cuius fabula est hæc: Nullum peccatum remitti, nisi cōfessione publicetur, cum uero nullus hominū nosse possit omnia peccata, sicut ut ad impossibile obligetur. Nam hinc uenerunt torture istæ cōfessionariæ, quod discussionibus & diligen[t]iæ adhibitionibus confitendi nullus sit finis, inde confessionalia cum nepotibus, filiabus, speciebus, generibus peccatorū, ut ipsorum etiā memoria magis sit laboranda, cū sola cōfessio in hac causa esset consulenda.

Nullus finis cōfittendi, ex errore sophistarum.  
*Eccl[esi]a magis q[uam] p[ro]p[ri]a*  
*379 dicitur*

Christus nō dixit: Quorum uos non remisieritis, nō erunt remissa, & quorū non tenueritis, non erunt retenta. Plura remittit & retinet deus, quæ sacerdos nec retinere, nec remittere potest, licet quæ remisierit, remissa sunt. Non sequit Ego ignosco tibi omnia, quæ mihi male fecisti, ideo deus omnia tibi remisit, ita nō sequitur: Ecclesia remisit tibi quæ cōfiteris, ergo omnia remissa sunt. sed reliquum est illud: Delicta quis intelligit: & illud Iob: Verebar omnia opera

PECCATA remittit deus sine sacerdoti te.  
*Eccl[esi]a magis q[uam] p[ro]p[ri]a*  
*379 dicitur*

*Confessio in  
dige refors/  
matrona*

*Confessio in  
dige refors/  
matrona*

mea. Non est in ecclesia negotium, quod æque ut istud confessionis & poenitentia, indigeat reformatione, Nam hic omnes leges, quæ sunt, vis, tyrannus, error, pericula, & infinita mala omnium animarum, & totius ecclesie grassantur pleno impetu, quod pontifices parum curant, & Iophitis animas: tortoribus retinunt. Quod interim cū infamia Eccie transeat in tempus suum.

## ARTICVLVS OCTAVVS.

Canones dixit docere auaritiã, superbiam, luxuriam.

Clarum est fratres istos esse mendaces, quis enim ita insanit, ut hæc dicat? Nisi forte ista fuerit disputatio, quod lex est virtus peccati, & per legem peccatum augetur; atq; sic fratres uerbum docere, posuerunt pro causam esse. Nã hoc uerum est, qd multiplicatis legibus multiplicantur peccata, ideo infelicissimū genus administrandi est, legibus multiplicatis, ecclesia Christi liberimã onerat. Neq; em̄ Ro. curia alia re magis nocuit ecclesie Christi, qm̄ multitudine & uarietate legum suarum: quæ mihi uidentur esse nouissima, & omnium maxima persecutio, ut in qua tot irretite cõscientie pereant irrecuperabiliter, ut uel p̄simum quæsitum sciam, qui legibus istis alicui.

Leges pontificie ultima persecutio ecclesie sunt.

## ARTICVLVS NONVS.

Hominem dixit non habere liberum arbitrium.

In utraq; pte cõtradictio: nis cupit Eccie discipulos.

Hunc heresim Manicheorum uocat Eccies. Ego autem inuidiam Eccianã toto corde detestor, quæ tantum candoris non habet, ut permittat eum p̄re & aperte docere ueritatem, etiam si eam noscat, sed in uolucris gaudet, delectatus quod alij in errore maneant, ut discipulos habeat in utraq; parte cõtradictio: nis. Væ tibi gloria maledicta, & maledicat tibi omnis creatura.

Eccies de libero arb. Lutheo nō dicitur.

Scito ergo lector & certus esto: Eccium nihil prorsus in hac re dissentire mihi, nisi ad meram uocem & specie. Quod ut noscat, aduerte. Eccies Liptix cõcellit, lib. arbi, ante gratiã non ualere, nisi ad peccandum, ergo nō ualet ad bonum, sed tantũ ad malum, ubi ergo libertas eius? Nam omnis homo salte rudis, audiens liberum arbitrium, intelligit ipsum æque posse in bonum & in malũ prorsus non cogitans quod solum possit in malum, inde procedit in fiducia sui præsumens posse se ad deum ex suis uiribus conuertere.

Libertũ arbitriũ p̄ gratiã constituitur.

Hæc esse impia Eccies bene nouit, nec tamen fratres erudit, sed eorum erro: ri impiissime cooperatur. Dico ergo, quod homo habet liberum arbitrium non quia sit modo, quale fuit in paradiso (de quo loquitur Eccl. xv. per Eccies inductus) sed quia fuit liberum, & potest fieri per gratiam iterum liberum, alioquin uere est seruum arbitrium. Non ergo liberum arbitrium tam a factio esse qd a debito esse dicitur. Vnde Aug. lib. ij. contra Iul. uocat ipsum seruũ arbitriũ, & Christus: Qui facit peccatũ, seruus est peccati. Et iterum. Nemo potest accipere quicq; nisi ei datum fuerit. Ioan. ij. Dicit ergo ciuitas nascita, uel col lapsa domus, habet quidem nomẽ & titulum, quem prius habuit, & posterius habebit, nō tamen idem potest quod prius, ita liberum arbitrium, Quid autẽ cum indoctissimis fratribus agant? Eccies respondeat, si liberum arbitrium est liberum, cur in potestate Pauli nō fuit, Ro. viij. facere quod uolebat: Cur seruus peccato, quod odiebat: Ecce in gratia apostolus captiuus se dicit in lege peccati, & tu homini peccatori tribuis liberum arbitrium? Sed iterum, si liberum est arbitrium, cur oramus, sanctificetur nomen tuum, fiat uoluntas tua: An ut facilius possimus, sicut Pelagiani dixerunt: Si oramus, impossibile est quod oramus, ac

Arbitriũ est eru ciuitas deualata.

*A. 3.*

*Arbitriũ est eru ciuitas deualata.*

*Arbitriũ est eru ciuitas deualata.*

*Arbitriũ est eru ciuitas deualata.*

mus, ac per hoc nullo pacto in libertate nostra. Quid moror? Aug. dicit contemnendos esse, qui ex malicia resistunt ueritati; docendos, qui ex ignorantia. Eccius autem hæc non ignorat, ut dixi. Quando ergo sancti patres liberū arbitrium defendūt, capacitātē libertatis eius prædicāt, quod scilicet uerū potest ad bonū per gratiā dei, & fieri reuera liberum, ad quod creatum est.

Arbitriū est liberū, id est, uerū potestū libertatem.

## ARTICVLVS DECIMVS.

Multos canones cōtrarios sacre scripture, eaq; extorte exponētes.

Hunc iniuriosum in summos pōtēfices dicit Eccius, & erroneum, & nomine meo interfecto, reprehendit me quod in actis Augustinibus idem scripsim, & iniquissime ibi iudicārim. Deinde cōfutaturus acta mea, & defensoris canones, dicit B. Cyprianum exposuisse illud; Tu es Petrus &c. quo modo Pelagius exponit dist. xxi. Similiter & B. Aug. Hierony. Ambro. Bernar. Bedā glos. ordi. omnes per Petrum exposuisse petram; de his quidem superius satis est dictum arti. ij. & iij. quod maior pars sanctorum Petrum gessisse personam apostolorū & ecclesie dicit, & abusiue Petrum intelligi per petram. Nec uerba euangelij posse per consequentiam pati hęc expositionem, quod absurdum sit, Petrum ædificari super seipsum; ideo eos potissimū patres esse sequendos, qui principalem & proprium sensum euangelij sequuntur, ut Augustinum Hieronymum, Bedam, Originem. Recte ergo dixi Pelagium uolūter exponere euangelij, non quia per Petrum petram intelligit, quod hic Eccius per uerba secutus causatur, sed quod personā Petri ibi non pro apostolorū persona intelligit. hoc enim tunc agebam, nō an Petrus uel petra. Deinde quod petram sibi potestatem super totam ecclesiam uendicaret, quod uerba euangelij nō patiunt, ista debuit Eccius cōfutare, & nō illic ignē extinguere, ubi nullus ardet. Nisi quod (ut dixi) Eccio multa dicere fuit ppositū, q̄ apte autē & recte, stupidis lectoribus sciebat nō esse necessariū. Qui em̄ uulgi iudiciū & famam aucupatur, etiā si deleret (modo sit copiosus) facile obtinebit.

Patres aliq̄ū abusuū scripturæ in laudem Petri.

Qui p̄prium sensū tradit sequendi.

Eccius nihil ad scopum.

Similiter & illud q̄ theologice confutat, quod decretalis, quæ habet uerbū Pauli, Translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat, dicit me potius glossam q̄ textum (ut qui sit Aug. & Pauli) improbasse. Ridiculū caput; quasi textum improbarim, quando Pelagium improbaui in præcedenti puncto, ac non potius abusum textus & extortam expositionem. Nunquid em̄ toto hoc negotio textus improbo, quando deprauationes impias Eccij psequor? Ita hic non fuit propositū meum textum improbare, sed quod pontifices hunc textū male traherēt ad suum sacerdotiū, & leges suas, ut cuiuslibet patet legenti. Nam alias non potest dari causa, cur in eo loco de constitutionibus hunc textū Pauli adduxerint, nisi pro legibus suis, sicut glossa dicit. Eccius iuris doctor est, & nescit ex titulo intelligere scopum legis in eodem posite. An est iuris forbilitate forte doctor magis q̄ intelligibilis.

Translato sacerdotio legis translatio, perperā usurpant decretales.

Eccius iuris doctor.

## ARTICVLVS VNDECIMVS.

Quod plus sit credendū simplicilaico scripturam alleganti, q̄ Patre, uel concilio, scripturam non alleganti.

Hæc Eccius (licet Gerson fortiter ei resisteret) dicit proacrem tum promotiuam hæresis, augmentatiuam pertinaciæ, generatiuam singularitatis, inobediētiæ & rebellionis, contra sum. Pont. & sacra concilia, & sic similia pulchre latinitatis ornamenta ex grammatica contempta.

G g ij Tu uero

Scripturae sã  
cũ credidit  
phatũ concilii  
hĩe & papae.

Tu vero lector hie Eccium obserua (ut Ecciano more insultem) an nõ inter  
& extra, a planta pedis ad uerticem usq; persusus torus sit hæreticissima prauit  
tate, una cum suis discipulis. Quid putas boni sentit, qui scripuitre san-  
ctæ non credendum asserit. Quis unq; auditus est hæreticus, qui uerbo dei nõ  
credendum docere præsumpsit. Sic debent cadere, qui fraterna inuidentiã,  
& adulandi furore perdit, non nisi perniciem & ecclesie & ueritati pro male-  
dicta gloria sua querit. Quid hie facit? Scriptura sancta est uerbum dei, quod  
si alina diceret, audiendum est, etiam præ omnibus angelis, si uerbum dei non  
haberent, nedum præ papa & concilio sine uerbo dei agentibus. O furor, uer-  
bo dei non credendum, sed humanis uerbis, docet Eccius d. s. theologiae (id est  
uerborum dei) docent idem sui discipuli, uisere uisperina genimina. Inunc  
Ecci & doceto, quod audire uerbum dei, & credere scripturã sanctã allegan-  
ti sit promotiõ hæresis, generatiuum singularitatis, inobedienciã & rebellio-  
nis. Obsecro ubi nunc est celus Ro. curia, ubi principes, ubi pontifices, hæc  
monstra ferre potestis? Ego tot patior hostes, ppter hominũ opiniones negle-  
ctias, hic gloria habet hostis uerbi dei, abnegator scripturæ sanctæ.

## ARTICVLVS DVODECIMVS.

Dixit non esse necessaria bona opera.

Hanc hæreticam pronunciat Eccius, & bene probat, sed nonne suam prodit  
maliciã & inuidiam; cũ sciat me ita non sapere, & tamẽ a malignis fratribus  
hanc libenter acceptans, ostendit se male, ut tam insigniter errare, quo liceret  
ei contra me gloriari, q̃ ut uera saperem, q̃ pulchra fuisset modestia Ecciana, si  
istis fratribus restitisset, dicens: Fallum uos dicitis, Martini scripta legi, nõ ita fa-  
pit, sed iuxta Bern. Hoc pro Eccio. Ceterã huius ppositiõis originem puto  
esse, qd̃ sapibus docui, bona opa, q̃ extra gratiã sũt, nihil esse. Deinde soli fidel  
sine opibus legis, iuxta Paulum, tribui iustitiã. Tum fratres illi neq; quid opa  
legis, neq; quid opera bona significant docti, pro operibus legis, quæ necessar  
ria non sunt, immo noxia sunt, posuerunt opera bona. Nam quid de lege aut  
operibus legis sciret, q̃bus p̃fessio est nihil uelle discere, nihil scire, sed in fides  
capitis sui pro pugillo hordei & fragmine panis (ut Ezechelis uerbis dicam)  
miserrimo populo inculcare. Sed ergo sententia.

Bona opera  
extra gratiã  
nihil sunt.

Opera bona  
sunt salubria  
& necessaria

Non sunt necessaria, immo sunt noxia opera legis cuiuscunq;. Sed necessar  
ria sunt & salubria, opera bona quæcunq;.

## ARTICVLVS XIII.

Deum præcepisse homini impossibilia.

Hic multas conuehens autoritates scripturæ, in quibus sagam Christi lenes,  
Matth. xj. Mandata non grauiã, i. Ioan. v. Quæ, dispeream, nisi simulet, aut pe-  
nitus ignoret qd̃ uelint. Dixi supra, Eccium mecum sentire, quod lib. arb. si  
ne gratia non ualet, nisi ad peccandum. Obsecro quæ tandem est tabes tan-  
ta inuidiæ, hanc nostræ miserie & impotentie scieniam abscõdere a fratribus  
nostris? Si non ualet nisi peccare homo, quomodo nõ sunt impossibilia ei oĩa  
mandata dei? Percreat ista maledicta sophistarũ simulatio, & dissimulatio, quæ  
aliud nihil facit, q̃ quod aliud hie, aliud ibi dicit, ad seducenda corda simplicũ  
Dico ergo, mandata dei etiam leuissima & minima, sunt homini impossibilia  
pro seipsum; Sed cum gratia dei sunt facillima, ut ap̃lus: Possum omnia in eo,  
qui me confortat. Qui alibi dicit: Non sumus sufficientes; aliquid cogitare ex  
nobis

Præcepta dei  
impossibilia  
homini cum  
gratiã facilli-  
ma.



nobis, tanq̄ ex nobis. Cur enim oramus, uolūtas tua fiat, si sunt possibilia nobis? Recte ergo dicit Hiero. anathema esse, qui dixerit impossibilia esse māda dei, sed non negauit nobis esse impossibilia, deo omnia sunt possibilia, nobis nihil est possibile. Sicut dicit Pal. cxxxvij. Nec sermo est in lingua, quanto minus opus est in manu mea.

Hanc elucidationem potuit Eccius dare, sed noluit, ne non haberet quod in me criminaretur. Plus eum delectat, inuidiam mihi mouere, q̄ proximos ueritatem docere, Malletq̄ omnes homines in errore perire, q̄ tabidam suam inuidiam non explere. Transeo illud Deuter. xxx. Non est trans mare &c. quod tanta inscitia tractat, ut insanire uerius uideat, q̄ loqui. Suo hęc tempori.

## ARTICVLVS XIII

Christus nihil sibi meruit, sed tantum nobis.

De hac propositione ipse adhuc dubito, quia omnia erant Christi ab instanti primo sue conceptionis, ideo meritū hic aequiuoce accipi oportet. Sed nec scio an unquā hunc dixerim. Hoc scio, quod quicq̄d Christus fecit & obtinuit, nobis fecit & obtinuit, ad implendam uolūtatē patris, nihil enim sibi quaesiuit. Ex hoc sensu, si ab aliquo meorum auditorum dictum est, recte dictum est. Nā id me in populū concionatum esse certus sum. Est ergo sensus, Christus me serendo non sibi, sed nobis seruiuit, sicut dicit Esa. liij. Seruire me fecisti in peccatis tuis. Verum hæc propositio ideo offendit fratres ruditatis, quod ipsi populū soleant seducere, & ad magna merita cumulanda exhortari, maxime operibus a se doctis & electis, quo faciunt, ut homines assuecant quaerere quæ sua sunt in deo, & propter merum commodū deo seruire. Cum ad exemplū Christi, qui propter nullū suū lucrū aut meritū, sed propter solam uoluntatem dei, ad nostram salutem omnia fecit: & nos non propter ullū commodū debemus deo seruire, nec cogitare q̄ magna mereamur, sed q̄ bene uolūtatē dei placeamus. Hanc sanam doctrinam isti insani fratres & pseudoprophete non intelligentes, mūdum replent erroribus, & infernū damnatis animabus, dum hominibus magis inculcant meritorum uocabula, q̄ diuinæ uolūtatē memoriam. Quod Christū non sibi meruisse dixi, qui nec quid mereri sit, unq̄ cognouerunt, neq̄ cognoscere possunt. Mereri enim non est animo merendi bona facere (ita enim solent isti mentium deceptores, populū Christi illudere) sed simplici corde, nullo meriti aut premij respectu, solo gratuito affectu, gratis diuinæ uolūtatē obtemperare. Caritas enim non quaerit quæ sua sunt, merita uero & præmia, sua sponte, sine nostro studio sequuntur ad obedientiam diuinæ uolūtatē.

## ARTICVLVS XV.

Boemos esse meliores Christianos nobis.

Hunc Eccius fortium hæretis, derogantem sacro concilio Constantiensi, dicit. Nihil habet pannosus hic & penuriosus Theologus, quod sciet, q̄ concilium Constantiense: quod alias satis dixi & errasse, & multa non pro hæreticis, nec erroneis statuisse, quæ Eccius hæretica & erronea, de proprio cerebro, pro sua temeritate statuit.

Apostolus hic audiendus est, Tu quis es, qui iudicas alienum seruum: suo domino stat aut cædit,

Gg iij In fine

*Hieronymus*

*Falsum anathema dicitur*

An Christus sibi meruerit incertum.

Omnia nobis meruit.

Merita inculcare pessima seductio.

Mereri est gratuito affectu uolūtatē diuinæ obsequere

Boemi meliores nobis.

Nihil habet Eccius, præter Concilium Constantiense.

Canonizatio  
sanctorum  
inutilis.

IN FINE articulum de canonizatione sanctorum non satis expressit, ideo nihil possum adhuc dicere, nisi quod dicit ipsum esse scandalosum, & derogatorium papalis potestatis sibi traditæ. Valde uellem scire, ex quo loco scripturæ tradita sit potestas papæ sanctos canonizandi? Deinde quæ necessitas sanctorum canonizandi? Tandem quæ utilitas sanctorum canonizandi? Sed quia ipse hic transijt, transeam & ego: Nihil dicens, nisi quod mihi nõ satis placet canonizatio sanctorum, more quo uidimus multos canonizari, q̄ optime seipfos canonizassent: licet nõ damnem, canonizet quisq; quantum uolet.

**V**IDISTI (in q̄) lector charissime, q̄ inique & malitiose me Ecclesie & fratres illi querierint, ut cum mea calumniari nõ possent, sua mihi figmenta imposuerunt, ut calumniandi libidinem utcunq; explerent. In qua re, si me nõ prohiberet Christiana p̄fessio, utrosq; mirifice possem tractare. Verũ ne me tam stupidũ arbitrent, quasi eorũ nequitias deprehendere nequeã, tentabo & ipsi, non mea, sed sua uenena proponere, & cogitationes eorũ reuelare, ut habeãt tam ociosi criminatores negotium quo occurrant. Producam ergo hic per ordinẽ articulos hæreticos & errores quos pentur, & prædictis eorum calumnijs collegi, & uidebunt quanto sit difficilior pro-  
pria tueri, q̄ aliena carpere.

Propria tueri  
difficilior q̄  
aliena carpere

ARTICVLI HÆRETICI IO. ECCII ET  
quorundam fratrum, ex illorum assertis & negatis,  
per Martinum Lutherium deducti.

Primus. Nicenum conciliũ cum quatuor sequentibus est hæreticũ.

Secundus. Aphricanum concilium est hæreticum.

Articuli hæretici,  
subiecti  
ex dictis Ec-  
clesijs scriptis.

Probat̄ur ex Ecclesiarum dictis, quia determinauerũt cõtra Constantiẽ. conciliũ, Rho. pontificem non esse uniuersalem episcopum super omnes ecclesi-  
as, nec episcopos ex urbe Rhomana confirmandos.

Tertius. Orientalis ecclesia fuit plus q̄ per mille annos hæretica. Patet, quia uixit secundũ statuta Niceni concilij, contra Constantiã.

Quartus. Aphricanæ ecclesie cum Cypriano martyre fuerunt hæreticæ.

Quia uixerunt in eodem puncto secundum Nicenum concilium.

Quintus. Augustinus, Ambrosius, S. Martinus, S. Nicolaus sunt hæretici.

Quia non fuerunt ordinati a Rho. pont. contra conciliũ Constantiã.

Sextus. Gregorius Nazan. Anathasius, Basilius Magnus fuerũt hæretici.

Quia secundum Nicenum concilium, contra Constantiã. gerunt.

Septimus. Rhoma. Pontifices omnes usq; in hodiernum diem, sunt hæretici.

Quia approbauerunt statuta Niceni concilij, contra Constantiã.

Octauus. S. r Gregorius magnus fuit hæreticus, cum suis prædecessoribus.

Quia

Quia oblatum a concilio Chalcedonensi primatum recusarunt, & sic iuri diuino resisterunt, contra concilium Constanti.

Nonus. Tota uniuersalis ecclesia est hæretica per totū orbem, excepto Eccio & fratribus.

Quia tenet Nicenum concilium euangelio æquale.

Decimus. Decreta Romanorū pontificum plurima sunt hæretica. Quia determināt, Nicenū cōciliū euangelij cōparandū, cōtra Cōstantiensē.

Vndecimus. Papa malus, non est papa.

Quia uerbum Christi; Tu es Petrus &c. ei non conuenit, cum non sit petra, nisi qui Petro similis sit, quoniam per Eccium isto uerbo papæ autoritas probat. *Hic est Donatistarum & Pighardorum articulus.*

Duodecimus. Papa nō prædicans euangeliū, nō est papa.

Quia uerbum Christi; Pasce oues meas, non seruat, quo Papa constituitur iuxta Eccium. Idem, si non confirmat fratres suos lapsos & tribulatos, per eundem Eccium.

Tertiusdecimus. Papa nō diligens Christum, non est papa.

Quia iuxta Eccium; Petrus papa cōstituitur per uerbum, pasce oues meas, ubi petrus dilectio requiritur a Christo.

Quartusdecimus. Præcepta decalogi nō sunt data, nisi his, qui sunt in statu perfectionis.

Quia præceptum, Non concupisces, nulli conuenit seruare, nisi in statu perfectionis, multo minus alia grauiora.

Quintusdecimus. Peccata nō posse remitti, nisi cognita & confessā. Patet ex Ioan. ult. Quorum remisistis, & ex glossa Eccij, sed hoc est erroneū & hæreticum, cum sint occulta & oblita &c.

Sextusdecimus. Liberū arbitriū sine gratia esse liberū, ac nō seruū. Contra Paulum; Serui fuitis peccati &c.

Decimusseptimus. Romanū pontificē esse hæreticū.

Quia exemplo Christi & Petri (quibus est æqualis) nō pendit tributum.

Decimus octauus. Clerus torus est hæreticus

Quia non soluit principibus secularibus tributum, patet per idem.

Decimusnonus. Iura de priuilegiis & immunitate ecclesiarum, & rerum, & personarum, sunt hæretica.

Quia contra Christū & Petrū soluentes tributū, quibus debet æquari, cū per æqualitatem illam Eccius probat Rhoniani Pont. potestatem.

Vicesimus. Reges & principes euangelio obediunt, si accipiāt maiores pensiones a papa & dero, q̄ a laicis.

Patet per idem.

Vicesimusprimus. Verbo dei nō est credendū, sed uerbo hominū.

Quia laico

Quia laico scripturam habenti credendo, dicit Eccius, fomentum hæresis fieri.

Vicesimussecundus. Conciliū est supra scripturā & uerbū dei.

Quia Eccio magistro, plus eis credendum, etiam sine scriptura, q̄ laico cum scriptura.

Vicesimustertius. Papa est peior q̄ Lucifer & antichristus.

Quia Lucifer & Antichristus tantum æqualitatem dei quæerūt, sed Eccius Pa-  
pæ tribuit superioritatē dei, dum cum præfert uerbo dei.

Vicesimusquartus. Præcepta dei sunt homini possibilis, & per cō-  
sequens gratia dei non eget, sicut Pelagiani dicunt.

Hos pestilentes & blasphemos errores protestatur Martinus Lutherus cō-  
tineri in Eccianis & fratrum articulis cum earum declarationibus, & promit-  
tit eos conuicturum, & probaturum se de his omnibus, nisi reuocarint sua  
pessime dicta.

Hæc autem lector tentauit, non curiose, longe plura inuenturus, si Eccij &  
fratrum more, ad uitam (quod dicitur) cutem ea sim examinaturus,  
quæ ipsi in papyrum expuerunt. Quæ omnia in sui tempus rei  
seruo cōsuetāda. Nondū enim Eccium tractauit, quo modo  
me semper tractat. Erit autem forte, ut canem dormien-  
tem irriter, & patientiæ meæ abusum semel soluat.

Vale, & ora, ut Eccius meus sanus fiat, & li-  
beretur a miseria in sanæ adulationis & gloriæ.

AMEN.

Pie cōcladite

FINIS.

ARGUMENTVM

Epistolæ sequentis.

**E**Ccio, quod in epistola ad Reuerendum Misinensis ecclesiæ An-  
tistitem, Canonicos indoctos Lutheranos, & seminatores er-  
rorum Lutheri uocasset, respondent Canonici indocti, quate-  
nus & qua ratione sint Lutherani.

Canonicorum

# CANONICORVM IN DOCTORVM LVTHERIANORVM AD IOAN. Eccium responſio.

Glorioſiſſimo, ſuperdoctiſſimo triūphatori Magiſtro noſtro,  
Magiſtro Ioanni Eccio Theologiæ, Canonici indocti S.D.



I præter inſcitã, quam nobis impropere Ecciam magniſſice, niſi aliud etiam Martino Luthero obieciſſes, cui nos prudentiæ tuæ uidemur amplius quàm ueritati fauere; territi ſane portentoso, ſupercilioſoq; Magiſterio tuo, noſtra fruetemur felicitate, nempe ſuauiſſimo ruditatis beneficio: ut em̄ ærumnoſam uobis Herculis uitam emetiuntur ſuperi: (immo ipſi immodica ſciendi libidine & arrogãtia, quicquid, id eſt, mali, uobis ipſis inuehitis)

Ludũ in Ecciam obſeruatõnem.

ita nobis tranquillã nõ inuident, Proinde cum prope ſemper nullis noſter te-cto gaudentium, & umbra calamus inſenſus fuerit, aduerſum te quoq; par-retur minime. Nam quæ inſania, quã furor, indoctos, quos uocas, cũ Apollõ-nis filio, imbelles cum fortiſſimo, obſcuros cum clarifſimo cõgredi: Non tam incogitantes, nõ tam oſcitabundi, nõ tam ſtupidi, nõ tam ſaxeii ſumus, ut quod omni propulſandũ ſit conatu, ulro adcreſcamus periculũ, præſertim quod iam pridem ſais nobis perſpicuũ, nunquã tibi uel diſputaturo, nel ſcripturo, forte ne mortuo quã de futura uerba. Haecenus itaq; dũ tu gloriæ ſtudes impediõ, nos tranquillitati nõ tam imprudẽter, quã ignauiter cõſulimus. Atqui nunc cum in ſignis tua modestia, quæ & in prouerbiũ ceſſit, Martinum Lutherum, uice ſanctimoniam nobis commendatam, eccleſiaſticaq; Theologiæ uindictam dilu-gentiſſimũ, ſimul ac libertimã, priuatim & publicitus, Manichẽũ, Vickleſiſtã Huſſitam, & ſexcentis nominibus alijs uocans, Chriſtianum haberi ferre nequit: & ut ex nobis etiã aliquid tuæ gloriæ adcreſcat, in episto-la ad Reuerendũ Miſnenſis eccleſiæ Antifitrem, quæ tua eſt colubina adeoq; Theologica ſim-plicitas, nos quoq; pientifſimo præſuli inuidioſos, toti orbi, quantum in te eſt, ſuſpectos facis: nos Lutheranos, & illius errorũ ſeminatores appellas: hoc eſt, tuo iudicio, hæreſiarchæ peſſimi ſubſidiarios, præſidia, amicos & patronos: ue-limus nolimus, cogimur tibi eccleſiæ patrono, & aſſertori, filiorumq; Leui cõ-ſtatori, & emundatori aliquantam uix noſtræ rationem reddere, ſi forte hanc labem abſtergere liceat. Si quidem & te doctore hæreſeos crimen malignus, quã ut a Chriſtiana modestia patienter toleretur. Poſſemus autem (nam nec hoc indoctis negatum eſt, qui & ſais nonnunquã ferociunt aculeis) exemplo ſtre-nuitatis tuæ, modestiam remittere, ſtomachari, & plane debacchari, niſi tuum nobis exploratum foret in genium. Iterum quæris, quibus ſcabiẽ tuam oſſi-ces, iterum quæris quos inſigniter acceſſes: ut neminem nõ contemptui habe-as, nemini parcas, nullũ nõ laceſſas: ut cũ liſmaele unus oppugnes omnes. Pa-rum tibi uidetur cũ doctis gerere bellũ, indoctos etiam prouocas: & quaſi con-ſectum cũ pceptoribus ſit præliũ, ſeuus & in diſcipulos & in patronos: ne quid reliqui fiet, quod nõ potentia brachij tui contera. Dein ubi uel nos cõpescue-ris, uel etiam nõ pro arbitratu tuo ſucceſſerit, caueant tibi typographi, caueant præla

Eccio non de sunt uerba.

Lutherus

Mouer inuul-dũ Lutherus nis Eccius,

Quare ipsa p̄cepta dei breuiter sunt inspicienda, in quibus sine dubio, omnia peccata continentur, si recte intelligantur. Nec tamen hæc omnia, sed ultima duo prorsus a confessione sunt excludenda. Confessio enim & breuis esse debet, & eorum potissimum peccatorum, quæ p̄senter mordent, & ut dicunt, quæ mouent ad confessionem. Confessionis enim sacramentum ad quietam, non perturbandam conscientiam institutum est.

Ex dei p̄ceptis  
p̄sente cōfessionis  
confessio p̄r  
quæsiuit  
quæsiuit  
quæsiuit

## EXEMPLI GRATIA.

De illo

De illo præcepto, Non mœchaberis, cito dixerit, quo modo libidinis cesserit uel opere uel uerbo uel cōsensu, uelut se totum cum omnibus membris & sensibus in eo præcepto describēs, Quid ergo quinque sensus, peccata mortalia, & aliud pelagus distinctionum oportet adducere frustra: Ita in illo: Non occides cito dixerit, quia specie iræ peccauerit, an odio, an detractiōe & maledictiōe an opere ipso, Sic in cæteris, sicut dedita opera conatus sum in præceptorio meo, & schedulis decalogorum monstrare.

Contra hæc nihil moueat, quod in decretis de pœ. & quarto sententiarū aliter tractetur ista materia, Plena sunt omnia humanis cōmentis: Nec mirū, quā sumperit sua oīa ex libello quodā apocrypho & indocto, qui de uera & falsa poenitentiā B. Augustino inscriptus, ubiq; titulo mentito celebratur.

## DECIMO.

Magis pōde  
rēda sibi pōtā  
cōtra dei mē  
dara facta q̄  
hominū.

In faciendā cōfessionē diligenter obseruari oportet, ut multo discrimine discernantur peccata, quæ contra diuina mandata, & quæ contra humana statuta cōmissa sunt. Hoc dico, quia hodie inualuit infania, ut quæ cōtra decreta pontificum peccantur, mira cura obseruentur, quæ cōtra deum uero, uel parua, uel nulla. Exemplis tibi notum faciā, Inuenias sacerdotes, & religiosos, qui si in Canone missæ uel syllabam titubent, aut repetāt, nescio quod uelut monstrū exhorrescāt, cū hic uel naturalis linguæ defectus uel casus quispiā nullū peccatum fecerit. Porro nullus est, quin confiteatur sese distractū fuisse, sua præparatio nō legisse, aut alias anillissimas nugas. Fuit unus, qui ter accito sacerdotē, in altari iam celebrās, cōfiteretur, ut ut quid incidisset, deniq; diaboli ista ludera intinua, uidi multis tanta fuisse serā, ut prope insanierint. At qui in corde odium uel inuidiam occultā alerent, ante & post missam maledicerent, sociose fabularentur, detraberēt, nihil mouebat, unde hæc perueritas: Ex traditionibus hominū auersantiū (ut Apſus ait) ueritatē. Et quia deo uerorū peccatorum cōfessionē negleximus offerre, tradidit in sensum reprobū, ut fictis peccatis, nos ipsos illudamus, & sacramēti beneficio priuemus, eo maxime studio quo maxime quærere uidemur. Huius farinae sunt, qui horarū Canoniarū in egleciā, prope irremissibile peccatum fecerūt, cum interim fornicatiōes contra dei præceptum, aut omnia studia erga proximum, facile remittant. Inueniās, qui S. Seuerini uel somnium uel exemplum eo probēt, ut se horas Canoniarū, nec anteuerrere, nec post complere sine peccato arbitrentur posse, etiam si iustissima causa fuissent legitimum eorum tēpore impediti, scilicet, seruēdo proximi necessitatibus, id est, meritis melioribus sexcēties, q̄ fuissent eorū frigidā simē, & forte damnatissimę oratiōes. Adeo nō attēdūt, in seruitio proximi mā datum dei debere præferri mandato hominū, in lallandis uerbis horarum sine intellectu. Huc pertinet, qui intra Canonem, etiam pro summa necessitate & periculo loqui, aut puerū uocare nefas putent. Deinde ieiuniū aliud naturæ aliud ecclesiæ facientes, si quis uel imprudēs guttas aliquot glutierit, aut medicinæ quid sumperit, penitus a sacramento arceant, & peccatum uel maximū sic statuant. Miror ego, unde nam hominibus istis autoritas sit harum legum condendarum & peccatis a se repetitis cōficientiarum perturbandarum. Ex his æstimentur reliqua similia.

An gutta ad  
edionem pro  
hibeat.

Laici uero, alius confiteatur se libenter gustasse dulciā, alius audisse iucunda, olfecisse odorata, tetigisse mollia. Ad maiora ueniat, Comedisse butyrū uel oua

De nota sibi pōtā  
cōtra dei mē  
dara facta q̄  
hominū.

Propositiō sibi pōtā  
cōtra dei mē  
dara facta q̄  
hominū.

Propositiō sibi pōtā  
cōtra dei mē  
dara facta q̄  
hominū.

Nota



uel ota diebus seini, uulgo persuasum est, hæreticum esse, tam atrociter seuiunt leges hominū in ecclesia dei, Et nos populi hac superstitione, immo nostra tyrannide secare fruimur, nihil curantes dei præcepta passim pro ludibrio haberi, modo ad nostras pauent & pallescent leges. *Adulterū nemo hæreticum uocat, fornicatio leue peccatum, schismata & discordiæ etiam auctoritate & nomine ecclesie fulcitur & seruata & aucta, merita sunt. Sed carnes sexta feria edisse, hæreticum omnium summa est, sic nos erudimus & crudiri permittimus populum Christi.* Sed tam me piget, tædet, pudet, miseret, istius infiniti Cahos superstitionum, quas in sacramentum istud confessionis saluberrime inuexit intelix illa syncerioris Theologie ignorantia, quæ tyrannidē suam egit a tempore constitutionum humanarum.

Minora est  
tenē & mai  
ranō curant

## VNDECIMO.

Consulo, quod & Ioan. Gerson aliquoties consuluit, ut aliquādo cum seruo pto conscientie quis accedat ad altare seu sacramentum, uideat, nec non confitens, si immodestius uel biberit, dixerit, dormierit, aut aliud quid fecerit, ut horam unam aliquam non orauerit. Vis scire quare id consulatur. Audi, ut homo discat in dei misericordiam plus fidere q̄ in suam cōfessionem aut diligentiam. Nihil enim satis fieri potest aduersus maledictam illam fiduciam operum nostrorum.

Cū serupulo  
enā interdū  
accedimus  
ad cōfessionem.

*Confessio*

Etiam ideo, ut si qua uel tentationis uel mortis ingruat necessitas, & ceperint apparere occulta illa peccata, quæ nunq̄ uidere aut confiteri potuit, tum iam paratum habeat usum confitendi in dei misericordiam indignis præstitam iuxta illud, paratum cor eius sperare in domino. Alioquin quomodo sperabit in tantis molibus peccatorū, tunc irruentū subito, qui in hac uita, dum oculos erat, nec in minimo, uel ficto peccato didicit sperare in domino? Si dicis, quid si hoc sit contemnere sacramentum dei, & tentare deum?

Descenda est  
fiducia in deū

Respondet, non erit tentatio dei, si ad gloriā dei fiat: id est, si ideo facias, non quod cōtemnas sacramentū dei, nec eum tentes, cū sis paratus etiā oia cōfiteri sed ut misericram conscientiam assuefacias in deū confidere, & nō ad omnē sonitū folij uolantis pauere. Nō dubites, oia q̄ fiunt hoc fine, ut fiducia in deū habeat sunt deo gratissima. Cū tota gloria eius sit hæc, si in eius misericordiam q̄ magna nimisissime cōfisi fuerimus. Nō tñ uolo, ut semp̄ ita fiat, sed aliquñ in q̄, tantū ad erigendam fiduciā in deū, ac destruendam fiduciā nostræ confessionis.

*Blasphemia est cōfessio in  
sua confessione*

Vix enim sine uitio celebrat, qui magis secure accedit, quia confessus est, q̄ quia deus misericors est, immo tota impietas hæc est omnino. Summa enim summarū est: Beati qui confidit in dño, quando in dño audis, utiq̄ intelliges, infelicē eum qui confidit in aliquid, quod eiq̄ nō est ipse dñs, qualem faciunt Artista illi cōfiteri, quid em̄ fecit ars confitendi, nisi quod aboleuit artem & usum confidendi, ut multum confiteri, nihil confidere disceremus.

*Confessio est cōfessio in  
confessione*

*Confessio est cōfessio in  
confessione*

## DVODECIMO.

In casibus referuatis, multi anxant, ego, quia scio leges hoīm, oportere episcopi subiectas esse, & plus ad fauorē q̄ rigore trahendas. Eorū sequor usum & consilium, qui in peccatis occultis, nullū referuari casum censent, Ideo absoluentos esse omnes, quorum occulta sunt peccata, ut sunt peccata carnis, seu libidinis

Peccata oer  
cultra nō sūt  
referuanda.

bidinis cuiuscumque species, oppressiones infantium, & similia. Nec enim præsumendum est, nullus pontifex uoluisse in oculis peccatis, tot laqueos & pericula animabus ponere. Verum ubi publicum fuerit crimine, seu casus reseruatus manifestus, omnino potestati deferendum est, siue sit æqua siue iniqua. In quo tamen sic moderet confessor uim clauis, ne consentit finat sine absolutione absterge, saltem eorum peccatorum, quæ reseruata non esse scierit. Quamquam ego iam dudum fluctuo, nec dum stationem disputationis propriæ composui; An possit ullus casus, quo ad remissionem culpæ reseruari, aut unquam reseruatus sit, poenam reseruari non est dubium, de quo esto aliorum iudicium. Sed nec in poenæ remissione nimium sit scrupulosus confessor uel consentiens, poenam intelligo, ex communicatione uel quamlibet ecclesiæ censuram, seu ut uocant, fulmina & tonitrua sua. Cum enim excommunicatio sit mere poena & non culpa, ferrique possit super innocentem, aut lata manere super respicientem, non propter itineris longitudinem uel pauperem, necesse sit differri satisfactio; debet nihilominus consentiens (si petat) absolui ab omnibus peccatis suis, & pro uinculo excommunicationis soluedo, & satisfaciendo potestati dimitti, & sic in foro dei & conscientie absolutus a culpa & peccatis, mitti ad forum ecclesiæ, soluendus a poena. Hoc est quod dicis, sufficere absoluendo peccatori, uotum satisfactiois.

Excommunicatus  
est in casu ab  
soluendus.

#### ULTIMO.

Votorum ratio foret consideranda, quæ pene maxima est in hac re, quæstio multoque maioris confusionis materia, quam casuum reseruatio, quænis & hæc suam Babylonem magna tyrannide exercet. Quod si hic libere quis uelit loqui, non poterit terra sustinere uniuersos sermões eius, ut de Amos dicit Amasis imperator. Primum & optimum consilium foret, si pontifices & concionatores populum dehortarentur & detererent a pronitate uouendi, ostendentes, quod nihil sit utilitatis terræ sanctæ, Rhomæ, Compostellæ, aliorumue locorum sanctorum tum ieiuniorum, orationum, operumque a se electorum studia, si comparata fuerint ad opera mandatorum dei, & ad uota quæ in baptismo uouimus, quæ in domo sua erga proximos suos, coniugem, liberos, seruos, dominos, possit cum incomparabiliter maioribus meritis quilibet seruare, quam uoti operibus a se electis, nec a deo mandatis inuenire. Seulta opinio uulgi & pompa Ballarum fecerunt ut uota ista, peregrinationum, ieiuniorum, orationum, & quorumlibet operum longe preponderentur operibus mandatorum dei, quæ tamen ut faciamus, nunquam satis habemus uisum. Atque ego pro meo iudicio optarem, ut apud Christianos nihil esset prorsus uotorum, præter ea quæ in baptismo emisimus, sicut olim fuisse apparet, & omnes intelligerent, quid requiratur, ut mandatis dei obediatur. Videntur enim uota baptismi prorsus uisuisse præ nimio usu, pompa, dispensatione, redemptioe, uotorum istorum. Apponamus in quæ omnes uires, & plus nos uouisse inueniemus, quam possimus implere unquam.

Vota non facile  
sacienda.

In baptismo  
magna uouimus,  
illa seruemus.

Vota in uisum  
ueritatis non rigida  
estimanda.

Votorum alia sunt hominibus, sicut & iuramenta: Alia deo. Ea quæ hominibus sunt, constat tantum & tam diu ualere, quantum uolet cui uouetur. Profunde sciendum, ut recte Gerson sentit, iuramenta & uota in uniuersitatibus solita fieri, aut magnatibus præstita, non debere tam rigida existimari, ut quilibet eorum præiurationem, iudicemus uoti solutionem aut perituri: Quin potius æquum est huiusmodi uota non intelligi soluta, nisi ex contemptu & obstinata malitia eis contraueniatur. Secus in his quæ deo uouentur.

In uotis

In votis quæ deo uouentur, uideo per pontifices dispensari, sed non ego per suadebor, tutum fore eum, cum quo sic dispensatur, cum sit iuris diuini tale uotum, & non maiorem in hoc potestatem habeat pontifex, medius aut summus, quæ quilibet frater Christianus, & si scio decretales quasdam decretaliumque glossas multa audere, quæ non credo.

Non tunc iudicis p. pontifices dispensare

Hoc tamen libenter crediderim, uotum castitatis ante pubertatem emissum non tenere nec ligare, quia is qui uouit, ignorauit quid uoueret, cum necdum stimulum carnis lenserit: proinde pie arbitror, tale uotum apud deum reputari stultum & nihil, prohibendique essent generali edicto ecclesie, monasteriorum patres, ne masculum ante uigesimalium, aut saltem, xvij. annum suscipiant, nec puellas ante quintumdecimum uel decimum sextimum, si nos cura animarum sollicitaret.

Vota castitatis deo iurata

Vehementer etiam temerarium est, in commutandis votis & relaxandis, melius (ut uocant) opus imponere, cum enim apud deum nulla profus sit operum differentia, qui non secundum magnitudinem uel multitudinem operum, sed secundum affectum operantis iudicat: & ut scriptum est, spirituum ponderator est dominus, qui sepius artificis sordidi manuale opus preterit ieiunio, aut orationi sacerdotis, ut est exemplum in S. Antonio & Alexandrino Coriario: Quis audeat presumere, se uelle uotum in melius aliquod opus commutare: Sed hæc alio loco dicenda fuerunt. Hic enim confessionis ritum ad præcepta dei duntaxat referendum suscepimus, pro quietandis componendisque conscientijs scrupulosis.

Vota commutare.

Non magis dignum est opus operantis castitatis iudicari

Vnum tantum adiciam, struunt multi etiam coniugatis periculosos laqueos præsertim in casu iaceus, ut si quis (nam fieri hæc possunt, immo heu! fiunt) fororæ uxoris suæ, aut fororæ suam, aut alio quoptiam gradu consanguinitatis contingentem polluerit, mox arcent a iure exigendi debiti matrimonialis, & tamen sinunt cum, immo cogunt uxoris thorum non deserere: obsecro, quod est hoc potentius: quæ medicina peccati noua: Qualis satisfactio peccati: Non ne apparet hos tyrannos, alienæ infirmitati secure imperare, & suæ nimis indulgere: da legislatorem quantumuis poenitentem ac castum, qui hanc legem ferat sibi statui. Ad ignem ponunt aridum lignum, & dicunt, noli ardere: in sinum mulieris nudæ ustrum collocant, & prohibet ne tangat, nec cognoscat: & id auctoritate propria citra mandatum dei, quid insanimus: Me consule, caueat confessor ab his tyrannicis siue decretis siue iuribus. Et cum fiducia talem peccatorem, aut alia poenitentia mulcet, aut desinat punire in totum, liberum ei relinquitens ius matrimonij, quod non homo, sed deus ei dedit. Non habet potestatem ullus angelus in caelo, nedum homo in terra hanc poenitentiam (id est, peccati assidui ardentissimam occasionem) iniungere. Quare nec audiendi sunt ullo modo, qui talia fieri uolunt, & confitens ab hoc scrupulo & periculo cum fiducia liberandus. Sed quis omnes tyrannides recenseat, quibus consistit ius & poenitentiam miseræ conscientie Christianorum, mortiferis constitutionibus & moribus quotidie exagitantur per ineptos homunculos, qui alligare tantum nouerunt onera grauias & importabilia, & imponere hamis hominum, quæ ipsi nec digito uolunt mouere: Et factum est hoc saluberrimum poenitentia sacramentum, aliud nihil quæ mera tyrannis magnatum. Deinde morbus & augmentum peccatorum, ut alia significet, & alia operetur miseris peccatoribus, sic ministrantibus impijs & indoctis in lege domini sacrilegus ecclesiam dei, quam suis legibus & somnijs repleuerunt.

Non potest deus in totum facere interdictum.

Non potest deus in totum facere interdictum.

ORATIO MANASSE REGIS IUDA APVD  
BABYLONEM CAPTI.

**D**omine deus omnipotēs patrum nostrorum, Abraam, Isaac & Iacob & semini eorum iusto, qui fecisti coelum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare uerbo praecepti tui, qui conclusisti abyssum & signasti terribili ac laudabili nomini tuo, quod omnes patent & tremunt a uultu uirtutis tuae, & insustentabilis ira super peccatores cōminationis tuae, immensa uero & inuestigabilis misericordia promissionis tuae, quoniam tu es dominus altissimus super omnem terram longanimis & multum misericors, & poenitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promissionis poenitentiam remissionis peccatorum. Et tu deus iustorum non posuisti poenitentiam iustis, Abraam, Isaac, & Iacob, his qui tibi non peccauerunt, quoniam peccavi super numerum arenae maris, multiplicatae sunt iniquitates meae: Incuruatus sum multo uinculo ferri, & non est respiratio mihi, quia exercitavi iracundiam tuam, & malum coram te feci, stans tuens abominaciones, & multiplicans offensiones: Et nunc flecto genua cordis mei, precans ad te bonitatem domine, peccavi domine peccavi, & iniquitatem meam agnosco, peto rogans te domine, remitte mihi, neq; in aeternū reserues mala mihi, quia indignū saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus uitae meae, quoniam te laudat omnis uirtus caelorum, & tibi est gloria in saecula saeculorum,

AMEN.

*ps. 138. ad in. deo  
hanc. Ebrae. et  
debeo. iustitiam. et. p. q.*

*Handwritten notes and a second Latin text, likely a translation or commentary on the prayer above. The notes include references to Psalm 138 and other biblical passages. The second Latin text is a translation of the prayer into a vernacular language, possibly Latin or a Romance language, written in a cursive hand.*

## IN EPISTOLAM PAULI

AD GALATAS, F. MARTINI LUTHERI  
AUGVSTINIANI COMMENTARIVS.

OTHO GERMANVS PIO LECTORI S.

**N**on dubium est, quin ea philosophia Christiano uel maxime conueniat, in qua & citius promoueat, & sinceram felicitatem propius cōtingat. Qualis est nimirum, quæ ex sacris literis, in primis euangelicis, apostolicisque petitur. Hac etem, siue facilitatem, siue altitudinē, siue utrunq; sequaris, nihil est expeditius, nihil efficacius. Quippe quæ omnibus omnium ingenijs ita se attemperet, ut neq; difficultate quæq; deterreat, neq; simplicitate in sui contemptū adducat, neq; sanctos aculeos, æternæ uitæ desiderium excitantes, in animis non relinquat, quo quid potest in hac mortalitate, aut peruelligari salubrius, aut optari sanctius. Quo magis eorum requiro prudentiam, qui hac sacra philosophia, Christiano maxime necessaria, uel prorsus neglecta, uel leuiter transmissa, in gentiliū philosophorū libris macerantur & lenescunt. Quotus enim quisq; hoc seculo, non prius, magno sudore, longo temporis spacio, Aristotelis uolumina censeat excutienda, atq; memoriter tenenda, q̄ ad hanc diuinam sapientiam se transferat? Quali Peripatetica philosophia nō magis præpediat ad Christi doctrinam, q̄ expedit uiam. An semper Christiani ignorabimus, mundi sapientiam, apud deum esse stulticiam? An nunq; credemus, suauē esse iugum domini ab adolescentia portare? Quod quominus fieri possit, quid magis officit, q̄ prophane disciplinæ perpetua, nimisq; curiosa tractatio? Nec est, quod hic imperitiæ pariter & inuidiæ me insimulet, quasi omnium philosophorum principi naturæ miraculo, quin etiam, cum iniuria Platonis, deo sim parum æquus. Non sum adeo stupidus, pie lector, atq; malignus, ut ei philosopho, in suo Albo, nō plurimum tribuam. Verum id conqueror, istius seu miraculi, seu mōstri, immo Christianæ philosophiæ uere hostis tricas, magis inuoluentes q̄ expedites, tanto, temporis, ac fructus dispendio Christianū sectare. Deinde quicquid in eo lectum est, sine iudicio, in sancti spiritus oracula cōchere atq; inculcari. Vnde necessarium est uel nullū uel admodum paruum locum, ueræ theologiæ in nobis esse reliquum. Quod si quis paulo cordatior admonet, pro officio, tanq; schismaticus dinatur & hæreticus. Quemadmodū nuper accidit Martino Luthero, homini, quod ad uitæ genus attinet, satis spectato, & in diuinis literis non uulgariter erudito. Is cum themata quædam in scholis disputanda, propter eorum licentiam, qui pro libidine sacris literis, prætextu religionis abutebantur, necessariū proposuisset, atq; non nihil ab indulgentiis, Aristotelicisq; theologis uariasset, primum citatus est Rhomam, scilicet propter tam graue hæreseos periculum: deinde ubi inuicis difficultatem causatus esset, ad amicorum preces Augustam. Quo cum uenisset, uarijs artibus petitus, ita tandem dimissus est, ut adhuc pene nesciatur, quatenus illic sit profectum. Illud sane constat, hominem de Christiano nomine bene meritum, a seria & frugifera scripturæ tractatione, non sine frequentis auditorij iactura, in nescio quæ deliramenta quorundam Trossulorum factione esse detrusum, quod in sequenti epistola, si nō gratis querelis, profecto necesse

*Uera q̄ in p̄selyp̄a  
cipi p̄d̄ uer̄ q̄ p̄cipi*

*Gymnasijs  
abusus.*

*Aristoteles.*

*Germanus Lutherus*

*1577 in alio uerbo p̄d̄*



ijis prosequitur magis q̄ expostulat. Ceterum in tanta omnium rerum turba  
 famæ & uitæ periculo laboranti, inter alia non infelicia opuscula, & hic qualis  
 cunctis est, in epistolam Pauli ad Galatas, excidit commentarius: quem, quia p̄  
 impatientiam æmolorum non satis expoliuit, commentarij nomine, fuit dedi  
 gnatus: quo tamen uel inuito autore, per amicos inuolgatus est. In quo si qua  
 do tibi uidebit̄ uehementior, cogitare debebis: Primū, oēs homines esse mēda  
 ces, & p̄inde peccatores. Deinde Christi uerbū esse æternū, nec de maioribus  
 tantum nostris accipiendum. Postremo quod hæc Pauli epistola, paulo conel  
 rator, occasionem præbuerit, peruersos mores, fūdum, leges, superstitionē,  
 luxum, libidinem, ac tyrannidem salubri feruente uellicandi: libenter tacitū  
 rus, ubi locus nō exegerit. Habet & in omnes reliquas Annotationes, quæ si  
 hic bene cesserit, non supprimuntur. In Pfalterium quod scripsit, quātum per  
 aduersarios licet, strenue prodit. Tu interim hoc fructe, & uale. Data Vuitten  
 bergæ, trium linguarum professione, claræ.

## PRÆSTANTISS. VI

RIS PVRAE ET VERAE THEOLOGIAE DOCTO  
 ribus, dominis, Petro Lupino Radhemio, custodi: & Andreæ  
 Bodenstejn Carolo studio, archidiacono, Canonicis om  
 nium sanctorum Vuittebergen ordinariis & c. Præ  
 ceptoribus suis in Christo obseruandis, F.  
 Martinus Lutherus Augustinianus, S.

Indulgentiæ



Judicium uari  
 um de Luth  
 ero.

FFVTIVI DIEBV5 ISTIS, ORNA  
 tissimi uiri, nugæ aliquot de indulgentijs, res sane  
 leuiculas, de rebus (sicuti mihi uidebar) leuiculis.  
 Verum, ut nunc expertus sum, res omnium maxi  
 mas, de rebus omnium maximis. Ego enim misere  
 stultus, & erras gravissime, peccata & errores me  
 tiebar mandatis diuinis, & sacrosancto euāgelio  
 Christi. Illi uero amici mei, pro gloria sapientie  
 suæ, non nisi potestate Papæ, & priuilegijs Rho  
 ecclesie metuntur quodlibet operis genus. Hoc  
 est, quod tam diuersam saperemus, & ego mihi tā  
 tas turbas cōcitarem apud Christianissimos illos, & religiosissimos sacre The  
 ologie professores. Acciditq; mihi, quod semper ueritus fui, uarium aliorum  
 iudicium. Alijs impius, alijs mordax, alijs uane gloriosus, alijs aliquid uisus fui:  
 quæ fors cōmunis est in publico ædificantiibus (ut uulgo dicitur) & in publicè  
 scribentibus. Tot magistros sere inuenio, quot lectores: atq; id gratis. Quorū  
 felici auspicio & ductu, ne pertinax essem, & hæreticus fierem, descendum mi  
 hi fuit, neminem grauius delinquere posse, q̄ eum qui de opinionibus homi  
 num dubitat, aut disputandi studio reluctatur, etiam si interim Christi & Chri  
 sti fidem negarit: hoc est, puerile quid luserit. Qua in re, cum essem Augustie  
 patiebar satis patetrum & benignum Pedagogum, sicut scitis. Atq; horū uir  
 orum

Indulgentiæ quæ ego fuisse uide  
 bar (sicuti) commentarius

Indulgentiæ quæ ego fuisse uide  
 bar (sicuti) commentarius

rörum illustriſſis, illuſtriſſima adminiſtratione factum eſt, ut noua illa & admi-  
 randa regnet libertas Chriſtianorū, qua cæteris omnibus impune habentibus,  
 una tantum lex fit reliqua, in qua peccari poſſit hodie: Hæc eſt poteſtas Papæ,  
 & priuilegia Rhoma, eccleſiæ. Hinc conuiſere, conſentireq; in omnes flagiti-  
 orum & corruptelarū lernas: quæ ex urbe Roma, ſub innoxio, & ſacro Papæ,  
 & Rhomanæ eccleſiæ nomine, in omnem terram ſine ſine exundat; factum  
 eſt laudare, ac pro uirtutibus ſummis adoraſſe, pietas eſt; contra muniſſe, ſacri-  
 legiū. Tanta eſt ira furoris domini omnipotentis, tanta meruit impia noſtra  
 ingratiſſimo, ut tam diu toleranda ſit inſerorum Tyrannis, qua uidemus, multo  
 gemitu fruſtra gementes, nomen ſanctum & terribile Chriſti, in quo iuſtifica-  
 ti, ſanctificati, glorificati ſumus, tam ſcedis, tam ſpurcis, tam horrendis mon-  
 ſtris, auariciæ, tyrannidibus, libidinis impietatis prætexi, in ſeruitutem uitiorum  
 cogi: & quod extremum eſt malorum, nomen Chriſti, per nomen Chriſti ex-  
 tingui; eccleſiam, per nomen eccleſiæ ualſari: atq; omnino ijs rebus nos ludi,  
 falli, perdi, per quas debucramus ſaluti fieri. Quare dū illi maximis illis rebus  
 occupatur, dum mordet, dum Baal ſuo lanceolis ſe incidunt, dum Lyndio deo  
 ſacrificant, dumq; iactant extranagantes, & declaratorias illas Rhomanæ eru-  
 ditiōis fideliffimas teſtes; ego ad minimas res me recipere ſtatui: id eſt, ad diui-  
 nas literas, & inter has ad eas, quæ ſunt miniſtri autoris (uel nomine ſuo teſtan-  
 te) Pauli apoſtoli, qui adeo non fuit ſummus apoſtolorum, aut Pontifex maxi-  
 mus, ut ſe minimum quoq; apoſtolorum, nec dignum qui uocetur apoſtulus  
 clamer; tantū abeſt, ut ſanctiſſimum ſe iactet. Deniq; de tribu Beniamin ortus  
 eſt, qui a Ioseph minimus fratrum uocatur. Atq; ut nihil non ſit minimum, ni-  
 hil iudicat ſe ſcire, niſi Ieſum Chriſtum, nec tamen hunc, niſi crucifixum, id eſt,  
 minimum & nouiſſimum omnium: non ignarus utiq; de rebus illis maximis,  
 & omnium primis, de poteſtate Rhoma, eccleſiæ, & decretis illius, non ſibi ru-  
 diſſimo & indoctiſſimo apoſtolo, ſed ſolis ter maximis Theologis licere tra-  
 ctare. Spero autem hanc meā operam proſperius habituram, quod ſit de rebus  
 illis mere nihil, de poteſtate Chriſti, qua potens eſt in, nobis aduerſus portas  
 etiam inferi, de priuilegijs eccleſiæ coeleſtis, quæ nec maximam Rhomam, nec  
 ſanctiſſimam Hieruſalem, nec ullum locū nouit, neq; hic aut illic Chriſtū que-  
 rit, ſed in ſpiritu & ueritate patrem adorat. Quid em̄ tanti uiri his nugis moue-  
 rentur, iritarenturue, cum ſint extra eorum facultatem? Tutius ergo nunc in  
 publicum uenio, abſtinens ab ijs rebus, quibus illi iritantur, & reſcellulas mea  
 paruitate dignas, tractans. Cæterum ſi quid ueteris illius Tragediæ, de rebus  
 magnis coortæ, ſuper eſt, iſtis relinquo, tum quod unus, & paruus, & infirmus  
 præſertim cum illi & otioſi ſtent tota die, ego autē ſim negotioſiſſimus. Quo-  
 niā ſuperfluum eſt, utraq; partem cauſæ diſtorqueri. Sar malorum eſt, unam  
 partem dolere & moeſtam eſſe. Porro, optimi uiri, ut nobis ſerio dicā, ego Rho-  
 ma, Pontifici, cuiuſq; decretis, eum honorē habeo, quo nullus eſt ſuperior: nec  
 excipio, niſi principem huius Vicarij, Ieſum Chriſtum domini noſtrum & om-  
 nium. Huius uerbum ita præfero Vicarij uerbis, ut nihil dubitem, ſecundū ip-  
 ſum iudicare de omnibus, & dictis, & factis Vicarij. Volo enim ſubiectum eum  
 eſſe hinc inſeſtagabili regulæ apoſtoli, Omnia probate, quod bonū eſt tenete.  
 Ab hoc in qua ſingo, neminem patiā collum excutere, ſiue nomine matris, ſi  
 ue magiſtræ eccleſiarum uehatur. Atq; ideo magis, quo noſtro ſeculo uidiſſimus  
 concilia reprobari, rurfum alia cōfirmari, Theologiam meris opinionibus tra-  
 ctari, iurium ſenſum ab unius hominis pendere arbitrio, & adeo conſundi om-

Libertas  
Chriſtiano  
ſeculo nos  
ſero.

Furor dñi.

Vtinā mēda-  
cium loquer  
retur.  
Senius Rho/  
manus.

ſub hęc ſunt papæ

ſub & Lyndio

ſub & hęc ſunt papæ

Coeleſtis  
eccleſiæ.

Demerit  
auctoritatis.

Concilia rei  
probantia.

Cogit necel-  
licas.

nſa, ut nihil certi pene nobis relictum ſit. Sed & multas decretales eſſe, a ſenſu  
euangelico alienas. luce clarius eſt: ita ut neceſſitas ipſa rerum nos cogat, ad dā  
tūm ſcripturæ ſolidiſſimam petrā confugere, nec temere credere ullis, quicum  
q; ſint, qui citra ſtilus autoritatem loquuntur, ſtatuant aut faciunt. Nec ueren-  
dum cenſeo, quid contra Card. Caietanum, & Sylveſter Prierias aduleſcitur. Qui  
etiā in rebus fidei, nudum uerbū hominis ſufficere cauillantur. Dignus Augu-  
ſtinus docet nulli credendū, quantalibet ſanctitate doctrinæ præpollat (cre-  
do etiā ſanctiſſima) niſi diuinis literis, aut ratione probabili perſuadeat: ne  
ſi aliter ludamus, illudamur. At hi in Chriſto boni autores, uolunt nos ut co-  
gere in hanc illuſionem, Sanctus Petrus toties lapſus eſt, & ſemel poſt acceptū  
ſpiritu, grauiffimo animarum periculo errauit. Et nos homines, lōge infra  
apſtolicam ſublimitatē reptantes, ultra apſtolicas perfectiones eleuamus:  
quafi Chriſtus mentis ſit, quando ſeſe promiſit nobiſcū eſſe, uſq; ad cōſum-  
mationē ſeculi. Adeo quaerimus alios Chriſtos, in quorum nutu reuocari per-  
deat eccleſia. Satis eſt Rhomanū Pontificem, ſummū Pontificem eſſe. Impiſi-  
ſimum ſit, Chriſto æqualem ei uirtutem & ſapientiam aſſingere, ſicut audent  
quidam. Quanquā, ut ingenuè conſitear, ipſe pene ignoro, quæ ſit, & ubi ſit  
Rho. eccleſia, ita ludentibus, iocantibus, conſuſudentibus nomina Rho. eccle-  
ſiæ, teterrimis illis nugarioribus. Sylveſter eam ſecat in tres Eccleſias: in Papā,  
in Cardinales, in populū. Quæ diſtinctio, quia magiſtralis & ſufficiens eſt,  
nec membra coſcindunt, facit, ut Papa & Cardinales ſint extra eccleſiam, inter  
Paganos habendū, ut qui in eſſentiali eccleſia non ſint. Aut tres Chriſtos præ-  
ficiet tribus illis eccleſiis, Immo nec Chriſtus ad eccleſiam pertinebit tanto au-  
tori, quom nec uirtutis, nec repræſentatiua, nec eſſentialis ſit eccleſia. Cardī-  
nalis Caietanus, paſſim ſe pro eccleſia Rho. uendit in Germania: ſub nomī-  
ne illius Breuia apſtolica cōmiſiſci fatiſ doctus. Eſt Rho. eccleſia, bonus ille  
Copiſta, qui declaratoriā illā pulcherrimā, qua Caietanus digniſſime glo-  
riatur, aditurus, cū in formulario ſuo, non ſcripturas, aut ullas rationes, ſed im-  
memorable tempus, conſueuiſſe & tradiſſe inuenire: hæc ipſa fatiſ fideliter  
membra illeuit. Vendunt ſe ubiq; pro eccleſia Rhomana, prout cuiq; libitū  
eſt, impij illi nebulones, plumbo tantū & cæra Rho. curiæ toti Germania illu-  
dentes & exhaurientes. Quid illis iudificationibus nominiſ ſanctorum Papæ  
& Rho. eccleſiæ faciunt, niſi quod nos Germanos, meros blennones, bardos,  
buccones, & (ut dicunt) barbaros & beſtias arbitrantur, etiā iridentes no-  
ſtra illuſionis & expilationis incredibiſem patientiam. Proinde ego in tanto  
rerum & uerborū cāho, e tanta Sylueſtrorum ſylua, ad ciuitatem Auguſtam re-  
uertor, & iudiciū interim ſequar, quo Principes Germaniæ in nouiſſimis Co-  
miſijs, recte, ſanctè, & auguſte diſcreuerunt, inter Rhomanā eccleſiā, & Rho/  
manam Curiam. Nam quomodo licuiſſet eis recuſare decimas, & uigeliſimas,  
& quinqueſimas (id eſt medullas, totiusq; Germaniæ ſemel ſubicaneam ua-  
ſtatem) quas in concilio illo ſacraſſimo (ut ſic dixerim) Rhomano, nouerāt  
ſancitas, & tanti legatis apſtolicæ ſedis experitas: niſi tandem, licet ſero, ſapē-  
ntes, intellexiſſent, nō Rho. eccleſiæ decretum, ſed Rho. curiæ illud eſſe com-  
mentum: Viderūt nimirum dictū mirum, & nullis, neq; Sylueſtris, neq; Caiet/  
tantiſ creditū poſſibile) Concilium & Papā erraſſe, & poſſe errare: aliudq; eſſe  
nomen eccleſiæ Rho. & aliud quod nomine Rho. eccleſiæ geritur: Aliudq; eſſe  
Rho. curiæ, aliū Rho. eccleſiæ Legatū. Hunc euangelii aſſerre, illū pecunias  
quaerere. Vnde barbaris illis & beſtijs tantū iudicij, niſi q; deus tādē ſellus,  
blaſphe

S. Petrus.

Sōmus Poh-  
tifer.

Doctus co-  
piſta.

Germani  
Rhomanis.

Rho. eccleſia  
Rho. curia.  
Sapientia  
principum.

blasphemis sui, & irrisionibus, abusionibusq; suis, & sanctae Rhoma. ecclesiae nominis, monere noluit Rhomanos proceres, ut res ecclesiae, posito ioco & ludo, aliqui serio curarent, antequam eliciant sanguinē, dum nimium mungunt Germaniam. Quare & ego horū Theologorū laycorū exemplo pulcherrimo, longissime, lautilime, profundissime, distinguo inter Rhomanā ecclesiam, & Rhomanā curiam. Illam scio purissimum esse thalamū Christi, matrem ecclesiarū, domum enim mundi, sed spiritu, id est, uitiorum, nō rerum mundi, sponfam Christi, filiam dei, terrorem inferni, uictoriam carnis. Et quid dicam: cuius sunt omnia, iuxta Paulum, i. Corin. iij. Ipsa autē Christi, Christus autē dei. Haec uero ex fratribus suis cognoscitur. Nō q̄ magni faciendū sit, res nostras & iura diripi, cū fixum sit in caelo, Christianos in hac uita pressurā, nimbrotos, & robustos uenatores pati. Nec ab hac conditione liberabitur ecclesia, nisi per mortem. Palma est, quanto fortius premitur, tanto sublimius exaltatur in caedes. Sed quod omnibus lachrymis sit miseria maior, haec a fratribus & patribus, in fratres & filios fieri (sicut in propheta dicit dñs, filios a parentibus uorari) quae a Turca uix fierent; aut si fierent, non tamen nomen sanctum Christi, tam credis monitis praetereretur, quae est omnium intolerabilissima, Christi & ecclesiae iniuria. Res sane eant, & uita pessum: At nomē Domini aeternū, cur patiamur tam foede conspurcari: Nullo modo ergo Rhoma. ecclesiae resistere liceat: Rhomā, Curiae, longe maiore pietate resisterent, Reges, Principes, & quicūq; possent, ij ipsi Turcis. Haec uerbosius forte & liberius. Verum propter eos, qui cum illis foribus illis, sine sine illudunt Christū, coactus sum meipsum exponere, ut seiant sese errare, quando me a Rhoma. ecclesia alienū clamant, qui purissime diligo, non modo Rhomanam, sed totam ecclesiam Christi. Deinde, q̄ certus sum, aliquādo moriendum esse, & in aduentu domini nostri Iesu Christi ratio, nem reddendā, de ueritate, uel tacita, uel dicta, atq; omnino de talento tradito, ne ipsum abscondisse iudicer. Irascantur sane qui uolent, modo ego impij silentij reus non inueniar, qui mihi conscius sum, esse me debitorem uerbi, quantum libet sum indignus. Nunq̄ sine sanguine, aut periculo, uerbu dei tractari potest. Sed sicut pro nobis mortuū est, ita uicissim, sui confessione, & nos pro se merito exigit. Nec est seruus maior domino suo. Si me (inquit) persecuti sunt & uos persequentur. Si meū sermonem seruauerint, & uestrum seruabunt. Sed ad me redeo, & ad uos, optimi uiri, refero, seu (ut Paulino utar uerbo) uobiscū cōfesso hoc meū in Paulinam epistolā studium, tenue quidem illud, nec tam cōmentariam, q̄ testimonium meū in Christo fidei, ne forte in uanū curreterim, & sen sum Pauli nō satis tenuerim. Hic enī, quia res dei, & serio maxima est, abs quo libet puero erudiri cupio. Maluissim certe & ego expectare cōmentarios olim ab Erasmo, nro in Theologia summo, & inuidiz quoq; uictore, pmissos. Verum dum ille differret (quod deus faxit, non sit diuturnū) cogit me in publicum ire casus iste, quem uideatis. Scio quidem me infantem & ineruditum, sed tamē (quod ausim) pietatis & eruditionis Christianae studiosum, atq; hoc ipso eruditorem his, qui diuina mandata, impij legum humanarū pompis, mere ridiculis & ludibria fecerunt. Vnū spectauit, si consequar, ut mea opera ij, qui me apostolicas epistolas audierunt enarrantē, Paulum apertiozem habeant, & felicius ter me superent. Sin nec id effeci, age, & hoc libēs perdidim laboris, conatus reliquus est, quo alios ad Paulinam Theologiam uolui accedere, quem nemo bonus mihi uitio dederit. Valete.

Res ecclesiae serio curanda

Ecclesia Rhomana.

Rhomanā curia.

Fiducia auctoria.

Christianū aduerte.

Modestia uiri.

# ARGVMENTVM EPI STOLAE PAVLI AD GALATAS.



ALATÆ primùm ab Apostolo sanam fidem, id est, in so-  
lum IESVM Christum, nõ in suas aut legis iustitias, tidere  
docti: post per pseudapostolos rursum deurbati sunt, in si-  
duciam operũ legalis iustitiæ: decepti uidelicet q̄ facillime,  
magnum & uerorum apostolorum false commendato, &  
nomine, & exemplo. Neq̄ enim in omni uita mortaliũ quic-  
q̄ fallacius est superstitione, hoc est, falsa & infelice imitatione sanctorũ. Quo-  
rum cum opera sola, non etiam cor spectaris, in procliuẽ est, ut simia fias & Le-  
uiathan, id est, addimentum addas, quo ex uera religione superstitionẽ uel im-  
pioratem facias. Nam, ut exemplo præsentẽ monstrẽ, Apostoli per ecclesias  
Iudeas nonnullas legum ceremonias seruabant. Sicut de Marco Philonẽ scri-  
psisse Hieronymus testatur. Hoc autem stulti illi, qua ratione id facerent igno-  
rantes, mox de suo addiderunt, necessaria esse ad salutem, quæ a tantis aposto-  
lis obseruari uiderant: nec unius Pauli, qui Christum neq̄ uiderat, neq̄ audis-  
set in terra, habendam rationẽ. At Apostoli, ut manifestissime Act. xv. Petrus  
desinerat, non ut necessaria, sed ut quæ licerent, & nihil obessent ijs, qui nõ in  
ipsa, sed in Iesum Christi salutis fiducia ponũt, seruabãt. Nã in Christũ creden-  
tibus, oia munda, indifferẽtia, licita sunt, q̄: cũq̄ uel precipiunt, uel phibent exter-  
nis ceremonijs, corporalibusq̄ iustitijs: nisi q̄ tũ sua sponte, aut pro charitate sese  
eis subijcere uelint. Ad quã intelligentiã PAVLVS citò æstu laborat Galatas  
reuocare, ut & PETRI & oim Apostolorũ prorsus nullã rationẽ habeat, quan-  
tũ ad psonã, conditionẽ, id est, dignitatẽ (& quod dicunt) qualitatẽ attinet. De  
nisq̄ se ab eisdem nihil accepisse, quin cõmendatum ab eis fuisse, gloriatur san-  
ctissima quadam superbia: nihil cedens apostolorum quoq̄ opinioni, qua eũ  
gelicæ ueritati uidebat calumnias strui apud rudiores, longeq̄ melius ducens,  
inglorios esse, seipsum & apostolos ipsos, q̄ Christi euangelij euacuari.

Lapsus in su-  
perstitionia  
colimus.  
Pierisimũ &  
leuiathan.

Ceremonia  
licita, nõ ne-  
cessaria.

Credẽtibus  
oia cooperant  
in bonum.

Pauli sancti  
sua superbia.

## EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS, CAPVT PRIMVM.



AVLVS APOSTOLVS,  
Quando iam græcatur totus orbis Christianus, & Era-  
smi theologicissimi annotationes omnium manibus te-  
runtur, non est necesse indicare, quid Apostolus græce  
significet, nisi ijs, quibus non Erasmus, sed ego scribo.  
Apostolus enim idem quod missus significat. Et doctio-  
re d. Hiero. hebraeorum uocabulum est, quod silas apud  
eos sonat, cui a mütendo, nomen misso impostum est.  
Ita apud Ios. ix. Vade Iava in natoria Silohe, quod interpretatur missus. Cu-  
ius mysterij & Esa. vii. nõ ignarus dicit: Abiecit populus iste aq̄as Siloë, quæ  
uadunt cum silentio. Sed & Gen. xlix. Donec ueniat Silo, quod Hiero. trans-  
tulit, qui mittendus est. Ex quo loco Paulus Christũ apostolũ appellare uide-  
tur, ad

Erasmus.

Apostolus.

Sila.

Christ' apo-  
stolus.

Job: 9  
Pp 1  
Lm 4-11



tur, ad Hebræos, id est, Silan. Meminit in Actis Lucas Silæ cuiusdam. Hæc magis consideranda sunt, quod Apostolus uerecundū nomen est, sed mire simul augustū ac uenerabile, insignem iuxta humilitatē, & sublimitatē præ se ferens. Humilitas est, quod nullus est; officiū, seruitutē, obedientiam protulit; tum ne quispiā uelut dignitatis nomine motus, in ipsam fidat ut gloriatur; sed per officij nomen, in autorem mittentē, mox rapiatur, a quo iam maiestas & sublimitas illi & serui concipiatur, ut reuerentē excipiatur. Non sicut nostra ætate, qua nomina Apostolorum, Episcopatus, ac reliqua, non officij, sed dignitatis ac ditionis uocabula esse cœperunt. Quos Christus Ioan. x. contrario nomine, nō missos, sed uenientes, & seipsum interpretatus fures & latrones appellat; ut qui non mittentē uerbum, quo pascant, asserunt; sed suos lucrū, quo maciant oues, referunt. Quorū quot (inquit) uenerūt, id est nō mittebātur, fures sunt & latrones. Et ut Apulus Rhod. x. Quomodo predicabunt, nisi mittatur: Quas doctrinas, o utinā nostro seculo digne appenderet Christiani populū pastores & rectores. Quis em̄ pot̄ predicare, nisi sit apostolus: Quis asit est apostolus, nisi qui uerbū dei apportat: Quis autē potest uerbū dei apportare, nisi qui deū audierit: At qui uel sua, uel humanarū legum, decretorū, aut philosophorum dogmata asserit, nunquā sit dicendus est apostolus: Immo ueniens & fur, & latro, & perditor, & mactator animarū est. In Silo lauatur cæcus, & uisum recipit. Et Siloæ aquæ salutaris sunt, non aquæ fortes & superbæ regis Assyriorū.

Misit uerbum suū (nempe deus) & sic sanauit eos. Venit homo & uerbū suū & hæmorrhoidisam peius habere facit: Hoc est, ut clare dicā, quoties uerbū dei predicatur, reddit lætas, lætas, securas conscientias in deū: quia est uerbum gratiæ, remissionis, bonā & suauē. Quoties uerbū hominis, reddit tristem, angustiam, trepidā conscientiā in seipsis: quia est uerbum legis, iræ, & peccati: ostendens quid nō fecerit, & quanta debeat. Proinde, nō fuit ecclesiā unquā infelicior ab initio sui, quā nunc est, & cotidie magis sit, tot decretis, legibus, statutis pene infinitis carnificinis excarnificata, longeq; atrocius, quā tempore martyrum, a tortoribus confecta. Et ijs perditionibus animarū, pōtiffices adeo nihil assiciunt, adeo nihil compatiuntur super contritione Ioseph, ut (tanquā deo obsequia prestent) etiā addant dolorē super uulnerū dolorē.

Non ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christū, & deū patrē: qui suscitauit eū a mortuis: & qui mecū sunt, omnes fratres.

Sciatim ab initio percudit oblique falsos Galatarum apostolos, quos non per Iesum Christum missos subindicat, sed uel per seipsum, uel per alios apostolos: quorū tamen doctrinā falsē tractabāt. Id sane notandū, quod nullum uoluit Christus apostolum fieri ex hominibus, seu hominū arbitrio, sed ex sua solius uocatione. Unde & Marthiam apostolum non ausi sunt eligere, sed de celo per orationē impetrabant. Et Paulum ipsam de celo uocauit, & apostolum fecit.

Maxime autem per uocem spiritus sancti, Act. xij. Segregate mihi (inquit) Paulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Ita Rhoma. j. gloriatur se in Euangelium dei segregatum: quo ceteris apostolis in circūcisionem missis, ipse cum Barnaba in præputiū & gentes segregati sunt. Et aduerte quod Paulus, nomē Apostoli adeo officij & dignitatis asserit, ut eo uelut participio tratur, d. Apostolus non ab hominibus, quod sonat, nullus non ab hominibus. Nisi hebraicum sapit oratio, ut Psal. iij. Myrrha & gutta & casia a uersificantis tuis, a domibus eburneis.

Kk iij Quæ

Apostolus

in mores nō  
sua ætatis.

Job: 10

In mores nō  
sua ætatis.

Deus uerbo  
suo sanat, hō  
uerbo suo asit  
figit.

Incommoda p̄  
sentis ecclesiæ.

Notandū,  
Apo: j  
Act: 9  
Act: 13  
Rom: 1

Apostolus

*Constitutum*

*Inuentio  
lis humani  
ecclia perdit*

Quæ omnia eo tendunt, ut videas, quanta cura Christus ecclesiam suam instituit, atque munivit, ne temere quisquam docere presumeret, nisi ab ipso, uel a se missis, missus sit. Sicut enim primū & maximum ecclesie beneficium est, uerbum dei: ita contra, nullo maiore detrimento ecclesia perditur, quæ uerbo hominum, & traditionibus huius mundi. Deus solus uerax, omnis homo mendax. Denique in hanc gratiam, sicut olim David reliquit omnes impensas, quibus Salomon ædificaret templum, ita Christus reliquit Evangelium & scripturas alias: ut ipsi, non humanis decretis ecclesia ædificaretur. Quod quæ misere sit iam plus trecentis annis neglectum, immo peruersum, satis ostendit facies hodierna omnium rerum ecclesie.

*Apostolorum  
quatuor genera*

Quatuor apostolorum genera, di. Hierony. ex hoc loco colligit. Primum, quod neque ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem, ut propheta olim & omnes apostoli.

Alterum, quod a deo quidem, sed per hominem, ut discipuli apostolorum, & qui in finem mundi legitime succedunt apostolis: ut episcopi & sacerdotes. Et hoc genus sine primo non potest consistere, a quo habet exordium.

*Discipuli*

Tertium, quod ab homine seu hominibus, non a deo cum fauore & studio hominum aliquis ordinatur, ut nunc uidemus plurimos, non dei iudicio, sed redemptio uulgi fauore, in sacerdotium subrogari. Sic Hiero. quibus malū est tum inualecebat, quid mirū, si hodie triumphet & regnet? Nam huius generis esse oportet omnes, qui se ipsos offerunt ad episcopatus & sacerdotia, antequam uocentur: animalia scilicet uentris & glorie. Ideoque quantum ex ipsis ecclesia como di habeat, satis uidemus.

*In uocatos  
operarios.*

*Cauendum.*

*In querendum  
religiosorum  
querimoniam.*

Quartum genus, quod neque a deo, neque ab hominibus, neque per hominem, sed a semetipso, ut pseudopropheta & pseudopostoli, de quibus Paulus: Istitimus di pseudopostoli, operarii iniquitatis, transfigurantes se in apostolos Christi. Et dicit Ioan. x. Quotquot uenerunt, fures fuerunt & latrones. Hiere. xxxij. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar, ad eos & ipsi prophetabant. Ab hoc malo summe cauendum est. Nam hinc Christus nec demonia sinebat loqui & si uerū dicebant; ne pretextu ueritatis, iniret mendacium mortis: quando non potest loqui, qui ex seipso loquitur, nisi mendacium, ut Christus ait. Vnde Ioan. viij. Ne apostoli ex seipsis loquerent, dedit eis spiritum suum, de quo dicit: Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestris, qui loquitur in uobis. Et rursus.

*In querendum  
religiosorum  
querimoniam.*

Ego dabo uobis os & sapientiam &c. Non possunt hic (& si leuiculus est) transire multorum præsertim religiosorum & sacerdotum fatuam querelam, satis tamē acie tentatione qua queruntur, sese talentum domini habere, ideoque necessitate euangelici præcepti sese urgeri ad docendum. Itaque nisi doceant, stultissima conscientia credite, sese pecunia domini sui abscondere, & reos esse damnationis. Diabolus hæc facit, ut instabiles eos reddat in uocatione sua, in qua uocati sunt. O bone frater, uno uerbo Christus te liberat ab hac querela. Vide euangelium, quod dicit sic. Vocatis seruis, tradidit illis bona sua. Vocatis inquit, quis autem te uocauit? Expecta uocantem, interim esto securus. Immo si esles sapientior ipso Salomone & Daniele, tamen nisi uoceris, plusquam infernum fuge, ne uerbum estuandas. Si tui eguerit, uocabit te. Si non uocabit, non te rumpet scientia tua. Denique neque est uera, sed uidetur tibi scientia; & stultissime tuis tibi fructum quem possis facere. Nemo fructificat uerbo, nisi qui sine suo uoto uocatur ad docendum. Unus est enim Magister noster Iesus Christus. Hic solus docet, & fructum facit per uocatos seruos suos. Qui autem non

UOCATUS

uocatus docet, non sine damno & suo auditorū docet, q̄ Christus nō sit cōto.

Quod ergo Apostolus se non ab hominibus missum dicit, pseudapostolis se opponit. Quod non per hominem, ipsi fidelibus, qui ab apostolis missi fuerant, opponit. Ideo cōtra tria genera apostolorū tali exordio utitur. Et testatur Hiero, quod ex Iudæis quidam in Christum credentes, in Galatiam perrexerunt & docuerunt, quod & Petrus, & Iacobus, & Ioannes legem seruariēt: ut magis infra uidebitur. Quod autem resurrectionem Christi interferit, uidet̄ otiosum. Verū solet Apostolus libet̄ resurrectionē Christi cōmemorare, potissimū contra eos, qui in iustitiam propriā confidunt. Sic & in Rho, salutatione eiusdē & copiosius meminit, quod & ibidem fortiter contra iustitiam operum disputat. Qui enim tales sunt, necesse est, ut resurrectionē Christi negent immo irrideant. Nam Rhoma. iij. Christus (inquit) mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram. Ideo qui alia uia presumit iustus esse, q̄ credēdo in Christum, hic Christum a se rejicit, & otiosam eius passionem & resurrectionem ducit. Qui enim in Christū morientem credit, simul & ipse moritur peccato cum Christo. Et qui credit in resurgentem & uiuentē, eadem fide & ipse resurgit, & uiuit in Christo, & Christus in eo. Ideo resurrectio Christi est iustitia, uitaq̄ nostra: non tantū exemplo, sed & uirtute.

Sine resurrectione Christi nemo resurgit, quātūlibet operetur bona. Rursus, per resurrectionē quilibet resurgit, quātūlibet operatus sit mala, ut hæc latius ad Rhoma. Forte etiam ideo meminisse solet in salutatione resurrectionis, quod spiritus sanctus datus est per resurrectionē Christi, quo spiritu distributa sunt dona apostolatus, & alia, j. Corinth. xij. Vt sic se apostolum asserat autoritate diuina, per spiritum resurrectionis Iesu Christi. Et qui mecum sunt omnes fratres, omnes fratres inquit. Quo uidetur occurrere eidē pseudapostolis, qui (ut Hierony. ait) ipsum quod Paulū aliter apud alios sapere dicebat q̄ Galatas docuisset. Deinde, q̄ ad populum corrigendū plurimū ualeat, multorū de eadē re sententia atq̄ consensus.

## ECCLESIIIS GALATIAE.

In alijs epistolis ad unias urbis scribit ecclesiā, in hac ad multarum, ac totius provincie scribit ecclesias. Et eximie notandū, quod beatus Hiero. hic pulchre obseruat: scilicet ecclesias uocari, quas tamen Apostolus arguit errore deprauatas. Ex quo noscendū est, inquit, ecclesiam dupliciter posse dici. Et eam quæ nō habet maculā, neq̄ rugā, & uere corpus Christi sit. Et eam, quæ in Christi nomine, absq̄ plenīs perfectisq̄ uirtutibus congregetur. Quo modo sapientes bifariam nunc cupiunt, tam si, qui sunt plene perfecti atq̄ uirtutis: q̄ illi, qui incipiunt, & in profectu positi sunt. De perfectis dicitur: Mutā ad uos sapientes. De incipientibus: Argue sapientē, & diligit te. Iuxta hunc sensum, de ceteris quoq̄ uirtutibus intelligendū, quod scilicet fortis & prudens, castus, iustus cōperans, interdū plene, interdū abusiue accipiunt. Verum hæc de perfectio ne sane intelligenda sunt. Nam nullus ita perfectus in hac uita est, ne apostolus quidē, quin perfectus sit magis: immo ut sapiens dicit: Homo cū consummatus uerit̄ sic incipit. Ad aliorū itaq̄ cōparationē, alios perfectos dixeris, alioq̄ de ipsi eodē incipiūt, atq̄ proficiūt. Proinde melius b. Aug. ecclesiā sine macula & ruga in futuram uitam dixerit, quæ nō amplius dicat: Dimitte nobis debita nostra. At tamen recte hæc Hiero. & Orige. sententia est, quod contra hæreticos bene pugnat ex apostolo. Qui mox nomine Babylonis criminantur ecclesiā

Vna causa, cur de resur̄ rectioe inter̄ scribit.

Altera causa

Duplex ecclesia.

Sapientes bifaria dicuntur.

Consilium.

Augustinus de ecclesia.

Sententia Hierony. recta.

Quæ significat̄

in q̄dam

Willy J. J. J.

ecclesia, quæ mixtam malos habet; ut sibi solis, uelut sanctis, ecclesie nomē arguere. Quin si mali sunt in aliqua ecclesia, certe accurrendū est, & exemplo isto Pauli clamandū, exhortandū, obsecrandū, orandū, terrendū, & omnia tenenda, ut boni fiant. Non autē sacrilego illo dei timore (ut dicit) & impio conscientie studio, discedendū, & schisma faciendū. Quæ est ista charitas, quæ malos neq; ferre neq; iurare statuit; furor est, nomine charitatis ineptissime se uertens. Quid hic respondebunt? Apostolus ecclesias appellat, quæ nō morum (nam hi soli offendent, superbos & hæreticos faciunt) sed fidei errore laborant; ac tota substantia, unde possent ecclesie uocari, peribat.

*per bon*

Non desicent diu ab ecclesia.

*Non desicent diu ab ecclesia. Non desicent diu ab ecclesia. Non desicent diu ab ecclesia.*

Gratia uobis & pax, a deo patre, & domino nostro Iesu Christo.

Gratia dei Pax dei.

Discernit Apostolus hanc gratiā & pacem ab ea, quā mūdus uel ipse homo sibi dare potest. Gratia enim dei patris, & domini nostri Iesu Christi, aufert peccatā: cū sit spiritualis & occulta. Sic pax dei serenat, quietat, & confirmat cor hominis coram deo in absconditis. Et, ut alibi dictum est, Gratia culpam, pax poenā aufert. Vt sic iustitia & pax osculentur & conueniant. Verum quando hæc sunt, mox amittit gratia & pax hominū, mundi, carnis; id est, sui ipsius & diaboli; concitat autem ira & turbatio omnī. Nam qui in gratia dei est, operatur quæ deo placet: ideo mox displicet diabolo, mundo, & carni suæ. Et dum deo iustus est, carni & mūdo peccator est. Et ita oritur bellum. Bellum foris, pax intus. Intus in quā, nō sensibiliter, & experientiali suauitate, saltem semper, sed inuisibiliter & per fidem. Nam pax dei exuperat omnē sensum; id est, incoherensibilis est, nisi fide. Sic contra quī in gratia mūdi est, & sua ipsius, & placet sibi: statim peccat corā deo, & iram incurrit. Qui enim, ait Iacobus, amicus huius mūdi esse uoluerit, inimicus dei constituitur. Ideo sequit & hic mox bellum. Bellum intus cū deo; pax foris cū mundo; quia nō est pax impij dicit dñs. Et tamen Psal. lxxij. Pacē peccatorū uidet, & Psal. xxxvj. prosperat pectore in uis suis. Ideo & istud bellū est absconditū, & insensibiliter, saltem aliquā habet.

Gratia mūdi

*Gratia mūdi*

Job: 10

Nemo iustus nisi p gratia dei, nō p opera uirtutis.

Quare in quadā bilibri sese cōponderat ista quatuor. Gratia dei, & indignatio mūdi; Pax dei & turbatio mūdi; Gratia mūdi, & indignatio dei; Pax mūdi, & turbatio dei. Sic Christ<sup>o</sup> Ioā. xvj. In mūdo pressurā habebitis, in me uero pacē, sed cōfidite. Ego uici mūdū. Et infra Paulus, Si adhuc hoibus placere, Christi seruus nō essem, id est, nō placere. Quare hac salutatione summā statuit doctrinæ suæ, quod uidelicet, nemo iustus esse potest, nisi per gratiā dei, nequaquam per opera. Et conscientie turbatio nō quietat, nisi p pacē dei: nō ergo p opa cuiuscūq; uirtutis aut satisfactionis. Quid est autē, quod nō sufficit apostolo dicere: A deo patre nostro, nisi adderet, & dño nostro Iesu Christo. Hoc dicitur ad differentiā regni gratiæ, & regni gloriæ. Regnū gratiæ, est regnū fidei, in quo Christus, ut homo regnat, cōstitutus a deo patre sup omnia: in xca Psal. viij. In quo a deo accepit dona in homines, ut Psal. lxxvj. dicit. Et hoc usq; ad iudicij nouissimū. Tunc enim, ut. j. Corinth. xv. apostolus docet, tradet regnū deo & patri, & erit deus omnia in omnibus, cū euacauerit omnē principatum & potestatem. Hoc est regnū gloriæ, in quo deus ipse per se, nō amplius per humanitatē regnabit in fidem. Non quod aliud & aliud sit regnū, sed aliter & aliter. Nunc in fide & enigmate, per humanitatē Christi; tunc in specie & reuelatione diuinæ nature. Inde apostoli se appellant Christi dominum, patrem uero deum; cum sit idem deus uterq; sed, ut dixi, propter regni differentiam, quod sumus nos, qui in fide purgamur, in specie autem salui erimus.

Qui

Duplex regnum Regni gratiæ.

Regnum gloriæ.

*Gratia mūdi*

*Gratia mūdi*

*Gratia mūdi*

Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris: ut eriperet nos de p[re]sen-  
ti seculo nequam secundum uoluntatem dei & patris nostri, cui est glo-  
ria in secula seculorum: Amen.

Singula hæc epitalin & emphasin quoq[ue] habet, quibus iam omnino asserit,  
legem & arbitriū humanū prorsus nihil esse, nisi Christus credat traditus pro  
peccatis nostris. Qui dedit, inquit, tanq[ua]m immeritis donū gratiā, non red-  
didit tanq[ua]m dignis præmiū. Sicut Rho. v. Cum inimici essemus, reconciliati sum-  
mus deo, per mortē filij sui. Dedit autē non aurū, nō argentū, sed neq[ue] homi-  
nem, neq[ue] omnes angelos: immo semetipsum, quo maius nihil est, neq[ue] habet.  
Dedit in quā, tam inestimabile precii, pro peccatis nostris, pro tam despecta,  
odiosoq[ue] dignissima re. O dignatio & charitas dei in nos, quā eximij & obserua-  
tis apte uerbis cōmendat, & dulcissimā nobis reddit misericordiam dei patris.

Vbi sunt nunc superbi iactatores liberi arbitrij, ubi eruditio moralis philo-  
sophiæ: ubi legum tam sacrarū q[ua]m prophetarū uirtus: Si tanta sunt peccata no-  
stra, ut nō, nisi dato tanto pretio, potuerint tolli. Quid facimus dum arbitrio,  
legibus, ac doctrinis nos iustos facere conamur, nisi quod peccata nostra tegi-  
mus, falsa iustitiæ seu uirtutis specie, ac hypocritas incurabiles facimus. Quid  
prodest uirtus, si peccata manent: Desperandū itaq[ue] est dejs omnibus: & tibi  
nō fides Christi docetur, omnē uirtutē nō aliter habeamus, q[ua]m uelamen neq[ua]-  
litatē, & operulū omnis spurcitia, sicut phariseos Christus describit. Nihil ergo  
sunt gentiū uirtutes, nisi fallaciæ: nisi otiose Christū pro peccatis nostris tradi-  
tum contendas, ut quod nostris uirtutibus potuimus, tanto impendio frustra tibi  
uoluerit constare. Verū id pronomen, nostris, ne cōtemptim prætercas. Nihil  
enī tibi profuerit credere, Christū esse pro peccatis sanctorū aliorū traditū, pro  
tuis autē dubitare. Nam hoc & impij & demones credūt. Verū cōstanti fidu-  
cia præsumendū est tibi, quod & p[ro] tuis, ut unus sis illorū, pro quorū peccatis  
ipse traditus est. Hæc fides te iustificat, Christū in te habitare, uiuere & regnare  
faciet. Hæc est testimoniū spiritus, quod reddit spiritui nostro, quod sumus fi-  
lij dei. Quare facile senties, si aduertas, hunc affectū ex tuis uirtutibus in te nō esse  
Impetrādus ergo per humiliē, & in seipso desperatū spiritū. Fabulæ ergo sunt  
opinatioꝝ scholasticorū hominē esse incertū, in statu salutis sit, nec ne. Cæue tu  
ne aliquādo sis incertus, sed certus, quod in te ipso p[er]ditus, laborandū aūt, ut cer-  
tus & solidus sis in fide Christi, p[ro] peccatis tuis traditū, Quō potest fieri, ut hæc  
fidē, si sit in te, nō sentias: cū b. Aug. asserat, eā certissime uidē ab eo, qui habet  
Nunc uide, Paulus nō ait, pro peccatis uestris, sed nostris, certū enim erat. Ita  
& illud: Eriperet nos, nō ait uos. Quo iterū fulmine uerbi cōrundit p[re]sumptio-  
nē arbitrij, legis, & operū iustitiæ nostræ. Non inquit, ista eripiūt nos, sed Chri-  
stus traditus, si modo credas te eripi. Ista aūt ereptio sp[irit]ualis est, nō corporalis  
hæc fit, q[ua]m aīa moris & crucisigil mūdo, id est, cōcupiscentijs, quæ sunt in carne  
omniū hominū. Quod ad Titū, n. latius explicans, dicit: Abnegātes impieta-  
tem & secularia desyderia, sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. In quo  
loco utrunq[ue] expressit, scilicet uitam in hoc seculo (quod seculo non sit ma-  
lum) & secularia desyderia: quia in seculo isto abundant mala desyderia. Vn-  
de & hic addit, de presenti seculo nequam. Alioquin si seculum neq[ua]m, ipsum  
cursum temporis uellet intelligi, iam de hac uita rapiendos doceret omnes,  
quotquot credunt in Christum. Sicut & .j. Corinth. v. seipsum non id uoluisse  
explicit

Donum dei

Mira chari-  
tas dei.In iactatores  
liberi arbitrijVirtus moralis  
sine fide uelut  
mō est nequus  
sine.Pronomen no-  
stris: Quod credens  
dum.In fabulas  
scholasticasEreptio sp[irit]u-  
alis.

/ audi.

8 p[er] p[er] m[er]it

In fabulas  
scholasticas  
1337

16 p[er] p[er] m[er]it

16 p[er] p[er] m[er]it



explicans, dicit: Alioquin debueratis de hoc mundo exisse, q. d. nō id uolui, ut deberetis e uita fugere, sed a uitis & concupiscentijs, quæ sunt in mundo. Vt & ij. Petri, fugientes eam, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.

30. Hieronymus.

Tropum autē huius locutionis beatus Hieronymus pulchre & late explicat, dicens: Sicut infamantur saltus, cum latrocinijs pleni sunt. Detestamur & gladium, quo humanus effusus est cruor; & calicem, quo tenemus temperaturatum est: non calicis gladijque peccato, sed quod odiū mereantur illi, qui hīs male usi sunt. Ita seculum, quod est spatium temporū, nō per semetipsum bonū aut malū est: sed per eos, qui in ipso sunt aut bonū aut malū appellatur. Idem beatus Augustinus, Malum seculū intelligit malos homines in seculo. Hæc tamen

31. Augustinus.  
Omnis hō  
mendax.

omnia sic accipe, ut & te partem huius mali agnoscas. Nam omnis homo mendax, & nō est iustus in terra. Psal. xij. ne superbia super cæteros nimis eleueris. Ideo quando Christus te eripit a seculo, neq. certe a teipso, ut omnīū tibi peccāto hoste te eripit. Sicut Paulus Rho. vij. Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Igitur non tuis uiribus seculū nequū & uitia tua uinces. Frustra sunt opera hominū, nisi Christus te eripiat solus. Quare caue, ne ieiunia, uigilia, studia, temperantia, sobrietates, aliæque uirtutes, te hypocritā irreparabilē faciant. Secundū uoluntatē suam: hoc est, quod nos eripimur: non currentis est uirtutis nostræ, sed miserentis uoluntatis dei. Sicut ait Psal. Benigne fac domine, in bona uoluntate tua Sion. Et Lucæ. ij. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, nō suæ, sed dei; Vt in græco Eudocia, Sicut enim uiri misericordiæ, & uisū misericordiæ dicuntur, quod nō suo merito, sed dei misericordiā suscipiunt: Ita homines bonæ uoluntatis, quod non suis uiribus, sed diuinæ uoluntatis beneplacito saluentur. Vt sit gloria soli deo in secula seculorū, Amen: ut hic apostolus dixit. Nam si quid nos possumus, certe nō hoc in gloriam dei, sed in nostrā referri debet. Sed absit, ut uuluis & is qui nihil est, laudē & gloriā habeat. Vide ergo quāto impetu sola salutatione percutit Galatas, & eorū magistrōs, apertissimo exordio pro huius epistolæ argumento.

Frustra sunt  
opa hominū,  
nisi  
si Christus  
adsit.

NOTA.

Miror, quod tam cito transferimini ab eo, qui uos uocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangelium Christi.

D. Hiero. hyperbaton hic esse dicit. Et in hunc modū ordinat. Miror, quod tam cito transferimini a Christo Iesu, qui uocauit uos in gratiam. Græcis, pro Christi, habetur dei, & potest tum in genitiuo, tum in ablatiuo latine reddi, ut Erasmus indicat. Item, Quod non est aliud, intelligit, quod sit nihil aut nullum; ubi, si meo liceret sensu diuinare, crederem Apostolū uelle, nō esse aliud euangelium, q̄ quod prædicat ipse; & mutata coniunctione, nisi, in sed, clarior fieret sensus: ut sit iste textus, me temerante: Miror, quod tam cito transferimini a deo (qui uocauit uos per gratiā) in aliud euangelium, cum nō sit aliud euangelium. Sed sunt quidam, qui uos cōturbant, & uolunt subuercere euangelium Christi. Quod si cū hyperbato placet legere, nec inepte legetur, ab eo, qui uos uocauit per gratiā dei, uel deo. Vehemens est sententia Pauli, & tamen modestissima. Mirari se dicit, cum indignari & ardere penitus sese infra ostendat. Sed suauiter, non pro impetu conceptio inuadens. Vtq. bono exemplo omnibus rectoribus ecclesiasticis, præsertim in fulmina promptis, etiā pro re nihili. Non errare, nō peccare eos dicit, sed peiore malo, prorsus translatos extra euāgelium, alienatos a deo esse. Nam mitius est, si arbor maneat, fractis aliquot ramis,

Sententia  
Lutheri

Vehemens sen-  
tentia, sed mo-  
desta.

ramis aut alio incommo- do laesa, q̄ si penitus transferatur emulsa, de loco suo in locū ubi necesse sit eam arefcere & sterilesccere. Adeo terribile est, iustitiam suā querere, & in legis ac arbitrij opera fidere. Nā hoc est Christum abnegare, gratiā & ueritatem abijcere, & (ut infra docebit) seipsam in idolā statuere. De quo Iob, xxxj. Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio cōtra deum altissimum. Osculari enim manum ore proprio (ut S. patres sapiunt) est sua opera laudare, in sua iustitia fidere. Atq; hæc iniquitate sit, ut non in deo gloriamur, sed in nobis ipsis, & gloriam deo subtrahamus. Quod ut tūm cultoribus Baal tribuitur. iij. Regum, xix. Qui non incurruerunt, inquit genua sua ante Baal: & omne os, quod non adorauit eum, osculās manum. Et Esa. ij. opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Contra, Psal. ij. dicitur, osculamini filium: ut est hebraice, pro apprehēdite disciplinā: id est, in Christum pura fide credite, & hunc colite. Fides enim debetur ueritati, quæ nulla est, nisi solus deus. Ideo fides est uerissima & interior patria. Hinc il lud intelligimus, quod ex b. Augu. duplex malum asseritur contra fidem, & cōtra bonos mores. Malum fidei, in optimis moribus facit hæreticos, superbos schismaticos, quos scriptura proprie impios, heb. resthaim uocat. Mali mores peccatores faciunt falsa fide, saltem aliorum: hoc est, non impugnant fidem, & si eam sciunt se nō habere & debere: ideo sunt facile curabiles. Malum autem fidei, uox etiam criminatur & persequitur fidem aliorum ut suam statuat.

Hoc uerbū conuertere, diuus Hiero. notat: quia ex graeco metastreple signi- ficat id quod in facie est, post tergum facere: & quod post tergum est, in faciem ponere. Est enim infinitiuus futurus. Vult itaq; Paulus: Euangelium, quod est spiritus & gratiæ doctrina, conantur illi retrorsum in literā, iam diu post ter- gū relictam reuocatum iri: cum per Euangelium id effectum sit, ut in spiritum li- bertatis magis ac magis proficeretur. Volunt inquam sed non poterunt preua- lere. Et hodie sane Euangelium subuersum est in magna parte ecclesiæ. Quā- do non, nisi decreta Pontificum, & tradiōes hominum auerfantium ueritatē, populus erudiunt. Aut euangeliū sic tractatur, ut a legibus & moralibus conceptis profus nihil dillet. Fidei & gratiæ cognitio ipsis quoq; Theologis contempta.

Putat & d. Hiero. uerbum, Transferimini, congrue ad Galatas aptatū, quod Galatia hebraicis trāslatiōem significet: quasi Apostolus ex eorum proprio no- mine occasio nē huius exordij sumpserit, ac si diceret: Vere Galatæ estis, & trās- ferri prompti, res congruit cū nomine uestro, allusione scilicet hebraicæ linguae. Nec sunt inincōndæ eiusmodi peregrinarum linguarū allusiones, si suo loco ueniāt. Ut si de Rhoma diceret, uere tu Rhomā es, hebraicæ quod est, superba & excelsa. Quid enim & ad Rhomanos apostolus aliud facit, q̄ quod superbiam & arrogantiam eorum contundit, uelut re ipsa, allusionem nominis Rhoma- ni tractans.

Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangeliset uobis, præterquam quod euangelisauimus uobis, anathema sit: sicut prædiximus. & nūc iterum dico: Si quis uobis euangelisauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit.

Anathema græcum, teste Hiero. proprie Iudæorum uerbum est, quod apud eos horma dicit. Iosue, vj. Sitq; hæc ciuitas Anathema, & omnia quæ in eo sunt heb. herem, & sonat uasitatem, perditionem, occisionem, inde cum sit uerbum

LI male/

Idolū se face/ re.

Osculari ma/ nam.

Malum fidei, Mali mores.

Subuersum euangeliū.

Allusiones lin- guarum.

quid p̄p̄o  
q̄p̄o p̄p̄o

Job 31

3 Reg 19  
Esa 2

777

conuert

metastreple

transfere

maledictionis, pro maledictione, & execratione, & detestatione accipitur. Sic Pſal. xlij. Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonim a monte modico. Vbi anima turbata peccatis suis, memoria Christi pro se crucifixi, & anathema facti sese cōsolatur. Na & ros hermon, qui Pſal. c. xxxix. scribitur descendere in montem Zion, utiq; uerbum est, de crucifixo filio dei. Latini autem dicerēt: Anathematizatus, uel si de uerbo, anathematizatus sit. Hebraei frequens est usus abſtractorū. An autē anathema græcum (quod ea significat, quæ in templis suscipiuntur & seponuntur) nisi hebraei uerbi impleat, uiderint grammatici. Nobis fat est, quod apostolus zelo euangelij seruens, potius seipsum, & angelos cœlestes, necdū apostolos uellet alienos, deuotos, execratos, separatos, & maledictos, q̄ ut ueritas euangelica periclitaretur. Atq; id repetito ingeminat. Non qd angelos cœlestes, aut seipsum aut Apostolos aliud p̄dicanturos crederet. sed quod uelut cum impetu opprimi, & (ut ad Titum scribit) ius illis obstrui, & penitus ac radicatus præcidī oportebat, qui nomine & exemplo Apostolorum, legē docebant: ac si diceret: Apostolorū iactatis mihi nomen & autoritatē; fingite amplius, quod & ego & angeli de cœlo aliud doceant, aut docere possint, hos etiā anathema esse uolo, quanto minus Apostolorū titulo uos terri oportet.

Cōtra inexorabiles & uoluntarios pontificales decretorum exactores. Hæreticus.

utinam & nostro seculo tales essent Christi tubæ aduersus inexorabiles & uolentos decretorum & decretalium pontificaliū exactores: qui sub nomine apostolorū Petri & Pauli, Rhomanæq; ecclesiæ, eos nos urgēt: ut nisi necessaria ad salutem credamus, quæcūq; ibi dicuntur, scribuntur, aliquando & somniantur, hæreticos audeant impudentissima fronte pronunciare. Cū hæreticus non sit, nisi qui in uerbū fidei peccat. Illa autem hominū uerba, adeo sunt moralia, & sine fide, ut fidei nullo possit beneficium magis seruire, q̄ si semel funditus, penitusq; abrogarent. Quid putas fecisset Paulus, si nostro tempore tot inuites, imo perniciosas leges hominū uidisset, in totū orbē seruire, & Christum radicitus extirpare, qui tanto estu fertur in leges dei per Mosen traditas: & uno tantum loco apud Galatas Christum pessundantes: legitur cū Paulo fidentes dicamus: perire, maledictaq; sit omnis doctrina de cœlo, de terra, undelibet allata: quæ docet in opera, in iustitiam, in merita alia cōsidere, q̄ ea quæ sunt Iesu Christi. Nec ita hoc contumaces sumus in pontifices, apostolorūq; successores, sed p̄i atq; ueraces in Christū. Hunc em̄ eis p̄ferri oportet; & si id pati nolint, ipsos penitus, ut anathemata fugere.

Modo enim hominibus suadeo, an deo:

Huius quaestionis partē priorē affirmant, & posteriorem negatiuā intelligit qui latine cūq; Apostolū, ut interpretē potius, legūt: ut quia nemo suadeat deo; cui sunt omnia manifesta: reliquū iam sit, ut hominibus suadeat.

Suadere.

Est autē suadere hoc loco, pro inducere ad credulitatē, ut A. G. ultī. Suadētq; eis de Iesu ex lege Moſi, & p̄phetis, quod nemo ad fidē possit ui cōpelli, sed tantūmodo trahi & induci, ut Ioan. vj. Nemo uenit ad me, nisi pater me⁹ traxerit eū;

In nostrum seculum.

Nostro tñ seculo Turcas, imo & Christianos cogit Rho. Curia ad fidē, i. ad odiū & perniciē sui. Quancūq; autē hunc sensum & Hiero. & Aug. & Amb. habent, placet tamen magis Erasmi sententia, qui id quod in graeco accusandi causa homines suadeo, an deū, interpretat, modo humana suadeo, an diuina: hoc est doctrina, quam ego doceo, non ex hominib⁹, sed ex deo est, ut latius statim esse dicet. Est autē iste tropus, non rarus etiā in latina lingua, Virgilium lego, Hieronymū enarro, Et. j. Co. j. Nos p̄dicam⁹ Christi & dei uirtutē &c. Metony

Tropus metonymia.

mia itaq;

mia itaq; est. Ad huc sensum apte quadrant precedētia, ac si dicat: Cur nō opte anarhama esse eos, qm̄ alia docent? Nunquid humana, ac non potius diuina do ceo, quibus omnia celestia & terrestria merito sileant & cedant: ac maledictio/ ne dignum est, quod diuinis aduerfatur. Potest autē & nostra translatio huc du ci, si uerbum Suadeo absolutum sit a regimine, ut quo modo Rhoma, xiiij. Qui manducat, domino manducatur: ita hic sit sensus, quod suadeo seu suaforsum, nō hoc hominibus, aut ad gloriā uel gratiā hominum facio, sed deo, & in dei glo riam, hoc officio seruo. Et huic sensui non inepte adhaeret, quod sequitur: Si ad huc hominibus placerem &c. quasi neget se hominibus placuisse suadendo, sed soli deo. Et hoc aduerbium modo, totum apostolatus sui tempus, non autem huius epistolae scriptae significat. Quia reuera in hac epistola, non ex integro gratiam Christi docet, sed ad eam reuocat lapsos, & iam scientes con/ firmat. Vnde & allegoricos infra loquetur, quod ad instituendos nos pertinet; quib; linguae sunt in signū ut, j. Corinth. xiiij. dicit, ut sit sensus; Maledicti sint, qui aliud docent: quia postquā conuersus sum a legum traditionibus, iam non amplius humana doceo, sed diuina. Et diligenter quaeso serua tibi, quod hu mana appellare audeat, legem Moisi, quae tamen per angelos tradita est; de quo infra latius.

An quæro hominibus placere si adhuc hominibus placere, Chri sti seruus non essem.

Hoc ideo dicit, quia pseudapostoli etiam hac ratione docebant legales iusti tias, ne propter euangelii paterentur persecutiones a ludæis: qui pro lege Mo si aduersus uerbum crucis, insaniebant in omnes homines, ut, j. Thessalo. ij. scri bit; quod & infra. vj. ca. dicit. Quicumque uolunt placere in carne, hi cogit nos circumcidi, tantū ut crucis Christi persecutionē non patiant. Ideo Paulus eōra hāc pusillanimitatē spiritus erectus, docet amore Christi cōtēndos esse hoīes, & nō omitteūdū uerbū quo illis placeat. Hominibus hoc loco per emphasin ac cipitur, ut qui tantū sunt homines iuxta primā natiuitatē ex Adam extra Chri stū & fidē eius, Hos em̄, cū sint a ueritate alieni, necesse est, mēdacio & odio ue ritatis plenos esse, ita oīs homo mendax. Sic, j. Corin. iij. Nōne hoīes estis? Et usu scripturæ ferme opprobrium est, hominem dici. Nō enim secūdam substā tiam, metaphysice (sic enim theologi nihil non laudis in homine uident) sed the ologice, & ut in oculis dei est, eum nominat. Contra iusti non uocantur fere homines, sed dij, Psal. lxxxj. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. Ideo, ut Psal. ij. uere dicit, Deus dissipat ossa eorū qui hominibus placent, confusi sunt; quoniam deus spreuit eos. Quare; quia deum & uerbum suum negant amore hominum, dum persecutionem timent.

Ita contra, Custodit dominus omnia ossa eorum, quorum; iustorū. Qui sunt ij; qui hominibus displicent, honorati sunt, quoniam deus susceptor eorum est Et Lu. xvj. Quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Cum autē nos quoq; simus homines, necesse est & nobis displiceamus; iuxta uerbū Chri sti. Qui amat animam suam, perdet eā. Videant ergo illi, qui ex arbore Phi riana, & Aristotelis, aliorumq; philosophorū doctrinis didicerunt, hominē rationalem laudare, iactare, ac amare; deinde in sua dictamina considerare, sua consilia iustificare; q̄ recte ad scrip̄turæ ueritatem sapiant. Quae omnia huma na, mendacio, uanitati, & perditioni deputat. Ideoq; iugendum docet, quoties nos homines, rationales, liberi arbitrij, omniū deniq; operū nostrorū titulus lau

Alius sensus

Modo

NOTA  
Homo,Hominibus  
placere, de  
dissipat.In philoso  
phicos theo  
logias.



**Placere.** dari contingit: Quando seruum Christi, id est ueritatis esse non posse pronuntiet Paulus, qui sibi uel hominibus placeat. Verbum autem placere, hic in spiritu intelligitur: hoc est, pro uoluntate placendi. Quando quidem non in nobis est, quibus placeamus uel displiceamus; quod satis ipsemet apostolus hic expli-  
cat, cum prius dixisset: An quare placere, mox non ait: Si adhuc quarerem placere, sed si adhuc placerem. Ita & j. Corinthi. *ij.* Placete omnibus per omnia, si eut & ego omnibus per omnia placeo. Quomodo omnibus places? sequitur Non querēs quod mihi utile sit, sed quod multis, ecce placere est querere, ut placeat omnibus, etiam si forte nulli aut paucissimis placeat. Canonicum est enim Christo & suis, ut dum quaerunt placere, & ea faciunt, unde debeant placere, displiceant. Iuxta illud: Pro eo ut me diligere, detrahebant mihi. Et rursum: Odio habuerunt me gratis. Item: Impugnabant me gratis; id est, cum esset in me causa amoris. Ideo exemplo Christi perēda sunt beneficia, ut quaramus, quo placeamus omnibus, nullo modo queramus, quo placeamus: Sed ut Rho. *xv.* Vni quisque alteri placeat, in bonum (inquit) ad edificationem. Vtiq; non ad eorum desideria & uanitates &c.

**Perdenda be-  
neticia.**

Notum enim uobis facio fratres Euangeliū, quod euangelifatam est a me, quia non est secundum hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: sed per reuelationem Iesu Christi.

**Accipere &  
discere discer  
nuntius.**

Hic ostendit quod iuste illos anathematizauerit: longo tractu, multisq; argumentis declarans, quod non humana, sed diuina docuerit. Primum, inquit, ut euangeliū meū diuinū esse sciatis; ego non ab homine accepi, neq; ipsemet didici, sed per reuelationē Iesu Christi. Hic inter Accipere & Discere b. Hierony. sic distinguit. Quod accipit cui primum intimatur, & ad fidem eius inducitur. Discit autē, qui ea, quae in illo figurata sunt, explanata cognoscit. Hoc sic intel-  
ligo. Accipit qui incipit, discit qui proficit in euangelij noticia. Quid si Aposto-  
lus id uelit, quod uerbum accepi, copuletur cum nomine isto, ab homine, & uer-  
bum didici absolute ponatur, adhuc scilicet sensum: Neq; ab homine, aut ulli  
us magisterio, illud accepi; neq; mihi traditum est a quoquā, sed neq; a me ipso  
didici, non meo studio inueni, nec quaesivi: a deo sola reuelatione Christi ipsum  
accepi: & ipso docente, didici: scilicet in itinere, quando ad Damascū profectus,  
Christi uocem audiuit, ut b. Hierony. sentit. Notat hic idem d. Hiero. Christū  
a Paulo deū p̄dicari: quia non ab homine, sed per Christū; ergo Christus plusq;  
homo. Item saluberrime admonet, q̄ gr̄de sit periculū in ecclesia, loqui sine  
reuelatione Christi. Ne peruerfa interpretatione, ex euangelio Christi, euange-  
liū hominis fiat, ut nunc passim fit, ubi scripturas uel humanis opinionibus, ac-  
ceptis, uel proprio magisterio inuenientis glossis contaminant.

**Hiero. admo-  
nitio, de mo-  
do tractandi  
euangeli.**

**Homo.**

Hominem autem hoc loco, non tantum pro malis, sed & pro ipsis apostolis accipit, ut statim dicit, se non ab eis eruditum, neq; cum eis contulisse, mox post reuelationem. Quod ideo facit, ut corroboret quae supra dixit; scilicet, etiam si apostoli, aut ipsemet aliud doceret (cum sint homines) non tamen deserendam esse, quod semel docuisset; quando hoc nec ex apostolis, nec ex ipso habuisset. Ideo Anathema habendum, quicquid pseudapostoli uel apostolorū, uel etiā Pauli nomine aliter docerent. Non enim posse eos, nisi ex homine acceperint euangelium, uel potius errore habere; se autē ex Christo ueritatē. Euan-  
gelium & Lex proprie in hoc differunt, quod lex praedicat faciēda & omittēda, immo iam cōmissa & omīssa, ac impossibilia fieri & omitti; ideo sola peccata  
ministrat

**Euangelij &  
lex differunt.**



ministrat cognitionem: Euangelium autem remissa peccata, & omnia impleta, factaq; Lex enim dicit: Redde quod debes. Euangelium autē: Dimitte ut tibi peccata tua. Sic Rho. iij. per legem cognitio peccati. Et. iij. Lex iram operat Vbi enim non est lex, nec preuaricatio. At de euangelio dicit Lucae vlti. Sic oportuit Christum pati, & a mortuis resurgere, & predicari in nomine eius (nota in signetur, in nomine eius, non nostro) poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Ecce predicatio remissionis peccatorum per nomen Christi, hoc est, euangelii. Et Rho. x. Quam speciosi pedes euangelisantiū pacē, annūciantiū bona, i. remissionem peccatorū, & gratiā, legis plenitudinē p̄ Christum Inde iustificatus per gratiā, a lege ad euangelium fugiens, dicit, Dimitte nobis debita nostra.

Sed cur Christus in euangelio multa precipit & docet, si hoc legis officium est? Ite & apostoli multa precipiunt, cū tñ sint euangelici pdicatores. Respondeo Doctrinā eiusmodi, quæ ultra fidem traduntur (nam credentibus annunciat salus & remissio peccatorum in euangelio; ut Ioan. j. Dedit eis potestatem filios dei fieri, credentibus in nomine eius, quotquot eū receperūt) sunt vel interpretationes legis, quibus peccati clarius cognosceretur, ut gratia tanto ardentius quaeretur, quanto peccati certius sentiretur. Vel sunt remedia & obseruationes quibus gratia iā accepta, & fides donata custodiretur, aleretur, perficeretur; si cut sit dū agōtus incipit curari. Igitur uox euangelij dulcis est, ut spōsa in Canticis; Sonat uox tua in auribus meis, uox enim tua dulcis. Et iterum; Meliora sunt ubera tua uino, fragrantia ungentis optimis; id est, uerba Christi, quibus pascit si deles suos, fructu meliora uerbis legis; quia spirant unguētum gratiæ, quo remissis peccatis, sanantur naturæ uulnera. Ita Psal. xliij. Diffusa est gratia in labijs tuis, non scientia, non cognitio, quæ & in Mosi labijs diffusa fuit; sed gratia, id est gratiosa & iucunda sunt uerba tua peccatoribus perditis, quia remissionē & gratiam nunciant. Hoc est, quod Psal. l. quoq; orat. Docebo (inquit) iniquos uias tuas, & impij ad te conuertent. ac si diceret; Obsecro, non doceam uias hominum, & doctrinas iustitiæ nostræ; quoniam ijs nō ad te conuertentur, sed longius auertent; labia mea quæso aperias tu, ut os meum tuam potius annūciēt laudem, id est, gratiam qua peccata remittis. Ex hoc enim fiet, ut homo te laudet, glorificet, diligat, dum senserit beneficium misericordiæ tuæ; & non seipsum laudat in iustitia sua, Qui enim iusti sunt, non docentur, non ad te conuertunt non te laudat, sed seipfos. sani sunt, medico non egent. Ideo nec annūciari potest eis laus gratiæ tuæ; de quibus mox ibidem; Libera me de sanguinibus, deus deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Non nostram hominum iustitiā, sed gratiā tuā, qua iustitiam nobis tribuis; per quā & deus salutis nostræ tu es. Quæsitum est autē, quod nam euangelium Paulus predicarit, an Lucæ, Matthæi, aut alteri. Et b. Hiero. ex Eusebio uel Origene alicubi Lucæ euangelii, Pauli putat. Quasi nō plura sint euangelia, q̄ quatuor ista usitata, cū quilibet apostolus, idē quod omnes, predicarit. Euangelium enim est sermo bonus, nuncius pacis, de filio dei incarnato, passio, resuscitatio per spiritum sanctū, in salutem nostram, ut Rhoma. j. describitur; & ut Zacharias, Lucae. ij. dicit. Vt firauit, & fecit redemptionem plebi suæ. Et infra, ad dandam scientiam salutis, in remissionem peccatorum, per uiscera misericordiæ dei nostri. Igitur quando docuit; predicatur gratia dei, & remissio peccatorū, per Iesum Christum facta, hic uere euangelium predicatur. Proinde epistolæ Pauli, Petri, Ioannis omnino sunt, & uere euangelia. Nec Paulus Lucæ, aut ullius euangelium predi-

Li ij cauit

Cur Christus  
in euag. multa  
ta precipit, itē  
apostoli.

Gratia.

Quod euagē  
liū Paulus p̄  
dicauit.

Euangelium

Notandum quod euangelium per  
uocē

cauit: sicut hic expresse dicit: Euangelium a se prædicatū, nec ab homine, nec per hominem, sed a solo Iesu Christo sibi reuelatum: sicut & infra: Reuelaret filium suum in me, ut euangelisarem illum in gentibus. Ecce euangelium est doctrina de filio dei Iesu Christo.

Audistis enim conuersationem meam, aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in iudaismo, supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existēs, paternarū mearum traditionum.

Dissentit ab Hierony.

Hæc pro consequentia sententiæ, oportet intelligi dicta ab apostolo ad confite mandatum id, quod iam cepit: id est, euangelium suū non ex homine esse, sed se diuina suadere: & si scio d. Hiero. alio respicere, & ordinē sententiæ relinquere.

Pulchra obseruatio pondus uerborum.

Igitur uult apostolus dicere: ut plenissime sciatis, me nec a maiorib⁹ meis, nec ab apostolis, aut ullis hominibus eruditum, sed a solo deo: ut sic diuina uos uos audisse certi sitis, & non transferamini ad humana, ullis aut meo, aut apostolorū nominibus. Ecce denuo uobis recenseo, & suggero historiam meam. Audistis em̄ &c. Mira autē (ut b. Hierony. ait) & pulchra obseruatio, pondusq; uerborum. Conuersationē, inquit, nō gratiā: aliquando, non modo: in iudaismo, nō in fide Christi: non ut ceteri persecutores, sed sicut grassator & prædo uastabat ecclesiam dei: non quod eam talē tunc crederet, sed talem nūc cognitā nominat. Et iterum, proficiebā in iudaismo, non in fide Christianismi: super multos, nō super omnes (ut modestiam seruet) super coetaneos meos, non super fenes: in genere meo, non in gentibus. Sic enim gentem hebræam solet nominare: ut ii. Corin. xj. periculis ex genere, periculis ex gentibus. Non tñ negarim, quin si mul & obiter, dñs ex historia sua probat se diuina docuisse, uelit & exemplo suo Galatas retrahere a lege, ut inter audiendum, simul moneantur, moueanturq;.

Consilium Pauli.

Si talis ac tantus legis æmulator, qui multo potest amplius de lege gloriari, & in carne cōmendari, q̄ illi pseudapostoli (sicut facit. ij. Corin. xj. & Collo. ij.) & tamen hæc uelut stercorea arbitratus reliquit: quanto magis nos, qui in gratia sumus, ad legem non debemus reuertī. Hoc notādum, quod paternas traditiones Hierony. intelligit, pharisaicas doctrinas, & mandata hominum: sed mea temeritate credo, quod totā legem Mosi intelligat: quod nō aliunde, q̄ ex ipso, met̄ Apostolo docebor: qui Philip. ij. dicit. Si quis uiderit considerare in carne, Ego magis circumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, hebræus ex hebræis, secundum legem phariseus, secundum æmulationem persequeb̄ ecclesiam dei, secundū iustitiam, quæ est in lege, cōuersatus sine querela: sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc propter Christum arbitratus sum detrimenta. (Ecce cit cōcisionem quoq; & iustitiam legis sine querela, propter Christum detrimenta arbitrat̄.) Et ut inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est sed illam quæ ex fide est Iesu Christi. Quare traditiones paternas, legem uocat: quod in illa sit ab hominibus, patribus, ac maioribus suis eruditus, tñ quod patres sui illas a Mose acceperint, & filijs suis tradiderint, iuxta edictū Psal. lxxvij. Quanta mēdauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis. omnia enim apostolus contentiose aperit, & opponit pseudapostolis, ut suum euangelium, a deo esse statuat, ac sic Galatas firmiter in ipso stare cogat. Ideo & paternas traditiones, quadam uelut tapinosis, opponit Euangelio, quod diuinas traditiones uult haberi. Sed ne cuiquam scrupulum inijciam, rem hanc Paulo tractemus latius,

NOTA.

59.

quo

quo simul & sequenter dicendis uiam paremus.

Lex non modo ceremonialis, uerum & moralis, deniq; ipse sacratissimus decalogus aeternorum praeceptorū dei, litera est, & literalis traditio, neq; uisibilis, neq; iustificans: ut abunde probat beatus Augustinus, de spirita & litera, sed occidens, & peccatam faciens abundare. Quantiūq; doceatur, aut obleretur, non per hoc cor ipsum purificatur. Corde aut nō purificato, quid sunt opera bona, siue ceremonialia, siue moralia, nisi species ipsa pietatis & hypocrisis? Sic ut Christus pharisaeos foris speciosos, intus plenos spurcicia dicit. Quo fit, ut licet non faciat furtum, non adulteretur, extra in opere, tñ uel intus in eadem prouult, uel amore commodi sui, uel timore poenae abstinere, ac sic alio peccato aliud uincit: ut beatus Augustinus dicit de nuptijs & concupiscentijs. Nā amor comodi, & timor poenae uitia sunt, & quoddā genus idolatriae: cū soli deo amor & timor debeat. Ab hac igitur impuritate cordis nihil nisi fides liberat, ut Actuum. xv. Fide purificans corda eorū, ut sic stet uerbum Pauli T. I. Omnia munda mūdīs: imundis uero & incredulīs, nihil mūdū. Eadem regula, Rho. ij. dicit. Qui doces non furandum, furaris &c, interprete beato Augustino, furaris scilicet non opere, quod doces non faciendum, sed rea uoluntate. Quare nisi doctrina fidei, qua cor purificatur & iustificatur, reueletur, omnīs omnium praeceptorum eruditio, literalis & paterna traditio est. Praeceptum enim docet quae sint facienda. Quae cum fuerint impossibilia, doctrina fidei (id est euangeliū) docet, quo modo fiant possibilia. Haec enim docet ad gratiam dei confugere, & implorare ipsummet deū, magistrum & doctorem. Qui digito sui spiritus scribat in corda nostra suas literas, uiuas, & lucētes, & ardentes. Quibus illuminatio & accensio clamemus; Abba pater. Et haec non est paterna, sed diuina eruditio.

Aduerte autem lector, si apostolus tam speciosam iudaismi sui conuersationem & iustitiam legis damnat, adeo ut stercora & detrimēta arbitretur: quid pretendēt isti naturae praedicatorēs, & moralium operum laudatores? Si malus erat iste apostoli profectus, omni nimirū dictamine rationis, sed & ipsa lege dei probatus, quando & finis (ut uocant) suae uitae erat aemulatio dei, & legis eius: quid erunt actūs illorum, qui uel alio fine, uel simili fine instantur? Nēpe id, qd Hierē. de eiusmodi prophetis dixit, Viderunt tibi uisiones stultas & eiectiones: nec aperuerunt tibi peccata tua, ut te ad poenitentiam prouocarent. Itaq; timorē dei ab hominibus tollunt, securitatemq; docent, dū moralia sua bona, & dictante ratione opera, non esse peccata garrunt.

Cum autem placuit ei (qui me segregauit ex utero matris meae, & uocauit per gratiam suam) ut reuelaret filium suū in me, ut euangelisarem illum in gentibus.

Aliud ergo est, legem nosse, & in iustitia eius excelluisse: & aliud filium dei cognouisse, hoc enim salutē, illud perditionē operatur. Et uide qd gratūs & syncerus cōfessor sit gratiae diuinae. Non (inquit) reuelatus est mihi filius dei, quia sic profeceram in iustitia paternaē legis, non meo merito: sed quia placuit deo ita fieri, cum ego longe meruissem contraria. Quod autem placuerit ei sine meritis meis, id conuincit, quod me in hanc sortem, antequam natus essem, segregarit: & in utero matris meae me talem praeuocauerit. Deinde & per gratiam uocauit: ut his omnibus intelligatis, quod fides & cognitio Christi,

LI iij nō ex

*Non  
corde non purificatur  
sua per se uerba*

Sola fides ab  
ipuritate cor  
dis liberat.

*quod non est  
possibile  
de proprio fine*

In natura sy  
dicatores, &  
moralū ope  
rum laudato  
res.

*Hiere:*

Aliud ē legē  
aliud filiū dei  
cognouisse.

63. Non potest esse salus ex legibus.

non ex lege mihi uenerit, sed ex predestinante & uocante gratia dei. Quare nec uobis ex lege salus esse poterit. Alij uerbū segregauit, eo referunt, quod Act. xij. dicitur Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus &c. uerbū quod Act. cū ueterum matris tum cogant intelligere allegoricos, synagogam. Prætereo quæ d. Hiero. hic tractat, satis scrupulose & scopolose, Mihi omnino uidetur de prædestinatione sui loqui, sed breuiter obscure, pro capto Galatarum. Sat habens, quod Iesum Christum filium dei simpliciter asseruerit, nō ex se, nec alijs, sed ex reuelante patre sibi cognitum, & a se se doctum & euangelifatum: ut sic diuina se se didicisse ex Paulo scirent, iam sequitur, & simplici narrationi hist oriæ addit, demonstraturus, non ex hominibus eruditū, aut humana docuisse.

Continuo non acquieui carni & sanguini.

64. Sententia Lutheri.

Mire hic torquetur & torquet diuus Hieronymus; primum, ne apostolus carnem & sanguinem dici, & Porphyrio blasphemanti Paulinam inducit am, cedere cogatur, per carnem & sanguinem Iudeos & peccatores intelligat, præsertim cum postea se se contulisse cū apostolis euangelium suum profiteretur, quod hic negat. (Nam idem uerbū, quod hic, Acquieui, infra translatum est, Contuli.) Sed mitramus ista; uideat qui uolet. Ego interim sic abūdo, quod Paulus ostensurus se ex deo reuelante docuisse Galatas; nō prius contulerit suam reuelationem cū ullo hominum, sed continuo accepta reuelatione, Christū prædicarit. Quemadmodum Act. ix. scribitur.

Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot: & continuo ingressus synagogam, prædicabat Iesum. Continuo scilicet, nō prius conferens cum eis. Vnde & hic eclipsis in Paulo uidetur, ut integer contextus sic habeatur: Continuo prædicauit seu euangelisauit filium dei, nō contuli prius cum hominibus. Ut aduerbium, continuo, prorsus neget, se se ex hominibus eruditum esse; sed potius contra, homines continuo ex se se eruditos in Christo. Nam, ut dixi, contentiose apostolus agit, ut se se diuina docuisse præbet. Hoc enim uelut capitali argumento probato, iam pronus erit, oia destruere, quæ contra se tradita erant Galatis. Est autē, teste Hiero. Cōferre, qd hoc loco acquieui dicitur,

65. Conferre.

aliud quiddā, qd apud nos intelligit; cū scilicet ea q̄ nouim⁹ cōferim⁹ cū amico, ac uelut in sinu & cōscientiā eius reponimus; ut pari cōsilio, uel p̄bada sint ulim⁹ probanda. Et quanq̄ interpres id uerbi non reddiderit, nō tñ penitus aberrauit a sensu. Qui em hoc modo cōfert cū amicis, certe iā animo acquiescit, & docit se se præbet illis. At Paulus nec uoluit doceri, nec animū unquā habuit disputandi, recta ne essent an minus, quæ ex deo audierat, & iustissime. Impiū em fuerat diuinā reuelationē, ac si dubitaret, hominū consilio stabilire. Nihil ergo facit Porphyri⁹ criminatō Pauli, superbiā in eo taxās; nō em p̄ superbiā, sed p̄ gloria diuinæ autoritatis & certissimæ ueritatis, noluit cōferre; sed nec potuit contra iniuriā autoritatis diuinæ. Quanq̄ & in hoc errat, quod Paulū putat hic de deo ap̄lis loq̄, cū de Ijs loquat, q̄ in Damasco erāt; quicūq̄ tandē illi fuerūt. Nam de ap̄lis statim dicit. Nec ueni ad antecessores meos ap̄los. Alij ergo sunt, quos carnē & sanguinē uocat. Et ut mihi uidetur, alludit more suo & hebræorum ad nomē Damascus, qd iuxta etymologiā, sanguinē & saccum significat, & nō raro in scripturis mysterium gerit carnis & sanguinis, q. d. Non contuli cum Ijs, qui Damasci erant, qui caro sunt & sanguis.

Paulus alludit more suo ad nomē Damascus.

Veritatem hoc ipsū nō negarim, de sanctis dici. Nec ap̄los ipsos dubitē carnē & sanguinē appellare, etiā autoritate Christi, q̄ ad Petrū dixit: Caro & sanguis nō reuelauit

reuelauit tibi id est, nec ex teipso, nec ex alijs id habes. Et alibi, Nō em̄ uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri. In quo manifeste significat, eos esse aliud a spiritu, & spiritus reuelatione, nimirum in seipsis uere carnem & sanguinē

Placet ergo tempestiua hæc Tapinosis, qua in odium pseudapostolorū etiam sanctos dei, carnem & sanguinem appellat, præ maiestate diuinæ reuelationis. Quia si ceperint hominum quantumlibet sanctorū, uel uerba uel exempla ad uerius diuina factari: tepus est, ut quequid nō fuerit diuinū, cū fiducia carnē & sanguinem immo nihil ducamus.

ramplone  
Humilitatio.

Neq; ueni Hierusalem ad antecessores meos apostolos.

Non solum Damascenos non consulat, sed nec apostolos, qui ante me fuerant in apostolatu, (id enim significat antecessores meos) quod tamen oportuerat fieri, si p̄ hominem, uel ab homine doceri uoluisset. Satis mihi fuit, certa & infallibilis reuelatio patris. Nota necessaria Pauli superbiā, uel rectius equitatem. Ceteros apostolos priores fuisse se constituitur; nec sese maiorē, nec tamē rursus minorē. Quamquā em̄ iuxta personam omnibus sese inferiorē, & minimum apostolorum pronunciet, immo nec dignum uocari apostolū, tñ officium & ministerium ita honorificat (hoc enim dei, non suum est) ut nulli prorsus apostolorum cedat. Nam quecumq; sit persona apostolorum, officium certe idem & equale est omnium; eundem Christum docent; eandē potestatem habent ab eodem æqualiter missi sunt. Et tñ dicit, ij. Corin. xj. Existimo me nihil minus fecisse a magnis apostolis. Et, xij. Nihil enim minus feci ab ijs qui supra modū sunt apostoli. Ecce mire præfert eos, & æquat se eisdem, dignitate humiliter cedēs, officio & potestate sidenter se conferens.

Necessaria  
Pauli superbiā

id est æquat  
le est. om̄ibus  
apostolorū

Sed ab ij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.

Lucas Act. ix. non meminit huius in Arabiā secessus, sed omnino Paulus per murū submissum, uenisse Hierosolymam scribit. Inde d. Hieronymus, uarias rationes exquiri: ex quibus secundā sequor, quæ est, fuisse Paulum post baptismum alii quot diebus Damasci: ut Lucas scribit; in quibus Christū prædicari in synagoga. Deinde (quod Lucas tacuit) abijisse in Arabiam, & redijisse Damascum: ut hic dicit; tñ ea quæ prosequit Lucas, scilicet propter insidias, missum per murū in sporta, ac uenisse in Hierusalem.

Act. 9

Laborat itaq; d. Hiero. Cur Paulus hæc recitet, quæ Lucas tacuit, Mea temeritate puto, sicut omnia, ita & hoc referat, ad ostendendum quod nō uenerit ad apostolos, nec ab eis didicerit, quin potius fret⁹ diuina reuelatiōe, prius in Arabiā doctus abierit. Deinde & reuersus Damascū eadē docuerit; uidelicet, adeo certus de reuelatione Christi sibi facta. Neq; em̄ ea doceret, diuersis etiā locis, si talia æstimaret, quæ cum apostolis uel hominibus conferenda essent. Quod autē d. Hiero. eū in Arabiā frustra putat fuisse, & mysteria quedam sectatur, permittendum est tanto uiro.

Opinio Lati  
therij.

Deinde post annos tres, ueni Hierosolymam uidere Petrum, & m̄ si apud eum quindecim diebus.

Obserua q̄ diligenter addat, post tres annos, & non audire, sed uidere Petrū. Quod em̄ annos tres Damasci se docuisse insinuat (scilicet donec p̄ murū concessus est abire) id certe contendit, se nō factū a Petro, sed iā diu euangelistā fuisse qñ uenit ad Petrū, ut obstruat os pseudapostolorū, qui forte hoc argumento Paulū a Petro doctū asseruerāt; per cuius exemplū Galatas ad legē seruandā sollicitarēt.

Vtrum



Verum d. Hiero. hoc loco geminam intelligentiam se professus sequi, & eam qua asseritur Paulus a Petro doctus, & eam, qua negatur. In Epistola tamen ad Paulinum, omnino declinat in sententiam priorem, uolens doctorem gentium (ut suis utar uerbis) mysterio Ogdoadis & Hebdoadis instructum. Quod ideo commemorat, ut prudens lector ita Hierony. intelligat, ne contra apostolum Paulum sapiat: qui hæc omnia eo spiritu detonat, ut conuincat fortissimis argumentis, se nihil ab Apostolis didicisse, sed a solo deo (ut iam satis dictum) omnia accepisse. Quod autem d. Hierony. in mysterio quindecim dierum, libenter & sepius ludat, non contemnendum est: sed hoc loco non mysterij tantum delectatio ne, sed rei & historix necessitate quoque positos esse a Paulo, omnino credendum est: forte ut ostenderet, sat temporis se cum Petro fuisse, si docendi gratia uenisset uel contra, non discendi gratia, sed uisendi tantum, tanquam hospitem apud eum mansisse. Quando ad discendum, longiore tempore opus fuisset.

Alium autem Apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini.

Ne dicerent, si non a Petro, saltem ab alijs Apostolis doctus es. Non uidit autem quia (ut Hierony. ait) erant toto orbe dispersi ad predicandum euangelium: quod si uerum est, ubi subsistet fabula illa, qua dicitur de diuisione apostolorum, anno tertio decimo post resurrectionem Christi fuisse aplos diuisos: Cum hic Paulus post tres annos, aut certe post quatuor annos suæ conuersionis, iam dispersos inueniret, qui tamen anno eodem quo Stephanus coronatus est, uideri potest conuersus esse. Sed alijs hæc otiosis relinquo. Hoc uide, quod Lucas Actuum, ix. scribit, Paulum cum eisdem discipulis dimissis, a Barnaba ductum ad Apostolos, & cum illis egressum & in gressum &c. cum hic fateatur, se neminem Apostolorum uidisse nisi Petrum & Iacobum. Aut ergo Lucas, Apostolos pluraliter appellat Petrum & Iacobum: aut illud uerum est quod d. Hieronymus dicit, apostolorum nomine & multos alios censeri, præsertim in Epistolis Pauli, ut qui ab apostolis primis ordinati fuerint.

De isto Iacobo qui uisitate a uulgo, Iacobus minor uocatur, dicit Eusebius lib. ii. Eccle. histo. ca. j. quod dicitur sit frater domini, quia esset filius Ioseph, qui quædam si pater Christi habebatur. Hoc beatus Hierony. lib. illust. uirorum recitat & dissertens, dicit, Iacobus, ut nonnulli existimant, Ioseph ex alia uxore, ut ait mihi uidetur, Mariæ sororis matris domini, cuius Ioannes in euangelio suo meminit, filius &c. Ioannes enim ca. xix. dicit. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophae, & Mariæ Magdalene, scilicet Marcus, xv. Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome Cui consentiens Matthæus, xxvii. Inter quas (inquit) erant Maria Magdalene & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebædæ. Ex quibus colligitur, quod eadem est Maria Iacobi & Maria Cleophae, ipsa scilicet soror uirginis Mariæ, dicta Cleophae a uiro, Iacobi autem a filio: quæ & ipsa mater est Simonis & Iudæ. Nam & Euseb. lib. iij. Eccle. dicit Cleophae fuisse fratrem Ioseph, & exinde Simonem dicitur consobrinum domini. Hoc autem clarissime uidetur Marcus, vj. dicere. Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? Proinde manifestus error est eorum, qui tertiam Mariam finxerunt, quam Mariam Salome uocant. Salome enim femininum nomen est. Et quam Marcus Salome, hanc Matthæus matrem filiorum Zebædæ appellat. Sed & non nisi duas Marias fuisse, scilicet Magdalene & Iacobi satis Matthæus probat, qui Mariam Iacobi, sere altera Mariam solet appellare. Sed sine igitur faciamus. Et hunc Iacobum fratrem

Hiero. in epi-  
stola ad Pau-  
linum.

De diuisione  
Apostolorum.

Eusebius de Ia-  
cobo minore  
fratre dñi.

Error quorundam  
de tertiam Mariam  
tam singentium.

Salome

fratrem domini, id est fratrualem seu potius confobrimum domini, intelligamus  
 dictis aliorum ad Iacobum differentiam. Plures enim Iacobos inter discipulos  
 Christi fuisse omnes affirmant. Et licet beatus Hieronymus aduersus Helphium  
 dicit, & hoc loco, dicat eum potius similitudine uirtutis & sapientie, quam carne fra-  
 trem domini dictum: Magis tamen placet, quod ex illustris uiris supra adductum est.

Plures Iacob/  
 cobi.

Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo, non mentior.

Iurat apostolus in re (ut apparet) tam leui, nempe ut uerum credant, eum ue-  
 nisse Hierusalem, neminem apostolorum uidisse, & quæ alia commemorauit, qua ue-  
 cessitate. Anxius est, & urgeri se sentit, apostolorum nomine & conuersatione, qui  
 bus pseudopostoli nitebantur. Ideo cum non habeat, quo firmet suam narratio-  
 nem, iurat, & sancte accipit: ne scilicet diuinæ reuelationis autoritas, qua Gal-  
 atas docuerat, apostolice & humanæ autoritatis pretextu & pompa minueret,  
 in preiudicium & fidei & euangelij, iurat autem non tantum pro predictis, sed & pro se-  
 quenter dicendis. Ita enim solent nimium solliciti, inter medium sermonem iurare.

Applius iuras,

Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliæ.

Quod Lucas Act. ix. sic: Loquebatur quousque scilicet in Hierusalē) gentibus,  
 & disputabat cum Grecis illi autem querebant occidere eum. Quod cum cognouissent  
 fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tharsum, quæ est Cilicie.

Arno: 9

73.

Eccæ habes, quid gesserit per quindecim dies apud Petrum. Non didicit, sed do-  
 cuit gentes (harum enim Apostolus futurus erat, uel iam erat.) Et cum Grecis  
 disputabat, utique Iudeis: sicut & Stephanus ante eum, Actuum. vii. Quid ergo  
 necesse est nos audire, quod in Syriam & Ciliam uenerit: Nempe nunquam ter  
 se doctores Apostolos habuisse, sed doctorem ubique se fuisse probat; semper huc spe-  
 ctans, & arcum narrationis eo tendens, ut eadem robustissime feriat omnes, qui  
 ei contraria docebant & sapiebant. Quia diuina, non humana ipse docuerit: illi  
 uero humana, non diuina.

Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudæ, quæ erant in Christo Iesu  
 tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequeretur nos alii  
 quando, nunc euangelizat fidem, quam quondam expugnabat: & in me  
 glorificabant deum.

Hoc scilicet uult, quod non solum a Petro, & ab alijs apostolis non sit doctus,  
 sed nec ab ullis alijs, qui in Iudæa Christiani erant, & legem mixtim cum fide serua-  
 bant: immo quod maxime commendat Pauli doctrinam, cum ipse nec uisus eis fuis-  
 set, testimonium tamen eorum habuit, quod fidem doceret (Hanc enim sola querit in tota  
 epistola statuere.) Igitur iam autoritate omnium ecclesiarum sese recte docuisse  
 demonstrat, quoniam fidei predicat, ab illis ecclesijs laudatus est, & deus glorificatus, qua-  
 rum tamen exemplo pseudopostoli Galatas ad legem cogebant: manifeste probans  
 quod non uere ecclesiarum Iudæ exemplum & autoritatem induxerint Galatis.

74.

Glorificant illi deum, quod Paulus fidem prædicat, qui doluerit prius, quod fidem ex-  
 pugnat nihil de lege querentes. Quid ergo legalibus iusticijs illi falso apertum no-  
 mine Galatas teneat? Reliquum ergo est, quod legalia seruauerint ecclesie Iudæ,  
 non salutis necessitati compulsi, sed libera charitate aliorum infirmitate seruientes.

75.

Optinam & nostras leges in ecclesia hodie simili prudentia & docerent & seruarent.  
 Nunc uero ita regnat, ut in his saltem constituta putet, & fides ipse sit extincta. Pau-  
 lus fide

In mores nos-  
 tri secuti.

Vlora

Nos fidem facit dominam liberrimam omnium legum humanarum: Nos leges humanas facimus tyrannos fidei. Nec ipsas tamē proceres & magnates pili faciunt, non sine scandalorum ualidissimo gurgite ecclesiam uorantes, & solos subditos tot oneribus importabilibus opprimentes, aut libertatem eorum Christianam, per hos pecuniarum laqueos captiuam, denuo foedissime uendentes, dispēfantes, indulgētes.

## CAPITVLVM SECVNDVM.

**D**Einde post annos quatuordecim, iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus. Seorsum autē ijs qui uidebantur aliquid esse, ne forte in uacuum currem, aut cucurrissem.

Postquam satis probauit, nullius hominis magisterio se apostolum factum, sed diuina reuelatione; nunc probat se eandem reuelationem tam certā firmāq̄ habuisse, ut nullos profus homines, etiam apostolos, sit ueritus habere iudicatum nullorum quoq̄ importunitati cesserit.

Quot annos Paulus fidem uerit, priusq̄ eū alijs edocere uoluerit.

Primum (inquit) post annos quatuordecim, quibus si annos tres, quos supra memorauit, adiunxeris; iam decem & septem, aut decem & octo annos, eū prædicasse inuenies, antequam conferre uoluerit; ita ut impossibile uideatur, quod tot locis, tot populis prædicarat, potuisse reuocari, Ideoq̄ nō sua causa ascendit, quasi timuerit (ut Hierony. sentit) ne falsum per decem & septem annos prædicasset; sed ut ostenderet alijs, non in uacuum sese cucurrisse, approbatus & ex teris apostolis suum cursum, Si enim dubitasset, uerum ne an falsum doceret, insignis & inaudita temeritatis ac impietatis fuerat, dilata necessaria collatione, tot populos ludere incerta doctrina. Secundo non ascendisset unquam nisi reuelatione dei monitus non aliorum importunitate commotus; tantum abest, ut de doctrinæ certitudine dissisus contulerit; nullam habens profus necessitatem ascendendi in hęc causam. Tertio, ad ipsam Hierosolymam, ubi erant principes tam synagoga, q̄ ecclesie, paratus eū omnibus cōferre; nec multitudine ludæorum, nec legis acerrimos emulatores formidans. Quarto nō solus, sed cum Barnaba & Tito, diuerso genere, apertissimos testes; ne aliud egisse præfens, aliud absens agere crederetur; ut si quid pro ludæis nimium faceres, Titus gentilibus proderet; Si rursus nimis pro gentibus, Barnabas ludæis obfisteret. Quare fiduciam eius uide, hos duos secum duxit, & utrūq̄ testē habuit. De neq̄ cum utroq̄ sese offerens, manifestum facturus, quod cum Tito gentilem, eū Barnaba ludæum esse licuerit. Et sic euangelij libertatem in utroq̄ probaret, qd ei reum cidi licet, & in circumcidi non sit necessarium; ita & de tota lege sentēdum. Supra satis dictum est de uerbo Contuli & Acquieui. Et tropum hebræum, uel scripturæ sacre proptium nota, quod currere significet officium docendi, seu uerbum dei nunciandi; sumptum a nuncijs, qui misuntur & currunt.

Currere in sacris literis.

Sic supra ex Hiero. dixi, Currēbant, & non mittebam eos. Et Psal. cxlvj. Velociter currit sermo eius, & multa in sacris literis eiusmodi. Quo significat, oportere uerbi dei præcones esse proptos, & fideles nuncios, ut magis currat q̄ eant. Ita & Isa. liij. Quam speciosi pedes euangelisantium &c. Et Ezech. j. Anima sua

Ha fua eſt pedibus & curſu deſcribit. Et Ephē. vj. Calceatos iubet haberi pedes, euāgelico parato, & omnium pedum officia, curſus, miſſio, ac ſimilia, miniſterium uerbi dei ſignificant in ſacris literis. Nec multum diſſimilia poetæ quoq; in ſuo Mercurio adumbrat. Iterū nota, quod poſt annos quatuordecim Paulus inuenit apoſtolos in Hieruſalem, aut ſaltem Petrum & Iacobum & Iohan- nem, ſi nō omnes, & cum illis conſert. Non quod me torqueat adeo fabula de diuifione apoſtolorū, anno tertio decimo facta, & ſic iactata, q̄ ut moneam, ne in ſimiles nugas (quæ plurimæ hodie ſunt) facile labamur, contra apertiſſimas ſcripturas, ſine iudicio quoduis ſuperſtitionis figmentum, titulo quoq; pie- tatis ornatum acceptādo. Illud iam ex Eraſmi annotationibus notū eſt, Qui uidebant eſſe aliquid, quid ſignificet. Nam & d. Hiero. habet, Qui uidebant, id eſt, maioris autoritatis & opinionis erant. Quare, eſſe aliquid, additū eſt.

Fabula de di- uifione apoſ- tōrū, anno deci- mo tertio iac- ta.

Sed neq; Titus, qui mecū erat, cum eſſet gentilis, compulſus eſt cir- cumcidi. Sed propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierant explorare libertatem noſtram, quā habemus in Chriſto Ieſu, ut nos in ſeruitutem redigerēt: quibus neq; ad horam ceſſimus ſubiectiōni, ut ueritas euāgelij maneret apud uos.

D. Hieronymus indicat, olim in latinis codicibus fuiſſe ſcriptū, quibus ceſſi- mus ad horam, affirmatiue. Quod coarguit tum ex græcis, tum ex euidenti cō- textus præcedentis ſententia, qua Paulus negat Titum circumcidi compulſum, & non ſe ceſſiſſe potius monſtrat. Deinde laborat in coniunctiōne Sed uel Autē, & tollendam dicit, ut ſit ordo. Sed neq; Titus compulſus eſt circumcidi, propter ſubintroductos fratres &c.

Verum ſi mea diuifio aliquid eſt, uel hyperbaton, uel hebraeam iterū eccli- pſin hic facit, ut coniunctiō Sed, pertineat ad uerbum Ceſſimus, uel aliud uer- bum iuxta eam ſubaudiatur, puta, reſtitimus, aut repugnauimus, ac uicimus: atq; hoc fecimus non odio, aut contemptu legis, aut operum legis, ſed propter falſos fratres, qui ex libertate ſeruitutem nobis facere uolebant &c. Iſtas autem eccli- pſes ſolet & alibi facere, præ uehementia affectus, nec inſrequens eſt in ue- teri teſtamento, ut ſatis notum credo. Illud quoq; quibus neq; ad horam ceſ- ſimus ſubiectiōni, poterat clariſſe dici, quibus neq; ad tempus (ſic Hierony. ha- bet) ceſſimus in ſubiectiōnē, ſeu ut ſubiremur: hoc eſt, adeo ſtetimus pro li- bertate euāgelica, ut nec id ſaltem a uobis obtinere potuerint, quo ad tempus cederemus, & pro hac tantū uice; quaſi poſtea redituri, poſtq; expletus fuiſſet, hac ceſſione, animus emulorum legis, cū tam multa pro tempore & loco ac perſonis facere ſoleamus, quæ nobis liberum eſt poſtea omittere. Verum hoc fiat in ijs, ubi diuina ueritas & euāgelica libertas non uenit in periculum, pro qua nec tempus, nec locus, nec perſona curanda ſunt. Hac pro Grammatica.

Diuiſio autoris,

Ad horā cedere.

Cæterum tota uis huius cōtrouerſiæ conſiſtit nō in operibus legis, quæcūq; illa ſint, ſed in neceſſitate & libertate operū legis. Nō enim opera legis, & lex ipſa, ſic ſunt mortificata & finita per Chriſtum, ut ea nullo modo liceat operari (quemadmodū d. Hierony. ex Origene ſuo ductus nō uno loco cōtendit) Sed tantū, ut abſq; eis ſalus eſſe credatur per ſolum Chriſtum, qui finis legis eſt, in quem futurū erant præcepta. Poſtq; enim Chriſtus aduenit, legis opera ſic ab- rogauit, ut indiſſerenter ea haberi poſſint, non aut amplius cogant: ſicut infra ca. iij. pulchrū dabitur paradigma de herede paruulo. Ideo cæteri apoſtoli ea ſe

Opera legis, & lex.

Nota q̄d Opera legis ſunt abrogata.

Mm ccc. ant

cerunt cum Iudeis fidelibus, Paulus autem & Barnabas aliquando fecerunt, aliquando non fecerunt, ut ostenderent ea prorsus esse adiaphora, & talia qua  
 lis est et ille, qui faceret. Vt j. Corin. xij. Factus sum Iudeis tanq[ua]m Iudeus, ut ius  
 deoslu[m] criticarem, Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cu[m] ipse no[n] essem  
 sub lege, Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem. Quomodo potuit  
 libertatem evangelicam clarius explicare: Veni, inquit, ad Iudeos predicaturus  
 Christi; ut ut me audirent, necesse mihi fuit propter eos, nondu[m] hac uti liberta  
 te, & eos contemnere cu[m] suis operibus. Feci ergo quae ipsi faciebant, donec do  
 cerem non esse necessaria, sed solum fidem Christi sufficere. Ita veni ad Gentes  
 iam nihil eorum egi, quae apud Iudeos egeram: sed omnino edebam, bibebam quae  
 & illi, donec docerem eos Christum. Quomodo me admisissent, si eos statim  
 fastidissent in rebus illis neutralibus? Alioquin si licet, immo meritoriu[m] est  
 pro fratre & proximo dolere, pati, mori, laborare, quanto magis licet opera le  
 git[ur] quaecunq[ue] fieri, si ea requirat charitas fraterna: Modo non lege cogente (na[m]q[ue]  
 supererat est ille exactor per parvulum, qui datus est nobis) sed charitate, spo  
 te & hilariter seruiente, facienda scieris. Prinde, si fratris necessitas postularer,  
 ut circumcidereris, sa[m] non modo sine periculo (quia non propter legem & ne  
 cessitatem e[st]) immo cu[m] multo merito circumcideris. Compulsus Apostolus uig  
 lant[er] non ait: Non uoluit, non licuit: sed non est compulsus circumcidi. Circu  
 cidit malis non erat, sed in Christo solo nos per gratia[m] iustificante[m] cogi ad circumci  
 sionem, tanq[ua]m necessaria[m] ut iustificeris, hoc impiu[m] erat, & in Christi iustificati  
 onem grauius contumeliosum. Quare legis opera sunt post Christum: sicut de  
 iudicia, hono[r], potestas, iustitia ciuili[s], ac quaecunq[ue] alia res temporalis: quas si  
 habeas, non ideo melior es cora[m] deo: si careas, no[n] ideo prior. Elles autem pesti  
 mus, si eas necessarias assereres, quo deo placeres. Igitur uerba apostoli uide,  
 in quibus uis intelligenti[ae] sita est, Compulsus (inquit) item libertate[m] seruiau  
 tem, subiectione[m]. Quibus id satis exponit, fuisse scilicet inter eos, qui obserua  
 rant eu[m], q[uo]d legem pro licentia & libertate sua quandoq[ue] seruauit, quandoq[ue] con  
 tra fecerit, prout lucrands animabus & euangelio predicando uidebat conue  
 nire. Et illi prodentes accusanteseq[ue], q[uo]d legem no[n] seruaret, no[n] circumcideret gentes,  
 & c. uolebant eu[m] cogere, qua[m] uocat hic subiectionem & seruitu[m]. Est enim li  
 bertas ista, quam in Christo nos habere gloriamur, q[uo]d nulli prorsus uni externo  
 operi sumus alligati: sed liberi in quolibet, ad quolibet, quocunq[ue] tempore & mo  
 do: nisi ubi fraterna charitas & pax offenditur. Sicut Rho. xij. nulli quicq[ue] de  
 beatis, nisi ut inuicem diligatis. Igitur Christianus uerus, ut infra ca. v. nec est li  
 ber, neq[ue] seruus, neq[ue] Iudeus, neq[ue] gentilis, neq[ue] masculus, neq[ue] foemina, neq[ue]  
 clericus, neq[ue] laicus, neq[ue] religiosus, neq[ue] secularis: neq[ue] orat, neq[ue] legit, neq[ue] a  
 git, neq[ue] omittit: sed ad omnia prorsus indifferens est, faciens & comitans, sicut  
 ad man[us] se: res uel obtulerit, uel abstulerit. Sicut Samuel. j. Regu[m]. x. dixit ad  
 Saul: Mutaberis in aliu[m] uiru[m]. Et, Fac quodcumq[ue] inuenerit manus tua, d[omi]n[u]s tecu[m]  
 est. Quod aut[em] alius ducit uxore[m], alius intrat monasteriu[m], alius alio lese man  
 cipat operi, non facit lege cogente, sed sua sponte se subiecit seruuitu. Quod si  
 ex charitate facit, optime facit. Sin ex necessitate, aut timore urgente, no[n] Chri  
 stianiter, sed humaniter facit. Quocirca grauissime errat nostru[m] seculi homines,  
 maxime clericos & religiosos, qui propter pompas externi cultus, propter ritus &  
 ceremonias suas (quibus usq[ue] ad incurabilem perditionem animaru[m] sunt im  
 plicati) ita fastidiant alios, qui simili specie non speciantur, ut & sine fine liti  
 gent, & audeant protestari, nisi uelle eos comu[n]ia cu[m] illis sentire & habere.

Vltimo

1607/12  
 Et v[er]o popu[s], in  
 corruptib[us]

Opera legis  
 citat, si requi  
 rar charitas  
 fraterna.

Opera legis  
 qualia sunt.

Libertas.

Verus Chri  
 stian[us] ad oia  
 indifferens.

Religiosi liti  
 gantes.

1607/12

12.  
 Siquid in uerbo  
 (1607) (1607) (1607)

Opera legis

1 Reg 10



Ultimo, ueritas euangelij hoc loco non pro ipsa sententia euangelij, sed pro tero usu euangelij accipi uidetur, quia euangelium semp uerum est: uerus autē eius simulatione nō raro subuerditur. Est em ueritas euāgelij, scire, quod omnia liceant, omnia munda mōdis, & nullū opus legis ad salutem & iustitiā necessarium, cum lex mortua sit, non amplius cogat. Licet tamē pro charitate legem operari, sed non ut legem.

Veritas  
euāgelij

Ab ijs autem, qui uidebantur esse aliquid, quales aliquādo fuerint nihil mea interest. deus personam hominis non accipit.

Hoc uno loco Esse aliquid, cum uerbo, Videbantur, Paulus ponit, unde & in alia duo loca, idem additū est a librarijs. Iterū eclipsis hic est, Ab ijs autem, qui uidebant aliquid esse, subaudi, nihil accepti, quod infra repetēs, dicit: Nihil mihi contulerūt, idem uerbū contulerunt, quod supra. D. Aug. illud, quales aliqui fuerint, ad indignitatē refert, quod & apostoli peccatores aliqui fuerint, uerum sua illud nihil referre, quanquā ijs, qui cum persecutorem ecclesie fuisse, ob idq; ceteris nō comparandū, potuissent ita respondere. Nunc quādo deus personam hominis nō respicit, nec illorum, nec suum apostolatū, propter priora peccata uilēscere. Omnes em aequaliter ad salutē uocat deus. Sed san. Hiero. placet sententiā, qui ad dignitatem refert, & dictum esse in pseudapostolos, qui apostolorū gloriam iactabant, quod cū Christo conuersati essent, omnia uisidissent, audissent, accepissent Christo praesente, Ideoq; Paulo preferendos, legēq; cum illis seruandam, Paulus autē apostolos nihil utiuperans, & uera esse quae obijciuntur admittens, optima & saluberrima eis obuiat responsione, scilicet totum hoc nihil ad rem pertinere, quo ipsi insistantur. Non em ideo uerum, aut bonū aliquid est, quia a magno, sancto, aut cuiuscūq; tandem personae sit, profertur. Sed quia a solo deo proficitur, Quid enim iudaei traditori profuit, cum Christo fuisse conuersatum, & omnia cū apostolis cōmunia habuisse? Frustra ergo laruam, & externam apostolorū gloriam illi iactat aduersus uerbum dei, quod deus sine ista persona reuelat & docet. Si personā apostolatus in iuda despectus deus, certe nec in alijs eam accipit. Et notabis Personā hoc loco lōge aliter accipi, q̄ in scholis nūc usus habet. Non em rationalem indiuiduāq; substantiam, ut illi dicant, sed externā qualitatem uitae, operis, aut cōuersationis, iuxta quā homo de homine iudicare, laudare, uituperare, nominare potest. Et quicquid non fuerit in spiritu, iuxta 1. lud. j. Reg. xvj. Homo uidet ea quae patent, deus autē inuictur cor. Et Psal. vij. Scrutis cordas & renes deus. Ista ergo patentia quaecūq; tandem sint, tu intellige personas, facies, apparentias, & personalia ista, si recte uis intelligere scripturas, de respectu personarum loquentes. Homo semp respicit personas, nunquā cor: ideo semp male iudicat. Deus nunquā respicit personas, semp autē cor: ideo iuste iudicat populos. Deniq; alibi proponit, faciem uertit, facies autem in scriptura proprie significat omne, quod externe apparet. Sic Mar. xij. Non em uides in facie hominis. Et, j. Reg. xvj. Ne respicias in uultum eius. Quando autē nomē personae iamdiu abiit in aliam significationem, bonum uidetur, si ubiq; facies pro persona scriberetur in Biblijs. Vides ergo, q̄ saluberrime nos Paulus erudit, ne titulo, nomine facie, persona decepti, omittamus consiliū eius, qui dicit. Omnia probate, quod bonum est, tenete. Quid putas modo diceret, si audiret in ecclesia doceri omnia sine omni probatione, per eos, qui gloriantur de potestate, de sanctitate, de ueritate auctorum suorum: A postolorū faciem nihil ad rem pertinere audacter

Esse aliquid,  
Eclipsis.

16.

16. *Esse aliquid, Eclipsis.*

Quo persona accipitur. *16. 17. 18.*

Deus sp. cop. inuictur cor. personas. *17. 18.*

In mores nō sibi fecit. *19.*

asserit. At apostolorum facies erat sanctitas, potestas, Christi familiaritas, & multa maiora, quae nunc in quocunque pontifice inuenias. At nunc potestas Papae sola sufficit. Sanctitas doctorum sola dominatur, ut doceatur quicquid uel libuerit. At certe potestas Papae, cum sit persona quaedam hominis, a deo non respicitur neque sanctitatis opinio, neque scientiae fama; omnia sunt personalia; ideo nec factis firma, ut propterea necesse sit uerum credi, quicquid senserint. Certum est autem, quod nec ipsi apostolis placuerit, iactata eorum persona; ut qui sciret, in domino, non in se aut sua apparente uel potestate uel sanctitate gloriandum. Et nota hanc Paulinam monitionem diligentissime.

NOTA

Mihi enim qui uidebantur, nihil contulerunt.

21.

Non rursus suum Paulo euangelium exposuerunt, & cum eo contulerunt (id enim uerbum conferre, iam dictum est significare) sed nec opus erat. Satis erat, quod approbauerunt, & (ut sequitur) uiderunt sibi creditum praepositum euangelium. Hoc dicit, quo iam autoritate apostolorum quoque, quos illi iactabant aduersus Paulum, recte se docuisse ostendat, & apostolos secum stare, contra iactatores personarum pseudopostolos. Ideo id nunc latius prosequitur.

Sed e contra, cum uidissent, quod creditum est mihi euangelium praepositum, sicut Petro circuncisionis (Qui enim operatus est Petro in apostolatu circuncisionis, operatus & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam, quae data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnae esse, dexteram dederunt mihi & Barnabae societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem, tantum, ut pauperum memores essemus. Quod etiam sollicitus fui, hoc ipsum facere.

22.

Hyperbaton sanctus Hiero. esse putat, & sublati quae in medio interiecta sunt, sic legendum. Sed e contra, dexteram dederunt mihi, & Barnabae societatis &c. Mihi uidetur, more suo defectum orationis facere; rapitur enim interitum, & digreditur in aliam, inserta etiam parenthesi, ac sic non redit ad conceptam orationem. Subaudirem ergo uerbum, ut, sed e contra uiderunt & approbauerunt meum quod ego contuleram. Et cum ex ista collatione uiderent &c. Ecce idem euangelium Pauli & Petri in gentes, hic in iudeos apostolus. Quomodo ergo pseudopostoli Petri & apostolos contra Paulum iactant, qui eadem lapsi sunt? Si aliter sensisset Petrus, Iacobus & Ioannes, quod Paulus Galatas docuerat, corripissent utique. Nunc autem commendat, & dexteram societatis dant. Nondum erat in ecclesia contentiones istae de praerogatiua ecclesiarum & pontificum. Petrus, Ioannes, Iacobus Paulus & Barnabam non designant socios & aequales suos; sed successu temporis & uiciorum (ut Hiero. ait) societas desijt in potestate & praerogatiua. Videt & id hinc hinc spirare, Dexteram societatis, pro dextram socias, uel pro societate firmam da. Nisi id malit, quod non dederit dexteram adorationis exosculandas, pro reuerentiae confessione. Illud uide, quod nihilominus seruat ordinem & reuerentiam dignitatis, Iacobum praepositum Petro, quia episcopus Hierosolymitarum fuit; exteris apostolis euntibus & redeuntibus. Id enim apostolus constituisse scribit, Petrum, Iacobum, Ioannem; ut iuxta doctrinam Christi, minores se facerent, cum fuissent uiuente Christo caeteris priores & maiores. Non dicit, Qui cooperatus est, sed qui operatus est. Intellegit autem id, quod 1. Corinth. xij. copiose describit,

Idem euangelium Petri & Pauli.

De praerogatiua ecclesiarum & pontificum praerogatiua.

Iacobus praepositus.

24.

scribit, quod diuisiones operationum sunt, idem autem deus, qui operatur omnia in omnibus. Sed & græca uox, autore Erasmo, plusq; operari latinè significat, scilicet efficacem uim suam ostendere. Vnde latentem energiam Hieronymus ad Paulinam dicit. Hæc est gratia spiritus, qua diuersa dona & opera multiplicat in apostolis, & cum uirtute perlicet in auditoribus. Vide electum uerborum pensatorem, Euangelium præputi, euangelium circumcisionis, Apostolatus circumcisionis, apostolatus in gentes. Nomina officij & laboris tantu recenser. Euangelium em pro officio euangelij prædicandi nimirum accipit. Et in præputium, in gentes, quod ad gētes hoc officio fungere, Apostolatus uero ipso nomine officiu sonat. At nostro seculo nomina dignitatis duntaxat sunt.

Euangelium enim q̄ contemnatur ab ijs, qui titulo eius uehantur, horrendum esse cogitare, si ælimes quid sit uerbum dei, & quanto pretio paratum, ut reuelaretur hominibus. Non satis erat dicere, cum uidissent, quod mihi creditum esset euangelium, sed addit, cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi. Ministerium uiderunt, gratiam cognouerunt. Quid ita: Nemp gratiam sapientie, qua præ cæteris pollebat in uerbo, & uirtutis, qua inter gentes miracula fecerat, ex uerbo & opere cognita est in eo gratia. Necessarium forte ratus, hæc duo simul ponere, ne officium uerbi suscipiat, qui gratia creat, qua ministerium eiusmodi adimpleat. Multis uidemus credi euangelium & officium apostolicum, sed gratiam non cognoscimus in eis: neq; em uerbo, neq; opere eam possunt indicare. Videbantur columnæ esse. Obsecro, cur non dicit, Erant columnæ: An inuidet eis gloriam: Absit. Sed de re, ut est, loquitur. Esse enim columnam in ecclesia, personale est, & iuxta faciem quæ deus nō respicit. Est enim in uisu & opinione hominum, necessaria quidem ipsa, propter subiectos, sed non res ipsa, in qua sit sitendum. Necessè est esse principes & reges, id est, uideri, & tales in opinione hominum existimari, cæterum personæ sunt mundi & externæ nitæ, intus ubi deus uidet, forte ultimis seruis inferiores. Ita episcopus, sacerdotium, & omnis ordo & status ecclesiæ personæ sunt, non res ipsa solida in æternum. Quare apertissime per uerbum Videbantur, de ijs loquitur, eotra insensatos, qui in personas, non secus ac res ipsas ueras intuenntur. Quare uerbum uidebantur, non accipiendū est, quo nunc usu habetur, dum de re uel falsa, uel apparente dicimus, mihi uideor. Sed simpliciter, uidebantur: id est, habebantur & suspiciebantur pro columnis, & ueræ columnæ erant, quantum in hac uita esse potest: in qua omnia, quæ uidentur, personæ sunt, & externa reum facies. Et hæc eclipica oratio est: Ut nos in gentes, ipsi autem in circumsionem, subaudi euangelizare, aut apostoli essemus; & huic tropo Pauli nō tandem assuescendum est. Non autem sic partiti sunt ministeria ista, ut nullum iudeum Paulus, & nullam gentilem Petrus doceret, cum sint in contrariū utriusq; epistolæ. Ideo aduerbium Tantum, non potest coherere præcedētib; Sed quod (ut Hiero. sentit) utriq; populo suis apostolos mitteret. Genitibus is, qui liberam fidem sine onere legis doceret. Iudeis is, qui legem innotam, propter fidem paulatim alendam, toleraret. Pauperes, quos Rho, xvij, pauperes sanctorum uocat, ij sunt, quibus Iudæi substantias rapuerant propter Christum, ut ad Hebræ. scribit. Aut qui sua bona cōmunia fecerant, ut Actū iij, scribitur. Forte & ij, qui penuria laborabant famis tempore, quæ sub Claudi factam, Lucas in acūs meminit. Certum est autem, q̄ sub Claudio ista conuictor, quæ hoc narrat capitulo, Si calculum duxeris annorum, Cernis autem, quod alterum apostolicū opus sit, sollicitum esse pro pauperibus. Admo-

Mm ij

in ipso, effi  
cacter opera  
ri.

Verborum  
pensator.

In nostrum  
seculum.

Officium cū  
gratia.

Esse in eccle  
sia columnā.

Videbantur;

Eclipsis tro  
pus Pauli.

Pauperes;

Apostolicū  
op' est, sollicit  
ū et de pau  
peribus.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

nendi enim gratia hoc addidisse uideatur, futurum sciens, apostolorum successores alia curaturos quae pauperes. Vnum merito mouere potest, Cur postquam Petro sese aequet, ceteris apostolis tacitis: Quin & Petro apostolatū circumcisionis tribuit, itē ceteris tacitis. Forte quod hic, ut erat primus inter apostolos, ita maxime eum pseudopostoli factauerint ad euangelij inuersionem. Aut iterum futuris monitis prouidit cautionem.

Cum autem uenisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat. Prius enim quam uenirent quidam a Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem uenissent, subtrahēbat & segregabat se timens eos, quia ex circumcissione erant: & simulationi eius ceteri iudei cōsenserūt: ita, ut & Barnabas duceretur ab eis in illā simulationē.

31. Acriter hoc  
apocōgredi  
uol Hierony-  
mus & Aug.  
Annot. 107

Ista est Abel, seu planiciēs magna, in qua acriter congressi sunt illustissimi duo patres, Hieronymus & Augustinus. Hieronymus nixus eo fundamentum, quod Paulus similia fecerit, quando Act. xvj. circumcidit Timotheum propter Iudaeos, qui erant in illis locis: nō utiq; necessitate legis, cum iam (ca. xv.) apostoli statuisent, gentiles non debere oneribus legis premi. Timothei autē pater gentilis fuerat, Et quod amplius est, in eodem ca. docet custodiri dogmata & decreta apostolorum, contra quae ipse eodem tempore circumcidit Timotheum. Item Act. xviij. totondit sibi caput in cenchreis, & habebat uotum. Et ca. xxj. cum uiris quatuor habentibus uotum super se, intrauit templū, & sacrificauit se cum illis, & oblata est oblatio pro eo. Item suo ipsius testimonio, j. Corinth. xij. Factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus. Dicit ergo b. Hieronymus

Annot. 108.  
21.  
B. Hierony.  
109. 12

Qua fronte, qua autoritate audeat hoc in Petro reprehendere, qui circumcissionis apostolus erat, quod ipse apostolus gentium arguitur commississe: Quare putat Paulum simulatoria reprehensione in Petrum usum esse, ut quia Petrus simulatione sua, gratia periculum dederat; Paulus noua (ut dicit) uetus arte pergnandi, noua simulatione, seu contradictionis dispensatione corrigeret. Huic sententiae textus graecus fauere uidetur, ubi secundum faciem, seu in facie habetur. Vt enim Erasmus hic dicit, praepositio kata, cum accusatiuo significat secundum, seu per; cum genitiuo autem, in, seu aduersus. hic autem kata propositio est, id est, secundum faciem, in facie, apparenter, coram alijs, pia scilicet hypocrisis, apud se aliud sentiens. Et illud quod in graeco, non reprehensibilis erat, sed reprehensus erat. Quia reprehensus esse potuit infirmis & ignorantibus, qui tamen reprehensibilis non sit.

kata ὑπόσω  
πρω

B. Augusti.

Beatus August. eo uerbo nititur, quod supra dixit Paulus: Quae autem scribo uobis, ecce coram deo non mentior. Ne si Paulus, quando dicit Petrum reprehensibilem, & se ei in facie restitisse, & eum corripuisse, nō uere haec ita sint facta, citraque simulationem, iam nō uerum dicat, sicut iurauit dicturum. Et mē dacio saltem officioso sit mentius. Ac sic totius scripturae uacillabit autoritas, si in uno loco aliud dicatur, & aliud sentiatur. Necessē enim Petrum fuisse uere reprehensibilem, & uere a Paulo correctum, aut Paulum esse mentitum, quādo eum correxit & reprehendit. Et quanquā sententia B. August. possit eludi per graecum textum, qui non reprehensibilis, sed reprehensus habet, ut & Hierony. subnotat; tamē adhuc uerum est & certum, eum reprehensibilem fuisse, ex facto Pauli, qui irreprehensibile non reprehenderet. \* Sed textū uideamus qui erit optimus in hac re Iudex. Primo certū est, quod Paulus Petrū non reprehendit

Textus Iudex  
optimus.

hendit, quia gentiliter uixisset (ut uult b. Hiero.) tunc enim uere & idem in se ipso reprehendisset, & staret omnino firmiter sententia b. Hiero. qui legalia nō licere putauit, & mortifera esse post passionem Christi. Hic enim defecit san-  
 ctus uir, abductus a maioribus suis aliquot. Sed ideo reprehēdit, quia simul-  
 uit. Simulationē inquit, Petri Paulus nō tulit. Nam hoc approbat quod genti-  
 liter uixerat, & rursum iudaice: sed quod uenientibus iudeis subtraheretur, ac se-  
 gregabat se a cibis gentilium; qua subtractione gētibz & iudeis autor fiebat,  
 gentilia esse illicita, & iudaica necessaria; cum tamen sciret utraqz esse libera &  
 licita. Vnde & textus indicat, Petrū nō ignorasse hæc esse libera, quia prius (in-  
 quit) cum gentibus edebat. Item timēs eos, qui a Iacobo uenerāt; timore ergo,  
 non ignorantia hæc fecit. Non enim dicit Paulus: Quare tu gentiliter uiuisti?  
 Nec dicit: Quare ad iudaismum reuerteris? Vtraqz licuit facere, sed quare cogis  
 gentes iudaizare. Coactio ista per simulationē & subtractionē reprehensibilis  
 erat, quia gentes & iudei credebant, esse iudaica necessaria, & gentilia illicita.  
 Sic non queritur ceteros iudeos consensisse in cibum, uel gentilem uel iudē  
 (sciebant enim esse licitum) sed in simulationē Petri, coactionē gentium & iu-  
 deorum ad iudaismū, ut necessarium. Item non queritur Barnabam edisse cum  
 eis iudaice uel gentiliter, sed abductum in eandem simulationem, & coactio-  
 ni gentium & iudeorum ad iudaismū consensisse. Igitur cōtra necessitatem  
 pro libertate pugnat Paulus. Sola enim fides Christi necessaria est, ut iusti si-  
 mus; cetera omnia liberrima; neqz præcepta amplius, neqz prohibita. Si ergo  
 Petrus recta fronte utraqz fecisset, non fuisset reprehendus; Sicut Paulus  
 utraqz cum fiducia fecit. Ad Hierony. ergo dicimus, quod admittendū sit in  
 græco, Reprehensus ad eos pertinere, qui Petrus apud Paulū accusarūt, quod  
 ab eis se subtraxerat, & Paulum in hanc reprehensionē Petri cōmouerūt; fuit  
 tamen uere reprehēdibilis. Porro an Petrus in hoc peccauerit (ut uocāt) mor-  
 taliter, uiderint alij. Hoc scio, quod nō, qui tali simulatione cogebatur ad iudaismū,  
 nisi fuissent per Paulum reducti, perissent; quia non in fide Christi, sed in  
 operibus legis iustificari cœperūt. Ideo Petrus cū ceteris præbuit efficax scan-  
 dalum, nō morum sed fidei, & æternæ damnationis. Nec Paulus tam fiden-  
 ter restitisset, si leue & ueniale periculū hic fuisset; conqueritur enim, euangelij  
 ueritatem fuisse desertam. At ueritatem euangelij non sequi, tam infidelita-  
 tis crimen est. Non mihi placet studium illud in sanctos nimis excusandi &  
 effertendi, præsertim si in sacra scripturæ uim uergat. Melius est, Petrū & Pau-  
 lum in infidelitatem lapso, immo anathema haberi (ut supra dixi) qz unum  
 jota euangelij perire. Iam quod græce Kata prosopon, in facie, putatur ad si-  
 mulationem Pauli asserendam ualere, nō probo. Non simulabat Paulus, sed  
 ex corde pleno restitit simulationi Petrinæ noxiæ. Et in facie, idē est, quod co-  
 ram omnibus, seu in manifesto, ut beatus Ambrosius quoqz exponit, sic infra:  
 Dixi Cephæ coram omnibus. Sic enim supra dixi, faciē (more scripæ) signifi-  
 care id, quod in manifesto est, & contrarium abscondito; ut illic homo uideat  
 ac iudicet, hic deus. Quo uerbo non procauitatem ac superbiam suam pro-  
 dit, ut insipiens Porphyrius criminatur, sed necessitatem & summam mode-  
 stiam. Nec enim reprehendit Petrum, donec ceteri omnes consenserunt, dein  
 de & Barnabas socius suus quoqz esset abductus, ac iam nullus prorsus reli-  
 ctus, qui pro ueritate euangelij stare, & illorum factum sanæ autoritas fiebat,  
 contra libertatem euangelicam. Modestis debetur, quod non mox reprehē-  
 dit, sed omnes prius abducti permisit. Necessitati autem quod euangelij tam

Defectus san-  
ctus Hiero.Coactio per  
simulationē  
reprehensibilis

32.

Ad Hiero.

Petrus scanz  
dalum fidei  
præbuit.

NOTA

kata proso-  
pon, in facieFactū nō fuit  
autoritas cō-  
tra euangelij

Mm iij peribat



peribat. Aut si pertinaciter in uerbi graeci statum, quod secundū faciē omni nō significet secundū apparentiā: ut Ioan. vii. Nolite iudicare secundū faciē, adhuc nō cogit simulationē in Paulo fuisse. Sed iste potius erit sensus, quod ex animo quidem restitit, externo uerbo obliuiscens, sed non ex corde maligno.

Quo modo Ecclesial. vii. Filiz tibi sunt, serua corpus earū; & nō offendas hī larem faciē tuā ad eas. Sic parentes sunt asperi filijs secundū faciē, non ex corde, nec tamen simulatorie. Et quilibet Christianus seruata cordis dulcedine & unitate, corriperere fratrem & dissentire ab eo debet. Sed & de ipso deo dicitur Thren. iij. Non enim humiliavit ex corde suo, & abiecit filios hominū. Quis autem dicat, deum simulare flagella, & abiectiones hominū: Ita Paulus uera reprehensione Petri corripuit; durus in faciē, dulcis in corde erga Petrū. Veritasq; culpa Petri, & reprehensione dignissima, & in neutro simulatio, qualem d. Hierony. putat. Prior autem erat simulatio illa, qua rogabat Petrus, iudaica & legalia seruari. Quæstio.

Quando Petrus infirmorū scandalum ueritas, pia cogitatione se subtraxit, Quid faceret Paulus, si in eodē euentu utrinq; essent infirmi, tam gentiles, q̄ iudæi; cui cederet: Nam scorsim singulis consentire, nullā habet perplexitatem. Si enim cum iudæis ederet, gentiles offenderet sicut Petrus. Si cum gentilibus, iudæos offenderet, sicut Petrus hic timuit. In hoc euentu euangelica ueritas seruanda est, & reddita ratione exponenda: sicut Paulus hoc loco facit, corā omnibus arguens Petrū; & licetū asserens, gentilitate uiuere, & supra, qm̄ Titū gentile nō permisit circūdi, nec cessit ad horam. Si autē hic iudæi infirmi nos laui sequi, dimittendi sunt. Melius est unam partem, cum euangelij ueritate seruari, q̄ utraq; partem, una cū euangelio perire. Hunc autē locum apostolus,

37. **Quæstio.** Quando Petrus infirmorū scandalum ueritas, pia cogitatione se subtraxit, Quid faceret Paulus, si in eodē euentu utrinq; essent infirmi, tam gentiles, q̄ iudæi; cui cederet: Nam scorsim singulis consentire, nullā habet perplexitatem. Si enim cum iudæis ederet, gentiles offenderet sicut Petrus. Si cum gentilibus, iudæos offenderet, sicut Petrus hic timuit. In hoc euentu euangelica ueritas seruanda est, & reddita ratione exponenda: sicut Paulus hoc loco facit, corā omnibus arguens Petrū; & licetū asserens, gentilitate uiuere, & supra, qm̄ Titū gentile nō permisit circūdi, nec cessit ad horam. Si autē hic iudæi infirmi nos laui sequi, dimittendi sunt. Melius est unam partem, cum euangelij ueritate seruari, q̄ utraq; partem, una cū euangelio perire. Hunc autē locum apostolus, q̄ uellem cunctis Christianis esse cognitissimū, præsertim religiosi, clero, & non paucis superstitiosis, qui propter leges pontificias, aut sua statuta, nō raro subuertunt euangelicā & fidē & charitatē. Nec tantū habent iudiciū, ut si postea lex fraterna charitas, omittat onera sua, nisi denuo per pecunias emerint & dispensationes & indulta. Cum nec pontifices, nec ecclesia possit quicquā statuerē, nisi quatenus libera permittat charitas, mutuaq; beneficētia. Si enim aliqd̄ possit pontifex dispensare, & causa uel utilitatis, uel honestatis, aut, que maxima est, charitatis subsit, iam nō egēs dispensatione, nisi tua propria. Nec em̄ lex hominū hucusq; peruenire potuit, ut in his causis te uel pelo ligaret, sed ex ceptas semper habeat has causas, Velit, nōlit. Quod si cause hæc nō subsint & solam libidinē tuā sequeris, certe pontificis dispensatio, tuā & ipsius dissipatio & perditio erit. Heu quot carnificinas conscientiarū in ecclesiā inuexit ignorantia ista legis dei, & legum hominū. Non possum omittere nobilē illam historiam ad hanc rem maxime pertinentē, De S. Spiridone Cypri episcopo, ex- 39. **Spiridone** **nobile factū,** tar lib. j. tripertite, quod in quadragesima suscepto peregrino, cū aliud nō haberet, apposuit carnes porcinas, orans tamen primū, ac uensā petens a deo; cum autē hospes refutasset, & Christianū se p̄fessus esset; propterea (inquit) magis nō debes refutare; omnia enim munda mundis, sicut sermo diuinus edocuit.

Non quod uelim præcepta maiorum contemni ullo modo, sed recte intel- 40. **Notandum** **Notandum** ligi; quod ubi necessitas uel charitas contrarium obtulerit, ibi (præsertim accedente consilio confessoris uel boni uiri) p̄ta humilitate & reuerentia debet præceptum eiusmodi infringi. Ut non sit necesse confessionalia illa & indulta uendi & emi; Nam nisi alia causa tibi licuigrit leges infringere, nulla dispensatio, nullum confessionale, nullum indultum per se tibi satis foret. Si

Dissentire a fratre.

Paulus uere Petri corripuit.

37.

Solentio

38.

Notabile.

39.

Spiridone nobile factū,

Notandum

Estimari fortissimum Non iudicandum pro Paulum

Nota

Supponitur

Trio j.

Nota

est. Si autē alia causa fuerit, iam illis nō indiget, ut dixi. Ego tamen pontifices monerē, ut aliqui ecclesiarū periculis miseri, tollerent tandem leges suas, quibus uidemus, nihil nisi cōficiētias illaqueari, aut pecunias explicari, insuper & fiduciam Christi penitus suffocari: id est, ueros Christianos extingui, & ecclesiam hypocritis & idolis repleri.

Cum autem uidissem, quod non recte ambularent ad ueritatē euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cum iudæus sis, gentiliter uiuis, non iudæice, quomodo cogis gentes iudaizare?

Prodit Paulus Petrum, & reteggit etus simulationē (nam hanc solam arguit) simulabat se Petrus, nō uiuere gentiliter, sed iudæice. At Paulus, immo (inquit) gentiliter uiuis, & uixisti, & nunc aliud simulas: & hac simulatione cogis gentes non gentiliter, sed iudæice uiuere; & ita in seruitutē legis urges. Ex quo per spicuum sit, Paulum non fuisse a d. Hierony. satis intellectū. Nam Hierony. eam simulationē intelligit, qua Petrus propter iudæos iudaifabat, seruans legem, quam non licebat seruare. At hanc Paulus nō arguit, nec curat: sed eam, qua simulabat & segregabat se a gētilibus ecclis, quasi nō liceret eis uti: hæc enim erat euangelio periculosa, non illa. Fuerunt qui hunc Cephæ, alium quendam ex lxx. discipulis fuisse assererent, ut est in Ecclesi. historia Eusebij. Sed hoc erudite & potenter conuellit d. Hiero. Peruerso enim studio uoluerunt Pe-

Consilium

Peruersum studij plani cōtra.

Hic Paulus Petro superior

In quo sita unitas ecclis

Cephe.

Error decreti

xij. 2. 2.

tro patrocinari, cū Paulus dedita opera hæc ad Galatas scripserit, ut obtunderet os detrahētū sibi, quod sua doctrina esset Petro postponēda. Cōtra (inquit) nō ex hominibus, sed ex deo, insup nō solum probata fuit per Petrum & apostolos, sed & ipse Petrus per eā correctus, ut iam non reliquā haberent, quod Paulo oggannirēt, quando & Petrus lapsus fuerit in ueritate euangelij: libertatem, quam sibi uendicabat alijs, timore iudæorū subtrahens, ac per hoc iniqua cum eis agens. In qua re, nimirū Paulus superiorē se Petro ostendit. Nec ista superioritas (ut dicitur) inflationis causa fuit. Quia persona hominis est, quam deus non respicit, super qua tamen horrenda discordia olim Rho. & Constan. tinopol. sedes contenderūt, tanquā re ad ecclesiam sola necessaria. Quasi unitas ecclesie sita sit in persona hominis, & potestate præcellente, ac nō potius in fide, spe, & charitate in spiritu. Illud quoque omittendū non est, quanquā tritum & uulgare, quod Cephe auctore Hiero. hebreum, immo Syrum idem sit, quod Petrus seu Petra græce, saxum uel soliditas latine, ut & decreta indicāt, ex Leone & Ambrosio sumpta. Errat ergo decretū Nicolai (si titulus nō mentitur) quod Cephæ sit idem quod caput, ut Petrus anxia illa affectione caput ecclesie præter Christū faciat. Cephale græcū, caput significat, non Cephe Syrum,

Nos natura iudæi, & non ex gentibus peccatores.

Comparat iudæos & gentes. Nos inquit natura iudæi, in legali iustitia excedimus quidem gentes, qui peccatores sunt, si nobis conferantur, ut qui, nec legem, nec opera eius habeant, uerū non in hoc iusti sumus coram deo. Externa est ista iustitia nostra. Et hanc sententiā, copiosissime tractat Rho. j. & ij. ubi primū gētes declarat maxios peccatores fuisse: sed in. ij. ca. ad iudæos uertens, etiā si tales nō sint, quales gētes descriperat, nihilominus peccatores asserit quod legē foris nō intus seruauerint, & in lege gloriātes, quod legis transgressionē deū thonorauerint.

Scientes autē, quod non iustificatur ex operibus legis, nisi per fidē

leſia

Iesu Christi: & nos in Christum Iesum credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.

Iusti (inquit) sumus, sicut natura iudaei: Non peccatores, sicut gentes, sed iustitia operum legis, qua nullus iustificatur coram deo. Ideo & nos, sicut gētes, iusticia nostra pro stercore ducta, per fidem Christi iustificari quærimus; iam simul peccatores cū gentibus, simul iustificati cū gentibus: quando deus nihil discriminet (ut Petrus Act. xv. dicit) inter nos & illos fide purificans corda illorū.

Verum hic locus, quoniam absurdus videtur ijs, qui Paulinæ theologiæ non domo assueverunt. Quando & d. Hierony. non nihil sudat in hac intelligentia, latius prosequemur, eadē quæ supra coepimus, de paternis traditionibus. Nec video inter extantes auctores, qui ad hanc sententiā fatiscit, præter unum Augustinū. Nec hunc in omnibus locis, sed ubi cum Pelagianis gratiæ dei hostibus pugnat. Hic facili tibi & aperti faciet Paulū. In primis itaq; sciendū, quod homo dupliciter iustificatur, & omnino contrarijs modis. Primo ad extra, ab operibus, ex proprijs uiribus: quales sunt humanæ iusticiæ, usū, ut dicitur, & consuetudine comparatæ. Qualem describit Aristoteles, aliq; philosophiæ: Qualem leges ciuiles, & ecclesiasticæ in ceremonijs: Qualem dictamen rationis, & prudentia parit. Sic enim putant, operando iusta, iusti fieri; temperado temperatū, & similia. Hanc facit & lex Mosi, ipse quoq; decalogus: scilicet ubi timore poenæ, aut promissione mercedis seruitur deo, non iuratur per nomen dei, honorantur parentes, non occiditur, nō rapitur, nō adulteratur, &c. Hæc est iusticia seruilis, mercenaria, ficta, speciosa, externa, temporalis, mundana, humana; quæ ad futurā gloriā nihil prodest, sed in hac uita recipit mercedē, gloriā, diuitias, honorem, potentiam, amicitiam, sanitatem, aut certe pacem, ac tranquillitatem, minusq; malorū, q̄ nī, qui fecit agunt: sicut Christus pharisæos describit. Et beatus Augusti. Rhomanos lib. j. ciui. viij. Hæc mire fallit, etiam sapientes & magnos uiros, nisi in sacris literis fuerint eruditi. Hanc

46. Iusticia humana.

47. Iusticia dei & uera.

48. Nomen dei.

49. Nomen nostrum.

Hic, q̄, uocat cisternam dissipatam quæ nō continet aquam; & tamen (ut ibi dem dicit) facit, ut præsumat se sine peccatis esse. Et omnino similis est acubus ijs, quos uidemus a simia fieri, æmulatione hominū: aut quos personæ in scenis & ludis ostentant; atq; omnino hypocritarum & idolorū propria est. Ideo in scripturis uocatur mendaciū & iniquitas. Inde nomen Bethaen, domus iniquitatis. Ex horum genere sunt & hodie, mentium illi deceptores, qui libero freti arbitrio, bonam (ut aiunt) formant intentionem, & actum diligēdi deum super omnia, ex naturalibus elicito habentes, mox gratiam dei sese obtinisse se perditissime præsumunt. Hi sunt, qui hemorrhoidiam (id est, peccatricē conscientiam) operibus sanare laborant, & consumpta substantia, peius habere faciunt. Secundo, ab intra, ex fide & gratia: ubi homo de priore iusticia profusus desperans tanquam ab immūdiæ menstruatæ, proruit ante deum, gemēs humiliter, peccatoresq; sese confessus, cum publicano dicit; Deus propitius esto mihi peccatori. Hic, inquit Christus, descendit iustificatus in domum suā. Hæc enim, quia est aliud nihil, q̄ inuocatio nominis diuini. Nomen autem dei, est misericordia, ueritas, iustitia, uirtus, sapientia, suiq; nominis accusatio. Est autē nomen nostrum, peccatum, mendacium, uanitas, iusticia; iuxta illud Omnis homo mendax, uanitas &c. omnis homo uinens. Inuocatio autem nominis diuini, si est in corde, & ex corde uere facta, ostendit quod cor & nomen dñi sint unū simul, & sibi coherentia. Ideo impossibile est, ut cor nō par-

scipet

scipiet, eiusdem virtutibus, quibus pollet nomen domini. Cohæret autē cor & nomen domini per fidem. Fides autem per uerbū Christi, quo prædicatur nomen domini, sicut dicit: Narrabo nomen tuū fratribus meis: Et rursum. Ut annunciet in Sion nomen domini. Sicut ergo nomen domini est purum, sanctum, iustum, uerax, bonum &c. Ita si tangar, tangaturq; corde: quod sit per si dem omnino facit cor simile sibi. Sic fit, ut credentibus in nomine domini, donentur omnia peccata, & iustitia ei imputetur, propter nomen tuum domine, quoniam bonū est: nō propter meritum ipsorum, quoniam nec ut audirent, meruerūt. Iustificatio autē sic corde per fidē, quæ est in nomine eius, dat eis de potestate filios dei fieri, diffuso mox spiritu sancto in cordibus eorum: qui charitate dilatet eos, ac peccatos hilaresq; faciat omnium bonorum operatores, omnium malorum uitiores, etiā mortis contēptores & inferni. Hic mox cessant omnes leges, omnium legū opera, omnia iam sunt libera, licita, & lex per fidem & charitatem est impleta. Ecce hoc est quod Christus nobis meruit, scilicet prædicari nomē domini (id est misericordiā, ueritatē dei) in quod qui crederet, saluus erit. Igitur si te conscientia uexat, & peccator es, & queris fieri iustus: quid facies? An circūspicies, quæ nam opereris, aut quo eas? Non. Sed uide, ut nomen domini uel audias, uel recorderis: hoc est, quod deus est iustus, bonus, sanctus: & mox huic adhære, firmiter credens eum esse tibi talem, & simul tu iam talis es, similis eius. Verum nomen domini nusquā clarius uidebis, q̄ in Christo, ibi uidebis, q̄ bonus, suauis, fidelis, iustus, uerax sit deus, ut qui p̄prio filio suo nō peperit. Hic te per Christū trahet ad seipsum. Sine hac iustitia impossibile est, cor mundū esse, ideo impossibile est, iustitiam hominū ueram esse. Hic enim assumitur nomē domini in ueritatem, illic assumitur in uanitatem, quia hic deo gloriā, sibi confusionem, illic sibi gloriā, deo cōtumeliā, reddit homo.

Hæc est uera cabala nominis domini, nō tetragramati, de quo ludæi superstitiosissime fabulantur. Fides inq; in nomen domini, est intelligentia legis, finis legis, & prorsus omnia in omnibus. At in Christum posuit hoc nomen suum, sicut per Moysen prædixit. Hæc est iustitia liberalis, gratuita, solida, in tera, æterna, uera, celestis, diuina. Quæ in hac uita, nihil meretur, neq; accipit, neq; querit. Immo, cum sit in Christum, & nomen eius (quod est iustitia) sit ut Christi & Christiani iustitia, sit una eademq; ineffabiliter sibi cōiuncta. Christo enim scaturit & ebullit, sicut dicit Ioan. iij. Aquam, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis, in uitam æternam. Ita fit, ut sicut alieno peccato omnes facti sunt peccatores, ita aliena iustitia, omnes sunt iusti. ut Rhoma, v. dicit. Sicut per inobedientiam unus hominis, peccatores constituti sunt multi: ita per unius hominis Christi iustitiam, iusti constituti sunt multi. Hæc est illa misericordia per omnes prophetas prædicta. Hæc benedictio, Abrahæ & semini promissa: ut infra uidebimus. Nunc reuertendo ad textum uisum, q̄ recte Apostolus dicat: Sciens, quod ex operibus legis, non iustificatur homo, nisi scilicet ex fide Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Iesu Christi, & non ex operibus legis. In quibus uerbis, utraque hanc iustitiam designat, & priore reprobata, posteriorem amplectitur. Ita & tu facias charissime frater: addi primum, quod Iesus significet salutem, & Christus unctio nem misericordiæ. Et inauditam hanc salutem, & misericordiam crede firmiter, & iustificaberis. Hoc est, Crede eum tibi fore salutē & misericordiā: & ita erit sine omni dubio. Quo circa, satis impie & nimis generaliter docetur, quando remissio peccatorum, per satisfactiones, per contritiones

NOTA

Quid facient  
aut peccator  
ut fiat iustus.

Vera Cabala.  
Fides in no-  
men domini

NOTA

Quæritur 794

tritiones coactas fieri docetur: hac fidei in Christi doctrina prorsus omiſſa, ut nunc uulgus ſententiaſtrorū theologiar. Notandū tamen hic, q̄ opera legis apoſtoloſ nō reprobat, ut & d. Hierony. hoc loco docet, ſed ſiduciam operum legis; hoc eſt, opera nō negat, ſed negat per ea quē q̄ iuſtificari poſſe. Vnde cū emphaſi & epitaſi uerbuſ apoſtoli legendū eſt, quando dicit: Non iuſtificatur homo ex operibus legis. q. d. Admitto fieri opera legis, ſed dico eis, non iuſtifiſi ficari hominem, niſi coram ſe & hominibus, & pro huius uitæ mercede. Sint opera legis, modo ſciatur ea eſſe coram deo peccata, & iam non uera opera legis. Ac ſic funditus deſtruit iuſticiæ noſtræ ſiduciam. Quod ultra omnia opera legis, hōge alia iuſticia opus ſit, nempe operibus dei & gratiæ. Item & hoc obſeruabis, q̄ opera legis generaliter dicit, nō tantū ceremonialia, ſed prorsus omnia, etiam decalogi. Quia & ipſa extra fidem & iuſticiā ueram dei facta, nō ſufficiunt, tum falſam ſiduciā hypocritis in ſpecie ſua præſtant. Deſperant ergo omnino ab omnibus uiribus, operibus, legibus, uolenti ſaluari.

Abrahæ filius, aut semen, nisi pmissus, & fide acceptus; Et tam longe ante gloriam iudæorum fuisse contusam, qua de carne gloriantur patrum: Tropus ille (esse ex fide, esse ex operibus) credo satis tam notus sit. Sunt ex fide, qui credunt & infra. Sunt ex operibus legis, qui operantur. Eiusdem generis sunt, esse ex lege, ex circūcisione, & similia apud Paulum. Sed non leuat apostolus regulas dialecticæ consequentiæ. Dicit enim, spiritum tributum, & virtutes factas ex auditu fidei. Et hoc probat, quia sic Abrahæ fides est reputata ad iustitiam. Ergo ne fidem reputari ad iustitiã, est spiritum accipere? Aut ergo nihil facit, aut accipere spiritum, & reputari ad iustitiã, idem erit. Quod & uerum est, & ideo refertur, ne diuina reputatio extra deum nihil esse pueretur; ut sunt, quibus uerbum apostoli gratia, magis fauorẽ quã donum significari putatur. Nam fauente & reputate deo, uere accipitur spiritus, donum, & gratia. Alioquin ab æterno gratia fuit, & intra deum manet, si tantummodo fauorẽ significat, eo quo in hominibus modo fauor est. Deus enim sicut diligit te ipsa, nõ uerbo tantum; ita & fauere præsentem non tantum uerbo. Nec ista ratio consequentiæ uidetur ali qua esse, quod dicit, Abraham credidit, ergo qui ex fide sunt, filij Abrahæ sunt. Posses eadem dialectica dicere; Abraham genuit ex uxore filium, aut comedit, aut aliud fecit; ergo qui idem facit, est filius eius. Dentque iudæis sua sententia firmabitur, Abraham est circūcisus, ergo circūcisus erunt eius filij. Verũ apostolus ad Abraham respicit, quando Isaac (qui ei solus in semen promittatur) fidei merito obtinuit. Non enim de fide cõmendatus est, quando Ismael genuit; sed tunc pater fidei institutus est, & multarum gentium, quando uerũ filium suum & legitimum semen accepit. Ideo Isaac nõ tam carnis, quã fidei filius est. Abrahæ caro non potuit, sed fides Abrahæ eum genuit, tamen ex carne sua. Quare non tam Abrahæ, quã credentis deo promittenti filius est. Ideo tot uerbis agitur in Gen. ut describatur promissio seminis; & fides Abrahæ in eandẽ, & appellatio seminis in Isaac, sic promissi & crediti; ut ostendatur Abrahæ nõ esse filios, qui ex carne, sed qui ex fide ei nascuntur. Ideo quod breuiter dixerat, iam latius prosequit, quomodo sint filij Abrahæ, qui ex fide sunt, propter, scilicet promissionem, quæ super Ismael non contigit. Ideo nec in semen ei reputatus est.

Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus: præ nunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes.

Prouidens, id est, longe ante uidens. Scriptura, id est, spiritus in scriptura; Si id, quod hic dicitur, Benedicentur in te omnes gentes, acceperimus pro eo, quod Gen. xij. scribitur, laborem nobis apostolus præbet; non illum solum, quo b. Hierony. laborat, quod apostoli sensum magis quã uerba adducant; Sed illum potius, quod eo tempore Abrahæ nõdum erat de filio promissum, nec de fide cõmendatus ipse, quod c. xv. contigit. Proinde Hiero. accipit istud Gen. xxij. ubi post tentationem Abrahæ dicitur; Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. Apostolus autẽ hoc loco, non in semine tuo sed in te, dicit sicut Gen. xij. dicitur. Et ego Hiero. secutus, puto apostolũ breuitatis studio omisisse, in semine tuo; cum statim infra utrumque positurus esset, Abrahæ autẽ (inquit) dictæ sunt promissiones, & semini eius. Et ita uerum est, in utroque Abraham, & in semine eius promissionẽ factam. Non refert autem, utrum hic dixerit. Cum igitur hæc dicta sint ad Abraham, non qualem cõp. aut carnalem; sed iam credentem, obedientem, spiritualẽ, & omnino alium hominem

Apostolus nõ se  
statim dialecticam.

Gratia donũ  
signat, nõ tã  
lauorem.

Vide rationẽ  
consequentiã.

Fides Abrahæ

Apostolus omisit  
in semine tuo.

Filius Abrahæ  
credentes, obediẽtes, & spirituales.

hominem

hominem, deniq; habentē promissionē: Sequitur, quod scriptura nos uoluerit docere, nō esse filios Abraham, nisi qui talis & huius Abraham filij & semē essent a deo, ut etiā illi fierent filij, qui de carne eius nō essent, sed gētes, ut hic dicit. Quod deus iustificet gentes ex fide, ut scriptura prouiderat, & Abraham pronunciauerat. Ergo in Abraham benedicimur, sed in quo Abraham? Credente utiq;. Quod si extra Abraham sumus, maledicemur potius, etiam si in Abraham carne fuerimus. Quia de Abraham carne nihil agit scriptura. Sūt ergo in Abraham, qui credunt deo sicut Abraham.

Igitur qui ex fidē sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

Obserua epitheton Abrahamē *Fideli*; cum credente Abraham benedicentur, non cū carne generante, aut alia faciente. Nō enim scriptura ei tribuit filios, aut semen, nisi credenti. Qui ergo sine fide sunt, patris sui imaginē & hereditatem non referunt, ergo nec filij quidē sunt, nisi spurij. Sed adhuc obstrpet argutus quispiā, nec sic ratio consequentię stabit, Abraham credit, ergo credentes sunt filij eius. Quia per fidem Abraham meruit quidem filium & semen; sed nō hinc sequit, filios eius oportere credere. Alioquin & omnia quę credendo meruit, necesse erit, ut credant, aut Abraham nō erunt. At iam necesse erit, terram Cananeā credere. Sat ergo est, Abraham credidisse, & filios meruisse; sed nō ideo filios oportet esse credulos. Respondet, Primū, quod apostolus Galatis, ut rudiōribus satis esse credit: si filios Abraham esse non posse sci ant, nisi sint similes eidem. Profundiorē huius mysterij rationē, quam Rho, x. profertur, consulto hic pretermittit. Nam uere non sunt filij Abraham, nisi promissionis filij. Cum autē diuina promissio & predestinatio fallax nō possit esse, sine difficultate & cōsequentiā infallibili erit, ut omnes sint fideles, qui promissi sunt: ut sic fides promissionum stet, nō necessitate operum & fidei illorum, sed firmitate diuinę electionis. Hoc loco satis erat imitatio Abrahamē cōmēndare, nō promissionis & predestinationis sublimitatē inculcare. Ideo quāuis consequentia illa non iter: Abraham credit, ergo filij eius credent, nisi dum promissionis filios (qui non in sua, neq; Abraham iustitia firmabuntur, sed in electione dei; nec ideo credent, quia filij Abraham erunt; sed ideo filij Abraham erūt quia credent certissime, ut qui a deo donabunt, Abraham non mendaciter promittente) consideres; tamen hæc stat: Abraham credidit, ergo filij eius debent credere, si uolunt esse filij. Hoc inquam, satis erat Galatis insensatis, Rhomanis sapientibus alia debebent. Itaq; sunt filij Abraham, qui credunt; nō alij.

Quicūq; enim ex operibus legis sunt, sub maledictio sunt. Scriptū est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quę scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

Dixerat, benedictos esse eos, qui ex fide sunt. Iam alio argumento, & a contrarijs assumpto, maledictos dicit, qui ex operibus sunt. Vide autem mirabile syllogismum apostoli. Adducit ex Deutero, c. xxvij. Esse maledictos, qui nō faciunt ea, quę scripta sunt in libro legis. Ex qua negatiua, colligit affirmatiuam hæc: Maledicti, qui operantur opera legis. Nonne hoc affirmat, quod Moses negat? Et quo maior sit absurditas, suam affirmatiuam, p. Mosi negatiuā probat. Diceret aliquis Festus Portius; Insanis Paule, multæ literæ te ad insaniam conuertunt. Quid ergo dicemus; An benedicti sunt, qui nō operantur legis opera, etiam tanto apostolo doctore? At Moses dicit: Maledictos, qui non

O o ij faciunt

29.  
30.  
Non credentes spurij.  
Sophista eius dicitur

31.  
Filij Abraham promissionis filij.

Nora conferentiam.

33.  
Mirabilis est logicus apd

Quæstio.  
Solutio.



34. faciunt. Restat itaq; ut iam supra diximus, quod quicumq; extra fidem sunt, operantur quidem opera legis, sed legem non implent. Opera enim legis, similia opera sunt. Sicut & infra ca. vi. dicit. Neq; enim qui circumcidunt, legem custodiunt. Et, v. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est uniuerse legis factura. Ecce nihil implet de lege tota, q; circumcidit se; ergo neq; si ullum aliud opus legis faciat. Consequens est, ut Moses eo uerbo omnes homines sub maledictione coegerit; & cum dicit: Maledictus omnis &c. idem uoluerit, ac si diceret: Nullus hominum hæc faciet, quæ scripta sunt; ideo omnes erunt maledicti, egentes redemptore Christo. Igitur apud apostolum & ipsam ueritatem fixum est, quod operantes opera legis, non implent legem: Et facientes non faciunt. Sicut audientes non audire, & uidentes non uidere Christus dixit.

35. Operantes  
op. legis, nō  
implent legē.

36. In neutralen  
tes theologij  
titas. // f. n.

Videntur enim sibi legem implere, & opera legis facere: sed simulat potius, di sine gratia nec cor, nec corpus mudare possunt, ideo immundis nihil esse mundum necesse est. Iam puto neutralentes meos, hoc loco satis confoslos, qui opera quædam neutralia, & in genere morum bona finxerunt. Hic apostolus legis opera maledictæ legis inquam dei, quæ utiq; meliora fuerunt, q; dicuntur naturalis. Et ipsa adhuc stertentes faciunt securos. Ad dicunt apostolum loqui de legibus ceremonialibus, quæ iam sunt mortifera. Contra ceremonialia, nec sunt, nec fuerunt unquam mala, sed fiducia eorum, ut b. Augu. docet. De inde quod apostolus de omnibus legibus loquatur, patet: quod etiam querunt ante Hieronymi uerbis Mosi addiderit omnis, & omnibus in quibus, quæ in libro legis scripta sunt. Fortissime autem quod statim dicit, Christum nos redemisse a maledictione legis. At gentes nunquam fuerunt sub maledictione ceremonialis legis. Ergo omnes redempti sub maledictione legis fuerunt. Sicut enim ante quocumq; dixi, parum præstitisset Christus, si a circumcissione, sabbatis, uentibus, cibis, lotionibusq; nos liberasset; & non multo magis a grauioribus legis peccatis, concupiscentia, cupiditate, ira, impietate. Tum uere non fuisset saluator animarum, sed corporum: quod hæc omnia corporalia fuerunt. Vere itaq; peccatum & maledictum opus est cuiuscumq; legis, si extra fidem, id est, extra puritatem cordis, innocentiâ, iustitiâ, fiat. Illud lectoris iudicio relictum uolo, An idem, uel diuersum sit, quod Paulus dicit, Qui ex operibus legis sunt. Et quod Moses, Qui non permanserit (seu ut heb. est) firmauerit omnia &c. ut faciat ea. Fortasse aliter est, facere opera legis, & aliud facere ea, quæ scripta sunt: Vt sit facere q; scripta sunt, idem quod implere. Et facere opera legis, idem quod simulare, quibusdam externis operibus, impletionem. Sicut Christus dicit: Quid uocatis me dominum, & non facitis quæ dico uobis. Et Rhoma. ij. Non auditores, sed factores legis iustificabuntur. Certum est enim, quod maledictio utriusq; manet: & ijs qui non faciunt, ut Moses dicit: & ijs qui sunt ex operibus legis, ut apostolus dicit. Ideo omnino tropus est Pauli (ut dixi) eos q; operant opera legis non facere quæ scripta sunt in lege: in qua nimirum fides scribit. Hæc sola facit omnia legis.

37. NOTA

plu. q. 10.

Fides.

38. Facere ea, q;  
scripta sunt.  
Facere opes  
re legis.

f. n. 2

Sola fides  
oia legis facit

Quod autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuet.

39. Hæc est subsumptio explicaturum uerbum Mosi adductum, ac si dicat: Audis ex Mosè, maledictum esse eum, qui non fecerit ea, quæ scripta sunt. Et ego pariter assumpsi, tales esse qui ex operibus sunt; utrunq; ita esse illud conuincit, quia apud deum in lege non iustificabitur ullus, si non iustificabitur coram deo, tam non facit quæ scripta sunt. Quod si hoc est, uere maledictus est, si enim, qui facit quæ

quæ scripta sunt, iustificabimur. At quod operatores legis non faciunt, ex eo sane probatur: Quia iustus ex fide uiuet, Abacuc. ij. Si hic scriptura uera est, sicut oportet: Et opera legis sine fide sunt, mortua nimirum sunt, & iniustus est, qui facit ea. Si iniustus, ergo non facit quæ scripta sunt. Hic uelim & illud, in lege, pro, per legem, seu lege dici: ut sit sensus, per legem nemo iustus erit apud deum, ut opera legis simul includat.

Lex autem non ex fide.

Hoc est quod dixi, ideo lege neminem iustificari, quia sola fide iustificabitur iustus. At lex & fides non sunt idem. Nec ipsa, nec opera eius, sunt ex fide, neque cum fide. Proinde coram hominibus iusti sunt, sed non apud deum, ut sequitur.

Sed qui fecerit ea, homo uiuet in illis.

Hoc uerbum ex Leuit. xvij. adducit & Rho. x. Est autem apostoli sensus, lex non uiuificat, nec iustificat coram deo: qui autem fecerit ea, quæ legis sunt uiuet ut homo in illis: hoc est, euadet poenam legis, acquireret præmium legis, sed non uiuet in deo, nec ut filius Abraham. Quare nim uerborum expendit. Homo uiuet in operibus legis, qui tamen mortuus est apud deum. Homo inquam non iustus, & in illis operibus inquam suis uiuet, id est, uitam tuebitur, ne occidatur iudicio legis, non autem uiuet iustus in illis, sed in fide. Memē-

to itaq; hoc loco, te ex apostolo didicisse opera legis esse, quibus ad hominem apparemus iusti & legis seruantes: intus autem, defectu fidei, nihil minus quam iusti sumus. Ideo per legem, non nisi hypocryta fieri, & sepulchrum foris speciosum, intus plenum spurcitia. Nam quo minus d. Hierony. Paulum intellexit, in his & similibus locis, causa fuit, operum legis non recta cognitio: & nimirum Origenis allegorizatio. Dicit enim hoc loco, Moyses & prophetas, sub operibus legis & maledicto fuisse, quod omnino falsum est: fide enim iustificati & sanctificati, uixerunt apud deum, etiam antequam lex & opera legis præciperentur: qualia ipse uult ceremonialia tantum. Postea tamen ut ueritatis, redit in uitam dicens, eos fuisse peccatores: iuxta illud Ecclesi. vij. Non est iustus in terra, qui faciat bene, & non peccet, quod de lege morali utiq; intelligi oportet.

Tale & illud est, quod iustum ex fide uiuere, sic intelligit, quod iusto si accesserit fides, iustitia eius uiua erit: ita ut sine fide, uirtutes asserat, sed uitiosas.

Sed hæc & alia prudens lector sic legat, ut meminerit ex alijs ea per d. Hierony. allata. Nō est iustus ullus ante fidem, sed gratis iustificatur, & bonum pro malo accipit. Apostolus enim uult hominem ex lege uiuere apud homines sed iustum hominem ex fide apud deum, hoc est, quod iustitia, uita, & salus hominis, a pud deum sit fides, nō iustitia prior fide, sed per fidem iustitia & uita.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, Maledictus omnis, qui pendet in ligno) ut in gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

Primum, cum ihs expositulo, qui nec sub maledicto legis sunt, nec Christo redemptore indigent. Hi sunt, qui aliud esse contra legem, aliud contra intentionem legis statuunt. Contra legem agens, peccat: sed contra intentionem legis, non peccat, tantum a bono deficit. Hæc uenena quis ferat? Sed audi, quo modo probent (intentionem autem uocant, quod deus opera legis requirat in

Oo iij charitate

41.

42.

Hō uiuet in  
operibus legis  
mortuus est  
apud deum

43.

8. Hierony. 44.

45.

Nota lector!

Apostoli sententia.

NOTA

46.

charitate fieri) Si homo (inquiunt) teneretur ad intentionē legis, Sequeretur, quod existens extra gratiam, assidue peccaret, non occidendo, non moechando, non furando &c. Respondeo, non peccat, non occidendo &c. sed peccat intus, odiendo, concupiscendo, cupiendo latenter, & irritatus euidenter. Ista enim immundicia occulta cordis & carnis, non tollitur, nisi fide per gratiam Christi. Non est ergo intentio legis, ut in gratia seruetur, tanquam sit gratia exactio quardam. Sed intendit lex, ut seruetur, Seruari autem non potest sine gratia, ideo cogit querere gratiam. Itaq; omnis sub legis maledictio sumus, qui sine gratia fidei sumus, ut iam satis est dictum. Cum enim solum ex fide uiuatur, patet maledictio legis in incredulos, ne Christi redemptionem frustreremur; aut tantum ad ceremonialia referamus, a quibus & homo potuisset nos redimere. Deniq; opera legis fieri ex nobis potuerunt. Reliquum ergo est, ut ab ira, impietate, concupiscentia, & alijs malis, in corde & carne, per Adam & Eua plantatis, redemerit, quibus facti immundi omnes nos, iustitias postulat operabamur; & ita nihil implebamus de lege, quare iuste maledictioni & damnationi deputabamur. Sic per legem non adiutorium, sed nostri mali indiciū & monitorium habemus. Sicut autem ad Corinthios dicit, Christum esse pro nobis factum peccatum, ut nos essemus iustitia dei in illo; ita hic maledictum, ut benedictio Abrahæ fieret in Christo eodē, in gentibus. Simili omni no tropo; Sic mortuus est, ut nos essemus uita in illo; sic confusus, ut nos gloria fieremus in illo; omnia pro nobis factus, ut omnia fieremus in illo. Hoc est si credimus in eum, iam legem implemus, & liberi sumus a maledictione legis. Nā hoc, quod nos merebamur, maledicti & dānari, pro nobis subijt & exoluit.

Christus pro nobis factus peccatum.

D. Hiero.

D. Hiero. mire laborat, ne Christum a deo maledictum admittat. Primum ponderat, quod apostolus nō reponat uerba legis, quæ sic habent, Deutero. xxj Maledictio dei suspensus, Apostolus autem. lxx. sequutus dicit, Maledictus omnis, qui pendet in ligno, omittens particulam, a deo, quam illi addiderunt.

Breuiter etiam si in heb. non ponatur (in ligno, & omnis) tamen præcedentia textus cogunt, de quolibet in ligno suspensio, Moſen intelligi; ideo nihil apostolus mutauit, quod mouere possit. Quod autē omisit (a deo) nec hoc mouet; certum fuit apostolo, quod a deo factum intelligeretur. D. Augu. refert quosdā, partim eruditos, id intelligi uoluisse de Iuda traditore suspensio. Sed potens alia cogitat. Verum stat textus apostoli clarus; ideo Christum esse maledictionem factum, non quod aliquid dignum maledictio admiserit, sed quia scripturæ sententia generalis est, omnem, qui in ligno pepēderit, esse a deo maledictum. Ideo apostolus forte, quia dire sonabat, Christum maledictum uocari; mollit hoc statim, adducta scripturæ autoritate. Nihil ergo est, quod d. Hiero. hoc uerbum, non de Christo uelit intelligi, cum apostolus, ut generalentiam adducēs, de Christo uoluit probare, quod dixerat. Nam cum ipsemet Christus, ex Isai. liij. dicat se cum iniquis deputandum; quid monstri est, eum maledictum, cum maledictis nominari? Si cum sceleritatis reputatus est; certe id quod scelerati uocantur, patiunturq; uocādis est. Est autem homo duplex interior & exterior, ita duplex benedictio & maledictio. Benedictio interior, gratia & iustitia in spiritu sancto. Hoc proprie Abrahæ promissa est in Christo. Maledictio interior, peccatum, iniquitas; ut psal. cxvij. Maledicti qui declinant a mandatis tuis, Et Math. xxv. Ite maledicti &c. Et Hiere. xviij. Maledictus qui facit opus domini fraudulter, idem, Maledictus qui confidit in hominem. Benedictio exterior, est abundantia rerum corporaliū

Benedictio.  
Maledictio.  
Interior.  
Exterior.

ralium, hæc propria fuit ueteris legis. Maledictio est penuria: ut Malach. iij. Et in penuria nos maledicti estis. Sic Christus maledixit sicum, & exaruit. Sic Heliseus filios Bethel. Nullus itaq; scrupulus sit, Christum esse maledictum cum omnibus suis sanctis, maledictione externa, simul benedictum benedictione interna, ut psal. cvij. Maledicent illi, tu uero benedices. Sic nec horror est, Christum esse mortuum, passum, crucifixum; immo beati (inquit) cum maledixerint uobis homines. At dices, nondum probas, quod a deo maledictus sit, id enim beatus Hierony. mouit. Respondeo, Maledictiones hominum, sine dubio, deo ordinante quenquam tangit. Sicut. ij. Regum. xvi. Dominus praecepit ei, ut malediceret Dauid. Et ibidem: Dimitte eum, ut maledicat tibi secundum mandatum domini. Non praecepit deus Semei, ut malediceret. Sed quando plenus erat maledictus, ut malo illius bene uteretur, uoluit, ut in Dauid euomeret maledicta sua. Quod autem d. Hierony. audacter negat, in scripturis inueniri quenquam a deo maledictum, & nunquam nomen dei cum maledictione adiunctum; miror quomodo intellexerit, quod Gen. iij. Serpens a deo maledicit, & terra in opere Adam. Sed & Cain, c. iij. maledictus deus. iij. Reg. ij. maledixit Heliseus in nomine domini patros Bethel. Et Abacuc. iij. Maledixisti sceptris eius. Et Malach. ij. Maledicam benedictionibus uestris, & benedicam maledictionibus uestris. Forte sanctus uir, quia usu loquendi, Maledictio fere sonat in perniciem rerum omnium, maxime spirituum & aeternarum, quo modo certum est, Cain & terram non maledictos, quia (inquit) maledictus eris super terram. Nam illud Matth. xxv. Ite maledicti, forsan denunciari maledictum magis, quam maledicti intelliget. Sed ad apostolum ut benedictio Abrahæ fieret in gentibus in Christo, id est, ut impleteretur benedictio Abrahæ promissa, quod esset pater multarum gentium in fide. Hæc inquam fides promissa est in benedictione. Vnde hic iterum breuiter & obscure tangit, Gentes fore filios Abrahæ, non quia imitarentur, sed quia promissæ fuerunt; & ideo imitaturæ essent, quia filij essent futuri, deo promittente & implente, non gentibus facientibus & imitantibus. Non imitatio fecit filios, sed filiatio fecit imitatores. Addit autem, in Christo, ne a linea discedat, quia non suis meritis gentes, sed nec alia uia Abrahæ facti sunt filij, quam per Christum, id est, promissionem dandi spiritus sancti, per fidem acciperemus. Spiritus enim sanctus, promissus est Abrahæ, dum benedictio fidei ei est promissa. Fides etiam per spiritum sanctum donatur merito Christi, in uerbo & auditu euangelij.

Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis testamentum confirmatum, nemo spernit, aut superordinat.

Apocopen facit apostolus, addendum est enim; Ergo multo minus testamentum dei confirmatum, nemo debet spernere, & superordinare. dicit secundum hominem: ut rudibus Galatis, humana similitudine persuadeat diuina, ut Hieronymus sentit. Verum, meo iudicio, nullus tam eruditus est, qui non egeat huiusmodi similitudinibus in discendo Christo, immo maxime necessarium fuit hoc similitudinis exemplum, alioquin difficilis intellexeret, quam Rho. iij. ubi idem tractat sine exemplo huiusmodi, & nodam uidi, qui digne explicaret. Statuamus ergo utrumque ante oculos, similitudinem, & rem ipsam; & uidebitur quanto iterum argumeto, legis iustitiam expagnet.

Oo iij Intendit

Obiectio

54.

Solutio

Maledictio in uobis fuit

Sobrite id Hiero.

Hæc 55.

Excusas Hiero.

56.

57.

Gentes fore Abrahæ filios.

58.

59.

Intendit autem hanc inferre conclusionē. Si iustitia potest haberi ex nobis per legem & opera eius, iam frustranea est promissio benedictio is Abrahæ facta, quia sine ea iusti esse possumus per legem; aut certe, ipsa non satis est, ut iustificet, si legis iustitia superaddenda est. Et sic testamentum & promissio dei, aut superfluit, aut deficit; ut necesse sit aliud superordinari. Vtrūque autem detestabilissimum; ergo oppositum verum, iustitiam legis, neque necessariam, neque sufficientem, ecce fortissimum certe argumentum. Videamus itaque. In omni testamento, est testator, est cui sit testamentum, est ipsam testamentum, est res que testatur, seu legatur; ita hic; Deus est testator, ipse enim permittit & legat. Abraham & semen eius sunt, quibus sit testatio, ut heredibus dei testatoris. Testamentum est ipsa promissio, Gen. xxj. & .xvij. Res testata, est ipsa hereditas, id est, gratia, & iustitia fidei; scilicet benedictio gentium in semine Abrahæ. Si ergo gratia promissio, & iustitia dei, per Christum exhibita (& sic testamentum dei per mortem suam confirmato, immo iam executio & distributio) non sufficit, nisi & legis iustitia habeatur; Nonne iam testamentum dei, non nuncupatum modo, sed confirmatum & expletum quoque, iterum sit, & aliquid ei superordinatur, quod ne hominis testamento quidem fieri debet. Si autem sufficit gratia, & testamentum dei firmum est, patet iustitia legis non esse quaerendam. Idem Rom. iij. Si qui ex lege sunt, heredes sunt, exinanita est fides, abolita promissio; quod videlicet iustitia legis satis esset, non opus esset fide & gratia Abrahæ promissa. Vides ergo, quod digne tractet scripturas apostolus, ita ut impossibile sit eum intelligi ab his qui de lege ceremoniali tantum putant loqui. Nam eodem argumento concludit contra iustitiam decalogi, si operibus eius iusti fieri possumus, frustra est fides, & benedictio Abrahæ promissa, in gentes diffundenda, cum sine fide & benedictione illa, simus iusti.

Abrahæ autem dictæ sunt promissiones, & semini eius.

Id est, testamentum dei ad eum dispositum, quod hic promissiones, infra statim testamentum uocat. obserua ergo, quomodo similitudinem per testamentum applicet. promissiones (inquit) dictæ sunt, id est, res legatæ testamentum. Que autem res? Benedictio gentium in semine eius, id est gratia fidei in Christo, unde sequitur.

Non dicit, in feminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, in semine tuo, qui est Christus.

Quasi pro ut Illud quasi maleponit, melius diceretur, ut in multis, ut in uno, quod si gratiæ sensus patet. Vide, ut semen Abrahæ significatum docet, Christum; ne iudæi se esse factarent, in quibus gentes benedicerent, cum tam multi sint, ut certum esse nunquam possit, in quo fieret satis promissioni, iterumque promissio periclitaretur, & testamentum dei corrueret. Vnum ergo semen oportuit, huic benedictioni dandæ nuncupari: non modo, pro certitudine, sed & pro unitate unius populi dei, ad factas prohibendas. Habes ergo, testatorem, testamentum, rem testamenti, ipsosque, quibus factum est, iam testat, ut confirmet, & confirmatum reueletur ac distribuat, hoc est, ut gentes eam in Christo benedictionem accipiant.

Hoc autem dico.

Id est, quod intendebam, nunc dico, nunc me explico, & applico.

Testamentum confirmatum a deo in Christum.

Id est, per mortem Christi ratum factum. Ratum autem factum in Christo, id est, ut in Christo tantum repositum, gentibus distribuatur. Nam per Christum, in Christum

60. Testamentum  
ex quatuor  
constat.

NOTA

62.

quia fides

65.



in Christū, testamētū dei impletū est, nō em̄ Christus sic mortuus est, ut gratia fidei diffunderet, qua in aliū q̄ Christū crederet, sed in illū ipsum Christum.

(Quæ post quadringentos & triginta annos facta est) lex, non irritum facit, ad euacuandam promissionem.

Obscurissime & inutilissime loquitur ap̄tus, pro æstu suo. Testamentum (inquit) dei confirmatū in Christū, nō debet irritum fieri p̄ legē & iustitiā eius. Fieret autē irritum, & euacuaret promissionē omnino, si eius opera ad iustitiā necessaria forent, tanq̄ p̄missionis gratia nō esset satis, aut impotens, ad iustificationē nostrā. Quod autē addit, quæ post. cccc. xxx. annos facta est lex, p̄ ta plinofin facere uidet̄ in legē. ac si dicat: Si p̄missio fuisset post legem data, poterat uideri per iustitiā legis merito impetrata. Nunc uero a deo sine legis operibus gratia iustitia datur: ut etiā tot annis ante legē, multo magis ante iustitiā eius, fuerit p̄missa, nullis merentibus, nullis petentibus, sed sola dei misericordia gratuito p̄mitte. Cur ergo lex euacuabit hęc gratiæ p̄missionē, & nūc exhibitionē, cum ad utrūq̄ lex nihil fuerit operata: Et Rho. iij. dicit. Sine lege manifestata est iustitia dei, immo Rho. iij. cōtra operata est lex, dum iram potius operatur, & offensiones auget. Absit ergo, ut iustitia innitatur legi, & operibus nostris, immo innitatur fidelissimæ p̄missioni dei, qui nō mentit̄; etiā si nos per legem peiores & indigniores efficiamur.

Nam si ex lege hereditas, iam non ex p̄missione.

Id est, si iustitia, quæ Abrahamæ p̄missa est in benedictione, ex operibus legis, & ex nobis est, euacuata & sup̄flua est p̄missio. Nō pot̄ idē ex nobis, & deo esse: cum ipse uerax, nos mendaces simus. Probat hoc uerbo, quod iam dixit, p̄missionē non euacuari p̄ legē. Quia (inquit) si ex lege, iam p̄missio euacuatur per legē. Sicut & Rho. iij. si ex lege heredes, abolita est p̄missio. Tropam apostoli satis supra cōmendauit, quod legem, & opa legis, & iustitiā legis, pro eodē habet; quod iustitia eiusmodi, nō uolentibus nobis, sed sola lege exigēte fiat. Nostri theologi hoc uocāt ex nobis, seu ex uiribus nostris, seu ex puris naturalibus: ideo Paulū nequeunt capere, qui legē uident accusare.

Abrahamæ autem, per rep̄missionem donauit deus.

Non per legē reddidit, sed per gratiā p̄missionē donauit: cū lex nondum esset, multo mitius lege ueniēte ipse uit eadē. Sic habes totū hoc apli argumētū

Nunc id uidentū, quod legē post. cccc. xxx. annos data est. Supputatur em̄ anni isti, ab exitu Abrahamæ, de terra sua, quando primo accepit p̄missionem, Gen. xij. usq̄ ad exitum filiorū Israhel, hoc modo: Abraham. lxxv. anno egressus est de terra sua, Gen. xij. cētenarius autē genuit Isaac (sic habes. xxv. annos) Isaac sexagenarius genuit Iacob & Esau, Gen. xxj. (signa. lx. annos) Iacob nonagenarius genuit Ioseph (xc. annos signa) ut ex Gen. per multa cap. colligis, Ioseph uixit, cx. annos, Gen. ultimo. Post hunc durauit seruitus Aegypti, lxxv. uero. Annus ex Philone dicitur: tunc Moses natus, cuius anno. lxxx. exierūt filij Israhel. Igit̄ a. lxxv. anno Abrahamæ ad. lxxx. annū Moysi, sunt, cccc. xxx. anni.

Hæc an ita habeat alij uiderint, Ego cū d. Hiero. sentio dicēte: A multis hæc res q̄sita, & nescio an sic inuēta. Credo em̄ apostolū nō ex supputatiōe ista dixisse, sed ex. c. xij. Exodi, ubi dicit̄ habitatio filiorū Israhel, q̄ habitauerūt in Aegypto fuit, cccc. xxx. a. 710. Sic & Stephan⁹ Act. vij. ex Genesi recitat̄ historiam, ubi. c. xv. Abraham⁹ p̄dicit, cccc. annos seruitore semē suū, ipse miscēs utrūq̄ locum

NOTA

Iustitia inni-  
tū dei p̄missi-  
oni.P̄missio  
nō euacuat̄  
per legem.Nostri theoy  
logi Paulum  
nō capiunt.Annorū ab  
exitu Abra-  
hæ, ad exitū  
filiorū Israhel  
supputatio  
xxxv.  
lx.  
xc.  
cx.  
lxxv.  
lxxx.

73.

Deus mortu-  
rus (subin-  
dicatur.

locum. ecce. xxx. annos nūmerat. Illud quoq; nota, quod apostolus promissio-  
nes dei, testamētū uocat, sicut & alijs locis scripturæ uocant, in quo subob-  
scure indicant fore, ut deus moreret. Atq; ita in promissione dei, tanq; in nun-  
cupato testamēto, simul incarnatio & passio dei intelligeret. Nam ut Heb. ix.  
Testamētū in mortuis confirmatur, Quare nec dei testamētū confirmari de-  
buit, nisi deus moreretur, ut ibidem de Christo dicit. Idcirco noui testamēti me-  
diator est, ut morte intercedente, repromissionem accipiant. Et hunc esse diem  
Christi, quem promittente deo, Abraham cognouit & gauisus est. Quod sit  
multō concordari pot, quod d. Hiero. in heb. pactū potius q̄ testamētū haberi dī-  
cit, Is pacificū, qui uiuus manet, testatur moriturus. Ita Iesus Christus, deus im-  
mortalis fecit pactum, idem simul testamētū, quia futurus mortalis, sicut idē  
deus & homo, ita idem pactum & testamētum.

Pactum.  
Testamētū

Quæstio

Quid igitur lex

Quia negauit per legem iustitiam haberi, idq; satis robustis argumentis sta-  
biluit, iustissime sibi obijci posse uidet, ad quid tum lex ualeat, cum omnis lex  
propter iustitiā, & bonos mores poni uideat: Et facis uidet, quod de omni le-  
ge loquatur, etiam decalogi, per omnia, ut ad Rho. iij. & v.

Solutio.

Propter transgressiones posita est, donec ueniret semen cui promi-  
serat, ordinata per angelos, in manu mediatoris. Mediator autem unū  
us non est, deus autem unus est.

Lex posita ē  
ut transgres-  
siones abunde  
darent.Argumenta  
cōtra d. Hiero-  
ny.

Quis unq; expectasset talem responsionē, contrariā certe omnibus, qui de  
utilitate legū sapere & dicere solēt, legem dicit positam seu additā & apposita,  
ut transgressiones abundarent, eodem sensu, quo Rho. v. dicit, lex subintrauit  
ut abundaret delictū. Verū quod d. Hiero. negatiue intelligit, ut per legē trans-  
gressiones cohiberent, huic resistit. Primū, quod tum potius, ppter iustiti-  
cationē posita dici debuit: lex em̄ ppter obseruationē ponit. Secūdo, quod  
iste sit tropus apostolo familiaris, lex est nirtus peccati, occasio peccati, lex mor-  
tis, lex iræ. Sic Rho. iij. lex iram operat: ubi enim non est lex, nec præuaticatio  
NOTA Ita certe ubi nō est præuaticatio, nec remissio; ubi nō est remissio, ubi nec salus.  
Proinde, ut remissio propter salutē, ita præuaticatio propter remissionē, ita lex  
ppter transgressiōē. Lex ponit peccatū, peccatū remissionē, remissio salutē.  
Hoc totū, quia sine lege, peccatū mortuū est, & non cognoscit. Rho. v. & vij.  
Peccatū erat in mundo, sed nō imputabat usq; ad Moisen. Est ergo sensus, lex  
ppter transgressiōē posita est, ut transgressio sit, & abundet; atq; sic per legē,  
homo in sui cognitionē perductus, quærat manū miserentis dei, qui sine lege,  
peccatū ignorans, sibi sanus uidet. Tertio, nec sequētia cōsonant, donec ue-  
niret semen. Absurdū est em̄, transgressiōē cohiberi, donec Christi ueniat,  
quasi tum sit nō cohibenda, cū apostolus contrariū uoluerit, quod peccatū per  
legem non solū sit non cohibitū, sed auctum quoq; donec Christus ueniens,  
peccatū finiret, legē implendo, & gratiā dando, ut Danie. ix. Gabriel dicit. Ve  
finem accipiat peccatū, & adducat iustitia sempiterna, ac si dicat: Peccatū sum  
psit initium in Adam, per legē etiā incrementū, per solū Christū finem accipi-  
er, qui iustitiā adducit, mortuo peccato, sempiternā; ut Psal. cx. & cxj. Iustitia  
eius manet in seculū seculi. Quarto, nec cū illo cōuenit, ergo lex aduersus p  
missa dei: hoc nō inferret, si apls uellet intelligi, legē pro cohibenda transgres-  
sione positam, quia tum non esset aduersus promissa, sed pro promissis. Nunc  
uero,

Sensus apli

Pctū p legē  
auctū, donec  
Christū finiret

Quæstio

80.

NOTA sione positam, quia tum non esset aduersus promissa, sed pro promissis. Nunc  
uero,

uero, quia peccatū auget, iramq; prouocat, apparet nō prouocare deum ad foluenda p̄missa, sed potius irritare & impedire. Sic intelligendo, cōtextus sibi pulchre coheret; alioquin tot singas sententias, quorū sunt cōstructiones, necesse est. Quinto, qd dicit; In manu mediatoris, quod meo iudicio dicit, quia lex nō sit posita in manu nostra, ut nos eam impleamus; sed in futuri Christi, eam impleant. Quare non ut iustificaret, posita est; sed magis peccatores argueret & manū mediatoris requireret. Relinquendū enim fuit humane sup̄biæ, ne filium dei suis meritis incarnatum crederet, & tante misericordie ingrata fieret.

Nūc lege in demerita lapsi, tanto fideliorē & misericordiorē deum amamus, quo indignioribus tantā charitatē exhibuit. Nobis em̄ per legem cognitio, soli autē Christo impletio & operatio. Donec ueniret semē, cui promissum erat, id est, in quo benedictio, iustitia, & plenitudo legis danda erat; & transgressiones, quæ p̄ legē erant, non iam colubendæ, sed extinguendæ, quod p̄ si dem Christi efficit.

Iam quæ sequunt, ego apud nullā doctore inuenio explicata: trāsēit Hiero. Aug. Amb. nihil nisi Christū mediatorē dei & hominū dicentes; nō ostendētes, quæ uerborū sit cōsequentia, aut intelligētia. Porro recentiores etiam aliena hic cōmīscunt. Quare pio lectori submūto, quæ ipse meditari possim. Ordinata (inquit) per angelos, in manu mediatoris. Et b. Stephanus h̄c Act. vii. Qui accepistis legē in dispositione angelorū, & nō custodiuistis, & Heb. ij. Si em̄, qui p̄ angelos dictus est sermo, factus est firm⁹ &c.

Apparet itaq; ap̄tōlōs uelle, legem esse literam, ideoq; non nisi uirtutē peccati existere, & ut. ij. Corin. ij. dicit; Litera decedit, spiritus autem uiuificat. Magnū quidem est, per angelos ordinatā esse, sed hoc nihil ad iustitiā: cum angelū nō possint, nec pro nobis eam implere, nec dare id, quo implentur, id unū possunt, quod ordinante deo, nobis eam tradiderūt. At quoniam ordinatē deo, tradita est, nimirū simul datur intelligi, omnino implendā esse; non em̄ angelū autores, sed ministri legis erant, per quos ordinē ad nos ueniret, Rumpatur ergo ordo ille, & iam non sit inter deum & hominē mediator angelus, sed ipse qui p̄ angelos ordinat, & nos longe sibi habet, ipse inquit ueniat, & legē nos doceat, cuius uerba erunt spiritus & uitæ uerba. Nihil em̄ proficit, quod nuncios quoscūq; mittit, nisi ipse ueniat. Sit ordinata per angelos, sed non in manu angelorū, immo mediatoris alicuius, qui reos per legē absoluat & iustitificet. Nam hoc intelligo, in manu mediatoris, ut ipse legem per angelos ordinatam, in potestate habeat solus, non subiectus legi, ut cui ipse nihil debeat, & quem uolet, ab eadē liberet. Nos uero ipsa lex in manu habet, & subiectos per peccatum. Quibus omnibus id uult, impossibile esse, nos per nos saluos fieri, facile autē esse per manum alterius, scilicet mediatoris. Quod si quis putet sic intelligendū, ordinata per angelos in manu, id est, potestate, & imperio mediatoris, non resisto, nisi quis putet simpliciter, per mediatorem intelligi oportere Moysen, q̄ sit mediator ueteris, sicut ad Heb. Christū melioris, & noui testamenti mediatorem appellat. Iam illud; Mediator autē unus non est, ex no mine mediatoris concludit, nos adeo esse peccatores, ut legis opera satis esse nequeant. Si (inquit) lege iusti estis, iam mediatore nō egetis; sed neq; deus, cū sit ipse unus, secū optime cōueniens; Inter duos ergo quaeritur mediator, inter deū & hominē. ac si dicat; Im̄p̄ssima sit ingratitude, si mediatorem reiecitis, & deo qui unus est, remittitis, reiecitis autē, si iustificari potestis ex lege, ita fiet, ut nec uobis mediator esse possit, ut qui nolitis, nec deo, ut qui non egeat. Proinde, iam lex in manu uestra quoq; erit, & non sic ordinata p̄ angelos, ut per

In manu mediatoris.

NOTA

In manu mediatoris.

Christus mediator.

Mediator alit unus non est.

mediatorem

mediatorem impleatur, sed profus impleta per uos ipsos. Si quid profundius latet, alij quærant: ego mea uela colligo.

Lex ergo aduersus promissa dei: Absit.

*Vide quomodo.* Sic enim soluta una questione, aliam sibi suscitauit, Si enim lex transgressiones auget, iam irritare promittentis bonitatem uideatur. Hoc uerum esset, si promissio benedictionis inniteretur legi, aut iustitijs nostris in lege. Nunc uero soli meriti promittentis nititur: ideo lex nõ aduersus promissa dei, immo pro promissis dei. Quomodo? Quia dum peccata ostendit, & conuincit non posse per eam quenquã iustificari; quin & augeri peccatũ per eam cõtingit: iam eo magis promissionis impletionẽ quæri, inuocari, expectari cogit, ut multo magis necessariam, q̃ dum lex non esset: tantum ergo abest, ut cõtra promissa sit, ut eadem uehementer commendet, & opatissima reddat ijs, quos suorum peccatorum cognitione humiliat.

*Quid est legẽ peccatũ augere* Si cõm data esset lex, quæ posset uiuificare, uere ex lege iustitia esset. Id est, non est aduersus promissa, quia data est, ut occidat, & peccatum auget: hoc est, ut per legem homo agnoscat, q̃ uehementer promissionis gratia in digeat, dum per legem bonam, iustam, sanctam, non nisi peior efficitur: ut sic non in lege nexus, fiducia operum legis securus fiat, sed longe aliud, & melius a lege quærat, id est, promissionem. Si enim lex uiuificare potuisset, iusti essemus: at nunc occidit potius, & peccatores amplius facit: atq; hoc ipso, pro promissis facit, dum ea fortius optari cogit, & oẽm iustitiã operũ funditus destruit. Si cõm non destrueret, promissionis gratia non quæreret, ingrate susciperet, immo repudiaretur: sicut fit in ijs, qui legem nõ recte intelligunt. Nõ destrueret autẽ, nisi nõ solum non iustificaret, aut uiuificaret, sed occasio quoq; fieret plurium peccatorũ, & magis occideret. Nam prohibita cõcupiscentia semp irritatur, & maior fit, Idcirco & si aduersus promissa uideatur lex esse, dum auget peccatũ, apud eos, qui peccatum per legem nõ agnoscant; Hoc tamen legis uitio nõ fit, quia ne lex quidem est, ubi nõ recte intelligit: tunc autẽ recte intelligit, quando peccatũ per eam cognoscit. Vbi autẽ intelligitur, & peccatum agnoscit, ibi certe, pro pmissis facit, quia & gratiã pmissionis suspirari facit: simul ostendens, q̃ nullo merito, sibi gratia debeat, ut stet, & firmetur, per legis intellectum, purissima promittentis dignatio, & sincerissima exhibitã dignationis gratitudo.

NOTA

Sed cõclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi, daretur credentibus.

*39.* *Lex est causa transgressiõis posita.* Hoc uerbo ad utruq; respõdet simul, quod lex sit causa transgressiõis augenda posita, nõ tamẽ p transgressiões auctas aduersus pmissa dei. Omnes (inquit) sub peccatũ conclusit deus, per scripturã: hoc est, per legẽ & literã, ostẽdit id, quod eramus peccatores, & impõctes ad iustitiam seu legis impletionẽ: ut sic peccato p legẽ manifestato, infirmitateq; ad implendã cõuicta, cogeret humiliatos, de seipsis desperatos, tremẽtes ad gratiã misericordiã dei in Christo propositã, currere. Et sic daretur (ut hic dicit) dare, in quã nõ p soluere. Daretur autẽ indignis, & per legẽ lõge cõtraria meritis, pmissio Abraham facta: hoc est, gratia benedictiõisq; iustificatiõis, ex fide Christi omnibus, qui crederet in eũ.

Idem Rho. iij. Concluserit deus omnes sub peccato, ut omniũ miseret, & obstruat omne os, & subditus fiat mundus deo, quia ex õperibus legis nõ iustificatur

fiatur omnis caro coram illo. Quomodo conclusit per scripturas, per legem, per literam: Hoc est, quod supra fidenter de operibus legis exposuit, quod Moses scripserat: Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus: Hoc est, quod Rho. in. causari se dicit cum fiducia, Iudeos & Græcos omnes sub peccato esse. Et illud psal. xij. constanter super omnes pronunciare: Non est iustus, non est intelligens, omnes declinauerunt, simul inuites facti sunt: Hoc est, quod & in dæos de specie operum fidentes, ipse nihil æstimata specie, audeat Rho. ij. reos diffinire. Eadem (inquit) facis, quæ iudicas. Qui doces non furandum, furaris, scilicet cupiditate &c. Adeo certus erat, sicut & reuera certum est, omnia quæ extra gratiam fiunt, peccata esse & meras simulationes. Ita & b. Augusti, illud Proter. ulsi, tra. çans, de spiritu & litera. ix. Lex & clemētia in lingua eius præ clarissime dicit. Propterea de sapientia scriptum est, quod gerat legem & clemētia in lingua: legem, ut reos faciat superbos: clemētia, ut iustificet humiliter. Stat ergo sententia, Omnis homo mendax. Stat sententia, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, ut fiet simul, gloria dei, laus gratiæ & mitigāsentia misericordię suæ. Nobis (inquit Dauid. in.) confusio, deo nostro iusticia &c. Vides ergo, quid sit per fidem Christi iustificari, nempe per legem cognita iniquitatē & infirmitate tua desperare de te, de uiribus tuis, de scientia de lege, de operibus, profus de omnibus, & cum tremore, ac fiducia in humilitate implorare solium Christi dexteram, seu manum mediatoris, fortiter credēs, quod gratiam consequaris, sicut Rho. x. ex Iohēle dicit: Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Simulq; uides, totum genus humanū, quam taliter sapientia, aut iustitia coram hominibus fulgeat, nihil esse, nisi massam perditionis & maledictionis. Quod & ex uerbo promissionis licet cognoscere: in semine tuo benedicetur omnes gentes. Quid est omnes gentes benedicendas esse, nisi omnes gentes maledictas esse: Ita iustificandas, saluandas esse, & quicquid nomine benedictionis significatur, est eas peccatrices perditas esse, & quicquid maledictionis nomine significatur. Est itaq; lex posita, ut peccati augetur. At non solum peccati augmentum quaesitum est, sed ut homo superbis, idipsum cognosceret, & terretur per legem, coactusq; in sui desperationem, misericordiam sitret. Sicut ille psal. xij. Quæadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te deus. Ite fuerunt mihi lachrymæ meæ, dum dicitur mihi cotidie, ubi est deus tuus. Hinc omnis clamor, gemitus, desyderium patrum & prophetarum, & anxia Christi expectatio, & de legis onere grauissima quaestio. Lex ergo bona, iusta, sancta, sed non iustificat: ostēdit mihi quis ego sim, dum per eam irroror, & magis odi iustitiam q̄ prius, magis diligo concupiscentiam, q̄ prius, solo terrore minantis legis, coercitus ab opere malo, nunq̄ autē a concupiscentia mala. Et ut rem similitudine tibi tradam: Aqua bona est, sed superflua calci, incendit eam, nunquid uitium aquæ est, quod calx calefcit: immo calx quæ fringere potabatur, per aquam conuicta est, quod intus haberet: Ita lex concupiscentiæ & odia irrat & ostendit, non autem sanat. Si autem oleum calci superfuderis, non calefcit, sed extinguitur ardor eius occultus. Ita gratia diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctū extinguit odium & concupiscentiam. Verbofissime hæc dixi, quod nostro seculo, non satis queat ista res inculcari, adeo rursus inualuit tyrannus iustitiarum legalium. Verum tu obserua, si lex sanctissima dei non potuit nos iustificare, sed magis peccatores fecit: Quid facient maria ista nostrarum legum, traditionum, ceremoniarum in ecclesiis præsertim quando ea opinione seruauerunt.

NOTA.

Extra gratiā facta peccata.

Sententia.

Per fidē Christi iustificari.

Rom. 70

Nota

Cp. 151

70

u

Similitudo.



Nota quæ  
cõmune, sed  
punitõiam et  
torcum.

qua existimant sese iustificari in illis, nec scire p̄mittant, quid Christus, aut cur in eam credendum sit. Non enim ununtur eis legibus, ut peccatum per eas cognoscerent, neq; ut fidem Christi gratuita charitate exercerent; sed seruat is, iustos sese confidunt, nec aliquo alio amplius indigere se credunt. Aut si gratiam Christi implorant, ad hoc implorant, ut opera cuiusmodi facere possint, nõ ut liberi fiant, ab interna carnis corruptione & immunditia. Itaq; ut sepe dixi per imprudentes & tot infelices leges, necesse est, ecclesiam funditus perire, nisi deus nobis remedium prouident.

Prius autem quam ueniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat.

Lex carcer.

Omnibus (inquit) qui sub lege sunt, anteq̄ fide iustificentur, lex ipsa uelut quidam carcer est, in qua concludantur & seruentur. Quia ui & terrore legis attingitur a libertate peccandi, inuita & reluctante concupiscentia, furit enim concupiscentia, & odit legem, carcerem suum, sed cogitur tamen ab operibus abstinere peccati. Hanc autem miseriam qui intellexerint, utiq; humilitati gratiam suspirant, nec possunt de legis iustitia confidere, quando sentiunt se inuitos ad legem, & pronos ad peccatum per legem fieri, malient enim legem non esse, ut impune liceret concupiscentias explere. At hoc mallo, est legem odisse; legem odisse, est ueritatem, iustitiam, sanctitatẽ odisse; hoc iam non solum est peccatum, uerum & amor peccati; non solum non esse iustum, sed odisse etiam iustitiam, quod est uere peccatum per legem auereri. Vnde b. Augusti, hoc loco, q̄ per legem preuaricatores legis ipsius inuenti sunt, nõ ad perniciem, sed ad utilitatem ualuit eis, qui crederent; quia per cognitionem maioris ægritudinis & desyderari medicum uehementius fecit, & diligi ardentius. Cui enim plurimum dimittitur, plurimum diligit, & hoc Rho. v. Vbi abundauit peccati, superabundauit & gratia. Non ergo lex solum posita est, ut peccatum reuelaret & auergeret, alioqui melius dilata fuisset ad extremum iudicium, ne duplici conitione contereremur, sed ut per peccatum reuelatũ humiliaret, & ad Christum urgeret. Illud, Priusq̄ ueniret fides, non tantum de fide, quæ post Christum reuelata est, sed de omni fide omnium iustorum intelligitur. Nam & patribus olim eadem fides uenit, quia & lex dei eis primo reuelata, coegit eos gratiam dei querere. Licet tum non ita per orbem predicaretur, predicabatur tamẽ priuatim per familias patrum. Item uida, ne sic contextum ordines; Conclui in eam fidem, quasi in fide, uelut in carcere cõclusos intelligi uelit, cum hoc de lege affirmet; sed eramus conclusi carcere legis, & hoc in fidem, id est, ad fidem futuram feni in hoc, ut fide futura liberaremur, quando lex carcere suo id fecit, ut per fidem optaremur liberari. Sicut supra, testamentum dei confirmatum in Christum, id est, ut in futuro Christo cõfirmaretur; & mox pædagogus noster in Christum, id est, ad Christum fuit.

Frustrã legis.

A 3/7

Lex ad Christum cogat.

Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christum, ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iam non sumus sub pædago.

Ordo contentus.

Pulchra similitudo a pædago supra.  
Pædagogus  
ἐπιδο τὸν αἰ  
γῶν τοὺς πο  
δῶν.

Pulchra certe similitudo. Pædagogus a puero & ago nomen habet, quod pæros agit & exerceat. Sicut (inquit) paruulis pædagogus assignatur, qui lasciuientẽ refrenet atq; ita lex nobis data est, quæ coluberet peccata. At sicut pueri solo timore disciplinae coercentur, plerunq; & odiunt pædagogum, & liberi esse malunt; omniaq; faciunt uel coacti, uel blanditijs iunctis; nisi auctore  
re tel

re relapsus, nec libertate uoluntatis, ita qui sub lege sunt, timore minister legis coercentur ab operibus peccati, odium legem, maluntque & ipsi liberos cupiditates habere. Faciunt autem omnia coacti terrore poenae, aut amore temporalis promissionis selecti, nunquam autem gratuita, liberaque uoluntate. Deinde, ubi pueri ad hereditatem peruenerunt, intelligentes, quod utilis fuerit paedagogus, iam incipiunt diligere quocumque & laudare officium paedagogi, damnamque seipsum, quod non libentes & uolentes obtemperarint. Nunc uero sine paedagogo, sua sponte faciunt hilariter, quae sub paedagogo nolentes faciebant & iniuiti.

NOTA.

Ita nos, fide acquisita, quae uera est hereditas nostra, Abraham & semini eius promissa, intelligentes, quod sancta, salubrisque sit lex, quod foeda uero cupiditas, iam legem diligimus, laudamus, & mire probamus, rursum cupiditates nostras eo magis damnamus & uituperamus, quo magis lex ipsa placet. Et nunc hilariter & libenter facimus, quod ignoratibus tunc nobis, salubris lex, ut & terrore extorquebat foris, & tamen intus extorquere nequiuit. Hoc est, quod dicit, iam non esse nos sub paedagogo, postquam fides uenit; sed paedagogus amicus factus est, & a nobis honoratur magis, quam timetur. Iterum (ut dixi) caue, ne sic contentum legas, lex paedagogus noster fuit in Christo, quasi in Christo iam uisentibus, lex paedagogus noster sit, ut nostra translatio habet, & sapere uidetur; hoc enim apostoli sensum penitus subuertit, sed sicut pueri sunt sub paedagogo ad hereditatem; id est, quo erudiantur, ut ad hereditatem pertingant; ita lex est noster paedagogus, ad Christum; id est, ut per legem acti & exerciti, ad Christum ad fidem, ad hereditatem querendum & suspirandam paremur, lex enim (ut dixi) ad gratiam preparat, dum peccatum reuelat & auget, humilians superbos, ad auxilium Christi desiderandum. Et hunc sensum apostolus iuuat particula sequente. Ad Christum inquam, ut fide scilicet iustificemur, qui per legem peccatores fiebamus. Sic psal. lxxvij. Quoniam suauis est misericordia tua domine. Quare quia amara est lex tua domine. Non ergo puer sub paedagogo manebit sed ad hereditatem dulcius accipiendam erudietur, ita & lex gratiam dei dulciorem reddit, & commendat. Egrege itaque finem legis declarat, non esse scilicet nostram iustitiam & impletionem, sed suspirium ad Christum, ut per fidem eius queratur impleri. At nostri iustitiam legum suarum finem habent, ipsas leges & opera earum, nec eas ad Christum ordinant, sed in opera solum, ut in aeternum pereant cum iudicis, quos imitantur, nec legem, nec opera eius intelligentes.

Ad Christum.

Lex gratiam dei dulciorem reddit. In iustitiamque.

Omnes enim filij dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu.

Quia fides est ipsa benedictio, ipsa hereditas Abraham, in semine suo Christo promissa, ideo qui fidem in Christum habet, hereditatem dei habet. Si hereditatem habet, iam non sub paedagogo, sed liber, & dominus, & haeres. At nullis datur hereditas, nisi filijs, sequitur, quod credens in Christum, sit filius dei, ut Iohan. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius.

Quicumque enim in Christo Iesu baptisati estis, Christum induistis.

Declarat esse eos filios dei per fidem Christi, Baptisimus (inquit) facit, ut Christum induatis. Christum autem induere, est iustitiam, ueritatem, omnemque gratiam, totiusque legis plenitudinem induere. Quare per Christum habetis benedictionem, & hereditatem Abraham. Si autem Christum induistis, Christus autem filius dei, & uos eodem indumento filij dei estis. Est autem hic tropus apostolicus, quo & Rhom. xij. usus dicit; Sed induimini dominum Iesum Christum. Ephe. iij. Induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia &

Christum induere.

Tropus apostolicus.

Pp ij sancti

Rom. 13  
17. 9.

& sanctitate veritatis. Veritatis (inquit) quia sola lex sanctitatem & iustitiam si-  
mulationis induit.

Non est Iudeus, non est Græcus, non est seruus neq; liber, nō est  
masculus neq; femina.

Non (inquit) ideo iustus es, quia Iudeus es, & legis obseruator; sed quia in  
Christum credēs, Christum induisti. Quid ergo ad Iudaismum trahimini per  
pseudopostolos? In Christo sicut persona Iudaicæ obseruantie non est, ita nec  
ulla alia. Humanarum & legalium iustitiarū est, per sectas, diuidi, & penes  
opera discerni: aliud illis, aliud istis profectibus, agentibus, sectantibus. In  
Christo omnia omnibus cōmonia, omnia unum, & cū unum omnia. Sic infra, v.  
In Christo Iesu neq; circumcisio aliquid ualet, neq; preputium, sed fides & no-  
ua creatura. Ideo Christianus siue fidelis, est homo sine nomine, sine specie  
sine differentia, sine persona. Psal. cxxxij. Ecce q̄ bonum & q̄ iucundum ha-  
bitare fratres in unum. Vbi unitas, ibi nec species, nec differentia, sed nec no-  
men. Sic inelytus martyr Attalus, requisitus de nomine dei, optime respondit  
Qui plures sunt, discernuntur nominibus: qui unus est, non indiget nomine.

Sectarū ori-  
gō.

Christianus  
sine nomine, spe-  
cie, differentia  
persona.

Attalus.

Iusti sine no-  
mine.

In medentes  
sanctimonis  
pessibus.

A. S. E.

Sectę inserui  
aut fidei uni-  
tatis.

Et hac ratione uocatur ecclesia in scripturis, abscondita & occulta: & mire ob-  
seruatur, ut quoties describuntur iusti, sine cuius sectę, aut personę uocabulo  
describantur, ut Psal. j. Quoniam nouit dominus niam iustorum, non ait, iudg-  
orum, uisorum, sensū, p̄cerorum. Et. xliij. Domine, quis habitabit in taberna-  
culo tuo? Responder, qui ingreditur sine macula, non ait, iudgens, huius aut hu-  
ius professionis. Et Psal. cix. In confitio iustorum & congregatione, nō ait, sa-  
cerdotum, monachorum, episcoporum. Eodem iudicio dicendum de alia quę  
cunq; persona. Quia deus personam non respicit. Non est ergo diues nec pau-  
per, nec formosus nec deformis, nec ciuis nec rusticus, nec Benedictinensis, nec  
Cartusienis, nec Minoritanus nec Augustinensis. Omnia hæc talia sunt, ut  
Christianum nō faciant, si assint: nec infidelem, si desint. Et prorsus in hoc ecc-  
pra & facta, ut Christianum exerceant & meliorem faciant. Vnde hoc loco  
b. Aug. Ista differentia Iudæorum & gentium, uel conditionis, uel sexus, ma-  
ner propter corpus in hac uita mortali: ableta est autē p̄ unitatē fidei in spiritu.  
Quia de illa non titum apostoli, sed & ipse dominus saluberrimas tradiderit  
doctrinas. Christus enim mandat dare cesari, quæ sunt cesaris: Apostoli, ser-  
uos obedire dominis suis, uxores subijci uiris suis, omnes uero magistratibus  
parere, cui tributum, tributum: cui honorem, honorem. At hæc omnia sunt  
personalia. Hoc solum queritur, ut ipsi personis non contra unitatem fidei, sed  
pro unitate fidei seruiamus: ut nō sit formio dissimilitudo externę conditionis  
& similitudo internę fidei: sicut pro dolor nōne inter titulos professionis, di-  
gnitatum, religionum, ecclesiarum, artium, gentium, regionum, familiarum,  
amicitiarum, scederū, midemus pugnas & lites infinitę diuersitatis: ut uel hoc  
argumento probatum sit, fidem in ecclesia prope extinctam esse, & solas laruas  
& (ut Isa. de Babylone dicit) pilos, utulas, syrenas in ea bacchari.

Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu.

Id est, in fide Christi unū estis, & si p̄ corpus & huius uitę necessitate neces-  
sit in diuersas p̄sonas diuidi, sicut multa mēbra, tñ unū corpus sub uno capite.

Si autem uos Christi, ergo semen Abraham estis, secundum pro-  
missionem hæredes.

Quia

Quia dixit, induisse nos Christum, & unū in Christo factos: idē ergo quod de Christo dictum est, etiā de nobis propter Christū dictum intelligitur. Non enim potest Christus separari a nobis, nec nos ab illo, cū unum simus cum illo & in illo, sicut mēbra unū in capite, & cū capite uno. Vergo de alio q̄ Christo promissio dei intelligi non potest, ita cū aliud q̄ Christus nō simus, de nobis quoq; intelligatur oportet. Vere ergo Abraham semē sumus, & hæredes, nō secundū carnem, sed secundū promissionem; quia illi sumus, de quibus in promissione fit mentio, de gentibus in quā, in semine Abraham benedicendis. Sic Rho. x. filij p̄missionis æstimatur in semine. Nō qui filij carnis, hi filij dei &c.

NOTA.

## CAPITVLVM QVARTVM.

**D**ico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, usq; ad præfinitum tempus a patre.

Adhuc alio ariste pulsat iustitiam & opera legis, sumpta iam tertia ex hominibus similitudine, propinqua priori, de paedagogo similitudini, ut de eodem paruulo, sed & illa de testamento ad paruulum, aut ad hæredē saltem pertinet, adeo locuples est apostolus in declaranda promissione dei. Primum, hæres paruulus non differt a seruis, æque potestatem nō habens in bonis paternis, ac seruus. Secundo, est tamē dominus omnium, in spe & nūcupatione patris. Tertio, sub tutoribus & procuratoribus est, usq; ad præfinitum tempus a patre. Siue hęc apostolus leges Rhomanas sequitur, siue alias, nihil refert. Nam, ut Hieronymus dicit legitimum tempus hæredis, legibus Rhomanis uiginti quinque annorū terminatur. Nos quantū fat est, exemplo utemur.

Ita & nos cū essemus paruuli, sub clemētis mūdi eramus seruiētes.

Explicū  
cū caris uten  
dum.

Reddit singula singulis. Paruulus hæres nos sumus, Tutores sunt elementa mundi. Nihil differimus a seruis, quia eramus seruentes. Et tamen domini fuimus omnium, prædestinante scilicet patre cœlesti. De hæredibus & hæreditate abunde satis est dictum. Esse uidelicet hæredes semen Abraham; id est, Christiani & Christianos. Hæreditatē autē gratiam & benedictionem fidei Christianæ in gentibus. De seruitute autē hæredum, alijs uerbis superius dictum est. Serui em̄ sunt, qui non pro hæreditate patrisfamilias, sed pro mercede seruiunt, aut etiā timore pœnæ coacti opera faciunt; ideo ut Christus ait, Seruus nō manet in domo in æternum, filius autē manet in domo in æternū. Quod pulchre figuratum est Gen. xxj. quādo filius ancillæ Ismael eiectus est, datus ei uisualibus. Er. c. xxv. Dedit Abraham cuncta quæ possederat Isaac, filijs autem concubinarum largitus est mōnera, & separauit eos a filio suo Isaac, ita & nos, quādo citra gratiam in lege sumus, opera legis facimus seruiliter; hoc est, aut timore pœnarum coacti, aut temporali mercede alleciti. Quibus tamē omnibus ita erudimur, ut ad hæreditatem, id est, fidem & gratiā suspiremus, qua de seruitute hac erepti, libertate spiritus legem impleamus; nō iam timētes pœnā, aut cupientes mercedem, id est, nō amplius seruentes. Interim sumus domini omnium, prædestinante & præparante deo nobis hanc hæreditatē, & nos per seruilem timorē pœnæ, & amorē rerum, quæ sunt in lege erudiente, ut illam appetamus. Nequāq; autē in seruitute cū iudæis & hypocritis perstemus; quod fa-

Hæres.  
Hæreditas.

Serui.

Pp ij clemus

ciemus, si per timorē pœnæ & amorē mercedis sentiamus nō legis amorē, sed odii potius in nobis augeat; quia (ut dixi) mallems legē non esse. Sic omnino lex cogit ad hereditatē, p̄ quā dñi efficiamur omnīi. i. possessores benedictiōnis in Christo per fidē. De elementis mūdi, tutoribus & procuratoribus, utrie cogitatus est. Breuiter, Elementa hic nō philosophice, p̄ igne, aere, aqua, terra accipiuntur; sed p̄prio apostoli tropo & grāmāticē, p̄ ipsi literis legis, quibus lex cōstit. Sicut & .ij. Co. .ij. & alias literā uocantur sint elementa pluraliter, quod scriptura, uel lex scripta, nec alia opus est p̄batione, q̄ ipsius apostoli autoritate, qui dicit; Sub elementis mūdi eramus, & mox sequitur: ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut ostendat idē se intelligere, p̄ legē & elementa. Alioquin & redempti in tēpore plenitudinis, sub naturalibus elementis sunt. Et in fra: Quō cōuertimur iterū ad infirma & egena elementa huius mūdi, quib⁹ de nouo seruire uultis. Et seipsum exponens sequit; dies obseruatis & annos & c. Ergo dies & annos obseruare, hoc est, ad elementa, id est ad literā legis cōuertiti. Sed & ratio nō sinit per elementa intelligi idola aut naturalia elementa, ut aliqui putarunt; tum q̄ nulq̄ legitur iudeos unq̄ elementa coluisse, tum q̄ potius debuerat dicere, sub potestate idolorum aut tenebrarū eramus; ut ad Ro. & ad alias facit; tum q̄ generalissime loquitur, quod oēs quoque sunt hominū, sub elementis seruierint, citra fidem Christi; quod nisi de lege intelligatur, nullo modo intelligitur. Lex enim conclusit omnia sub peccatū, ut supra dixit Praefertim, cū hic aliud non faciat, q̄ quod legem & grāā inuicem comparat, ut hanc eleuet, illam deprimat. Maxime uero, quod hic locutionis tropus apostolo familiaris est, ut Col. .ij. Videte ne quis uos decipiat, per inanem philosophiam, secundū traditionē hominū, secundū elementa mundi, & non secundū Christum. Neq̄ enim d. Hiero. credendū est, aliena recitant, & elementa illo loco non eadē esse, quæ hac epistola ponuntur; nā sunt utiq̄ eadem. Elementa enim uocat scripta & doctrinas mundi, id est, hominum, uel potius de rebus mundi statutas. Ibi dē paulo infra Si ergo mortui estis cū Christo ab elementis mūdi, quid adhuc tanq̄ uiuentes, mūdo decernitis? Hanc esse sententiā apostoli, sequentia mox probant, ubi de superstitionibus iudaicis docet, sicut & hic facit. Sed & Hebr. v. eodem modo utitur. Indigeris (inquit) ut doceamini quæ sint elementa exorū sermonū dei. Appellat autem legem elementa mundi, utroq̄ uocabulo per tapinosin, id est, humilitationem & deiectionem utens; ut extenuet ḡ orā & opinionē iustitiæ, & operū legis, quasi di. Quid ex lege habemus, nisi literas, & eas inanes spiritus, ut quæ nec dent quo impleantur, nec nos eas implere possimus. Mundi autem uocat, quod sint de ijs rebus, quæ in mundo sunt; ut de externis operibus, sicut scientia dei dicit, quæ de deo sciuntur. Non enim lex aliquē ad spiritū perduxit, sed in carne tantū obseruabatur, sintus rebelles & odiente concupiscentia. Iam uide, quomodo possint apostoli id intelligere, qui spiritualia uocāt, tonsuras, uestes, loca, tempora, ecclesias, altaria, ornāmēta, & oēm illā pompā ceremoniarū. Siquidē negare cogunt hæc esse mundana, nisi uelint ipsi quoq̄ mūdani (quod summe abhorrent) iuocari. Negantes autē hæc esse mūdana, simul sibi apostoli intellectū præcludunt, qui mūdi nomine hæc oīa cēset. Elementa mūdi contēpibilibiter uocās decreta & doctrinas in his reb⁹ externis statuta, immo & ipsa decalogi externa opera. Idcirco nostro seculo spiritualia sunt, diuitiæ, tyrannis, fastus, libertas; aut summo gradu, oēs uocales sine intellectu, & uestes & loca doctrinis hominū assera Corporalia sunt opa misericordiæ, & q̄cūq̄ alia opa & loca hominū, etiā si ex sp̄ pleno fidei sint sanctissima, Sed

Lex cogit ad hereditatem

Elementa litera

Dissentit a quibusdā.

Nota diligenter.

Tapinosia extenuatio.

Spiritualia nō sic uocantur remonialia.

Elementa mundi

2673

colloq. 2.

Habit 3

7.

8.



Sed redeamus ad apostolū. Elementa ista sunt tutores & procuratores, sicut lex pedagogus. Quia litera legis, dum timore pœnæ inuitos cogit ad opera sua simul cogit agnita hæc inuita uoluntate currere ad Christum, spiritus libertatis largitorum. Non ergo perdit lex, sed officiosissime proficit; modo intelligas te per eam, uelut pium procuratorem ad Christum, ad hæreditatē duci, immo pelli. Quod si non sic eam intelligas, erit tibi exactor & aduersarius, tradens te tortoribus, erit iudex & persecutor tuus, quia nunquā tibi quietam conscientiam relinquet, dū nunquā in te tuisq; operibus inuenire possis, quo illa sit impleta & contenta. Sic autem eam intelligunt, qui non ad Christū se dirigi per eam, sed suis uiribus eam implendam accipiunt.

Notanda digna.

At ubi uenit plenitudo tēporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus.

Plenitudinem temporis huic reddidit, quod supra dixerat præfinitum tempus a patre, ita enim & deus præfinit erat tēpus, quo benedictio Abrahæ promissa in femine suo Christo impleteretur. Non quod non interim sancti patres eandem benedictionem consecuti sint, sed quod in Christo reuelanda erat per mundum, & ipse manifestandus, in quo & illi & nos benedicimur. Et hoc uocat plenitudinem temporis, id est, impletionem temporis præfiniti. Alij plenitudinem temporis, tempus plenitudinis, id est, gratiæ uocant, ille quisquis est, quem di. Hiero. recitat, qui sibi ipsi opponens dicit: Si necesse fuit, ut sub lege fieret, ut eos, qui sub lege erant redimeret; ergo necesse quoque fuisset, ut sine lege fieret, ut eos, qui sine lege erant, redimeret. Aut si hoc non necessarium, illud quoque superfluum est, ille, in quā de sola lege ceremoniali apostolum intelligit, cum apostolus de tota lege loquatur. Non enim Christus de ceremonijs tantū, ac non potius de concupiscentijs, seu lege concupiscentiam prohibente, redemit: ipse enim nulli debuit, & tamen debitorem sese fecit, conuersatus sicut peccator. Proinde tropus apostoli seruandus est. Non enim sub lege esse, est id, quod tempore & decreto legis uisum: sic nec Iob, nec Naaman Syrus sub lege fuerunt, nec Sareptana Sidonis mulier; Sed est esse debitorem legis, non habere quo impleas, & reum esse omnium pœnarum a lege positarū, Christus autē cum nō esset, nec esse possit sub lege, factus est tamen sub lege, peccatum & peccator, non contra legem operans sicut nos, sed pœnas peccatorum a lege statutas, pro nobis suscipiens innocenter. Quare omnes gentes sub lege fuerūt, falsæ naturæ & decalogi. Nō ergo eodē modo Christus sub lege factus est, quā nos sub lege sumus. Sicut nec eodē modo maledictus & peccatus fuit, quo nos sumus. Ipse tantū corpe, nos utroque corpe & spiritu. Et ut b. Aug. li. iij. tr. iij. suo simplo, nostro duplo consonat, & pulchrum diapason adimplet,

Plenitudo temporis.

Recitat qui quæ p̄ a Hiero. recitatum.

Esse sub lege

Illud, factū ex muliere, nō uidetur prope contumelia uirginis matris: Potuit enim eodem uerbo factum ex uirgine dicere. D. Hiero. Propter Manichæū ita dictum, qui Christum per mulierem, non ex muliere natum dicit; non ueram, sed putatiuam eius carnem simulans. Potest etiam dici, commēdari ab apostolo diuinam dignationem, quæ eo descenderit, ut non modo ex natura humana, sed & ex infirmiore sexu eiusdem nasci uoluerit; ideo nomen sexus aptius fuisse, quā nomen conditionis. Simul quod illud monet, quod Adam nō ex muliere factus est, sed ex uiro, nō muliere; ut sicut mulier ex uiro facta causa fuit peccati & perditionis; ita uir ex muliere factus, causa fieret iustitiæ &

Factum ex muliere.

P p iij salutis

16. **Marix uirginitas.**

salutis, contrarijs sexibus contraria operatibus; quod citra nomen sexus, non potuit obseruari, quãquã nec uirginitatẽ Marix in hoc intactam relinquit. Nã cum ceteri omnes ex uiro & muliere ueniant, solus hic ex muliere factis cõmendat miraculũ, esse matrẽ, mulierem uirginem, & filium uirginis. Deniq; qui homo naturalis esse debuit, & filius, necesse fuit ut nasceretur. Ad nascendum autem, & sexu muliebri opus est; nõ enim esset homo filius, nisi per mulierem natus esset. Sicut nec in Adam filius homo, nec Eva filia homo fuit. Adoptio filiorũ aptius in græco, Hiothesia dicitur, a ponẽdo & filius, sicut legis õsio eadem compositione dicitur. Hiothesia autem hæc fit, ut supra docuit, per fidẽ

17. **Adoptio filiorum.**

**Credere in Christum.**

18. **Repetitio propter rudiores**

**Pater iugiter celebrãdum Christiano.**

**Abba pater.**

19.

20. **Vnus gradus charitatis.**

Christi, quã deus in ipso futuram promisit Abrahæ. Credere enim in Christũ, est cum induere, unũ cũ eo fieri. At Christus filius est, quare in ipso quoq; credentes, filij cum eo sunt. Propter eos, qui nondũ satis in Christo sunt eruditi, repeto, quæ supra sæpius dixi; hoc est, uerba illa, Redimeret, adoptionẽ reci peremus, estis filij, misit spiritũ. Non est seruus, sed filius & hæres, & familia, nõn sunt intelligenda, quod cõpleta in nobis sint, sed quod Christus hoc ex/pleuit, quo in nobis & ipsa explerentur. Sic enim omnia incepta sunt, ut de deo in diem sint magis ac magis perficienda; ideo & phasẽ domini (id est, transi tus) dicitur. Et nos Galilæi, id est, migrãtes uocamur; quod assidue de Aegypto per desertũ id est, per uiam crucis & passionis eximus ad terrã promissionis; redempti sumus, & assidue redimimur; recipimus adoptionẽ, & adhuc recipimur facti sumus filij dei, & sumus, & siemus; missus est spiritus, mittitur, & mittitur; cognoscimus & cognoscemus. Et ita uitam Christiani, ne imaginis statum & quietem esse, sed transitum & profectum de uitijs ad uirtutem, de claritate in claritatem, de uirtute in uirtutem. Et qui nõ fuerit in transitu, hunc nec Christianum arbitreris, sed populũ quietis & pacis ad uelociter inducit propheta hostes eius. Ne ergo credas theologis istis deceptoribus, qui tibi dicunt. Si unum & primũ gradum charitatis habes, satis habes ad salutem. Stultis optionibus suis, otiosam, ac uelut in uase uinum, in corde charitatem fingentes. Non est otiosa charitas, sed crucifigit carnem assidue, & suo gradu stare nõ potest contenta, sed se dilatat in totũ hominẽ expurgandum. Illi autem cum suo uno gradu, tẽpore tentationis & mortis, nec primũ nec secũdũ gradũ habebũt.

Quoniam autem estis filij, misit deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, Abba pater.

21.

**Abba pater.**

22.

**Manifeste sanctus trinitatis unũ deũ notat.**

D. Hiero. corda nostra, habet, quod & græcus habet, quĩn ita cõsonat, Rho. viij. Accepistis spiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, abba pater; non ait, in quo clamatis, cum tamen in secunda persona ad eos locutus sit; ita & hic facit. Abba pater, cur geminari, cum grãmatica ratio non appareat: placet uulgata ratio mysterij, quod idem spiritus fidei sit iudeorũ & gẽtium, duorum populorũ amicus dei; sicut Apostolus Rho. i. & ij. iudæo primũ & græco dicit. Obseruat apłus, quia de filijs dei dixerat, ideo spiritũ sanctũ spiritũ filij dei appellat, ut eundem spiritum in fidelibus missum ostẽdat, qui in Christo est filio dei. Manifeste autem sanctam Trinitatem unum deum notat: Nam filius cũ sit uerus deus, uiuit spiritu suo, quo & pater sine dubio uiuit, & quẽ alibi spiritum dei uocat, hic spiritũ filij uocat. Ita & nos in deo sumus, mouemur & uiuimus. Sumus, propter patrem, qui substantia diuinitatis est. Mouemur, imagine filij, qui ex patre nascitur, diuino & æterno uelut motu motus. Uiuimur, secundum spiritum, in quo pater & filius quiescunt, & uelut uiuunt.

Sed hæc

Sed hæc sublimiora sunt, quæ ut huic loco cõueniant. Hoc magis obseruandũ, quod apostolus credentibus, mox & spiritum filiorum dari testatur, Quia (inquit) estis filij, utiq; per fidem, ut iam sæpe dictum est) misit deus spiritum filij, in corda nostra. Quibus facile soluitur illorum quæstio quomodo sola fide hominẽ iustificari & saluari doceatur. Nihil est, quod moueatis, si uera est fides, & uere filius, nõ deerit spiritus: si autẽ assit spiritus, charitatẽ diffundet, & omnẽ illum uirtutũ concentũ absoluet, quem. j. Corinth. xij. tribuit charitati. Charitas patiens est, benigna est &c. ideo quando de fide iustificatẽ loquitur, de fide quæ per dilectionem operatur, ut alias dicit, loquitur. Fides enim mereatur ut spiritus detur: sicut & supra: Ex operibus, an ex auditu fidei spiritus accipitur: Cæterum, fides qua & dæmones contremiscit, & impij miracula facit, uera nõ est, cum nõ domũ sint filij, nec hæredes benedictionis.

Sola fide iustificatur hõ.

Fides mereatur spiritus detur

Deum non est seruus, sed filius: quod si filius, & hæres per deũ.

Itaq; iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & hæres per deũ. Per Christum. di. Hiero. legitur: & ita græce legitur. Hoc enim addit, ne uel per legem, uel aliã de hanc hæreditatẽ sibi quisquã speret quæ per Christum. Quia in femine Abrahæ (qui est Christus) promittitur & exhibetur benedictio. Idẽ Rho. viij. Si autẽ filij & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autẽ Christi.

Quid sit seruus & seruitus, satis dictum est: nempe, qui legem seruat, & non seruat. Seruat in operibus, uel timore pœnæ, uel amore cõmodi. Non seruat in uoluntate, qua mallet non esse legem: ac sic iam intus odit institutã legem, quam foris simulat coram hominibus. Filius autẽ gratia adiutus, libere seruat, nollet nõ esse legem, immo gaudet esse legem, illi manus est in lege domini, huic uoluntas in lege domini.

Seruus Seruitus

Filius

Sed tũc quidẽ, ignorãtes deũ, ijs, qui natura nõ sunt dij seruiebatis.

Dupliciter deum dici, manifeste indicat: Deum natura, id est, uerum, unũ, uerũ, & æternũ. Alios multos falsos, mortuos, hoc est, homines, bestias, uolucres, ut Rhoma. j. Qui cõmutauerũt gloriam immortalis dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & uolucrũ, & quadrupedũ, & serpentũ. Ergo non natura, sed opinione & errore hominũ dij sunt, quibus contra præceptũ secundũ, nomen & gloriã dei ueri, in uanem assumentes, tribuerũt: sicut & nunc nomẽ domini in finitũ sup stitionibus seruit. Cum enim sit sanctũ & terribile, nõ potest nisi nocẽtissime pretexti, quibuscuq; iniquitatibus & deceptionibus quod illius terrore homines efficacissime trahantur, natura in sita est uenratio nominis diuini, sed difficillimum est nosse, quando inuocatur in ueritate.

Deus dicitur dupliciter.

Nomen dei uenerabile.

Hic enim ignorantia a uero deo subtrahit insidiosissime, qua & Galatas dicit olim fuissẽ, cum cæteris genibus deceptos. Distinguunt recẽtiores ignorantiam aliam inuincibilẽ, aliam crassam & affectatã. Inuincibilis (inquit) excusat a toto peccato. Crassa non a toto, sed a tanto. Affectata uero magis accusat. Hæc mihi uidentur ad hoc conflictã, ut gratiã dei iniuriã faciant, & liberum arbitrium insistent, deinde homines securos in perditione sua reddant. Nam dñm homo fecerit quod in se fuerit, securus est: quia inuincibilis ignorantia non nocet. Breuiter, ignorantia inuincibilis, uel dicitur quo ad nos, nos frangit uires, tunc certũ est, nullã esse inuincibilẽ ignorantia, salte in ijs, quæ per trinitatẽ ad deũ. Ioan. ij. Non potest homo quicquã accipere, nisi fuerit ei datũ de super. Et loã. vi. Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Nihil enim boni ex nobis possumus, sed tantum errate, ignorantias augere, & peccare.

Ignorantia duplex.

Eludit distinctionem.

303 b

Proinde

Proinde qui suis uiribus ignorantiam quancumque euadere tentat, duplici peccato & ignorantia se excecat. Primum, quod ignarus est. Secundum, quod ignorat se ignarus esse; & per ignorantiam ignorantiam presumit pellere, & opus citice re, quod solius dei est; ita dum ad meliora per seipsum nititur, sine deo, de peccato impenitente facit; & quod a deo quaerere debuerat, in seipso inuenisse se mēditur. Solus

Ignorantia  
quod docēda.

NOTA

Ignorantia in  
uincibilis nō  
excusa.

Christus est lux, & uita omnium hominum, non ratio nostra. Videlicet dicitur inuincibilis, quo ad gratiam dei nobiscum; sic nulla est inuincibilis, quia omnia possibilia credenti. Igitur non sunt docendi homines, ut ignorantiam inuincibilem non timeant, ne in se & sua confidētes, timorem dei remittant; quin potius, si uel fecerint, quod in se est, siue non, desperare de seipsis debent, & in solū deum cōfidere, cuius iudicium etiam in bonis timere, eius misericordiam etiā in malis sperare; ut nihil unquam faciant, quo securi sint, nihil unquam peccent in quo desperent; ita semper est ignorantia inuincibilis, eo ipso tamen dum timent, & sperant, sunt sine omni ignorantia. Quare non excusat ignorantia inuincibilis, sed cōfessio & agnitio gemebunda ignorantiae inuincibilis, excusat, uel potius gratiam impetrat.

Nunc autem, cum cognoueritis deum, immo cogniti sitis a deo, Quomodo iterum conuertimini, ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis?

Locus a  
minor.

Nescio, an locū ab ingratitude tractet Apostolus, an a minor; utrumque teneamus. A minori, si tunc, quando deū ignorantes, dijs falsis seruebatis, non cōuertebamini ad elementa infirma, quō nunc, cū cognoueritis deum, ad illa cōuertebamini; cum tunc magis uidebamini illorum egerē, quod iudaismus non parū excellēbat gentilitate; nunc autē incomparabiliter etiam iudaismo superiores facti nihil profus illorum egeris. Ab ingratitude sic: Memores estis quod feda idola tria, dijs immūdis serueritis, & nunc misericordia dei, ad ueri dei cultū uocati sitis, num ergo uos pudet, tantae ingratitude, quod a deo rursus disceditis, qui e tantis malis, in tanta bona uos uocant? Aut utrumque locū forte simul inuoluit, more suo. Illud immo cum cogniti sitis, putat S. Augustinus dictum uel in infirmis, explicandi gratia; quia rudes intelligerent cognitionem dei, qua eos cognouisse dicit, facie ad faciem fuisse; & ita apostolum non intelligeret, ideo seipsum exposuerit, quod cogniti magis sint quam cognouerint.

Locus ab in  
gritudine.

Cū cogniti  
sitis.

Nostrū agere  
est pan deū  
in nobis ope  
rantem.

In eos q sua  
iusticia nō  
operantur.

Verum sub hac simplicitate latet non minus sublimis illa intelligentia, quod nostrum agere, est pati deum in nobis operantem; quo modo uidemus instrumentū artificis magis agi, quam agere. Quod & Isa. xxvj. Omnia opera (inquit) nostra, in nobis operatus es domine; ita nostrum cognoscere, est cognosci a deo, qui & operatus est in nobis hoc ipsum cognoscere (de fide enim loquitur) ergo prior cognouit nos. Et aptissime hoc utitur tropo in eos, qui in sua iustitia niti ceperunt, quasi deum uelint praeuenire operibus suis, & iustitiam deo parare, quā ab ipso acceptam oportuit. Qui furor cōmunis est omnium legalium & ceremonialium iustitiarum. Simul tamen eodem uerbo, praedestinationē occulte tangit, sicut & superius alicubi eandē indicat tantū, & transit. Nam non ideo cognoscunt, quia cognoscunt. Sed contra, quia cogniti sunt, ideo cognoscunt; ut sit non uolentis, neque currentis, sed miserentis dei omne bonum, & omnis gloria boni. Simili modo de fide & spiritus sentiendum.

Ecce pondus uerborum, & mira tapinosis. Ad elementa, id est, literam, & signa rerum; cum ipsi ad rem ipsam sibi uiderentur conuerſi. Deinde infirma, quia lex profus ad iustitiam iurare non potuit, quin potius ange-

bar.

bat peccati. Et egena, uacua, quia lex nō solū nō potest ulterius prouehere, sed nec seruare & fouere nos potest, in eo quod estis, sed peiores uos per eā fieri necesse est. Gratia autē fidei in Christo, potens est, non modo seruare, sed & ad perfectū promouere. Dicitū est supra, quid sint & quare sint elementa, uides ergo q̄ contemptim de lege loquatur, contra magniloquos pseudapostolos.

NOTA.

Querit hic d. Hiero, an Moyses & prophetae deū cognorint, & sic legē nō seruauint, aut legē seruauint & sic deum nō cognorint. Quia Apłus hęc duo facit pognātia, & utrūlibet de prophetis asserere periculosum est. Sed uno uerbo Apłus hoc dissoluit, quibus (inquit) denūo uultis seruare. Seruare legalia, nō est malū, sed seruare legalibus, malū est. Seruit autē, qui timore (ut iam saepe dictum est) imitari, eadē facit coactus: uelut necessaria, quib⁹ mereat iustificari. Libere autē facta, nihil obfunt. Sic prophetae ea obseruauerūt, non pro iustitia obtinenda, sed pro charitate dei, & proximi exercenda, ipsi ex fide iustificati.

Seruare legalibus malū est, nō seruare.

Secundū legē

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.

B. Augustinus dubie hunc locū exponit, magis tamen de gentiū q̄ iudaeorū ritu. Dicit enim, uulgatissimus error est gentiliū, ut uel in agendis rebus, uel expectandis euentibus uitae ac negotiorū suorū, ab Astrologis & Chaldeis notas eos dies, menses, tēpora, & annos obseruent. Et hoc sensu, Apostolū passim decreta allegat, pro more suo, quo & multa alia assueuerūt hoc nomine, quod a sanctis patribus dicta sunt, nō qua causa dicta sunt. Quam q̄ statim b. Aug. de iudaeis quoq̄ intelligēdū dicit. B. Hiero, simpliciter & recte de iudaeis tantum accipit. Dies (inquit) ut sabbati, & Neomeniae: menses autē, ut primū & septimū mensem. Tempora, quibus ter ueniebant in Hierusalē per singulos annos. Annos autē septimū remissionis, & quinquagesimū, quē iubilium illi uocant. Querit idem an & nos eodē crimine teneamur, quod quatuor sabbati, pasce, & pentecostes, & prouarietati regionū, diuersa in honore martyrum constituta tempora obseruamus.

Quaestio Hiero.

Respondet primū, Nos nō iudaeorū, sed alios dies obseruare. Secūdo, Constituti sunt dies, nō quo celebrior sit illa, qua cōuenimus, sed ne iordinata congregatio populi, fidem minueret in Christo. Tertio, qui acutus respondere conatur, affirmat omnes dies aequales esse. Semper esse sanctum resurrectionis die, semp̄ licere ieiunare, semper uelci dominico corpore, semper orare. Ideo ieiunia & congregationes inter dies, propter eos, a iuris prudentibus constitutos, qui magis seculo uacant q̄ deo &c. Hoc uerū est. Sic enim Isa. ult. futuru esse praedixit: Erit sabbatū ex sabbato, & mensis ex mēse. Reuera enim omnis dies festus est in noua lege, nisi quantum ecclesiae praecepto constituit, pro uerbo dei audiendo, & comunicādo, & orando cōmunibus precibus. Sed nunc longe in maiore superstitione abierūt, q̄ iudaeorū festiuitates: adeo ut se obsequio deo nōc praestare arbitrent, si hos dies multiplicēt, nō orandi, nōn audiēdi uerbi dei, nō comunicādi gratia, sed tantū feriādi, & uere feriānt pfectus q̄ iudaei. Hi enim saltē Moſen & prophetas legūt: Nos nec deo, nec hominibus seruītes absoluiſſime uacamus ab omnib⁹, nisi quod uentri & ocio, alijsq̄ portētis seruimus. Nec sic tamē pontifices populorū miseri, dies aliquot festos abrogant & minuit: timētes forte Rho. pontificis autoritatē, hęc facientis: quasi non hoc ipsum impiū sit putare, quod Rho. pontifex intenderit, aut potuerit flaturē, uel tolerare eos dies, qui diabolu tot monstris colunt, in summū dedecus Christiani nominis, & blasphemā diuinæ maiestatis. Aut si putant illum hac

Solutio Hiero.

Omnis dies festus in noua lege.

In superstitione nō noſtī se esse.

Plam p̄ chetiano profesōu, consiliū,



44.  
Notent est.

hæc intendere, & tolerare uelle, impiissimū est obedisse, & hominis statuti, in tantū creatoris contumeliā uergens, non penitus, & cū fiducia dirupisse & casu fuisse. Nō est excusatus episcopus, aut ullus pastor, si uiderit dies festos in sua ecclesia, chrietatibus, ludis, libidinibus, cædibus, ocio, fabulis, spectaculis consumi, sicuti fere consumuntur, præter paucos celeberrimos; & nō eos hoc rogari. Non (inquā) excusatus est, quod sine autoritate Papæ non licet. Nam si & angelus de cælo sic cõstituisset, plus tamen diuinæ gloriæ & honori debemus in cuius iniuriā quicquid statuitur, aut quicquid a quocūq; toleratur, tollendū est cū fiducia; nisi quis malit omnium malorū tali permissioe factorum reus fieri. Non ligat mandatū Rho. ecclesie, nisi ubi cum honore & gloria dei seruari potest; Quod si seruari nō ita potest, iam impios esse pronūcio, qui illud mandatum cogant uideri. Sicut nos impiissimi homines ludunt, qui hominis timorem præponunt dei timori; & sub nominæ Papæ, & S. Petri, diaboli coronit in ecclesia Christi, immo adorant. De bello in Turcas cogitamus, de hoc & alijs necessitatibus ecclesie longe q̄ turcari; tyrannis sit, peioribus, securi sumus, & in utrāq; dormimus aurem; quasi nō melius sit Turcā, uere uirgam dei uenire, & nostris malis, uel morte corporis mederi, q̄ tanta licētia populū, tanta segnitie pastorū ecclesie, populū in peiores Turcas degenerare. Ille sane corpora occidit, & terra spoliabit, at nos animas occidimus & cælo priuamus.

Si tamen uera est distinctio nouissimi concilij, animas scilicet esse immortales, præsertim Christianorū. Ad apostolū redeundo, sicut circūcisio, ita dies quoq; festi nihil conferbant iustitiæ, neq; alia, quorū latius meminit Col. iij. nō ergo, ut necessaria fuerit obseruanda. Non magis certe q̄ nostri festi dies, nobis iustitiā conferunt obseruati, aut ulla alia onera traditionū. Sed ex fide Christi iustitiā nostra est, quæ nō fit ex ceremonijs; sed utitur ceremonijs libere pro charitate dei & proximi; nisi id lucri tibi fecerint, multiplicati dies festi, quo ab operibus manū feriatas, rem familiarem extenues, & sic paulatim ad inopiam uenias; iuxta illud euangelij; Beati pauperes; ut dies festi, non ad cultū dei, sed ad paupertatē adducendā ualeant; aut ad euacuandū præceptū dei fa luberrimū, ueteri homini impositū; In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Sed alias hæc & alia, misere habet ecclia Christi, irascēte p̄ctis nostris, cælo & terra

Timeo uos, ne sine causa in uobis laborauerim.

46.  
Timeo uos, b. Hierony. pro timeo de uobis, dictum putat. Et defectum mihi uidetur oratio sapere, tanq̄ uoluerit Apostolus eos terrere periculo eorum, & dicere; Timeo uos perituros esse in æternū, & ita frustra omnia in uobis laborauerim, uerum, uerit uerba, & ut dura hæc supprimit, & suum damnū tantum causatur; ita enim conuenit apostolicæ lenitati, non nimium asperē inuadere, quos recuperare cupiebat. Si quidē, ut est humanus affectus, præsertim in culpa deprehensus, magis trahitur & corrigitur lenitate, q̄ cogitur minis & terrore. Et uehementer mouet, si aliorum mala tua feceris, & te in illis deploraris, ut permoueas tandem, quo sua saltem tecū deplorent. Dicit ergo Paulus; O Galatæ & si uestrum malū non satis uos mouet, miseremini saltem mei, condolete mihi, qui in uobis me perdidisse timeo, non rem, non famā, non honorem, nec solum uerbū aut opus, sed uniuersum laborem. Mitius erat, si tantum locutus fuisset, nunc laboranti pro uobis, orauit, multa passus, multa periclitatus (si cur ad Corinthios roritat copiosius) & hæc omnia nunc frustra consumpsi. La chrymas Pauli hæc uerba spirant.

Estote

47.  
Non acerbe inuadere rei cuperandos.

Estote sicut ego, quia & ego sicut uos.

Et hie obscuritas uarietate parit. D. Hiero. duas affert. Priorem; Estote sicut ego; id est, robusti & uiri in fide Christi, sicut ego ipse sum; ut sit exhortatio ad perfectiora, quia & ego sicut uos, scilicet sui, tunc scilicet quando primū uobis euangelij lac dedi. Nam feci me paruulū, & infirmum uobis, abscondens perfectiora, & infirmiora fidei uobis dedi, & talem doctorem exhibui, quem uos infirmi intelligere possitis. Eram ergo tunc sicut uos; quare nunc uicem rependite, & sitis sicut ego; id est, potentes me capere fortiora tradetem. Alteram, sui & ego quondam in ceremonijs, sicut uos modo estis; sed arbitratus sum ut stercorea, ut Christum lucrifacerem. Et uos quoque sic facite, & estote sicut ego modo sum.

B. Augu. Estote sicut ego, qui contēno legalia iudæus; quia & ego sicut uos; id est, homo sum sicut uos. Si mihi, qui similis sum uobis homo, licet elementa negligere & uobis quoque licebit. Potest & ita cogitari, quia dure eos increparat, ne exasperaretur & laederetur, preoccupat & expostulat, ut sese præbeat ei, qualem ipse se præbet illis, ut sit sensus; ego quidem non sum læsus a uobis, nō exasperatis me. Ita rursus, nolite a me lædi, & exasperari; sed commune malum utrunque deploremus. Meum malū est, quod uos reciditis; ideo nō a uobis offensus sum, sed a malo iam meo; ita uos nolite offendi mea increpatione, sed uestro malo potius. Et hunc sensum, sequens contextus uidetur iuuare, nihil (inquit) me læsistis. Huic non multum ab similibus est sensus, si cū præcedentibus iam dictis, ita ne statatur; Quando ego uestro hoc malo, nō secus afficer, ac si meū ellet ita ut iam uere cum infirmis infirmem, cum senibus senem, omnibusque omnia factus sim; ita rursus peto, ut mihi quoque timent, ne frustra laborarim, alimilemini; & cum timenti timeatis, cum dolere perditum laborem esse doleatis; ut si uestro malo non moueamini, meo moueamini; ut sic ad uestrum quoque perueniat malum deplorandum. Sic em̄ & Christus, teste d. Bernardo, cum nos peccata nostra non cruciarent, pro nobis doluit & passus est, ut suo pro nostris peccatis dolore, multo fortius nos ad luctum moueret, sicut ad mulieres sequentes dixit; Nolite flere super me, sed flete super uos ipsos. In his liberum linquo iudicium lectori.

Fratres, obsecro uos, nihil me læsistis.

D. Hiero. ad superiorem sententiā hoc iungit, sic legēs Fratres, obsecro uos, estote sicut ego, quia ego sicut uos, nihil me læsistis. Verum cum apostolus solcat ingredi nouam sententiā, quando dicit; Fratres obsecro uos, nescio an iste ordo sit tenendus. Quid si per eclipsim, hoc uel simile uoluerit, obsecro, ignoscite mihi; durus fui, sed necessario; sustinete modicum quid zelotypiæ mex.

B. Hierony. sic. Quum hucusque non me læseritis, quando uobis paruulis & infirmis, infirmus factus, infirma tradidi; cur nunc lador a uobis, ad maiora uos prouocans; Et hanc sententiā statuit ex sequentibus, ubi per infirmitatem se eis prædicasse dicit. Et tamē susceptum sicut angelum dei &c. legitur certum est apostolum hoc contextu pro paterna sollicitudine, lenire & molire suam totius præcedentis sermonis asperitatem. Arguerat infensatos, cito translatos, cōuersos ad elementa mundi, carne consummatos, fascinosos, crucifixum in eis Christū, contemptam gratiam, irritum testamentum dei, seruos ex filijs factos. Et iam in summa, frustra se omnia fecisse, & labore uniuersum perdidisse; ita iam prope de eis oīa pessima & desperata significarat. Et hæc oīa pro uehementia, & studio ardentissimo tuenda; gratiæ dei; ideo nunc temperat, & castigationem mitigat.

Q9 oleo



ſceperunt, ſed ut angelum, ut Chriſtum ſuſceperunt, ſumma ſcilicet reuerentia quem aduerſarij ſumma cōtumelia affectū, ut omniū peſſimū querebāt ad mortem. Monet hoc loco d. Hierony. Epiſcopos; diſcant (inquit) ab apoſtolo errantes, inſipientes Galatas fratres uocari; diſcant poſt increpationem, blāda uerba dicentis; obſecro uos. Quod obſecrat, illud eſt, ut ſint eius imitatores; ſicut & ipſe Chriſti. Decutunt hæc ſuperciliū epiſcoporū, q̄ uelut in aliqua ſublimi ſpecula conſtituti, uix dignantur uidere mortales, & alloqui conſeruos ſuos.

Hæc retuli, quia noſtro ſeculo miraculum, immo pluſq̄ impietas eſt, pontificū cū uitia uel recitare. Aliud dixiſſet, ſi noſtri ſeculi pontifices, pro magna parte regum & principum faſtus ſuperare; rursū in Chriſti uita uel ſciētia, nec idē otas, aut mulierculas æquare, uidiſſet. At apoſto<sup>l</sup> pulchre memor, quod ad Timotheū ſcripſit, argue, obſecra, increpa, inſta opportune, iportune, cū omni paritētia & c. idē in hac epiſtola, & exemplo docet: non excomunicat, non clamat ad ignē, non mox hæreticos p̄nunciat, non aggrauat, nec reaggrauat, ſed ignē charitatis, & flāmas cordis ſui facit; quia non occidere homines, ſed hominum uitia & errores, ſtuduit, neſcit fulmina late ſentētiæ, niſi fulmen uerbi dei, & tonitru euangelicū; quo ſolo occiduntur & uiſificantur peccatores.

NOTA.

Vbi eſt ergo beatitudo ueſtræ

Vel, quia pro tantæ fidei conſtantia, beatos ipſe tūc eos dixerat; Vel quia, qui tales ſunt, quales commendauit Galatas, uere beati dici poſſunt; niſi quis exiſti met apoſtolicam uerecundā hic ſignari; ut qui uellet dicere: ubi nūc eſt ueſtra ſila in me reuerentia, obſeruantia, & quædam uelut adoratio: Maluerit uerecund de eorū beatitudini, q̄ ſuæ gloriæ tribuere, exemplo Chriſti; qui & ipſe uirtutes ſeas fidei eorū, quibus ſiebant deputare ſolebat. Aut ſi ſimplex ſenſus placet, fidem Chriſti, in qua beatificabantur, expoſtulat & exprobat.

Teſtimonium enim uobis perhibeo: quia ſi fieri potuiſſet: oculos ueſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.

Hyperbolen eſſe putat, d. Hiero. At non puto neceſſariam hyperbolen, cum ex prædictis pateat, eos & uitā ſuā pro apoſtolo in periculum poſuiſſe; ideo non mirū, ſi fieri potuiſſet; hoc eſt, ſi ipſe permitteret & ita fieri oporteret (alioquin, quō non potuit fieri, ſi uellent) eos eruturos fuiſſe & oculos; niſi ad occultam reprehentionem, per myſterium oculorum alluſit, ut qui tunc oculos ſuos, id eſt ſenſum ſuum, libentiffime apoſtolo ſubmiſerunt, ut idem docerentur; quæ ſtultificat ſapientes, & uidentes reddit, ut non uideant; nunc receperunt, ut ſuo oculo ſcandalizeſcentur, quē dñs erui iuſſit, & proieci a nobis. Vide quid ſit, paſtorē negligere oues Chriſti; tantā charitatē, tantā fidem, tam ſynceram religionē Galatarum, pſeudapoſtoli tam cito ſubuerterunt, breui, abſente apoſtolo; quid faciat diabolus, ubi nullus eſt paſtor; aut ſi eſt, oues Chriſti nunq̄ uiſitet aut paſcat: Nunquid ſolo titulo, nomine poteſtate, paſtores, poterunt ſeruari? Nā ijs illa eſt, putatur eccleſia eſſe illaſa.

NOTA.

Ergo inimicus uobis factus ſum, uerum dicens.

Recte hoc Hiero. exponit, de ueritate, quā in hac epiſtola ad eos loquit; non de illa, qua primū eos inſtituit. Nā, ut dixi, id agit apoſtolus, ne Galatæ iniquus ſerent, quæ hucusq̄ in eos dixerat, nonnulla ſatis dura, ſed tñ uera; ideo præuenit eos, ac dicit: non accipite uerba mea, quod dura ſunt, ſed hoc pot̄ uidete, q̄ uera ſunt. Eſto durius uos inuaſi, nunq̄ ideo inimicū me habetis, ac nō magis

Q̄ q̄ ij amicum

**Pulcherrimū** amicum: quia ueritatem, & si necessario duram, uobis loquitur. **O pulcherrimū** docendę ueritatis exemplū. Sic em uulnus infligere oportet, ut scias & mitiga-  
**re,** & sanare sic fecerum esse, ut benignitatis non obliuiscaris. Sic & deus fulgura in pluuiam facit, & tristes nubes atropq; cœlum, in fructiferos imbres resoluit  
**Prouerbium** ita habet Prouerbia, Innoxiam esse tēpeltatem fulgurū, quæ pluuiā mixtā fuerit: formidabilem autē & noxiam, quæ sicca & sola. Neq; enim uerbū dei in pet-  
 petuum irasci, neq; in æternū cōminari debet.

Aemulantur uos, non bene: sed excludere uos uolunt, ut illos æmu-  
 lemīni.

62. Occurrit excusationi, quā uidet, eos posse prætexere & dicere, quod nos illis  
 obediūmus, ideo fecimus: quia pio studio, & bona (ut nunc dicitur) intentione  
 nostram salutem querere uidebantur: præsertim cū nemo debeat suus esse ma-  
 gister: & sicut Deut. xij. dicitur, non faciendū est, quod rectum nobis uidetur.  
 Respondet: scio zelū habent, sed non bonum, nec secundum scientiam. Hic  
 sciendū quod uerbū æmulari quanq; frequenter idem sit, quod imitari, apostolus  
 tñ familiarē eius habet usum, pro inuidere cō amore, seu alicuius amore conten-  
 dere & coniti. Et ut plenius rem, pro opinione nostra tractemus, Amare dit-  
 pliciter contingit, in bono & in malo: ita & æmulari. Diligimus enim quādoq;  
 sed non bene: ita æmulamur quandoq; sed non bene. Verū ut amor est diligere  
 bonū, odium odisse malum: ita æmulatio seu zelus utrūq; inuoluens, proprie est  
 odisse malum in re amata: & quo uehementius ames, eo ardentius odias & inui-  
 deas malum amati. Vnde ego soleo zelum intelligere, iratum amorē, uel ama-  
 rosam inuidiam. Sic apostolus, ij. Cor. xj. Aemulor em uos dei æmulationē, ubi de  
 imitatione loqui, ne potest quidē fingi: quia sequitur: respondē em uos unū ut-  
 ro. Timeo autē ne sensus uestri corrūpant &c. quasi dī, ita diligo castā fidem ue-  
 strā, ut non possim non timere, & odisse corruptionem uestri: clare exponens,  
 quid sit æmulari, æmulationē dei. Quin hoc ipso uerbo, duplicē illā æmulationē  
 64. indicat. Aemulatio dei, id est, secundum deum, est odium mali in re amata, secū-  
 dū ueritatem: seu amor boni, & odium mali in re amata, secundum ueritatem.

**Amari in bo-  
no & malo.**

**Amulatio  
dei.** Aemulatio hominū, odiū mali in re amata, seu amor boni, & odium mali, in  
 re amata: sed secundū speciem & erronee. Talis est pseudapostolorū, de qua dicitur:  
 æmulantur uos, sed non bene: hoc est, querunt bonum uestrū, & abominantur  
 malum uestrū, sed male: quia malū iustitię legis, uelut bonum in Galatis querē  
 bant situere. Ille est stultus ille zelus, quō & iudæos scribit ad Rhō. Zelare  
 deum, id est ea quæ dei sunt. Non em æmulari hoc loco, pro imitari accipi po-  
 test, quod pseudapostoli Galatas utiq; non imitarent: Sed cōtra (inquit) exclu-  
 dere uos uolunt, scilicet a Christo, & fiducia eius, in fiduciam legis in carceran-  
 dos, ut ipsos æmulemini. Hoc loco potest pro imitari, positum esse: quāquā nec  
 a priore significationē abhorret, si intelligas, pseudapostolos uoluisse a Galatis  
 diligi, pio studio ambiri, (& ut discipuli pro p̄ceptionibus solent) zelo in se affici  
 amari, q̄ illorū essent: odio haberi quæ contraria. Et nō inepte dixisset, excludere  
 re nos uolūt. Sed ne arrogantiā, uel speciem tenus incurreret, uos (inquit) uolūt ex-  
 cludere, ut nobis exclusis, simul uos quocq; excludant.

65. Bonum autem æmulamini in bono semper, & non tantum, cum præ-  
 sens sum apud uos.

66. Altera partē excusationis eorū confutat, una em erat, quod illi pio studio quæ-  
 rebant



rebant eorum salutem, quod apostolus negat; non bene (inquit) æmulatur uos; non quæ uestra, sed quæ sua sunt, querunt, ut in uobis glorientur, ut infra. vj.

Altera, quod obediendū sit, & non sibi ipsi credendū. Ad hoc responderet; Bonum quidem est æmulari, & imitari alios, sed hoc præstate in re bona semper, nunquā in mala, non tantū me præsentē, sed etiā absente, ne mei causa, ac nō rei ipsius causa facere, uideamini. Quo circa miror interpretē & d. Hierony. hūc contextum ita præterisse, cum satis sit obscurus, si dixeris; Bonum æmulamini in bono. Quid est bonū in bono emulari. Quare officiose Erasmus & Scapula. e. græco sic reddiderunt; Bonum est æmulari in bona re semper; uel bona est æmulatio in re bona semp. Est enim infiniti<sup>9</sup> æmulari, non imperatiuus æmulamini, nisi sciolorum deprauator quispiā, & interpretem, & Hieronymum uolat uerit. Quod a postolus uult, hoc est, Omnia probate, quod bonum est, tene; te; quam regulā uidemus omnibus ecclesijs ab eo traditam. Et tamen per milia annorum centenarius penitus est obliterata.

Filioli mei, quos iterū parturio, donec Christus formetur in uobis.

Vide miram apostoli charitatem, ut totus est nihil aliud quā Galatæ, adeo omnia in se transformat, sui penitissime oblitus; ut patif in illis, ut laborat, ut estuat de nulla sua re, sed Galatarum sollicitus. O exemplum apostolicū pastoris Christiani. Verum charitas, non querit quæ sua sunt. Dulcissimi filioli mei, mater mea uiscera torquetur, pater sui, mater factus sum, porto uos in utero, formo, fingo; uos; uellem uos parere, & in uitā edere, si quo modo possem. Commendat affectum hunc multis d. Hieronymus. Nam hoc demum est, animas querere, non pecunias. Nota uerborū obseruationem, nō ait, donec Christū formem in uobis, sed formetur. Plus gratiæ dei tribuens, quā operi suo; uel mater gestat eos in utero, ruse semē, donec spiritus cooperatus, formet eos in Christum. Anxiani potest prædicator, quomodo pariat Christianos, sed formare non potest, non plusquā mater carnis format foetum, sed tantum portat formatum & pariendum. Nec dixit, donec in Christū formemini, sed formetur Christus in uobis. Quia uita Christiani non est ipsius, sed Christi in eo uiuentis; ut supra. ij. Viuo iam non ego, uiuit uero in me Christus. Nos oportet destrui & difformari, ut Christus formetur, & solus sit in nobis.

Vellem autem esse apud uos modo, & mutare uocem meam.

Hoc Hieronymo uidetur dicere; quia scriptura diuina lecta quidem edificat; sed multo magis prodest, si de literis uertatur in uocem; sicut & ad Paulinū scribit, de energia uocis uiuæ. Non solum autem, hoc apostolus intendit, uerum uellem (inquit) ut essem modo apud uos, ad hoc, ut uocem possem mutare; non musica mutatione, sed theologica; hoc est, quia epistola scripta, si nimum obturget, offendit; sin blādius est, nō satisfacit apud insensatos; in tam seria re, scriptura mortua est; tantū dat, quātū habet. At si p̄sens esset, posset pro uarietate auditōrū temperare sermonē; illos oburgare, hos mitigare; illos rogare, hos increpare, & in omnem affectum, sicut opportunum esset mutare. Nā apparet apostolum sollicitum esse, ne & in superioribus nimum in partem oburgandi; & hic inter laudandum & blandiendum, nimum ad commendationem declinarit; timens pijsime, ne utriusq; aut nimum lædat, aut minus quā necesse est, percutiat & ita inter utriusq; hærens confunditur, ignarus quid faciat, nec integrum habens oburgare, nec commendare. Hanc sententiā probat uerbū, quod sequit.

Quia in Quia

*Eufang y Pampulio*

Omnia probate, ad bonum est, tene.

Apostoli charitas.

Christiani pastoris animas querere. Verborum obseruatio.

*Vita Christiani non est ipsius, sed Christi in eo uiuentis; ut supra. ij. Viuo iam non ego, uiuit uero in me Christus.*

Sententiā apostoli

*quædam ne magis dicitur*

70.

67.

68.

69.

70.

71.

Quia confundor in uobis.

72. Hoc est, ut dignissime Erasmus reddidit, hæreo, perturbor, inopsq; consilij  
 D. Hierony. sum, quid uobiscum agam; in quam sententiam & d. Hiero, multa comment<sup>o</sup>  
 tandem ægre ac pene imprudens, & alia agens; confundor (inquit) in uobis, &  
 ignorantia nec atq; illuc distrahor, & ignoras quid agam in diuersa distractus  
 laboror, dilaniorq;. Nescio, em, quæ primū uerba promā &c. Hæc ille sparsum.

Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, legem non legistis:

73. Legem non audistis, Hiero, & Græcus habent, Laborat Hierony, legem uo  
 cari hoc loco Genesim, de qua apostolos sumit, quod dicit. At qñ Hebræis  
 quinq; libri Mosi Thora, id est, lex uocatur, non incepte apostolus legem ap  
 pellat, librum Genesis; in qua si nihil aliud, certe circūcisio saltem præcipit, præ  
 cipua Iudæorum lex, omniumq; prima.

Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit: unum  
 de ancilla, & unum de libera: sed qui de ancilla, secundum carnem na  
 tus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allego  
 riam dicta.

74. Non quod in Genesi allegorice sint intelligenda, sed apostolus a se dicta per  
 75. *Quæstio.* allegoriam, quæ illic ad literam dicuntur, significat. Queritur: Quomodo nō  
 & Ismael per repromissionem natus sit: de quo Gen. xvi, tam multa per angelū  
 domini promittuntur matri suæ, anteq; natus esset. Rursus, xvij, multo plu  
 ra ad Abraham de eodem, ab ipso met deo promittuntur, cum iam natus esset.

76. D. Hierony, multa adducit, & incertum relinquit. Verum clarum est, quod  
 Ismael, non promittente deo, sed iubente Sara, naturali uirtute in adulescentu  
 la Agar conceptus est: Isaac autem de sterili, uetulaq; matre, supernatura li uirtu  
 te promittentis conceptus. Nam quod angelus ad Agar dixit: Ecce concepisti,  
 & paries filium, certe non est promittentis concipiendum, sed prædicentis futu  
 ra de iam concepto, aut etiam præcipientis est: ideo Isaac filius repromissiois est  
 tamen ex carne natus, sed non uirtute, nec secundū carnem conceptus.

Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidem a monte Sina, in fer  
 uitutem generans, quæ est Agar.

77. *Qui allegoriz  
 cis doctrinis  
 insinuandi.*

*Rudiores su  
 multitudine.*

78.

*Quatuor sensus  
 scripturæ  
 in usu.*

Quia Galatæ fideles erāt, allegoricis doctrinis eruditū potuerunt; Alioquin  
 ut, i. Corin. xiiij, dicit, infidelibus sunt linguæ in signum. Infidelibus uero alle  
 goricis nihil potest probari: ut & d. Augu. ad Vincentium docet. Aut certe, q  
 apostolus Galatis, ut infirmioribus, paterna sollicitudine, & uolens, rem simili  
 tudinibus & allegorijs delinuat, ut uerbum eorum captui attemperet. Nam ru  
 diores similitudinibus, parabolis allegorijs, etiam cum uoluptate capiunt: ideo  
 & Christus in euangelio (sicut Marthæus dicit) parabolis docet, pro capti uis  
 uscuisq;. Videamus ergo quomodo locū hunc allegoricum traçiet aduersus le  
 gis iustitiā. Hæc (inquit) duo testamenta, hoc est, duæ mulieres, Sara & Agar, si  
 gura fuere duorum testamentorū, sub uno eodē Abrahā, qui patrē cœlestē repræ  
 sentat. Verū, quod pene transierā de mysticis & allegoricis quoq; aliqua uide  
 da sunt, qñ hæc res postulat & tempus. Habentur in usu quatuor sensus scri  
 pturæ, quos literam, tropologiam, allegoriā, anagogen, uocant: ut Hierusalē iu  
 xta literā, ciuitas Iudææ metropolis est; Tropologicus, consciētia pura uel fides  
 Allego

Allegorice, ecclesia Christi; Anagogice, coelestis patria. Ita Isaac & Ismael hoc loco, litteraliter, filij duo Abraham; Allegorice, duo testamenta, seu synagoga & ecclesia, lex & gratia; Tropologice, caro & spiritus, seu uirtus & uisum, gratia & peccatum. Anagogice, gloria & poena, coelū & infernus, imo alij, angeli & demones, beati & dānati. Permittat sane is lud<sup>9</sup> ijs, qui uolūt, modo ne a se fuerint aliquorum temeritati, scripturas pro libidine lacerare, & incertas facere. Quin potius ad capitalem legitimūq; sensum, haec uelut accessoria ornamenta adijciunt, quibus uel oratio locupletius ornatur, aut exemplo Pauli rudiores non scripturae auctoritate, nec patrum usu, nec grammatica satis ratione iuuatur.

Capitulis scilicet  
(us scripturae.

Primum manifestum est, qd apostolus hoc loco allegoriam & anagogen non distinguit, immo quod illi anagogen, hoc ipse allegoriam uocat; Sara interpretatus, coelestem Hierusalem, quae sursum est mater nostra; hoc est illorum anagogica Hierusalem. Deinde sancti patres allegoriam grammaticae, una cū alijs iuribus tractant in sacris literis: sicut abunde docet b. August. in li. de doct. Christi.

Atq; Anagoge nō tā figurā propriā, q̄ generalē dictionum cōditionē significat hoc est, Anagoge dicitur, quoties in recessu & in separato aliud intelligi potest, q̄ sonat; unde & reductio interpretatur, quod & allegoria significat id est, alieniloquium; hoc est, ut b. Hierony. ait, aliud praetendit in uerbis, aliud significat in sensu. Tropologia sermō de moribus, quod & allegoria significat id est, aliud esse allegoriam nihil obstat; dum scilicet aliud dicitur, sub quo mores boni aut mali significantur.

Anagoge et  
dictio.  
Allegoria ali  
eniloquium.

Tropologia  
sermo de, mo  
ribus.

Liber igitur patrum usus in his nominibus uidet anxietate quadā, in capitulis huius quadrupli coactus: sicut & multa alia, temere dēstinuerunt multi, quae & re, & uoce idem sunt. Illud magis monendum, quod & supradictum est, apud Origenem & Hierony. sensum spirituale eum uideri, quē hic apostolus allegoriam uocat. Litteram em̄ ipsi figuram & historiam accipiunt, Mystici autē & allegoricum, spirituale dicunt. Et utrum spiritualem qui sublimiter oīa intelligit, nihil (ut inquit) iudaicae traditionis admittat. Hac regula incedit fere totus Origenes & Hiero. & ut audacter dicā, non raro in difficultates inextricabiles labuntur. Verū, expeditius mihi incedit b. Aug. Nā ut omittā illud, quod mysticus sensus sit, uel allegoricus, uel anagogic; aut omnino, qui aliud habet in recessu, q̄ in fronte ostenditur. Et huic opponatur hīstorius sensus, aut figuralis. Haec tamen duo uocabula Littera & Spiritus, litteralis deinde & spiritualis intelligentia segreganda sunt, & in sua propria significatione seruanda. Nam littera, ut idem psal. lxx. pulchre & breuiter dicit, est lex sine gratia, quod si uerū est; Omnis lex littera est, siue allegorica, siue tropologica. Deniq; ut supra diximus, quicquid scribi, dici, cogitari, citra gratiā potest.

Origenes  
Hieronymus  
Augustinus.

Littera  
Spiritus

Sola gratia autem est ipse spiritus. Vnde spiritualis intelligentia non dicitur quae est mystica uel anagogica, qua & impij praetant; sed ipsa proprie uita, & experientialis lex in anima per gratiam digito dei scripta; & omnino, totū illud impletum, quod lex praecipit ac requirit. Nam & decalogum Rho. vii. uocat spirituale legē, cū nō sit littera; Nō cōcupisces. Quod si intelligentia spūalis dicit, quā spūn significat, quae lex requirit, ut impleat; nulla lex est, q̄ nō sit spūalis. Tūc autē loquā est litteralis, q̄ nō sit impleat, nō adest; tūc nō sibi, sed mihi est littera. Maxie uero, si sic intelligat, qd grā nō sit necessaria. Cōcludim<sup>9</sup> ergo; lex in se semp̄ est spūalis; id est, spiritū significans, qui est plenitudo eius. Alijs autē, non sibi unq̄ est litteralis. Nam quando dico: Non occidas, litteram audis sonantem; sed quid

Gratia est spi  
ritus.  
Spiritualis in  
telligentia.

Lex in se semp̄  
per spūalib<sup>9</sup>

Q̄ iij significat.

79.

80.

Significat nempe, ne sis iracundus, hoc est, rem ipsam quæ est mansuetudo sua  
 iustaq; erga proximum. Hæc est autē charitas & spiritus, quo impletur. Ab hac  
 significatiōe rei uerissimæ & solius spiritualis, lex quoq; spiritualis dicitur: quia  
 semper hanc significat; sed quia nobis hanc non dat, nec dare potest; nobis litera  
 dicitur quantumlibet spiritualis ipsa sit. Cum autem nullum opus sine chari-  
 tate bene fiat, claret, omnem legem, quæ opus bonum præcipit, bonum opus,  
 id est, charitatis significare & requirere, ideoq; spirituale esse. Quare spiritua-  
 lem intelligentiam legis, recte appellamus eam, qua scitur lex requirere spiritum,  
 & nos carnales conuincere. Literalē autē eā, qua putat, imo errat, legē posse  
 impleri operibus, & uiribus nostris, citra spiritum gratiæ; ideo litera occidit, quia  
 nunquā recte intelligit, dū sine gratiā intelligit; sicut nūq; recte habet, dū sine  
 gratiā habetur utrobique mors & ira est. Hæc ex b. August. in lib. aduersus Pela-  
 gi, extracta sunt. Ad apostolum redeundo, Vnum quidem a monte Sina in ser-  
 uitutem generans. Satis dictū est, quæ sit seruitus legis in quam tradimur, quan-  
 do legem sine gratiā accipimus. Aut enim timore mali intentati, aut spe mor-  
 tæ; hoc est simulate eam seruamus, utriusq; seruliter, non liberaliter agētes.  
 Testamentum autem uocat. Ideo, ut intelligatur, uidentū est & hic testamen-  
 ti symbolum. Primum est ipsum testamentum, quod erat nunciatio terre  
 promissionis; ut Exo. j. scribitur. Testator fuit angelus in psona dei. Testata hæc  
 reditas, ipsa terra Canaan. Hi, quibus fiebat testamentum filij Israel; ut omnia  
 hæc Exodus describit. Sed hoc testamentū confirmabatur morte & sanguine pe-  
 cudi, quo aspergebatur; ut Exo. xxiiij. legitur: quia carnalis hostia, carnali pro-  
 missioni, & carnali bus hæreditibus conueniebat. Quæ est  
 Agar (inquit) id est, hoc testamentum seruitutis seruos generans, est allegorica  
 Agar ancilla.

Sina enī mons est in Arabia, qui coniūctus est ei, quæ nunc est Hieru-  
 rusalem, & seruit cum filijs suis,

Primum hoc mouet, quod Sinam montem dicit coniunctum Hierusalem ei  
 uitati Iudææ, cum illum in Arabia esse dicat. D. Hiero. legit, qui contermina-  
 tus est: & inter interpretandū dicit: q; cōfinis est. Forte quod mōs Sina ideo con-  
 finis recte dicitur Hierusalem esse, nō quod mons ciuitatem attingat, sed quod  
 Iudææ (in qua est Hierusalem uelut medio) & Arabia deserta (in qua est Sina  
 mons) sunt confines. Nam Iudæa ab oriente habet Arabiam petream, & iuxta  
 hanc ad meridiem tangit Arabiā desertam; ut sic propter totius confinitatem,  
 pars quoq; parti confinis & coniuncta dicatur. Scapaleñ, uim græci uerbi ex-  
 plorans, dicit intelligendum, quod Sina mons coniunctus est, id est, incedit, &  
 tractu quodam pertingit; seu, ut uerbo cosmographico dicam, pertinet usq; Hieru-  
 rusalem; quod utiq; nō potest intelligi, nisi quod Sina mons continēte sua, iura  
 gitur continenti Hierusalem. Sicut Vuittenberga coniungitur Lipsiæ; illa in Sa-  
 xonia hinc in Mytia. Item Erasmus optimus, addit in græco sic haberi. Nam  
 Agar Sina mons est in Arabia &c. Et Agar hic genere neutro dicit, ut ad mon-  
 tem referatur, qui græcis est neuter, quæ mox iā dicta est feminino genere: ubi  
 ait, Quæ est Agar, ut sit ordo, Quæ est Agar. Nam hic Agar Sina mons est in  
 Arabia &c. Dicitq; in græcis scholijs moneri, Sinam Arabicæ dici Agar. Et  
 ipse cōtextus apostoli forte hoc uult, quādo dicit, Agar Sina mōs est in Arabia  
 hoc est, Agar est, & dicit in Arabia, q; nobis Sina dicit: seu Arabes appellat mō-  
 tem Sina, sua lingua Agar; ut sic reddat rationē eius qd dixerat, Vnum testamē-  
 tū a monte

82.  
 Spūalis intel-  
 ligentia legis  
 Literalis.

83.  
 Apst̄m expli-  
 cat.

84.  
 Testamētū  
 eiusq; symbo-  
 lum.

85.  
 Faber Stapu-  
 la.

86.  
 Erasmus.

Sina Arabia  
 Agar.

est a monte Sina esse, & hanc ideo esse Agar: quia allusione Arabica, Sina mons Agar dicitur: quare deo sic ordinante, Agar preparata fuerit figura montis Sina per legem generatis in seruitutem. Diximus autem supra, quod apostolus non abhorreat a peregrinae linguae allusionibus, quod Galatas quoque translatus suo nomine, hebraica allusione notatur: sicut hic Arabica allusione, Agar ancillam notat.

Sed & Salomon in Canticis suis, montem Amanu uocat Sanir, & Hermon, & Libanum, pro uarietate linguarum (ut Deutro. iij. scribitur, usque ad montem Hermon, quem Sydonij Sarion uocant, & Amorrei Sanir) sumens allusionem & allegoriam peregrinam, ad sponse laudem. Itaque cum allegoriam se locutorum predicaret, opportunum fuit, ut Agar ancillae nomen, cum monte Sina (ubi cepit testamentum Agarenum) aliqua allusione componeret, & hoc commoditate communis nominis. Nec est hic exigenda ab apostolo alia ratio, cum allegorisset infirmorum gratis. Verum quid hoc ad rem, quod Sinam montem conueniunt dicit Hierusalem? An non fuit satis, quod unum testamentum Sine & Agar esset ancillae: Nec ego habeo, quod dicam, quoniam ceteri omnes traesunt, Diuinandam ergo. Videtur id uelle, quod cum inter allegorizandum (ut sit) allegoria allegoriam pariat: Dum de Agar ancilla ad montem Sina, nominis similitudine peruenit, simul de Hierusalem terrestri, incidenter ad caelestem allegoricos, eodem nominis argumento prouocatus, peruenerit: ut quae uisio pacis interpretetur, & rectius in Sina, id est, tentatio appellaretur: Verum antequam nomen Hierusalem ad caelestem transferret, sola collatione utriusque contentus, allegorias multas implicat. Alioquin lucide dixisset. Nam Hierusalem ciuitas est in caelo, in libertatem generata: hoc enim uerbo sustulisset anapodoton obscurissimum. Proinde inquit, quoniam Hierusalem caelestis ratio intervallo distat ab ista terrestri: nihil refert quod haec non Sina, sed in Iudaea est, cotermina Arabiae idem est, ac si esset ipsa Sina cui cotermina est: conuenit cum eo monte communi termino terrae: ita communi legis generatione, quando illi caelestis nulla ex parte confinis est, nec ad eam pertinet, sed ad Sina Agar potius, cui confinis est.

Multas hic praetermitto allegorizandi miras rationes, quas apostolus hic indicat, ne obscuritatibus maiores tenebras addam. Quare illud, Hierusalem quae nunc est, referri debet ad futuram Hierusalem: sicut Agar ad aliam Agar retulit: ut sit sensus: Hierusalem, quae huius uitae est, & confinis, tum re, tum mysterio, Sinæ monti. Deinde quod addit: Et seruit cum filiis suis: ideo facit, ut excipiat eos, qui fuerunt in Hierusalem, ad supernam Hierusalem peruenientes. Eam (inquit) Hierusalem appello, quae nunc est, & in futuro non erit, nec omnem, sed eam, quae seruit cum filiis suis, id est, qui sunt in ea seruientes legi, cuius termino terrae confines sunt. Seruire legi, latius & ad tegidum usque dictum est. Tempus Hebraei quoque obserua: Filij Hierusalem uocantur, quia ciuitas mater, habitantes in ea, filij uocantur: ut Psal. cxlvij. Lauda Hierusalem dominum. Ben edixit filiis tuis in te. Haec autem uulgata & triualia sunt in prophetis.

Nunc nomen quoque allegorizans iuxta Hiero. Sara princeps dicitur, genere foemina, seu domina: ideo filij Saræ, filiae dominae, filij principis, filij liberæ recte dicunt. Contra ancillae filij, filij seruae, & seruitutis. Nam & nomen Saræ, pene expressit apertus, quoniam ea liberam uocat. Princeps enim in seripe, etiam Nedaboth. i. liberi & spontanei uocantur. Agar uero peregrinatio seu aduena, incola, mora, qui recte operante ciuibus & domesticis dei. Non estis (inquit) aduena & hospites, quasi di, Agarenj, sed Saraceni: Non aduena, sed liberæ & dominæ filij. Seruus non manet in domino in aeternum, filius autem manet in aeterno. Legis autem iustitia temporalis est, sed

Christi

Salomon

Diuinatio  
Martini.Hierusalem  
que nunc estEt seruit cum  
filiis suis.

Tropus heb.

Nominu alle  
goria.  
Sara.

Agar



92.

Arabia.

Christi iustitia manet in seculū seculi, quia illa mercenaria huius uitę, illa hęres gratuita future, Arabia occasus uel uesper, qui uergit in noctem. At ecclesia & euangelium, aurora & matutinum uocatur in multis locis. Ita lex & synagoga occumbūt tandem: sed gratia regnat & cubat in meridie eternitatis. Quid si Arabiam apostolus, desertum quoq; notet; nam id quoq; significat Arabiam: immo Arabia in sacris literis fere semper pro deserta Arabia accipitur. Nā Arabia felix, Saba, & alijs nominibus partialibus. Arabia Petrea, Cedar, Amon, Moab, & multis nominibus appellatur. Ita ut a uassitate Arabia sic uideatur appellata, ut significet sterilem & desertam synagogā, seu legis iustitiam coram deo. Contra ecclesia fecunda corā deo, & si deserta corā hominibus. Sina tentatio dicitur, dī. Hiero. teste, id est, in quietudo & turbatio pacis, quā ex lege habemus, per legem enim cognitio peccati; ideoq; & turbatio conscientię.

93.

Sina tentatio

Hierusalem

Ismael.

Hierusalem uisio pacis, quies conscientię. Per euangelium enim in ecclesia uidemus remissionem peccatorum, quę est pax cordis. Ismael auditus dei, seu audiens deum, populus est, qui præcedēs audiuit post se uenturū Christum; sed non uidens ante faciē & manifestū. Audiūt prophetas, legit Moyses; sed tamen non cognouit præsentem Christum; semper habens eū in dorso, semper audiēs & nunquam uidēs. Ita est omnis qui in lege iustificatur, audit iustitiam legis & non uidet eā in Christo esse; alio respicit, & alia audit; respicit in ea, quę sunt ante se, & in suas uires, non in uirtutes Christi; semper tamen audit sese ad iustitiā per legem cogi, ad quam nunq; peruenit. Isaac rursus dicitur; hoc enim est gratia, quę exultat faciem hominis oleo suo. Cui fletus contrarius est, hoc est culpa, quę est ex lege. Quare singula nomina suis cōtrarijs collata, pulchre differentiam legis & euangelij, peccati & gratię, synagogę & ecclesię, carnis & spiritus, uetustitatis & nouitatis ostendunt.

95.

Isaac.

Illā autem, quę sursum est Hierusalem, libera est, quę est mater omnium nostrum.

96.

Diceret alterū testamentū a Hierusalem, quę sursum est; sed interim aliam Hierusalem intuitus, mutauit distributionem, & anapodoton fecit, alijs tamen uerbis satisfaciēs. Quia reuera alterum testamentū cepit in Hierusalem, misso spiritu sancto de celo in montem Zion; ut Isai. ij. de Zion exibat lex, & uerbum domini de Hierusalē. Et Psal. cix. Virgā uirtutis tuę emitet dominus ex Zion. Verum quia Hierusalē terrena, erat quidem hęreditas, in Sina priori testamēto pmissa; nobis autē alia pmissa in celo; ideo & aliam Hierusalē habemus, quę nō sit cōfinis monti Sina, & seruituti legis propinqua ac cognata quædam.

Sed & illa differentia est; Lex literę, est a monte Sina data, quibus promissa sunt tēporalia, sed Lex spiritus non a Hierusalem, immo de celo data est in die Pentecostes, cui promissa sunt cęlestia bona. Ideo sicut Hierusalem est mater omnium & metropolis eorum, qui in lege sunt Sinaica, filij eius, ciues eius; ita Hierusalē sup̄na mater oim eorū q in lege sunt gratię cęlestis, filij ei⁹, ciues ei⁹. Hi enim sapiunt quę sursum sunt, non quę super terram; quia spiritum habent pignus & promissionis arram, ac primitias futurę hęreditatis, ciuitatis eternę, & nouę Hierusalem.

Sicut scriptum est: Latere sterilis, quę non parit: crumpe & clama, quę non parturit. Quia multi filij desertę, quam eius quę habet uirū. Etsi.

Lex literę est  
a monte Sina  
Lex spiritus  
de celo.  
Hierusalem  
inferna.  
Superna.

4 Pa. 109

Esā. Ilij. hęc scripta sunt, miraq; antithesi & antilogia sibi pugnāt, steriles & uidua gaudet multis filijs; Rursum, maritata & fecunda caret filijs. Quis intelli-  
 geret hęc allegoricus est, & in spiritu loquitur, sumpta ex carnali generatione  
 parabola, in qua filij generantur, semināte uiro, ex muliere. Vir iste allegoricus  
 qui tum maritatus, tum uiduas, tum steriles, tum fecundas facit, lex est: quod in  
 græco, ut b. Augu. ait, aptius dicitur; ubi nomos masculino genere dicitur; sicut  
 & Thanatos, quę æque apostolus genere masculino, nouissimum infanticid uo-  
 cat. Lex (inquam) uir synagogę, seu populi cuiusq; extra gratiam dei posita,  
 generat quidem, sed cum suo dolore filios multos, omnes autem peccatores; ut  
 qui sapientia legis, & iustitia operum legis freti, in lege gloriętur, quod ex lege  
 tales facti sint; & parenti suo, id est legi, tota facie uitę similes; cum intus in spirit  
 tu sunt longe diuersi a legis forma; quandoquidem lege potius augetur pecca-  
 tum (ut dixi) quę peccatum ostendit, non aufert. Id quod Rho. viij. latius tra-  
 ctat. Cum essemus, inquit, in carne passionibus peccatorum, quę per legem erant  
 operabantur in membris nostris, ut fructificaret morti. Semināt itaq; uir  
 ille in mulierem suam; id est, docet bona synagogam; at illa deserta spiritu gra-  
 tia, non parit nisi peccatores, qui simulant legem, magis autem contra legem  
 iterant; sicut Iudæi cōtra Moysen in deserto, qui fuit figura legis, & uiri huius.

Soluitur ab hoc uiro ecclesia, uel quilibet populus per gratiam; qua sic mori  
 legi, ut lege iā urgente ac exigente non egeat; sed sponte ac libere oia faciat q; legis  
 sunt, ac si lex nō esset; q; iusto lex nō est posita. Ita fit, ut q; legi subiecta erat, ue-  
 lit uxor fecunda prole peccatrice, iam sit uidua & sine lege ac deserta sterilitq;  
 sed bonę & felici, tum uiduitate, tum sterilitate; per hoc cō sit alterius uiri, scilicet  
 licet gratię, seu Christi. Nam legi gratia, Moysi Christus succedit, E quo uiro, alis  
 fecunditate donata, dicit illud Iſa. xlix. Quis genuit mihi istos, & ego sterilis, &  
 non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriti? ego desitura &  
 sola, & isti ubi hic erant? Hęc dicit dominus deus; Ecce leuabo manum meā ad  
 gentes, & ad populos exaltabo signum meum, & afferent filios tuos in uulnīs, &  
 filias tuas super humerum portabunt. Hęc ideo, quia ecclesię filię, non docē  
 te litera, sed tangente spiritu dei, erudiuntur. Sicut Ioan. vj. dicit; Erūt omnes do-  
 cibilis dei. Vbi enim spiritus non tangit, docet quidem lex, & parit multitudo  
 populi; sed non nisi peccatores, ut dixi, solūq; opus hominis ibi agitur; tales fa-  
 ctant, quales sunt & ipsi. Neutri uero boni. Boni fiunt sine lege, sola gratia spiri-  
 tus. Hunc autē Pauli tropum allegoricum oportet habere familiarem, ne per  
 egrina sensus raritas, nobis offundat caliginem uerborum Paulinorū. Nam  
 & b. August. egregie concubitum filiarum Loth cum patre suo, monstrat, hoc  
 præsens negotium significare. Loth est ipse Nomos, lex scilicet, quę inebriant  
 filię suę, id est abutuntur lege, nec recte eam intelligunt synagogę populorum  
 uino sensus sui eam inebriant; cogentes hoc legem esse & uideri, quod non est  
 Deinde ex lege in hunc modum inebriata, impregnantur, docentur, concipi-  
 unt, assentiunt, & pariunt Moabitas & Ammonitas, id est, homines supersti-  
 tiosos, & sine gratia spiritus de legis opere præsumentes, qui usq; in æternū non  
 ingrediunt in ecclesiam dei. Vnde recte Moab ex patre Ammon, populus mœ-  
 roris interpretatur, quod iustitiariorum & hypocritarum hæc una sit insipientia,  
 se ex lege esse, secundum legem uiuere, scripturas sibi solis arrogare, tāq; filij le-  
 gis sint legitimi. Vnde & Moab apud Hierony, superbus ualde esse dicitur.

Interim tñ non aduertunt, q; iniquis sit eorum conscientia, & sint populus  
 mœroris;

Lex uir alle-  
goricus.

NOTA.

Legi gratia  
Moysi Christi  
succedit.

Boni fiunt si-  
ne lege, sola  
gratia spiritus  
B. Augu. de  
filiali L. vii.

NOTA

Moab, popu-  
lus mœroris.

Moab super-  
bus

97.

98.

R. 1

99.

100.

H. 99

101.

101.

102.

Maior filia.

mereris: cum sine gratia cor stabiliente in operibus legis, quieti esse nequeant frustra portantes pondus diei & æstus. Maior sane filia, impudentior gloriatur se ex patre filium habere, Moab (inquit) ex patre. Hæc est sensualitas & caro, in qua gloriantur iustitiarum, quod ex lege sint. Nam ad hominem fulgent opera legæ & operatore legis.

103.

Minor  
Conscientia  
ex lege caret  
requie.  
Sensitiva apli

Minor uero non gloriatur, sed infelicem populū suū filiū appellat. Hæc est conscientia, quæ ex lege & operibus eius, requiem non habet, sed magis in quietudinem & turbationem. Hæc satis. Dicit ergo apostolus, matrem nostrā habere multos filios, & si sit deserta, sterilis, uidua, sine uiro, lege, sine filiis, ex lege doctis & factis: ideo hoc ipso latandū ei est, & erumpendum, & præ gaudio clamandum, quod hoc modo sterilis sit, & nec pariat, nec parturiat, cum interim filij legis inuuantur, & filie gratiæ multiplicentur. Ad hæc rem pulcherrime ualere figura, i. Reg. i. de Anna & Phenenna: præsertim, cum addito cantico Anne ut uideri possit Isaiam ex eo loco, suam prophetiā, quā apostolus hic ponit, haurisse: præsertim & illuminante eum eodem spiritu. Donec sterilis (inquit) peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Quia non in fortitudine sua roboratur uir, &c.

Nos autem fratres secundum Isaac, promissionis filij sumus.

104.

Applicat allegoriā: nos secundū Isaac, id est, libere & dñe filij sumus, sicut Isaac; & sicut ille filius nō carnis, sed promissionis per carnē fuit: ita & nos: quia in semine Abraham promissi ei sumus, ut superius latius dictum est. Iudei autem secundum Ismael, id est, ancillæ filij sunt non promissionis, sed carnis filij: ita & omnes, qui ex lege operibusque eius confidunt iustificari.

Sed quo modo tunc is, qui secundū carnē natus fuerat, persequeretur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc.

105.

Lusus Ismael,  
eius & Isaac.

Non exprimit, Gen. xxi. quæ fuerit persecutio, qua Ismael persequeretur Isaac. Sed ex uerbis Saræ licet eam trahere, quæ cum uidisset filium agar Aegyptiacæ ludentem cum filio suo Isaac, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filiū eius nō enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac, ac si di. uideo cum uelle conueni, ut sit hæres, contempto meo filio: oblitus, quod sit filius ancillæ. Apparet autem hunc lusum fuisse talem, quod Ismael in flatu primogenitura, exultauerit, irriserit, & insultauerit Isaac, tanquā primus filius Abraham: quod Sara uidentem, contrarium statuit. Non erit, inquam, hæres filius ancillæ, per tapinosin filium ancillæ appellās. Et hunc sensum textus hæbreus iuuat, ubi habemus: Cūq; uidisset Sara filium Agar Aegyptiacæ, quem pepererat Abraham ridētem seu ludentē (nā cum filio suo Isaac, additum est in nostris) quasi di. hoc in flabat, hoc ridebat & gestiebat aduersus Isaac, quod Agar eum genuisset Abraham: ideo securus de hereditate, fastidiebat Isaac uerum hæredem. Et in hoc consonat mysterium sicut guræ, quod apostolus tractat. Sic enim & nunc Israel, (inquit) quorū uesica hæc est, se solos esse semen Abraham, se solos hæredes promissionis. Veros autem filios Abraham, nemo atrocius plecutus est, quā illi ipsi, ut in actis apostolorum legitur. Nam ipsi sunt Ismael, qui deum audiunt in prophetis post se uenturum: & coram positum non agnoscunt, referentes in hoc & nomen, & sensum, & morē Ismael patris sui.

107.

Mysterium si  
guæ aplus  
tractat.

Utiq; Ismael.

De usque uocabulum ludentem, est idem, de quo nomen Isaac formatur, quod risus uel gaudium interpretatur: ut significet forte Ismaelem dicaculum fuisse, & nomen Isaac acuto sermone, in irrisionem illius uertisse: quasi uere ridiculum hæreticem

etdem, & nihil hominē duxerit. Nō em̄ frustra sic usurpat scriptura vocabulū  
Iudæem, seu ridentem; eoq; tam sanctam mulierem fuisse cōmotam recenser.  
Apostolus autē hoc adducit, ut confortet Galatas, ne propter persecutionem  
istorum Ismaelitarum, desinant esse Isaaceni, quia sic oportet fieri; futurum au  
tem est, ut ejiciantur, ut sequitur.

Sed quid dicit scriptura: Ejice ancillam & filium eius: nō enim erit  
hæres filius ancillæ, cum filio meo Isaac.

Epitaticè loquitur, & omnino contraria presumptioni ancillæ, & filij eius, Epitaticè loquitur. 108.  
Ancilla est, inquit, & domina esse præsumit: filius ille ancillæ, & filium domi  
næ irridet, & ironijs illudit, sed absit, ejiciantur potius. Quo iterum intelligit,  
Agar ancillam consensisse, aut saltē indulgisse filio suo Ismael, ut Isaac irrideret  
ut quæ idem sperabat quod filius suus, se fore scilicet dominā. Nec dicit, Ejice  
filium tuū, sed filij eius: contendens Ismael nec Abraham filij esse, sed ancillæ.

Ita & nunc (inquit) fiet. Non sunt hæreses filij carnis, sed filij promissionis.  
Proinde si non multos ejici cum filio ancillæ, filij liberæ peccerunt: scriptura  
non mentitur, quæ filium ancillæ etiam inuito Abraham, tamen autoritate  
quoq; dei, ejiciendum pronunciat.

Itaq; fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ.

Applicat historiam & allegoriam, & summam absoluit brevi conclusione,  
quæ iam ex dictis abunde intelligitur. 109.  
Esse enim filium ancillæ, est servire le  
gi, debere legi, esse reum legis faciendæ, peccatorem, filij iux, filij mortis, alie  
num a Christo, excisum a gratia, exortē hereditatis futuræ, uacui benedictiōe  
promissionis, esse filium carnis, esse hypocritā, esse mercenariū, ultere spiritu  
servitutis in timore: & si qua alia recessit hic & alibi. Sunt enim infinita huius  
mali nomina. Et quamvis noster translator in fine huius capituli adiunxerit  
qua libertate nos Christus liberavit, tamen nos cum græcis hoc exordio capi  
tulum quintam tractemus. Noster trans  
lator.

## CAPITVLVM QVINTVM.

**Q**ua igitur libertate nos Christus liberavit, state: & nolite iu  
go iterum servitutis contineri.

Vsq; ad nauseam inculco, libertatē & servitutē esse eas, de quibus  
Rho. vi. dicit: Cū em̄ serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Li  
berati autē a peccato, serui facti estis deo. Cōstitutamus autē ordine & figura,

Libertas iustitiæ }

Servitus peccati.

Servitus iustitiæ }

Libertas peccati.

Qui em̄ liber est a peccato, servus factus est iustitiæ: Qui uero servus est pec  
cati, liber est a iustitiā, & eductus. Hæc oīa repeto, sciens, quod multitudine  
locustarū & bruchorū, eo puenirint terræ nostræ fruges, ut servitus & libertas  
ista, passim nō intelligat: adeo in hæsit, atq; penitus in sedit humanū cōmentū,  
de libero arbitrio in utrūq; cōtrariorū, aut cōtradicoriorū. Quin & carnaliter  
quoq; de libertate sapiunt: quibus & apud eodem Rho. vi. coactus est occurrere,  
quasi in Christo licitū sit quodlibet fieri. Cū hæc sit libertas ea, qua facimus  
spone & hilariter, sine pœnarū aut mercedū respectū, quæ in lege dicta sunt.

R. Servitus

Libertas;

2. **Seruitus.** Seruitus autē quā timore seruili, aut amore puerili facimus. Non igitur re  
 fert, nec differit, Seruus peccati, & Seruus legis. Quod is qui Seruus legis est,  
 semp peccator sit, nunq̄ implens legem, nisi in specē operū, cui datur merces  
 tēporalis, sicut filius ancillarum & concubinarū. Hæreditas autē filio liberę.  
 3. **Christus nos  
liberos fecit.** Christus (inquit) nos liberos fecit, hac libertate. Spiritualis est libertas, in sp̄  
 ritu seruāda, nō gentilis illa, quā nec gentilis Perſus satis esse nouit. Libertas  
 est a lege, sed cōtrario modo, quā in hominibus fieri solet. Libertas em̄ hu  
 mana est, quādo nō mutatis hominibus, leges mutant. At christiana libertas  
 est, qn̄ nō mutata lege mutant homines; ut lex eadē, quę prius libero arbitrio  
 odiosa fuit, iam diffusa p̄ spiritū sanctū charitate in cordibus nostris, iucunda fi  
 at. Hac libertate fortiter & p̄tinaciter standū docet, quia Christus pro nobis le  
 gē adimplēs, & peccatū exuperans, spiritū charitatis, in corda eorū, qui credidit,  
 in eum mittit, quo efficiunt iusti & legis amatores, non suis operibus, sed gra  
 tuita Christi largitiōe. A qua si recedas, & ingratu es Christo, & sup̄bus in te  
 ipso, uolens te ipsum sine Christo iustificare, & a lege liberare. Nota pōdus  
 uerborū, nolite iterū, nolite seruitute, nolite iugo seruitutis, nolite cōtineri, seu  
 ut græce significantiū dicit, Mi enecheste, fere quod supra dixit, uelut cōclusi  
 in carcere; hoc est, ne sub grauissimo & importabili onere legis, in qua tamen  
 nō nisi seruos esse liceat & peccatores, cōcludamini, possideamini (ut Erasim⁹)  
 illaqueamini, implicemini, Minus est teneri; sed in seruitute teneri durum est;  
 durissimū, iugo seruitutis, præsertim post acceptam libertatē. Sicut dicit, præ  
 fumens maiora de eis quā inueniat, scilicet, nōdum cecidisse eos; alioquin di  
 xisset, surgite, nunc blandius, state, inquit, simul erudiat, neminem oport  
 re statim, cum desperatione reparandi corrumpere, immo cū magno spei bonę ar  
 gumento, quod nō faciunt fulminatores nostri seculi, quibus satis est, suæ po  
 testatis libidinem fecisse terribilem.

5. **Nota pōdus  
uerborum.**  
 6. **Et vix idē.**  
 7. **Et vix idē.**  
 8. **Et vix idē.**  
**Et vix idē.**

Ecce ego Paulus dico uobis: Quoniam si circumcidamini, Chri  
 stus uobis nihil proderit.  
 6. Postq̄ apostolus multis & fortissimis argumētis, legis iustitiā conuulsit, ra  
 tionēq̄ de fide in Christū copiosissime reddidit; Nunc nō minore impetu ex  
 hortat, deterret, minat, p̄mittit, rigans quę iam plantauerat; & oia plane apo  
 stolice ardore & zelo tentat & tēperat, ut sit iocundissimū uidere, tantū specu  
 lum apostolice sollicitudinis. Primū tenet Christū nō prodesse, si circumci  
 danī, & hoc ego Paulus (inquit) denuncio uobis, repetens nomen suū in pon  
 dus autoritatis. Iterū hic & ego repeto, Circūcidi nō esse malū, sed iustitiam  
 (in hoc em̄ circūcidebant) in circūcisiōe querere, impietas est. Atq̄ in operi  
 bus ceremonialibus facilius est cognoscere, falsam iustitię fiduciā, q̄ in operi  
 bus moralibus decalogi. Quia neq̄ in his querēda est iustitia, sed in Christi fi  
 de; quod dico, ne hinc aliquis existimet apostolū, solum cōtra ceremonialia le  
 gis pugnare, sed manifestissimū opus legis assumpsit, simul oia opera legis in  
 telligens. Contrariū huic uidet Rho. ij. Circūcisiō qdē prodest, si legē obi  
 serues. Quō (inquit Hiero.) circūcisiō prodest, si legē serues, qn̄ nec Christus p̄  
 dest circūcisiō. Multa hic cōgerit idē, s. air. Verū breuiter impossibile est legē  
 impleri sine Christo, ut iam sapientis dictū est; hoc em̄ p̄ cōstanti hypothesi apo  
 stolus habet, & hęc p̄bauit. Seruitibus autē legē (id est, Christū legis cōsum  
 matorē, p̄ fidem habentibus) liberū est circūcidi, & nō circūcidi; oia eis plūc  
 omnia cooperant in bonū; sed qui circūcidunt serualiter, & timore legis, qd  
 inde

Ceremonie  
 nō sunt male  
 sed in eis iu  
 dere.

Lex impleri  
 nequit sine  
 Christo.

Aug. 9. 9. 9.



Inde legi satisfacere, & necessaria iustitia iustificari uolūt; utiq; Christū & gratiam dei abijciunt, alia uia legē implere q̄ p̄ Christū præsumētes, ita Christus eis p̄pter circumcisiōnē nihil prodest, cū illis circumcisio p̄pter Christū nihil noceat. Eadē stultitia, immo impietate periret, qui uel tremore cōscientiæ, uel periculo instantis mortis, cū uitam suam pessimā tandē aliq̄n senserint, uidētes quāto interuallo a lege dei distent, aut desperāt, aut æquali impietate irruūt, uolentes satisfacere pro peccatis, & deinceps legē seruāre, p̄ seruandā cōscientiā suā, arbitrātes se bonos futuros, si quod lex p̄scribit, impleuerint; porro implere nō intelligūt, credere purissimū in Christū legis impletorē, sed operibus multiplicatis legi satisfecisse. Has impias iustitias, ex decretis hominū, & monstrofa theologia, cuius caput est Aristoteles, & pedes Christus, cū sola regnēt, discimus. Sic em̄ satisfaciūculas iacūtāt, eas dēq; mirū est quāto faciūt p̄ mundanas indulgentiās; quasi parū sit in Christū credere, in qua fide sola est iustitia redemptio, satisfactio, uita, & gloria nostra. Tu ergo, cū lege duce, in peccatorū tuorū ueneris cognitiōnē, caue ne primū p̄sumas deinceps legē satisfacere, melius uicturus, sed desperās de uita tuā p̄terita & futura prorū, in Christum erede fortiter, Credens autē, & sic iustificatus ac legem implens, inuoca eundē ut & in carne tua, peccatū destruat, & ibi etiam lex impleat; sicuti iam in corde tuo p̄ fidem impleta est. Et tum primū opera bona iuxta legē facias. Proinde placet iste modus, quod moriturus, nō nisi Christus crucifixus inculcat, & ad fidem ac spem hortantē. Hic saltem, quantūlibet totam nostrā uitam illoferent mentis deceptores) ruit liberū arbitriū, ruunt bona opera, ruit legis iustitia, reliqua sola fide, & inuocatione purissimæ dei misericordiæ; ita ut mihi sæpe fuerit opinio, in morte, aut plures, aut meliores esse christianos, q̄ in uita. Nam quanto purior ab operibus proprijs fiducia, & absolutior in solū Christū tanto meliorē reddit christianū. Et in hanc fidem, opera bona totius uitæ excerci debent. At nunc nebulis, & turbisibus traditionū legumq; humanarū, deinde indoctorū scripturæ interpretū & concionatorū, in merita nostra trudemur, ex nobis satisfaciū<sup>o</sup> peccatis, & nō ad purgandā uitā carnis, destruedūq; corpus peccati, opera nostra dirigimus, sed uelut iam puri & sancti, tantū cumulamus ea, uelut frumentū in horreū, quibus deum debitorē faciamus, & in celo, nescio quanta altitudine, sedeamus. Cæci, cæci, cæci, his omnibus Christus nihil prodest, alio consilio iustificant seipfos. Consequens autē est, hoc uerbū Circumcidamini, nō tam oppus externū, q̄ internū uotum operis exprimeret; in sp̄ritu em̄ loquitur ap̄tus de interiore cōscientiā. Externū opus indifferens est. Tota autē differentia, in opinione, mente, cōscientiā, consilio, dictamine &c, consistit. Quare si opera legis fiant, cōscientiā necessitatis, & fiducia iustitiæ adipiscendæ, abitur in consilio impiorū, statuit in uia peccatorū, & qui hoc docet, sedet in cathedra pestilentiæ. Si autē fiant pietate charitatis, & iudicia, ac libertate; iam per fidē adeptæ iustitiæ, merita sunt. Fiant autē pietate charitatis, q̄n ad necessitatē uel uoluntatē alterius sūt. Tunc em̄ nō sunt opa legis, sed opa charitatis, nec p̄pter legē imperantē, sed p̄pter fratē uolentem uel indigentē, sicut ap̄tus ipse eadem fecit. Hæc tibi stet sententia firmiter, in omnibus opibus, quarūcūq; legū. Nā ita sacerdos ac religiosus, si opa suarum ceremoniarū, immo castitatis & paupertatis fecerit, quod in illis iustificari, & bonis fieri uelit, impius est, & Christū negat. Cū illis, iam iustificatus uide, uti de beat ad purgandā carnem, & ueterē hominē, ut fides in Christo crescat, & sola in ipso regnet; & sic fiat regnum dei. Ideo hilaritē ea faciet, nō ut multa me-

In stultos, 10.  
NOTA

Desperandi docet.

Christū mortuus inculcat.

Christiani in morte.

Merita cum uoluntate uolentes.

Opera legis bene fiunt.

Elegans & uera sententia

15.

Ad lectore  
candidum.

reatur, sed ut purificet. At hui, quātus nūc in gregibus istis morbus est, q̄ & summo tædio, nec nisi pro hac uita, religiosi & sacerdotes sunt; ne pilum quidē uidentes, qd̄ sint, quid faciāt, qd̄ querāt. Ignosce lector mihi uerbosissimo. Madian iste sup̄ ecclesiā sic multiplicatus est, ut sexcētis Gedeonibus opus sit nedū trecentis tubis & lagenis q̄bus exturbent. Aquæ Assyriorū fortes, usq̄ ad collū Iuda p̄uenerūt, impleuitq̄ extensio alarum eius, latitudinē terræ tuæ o Emanuel, quia aquas Siloe, quæ cadūt cū silētio, p̄icimus. Itaq̄ meruimus ligantibus clauibus, nō nisi innumerabiles laqueos animarū.

Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ.

16.

Obiectio.

Responsio.

Opus bonū  
est, quod ex  
bono purorq̄  
corde, p̄cedit.Fides est p̄lei  
titudo om̄i  
legum.

Cōsiliū ap̄l.

Primū malum, quod uos terrere debeat, est quod Christus nihil prodest; hoc est, nihil aliud q̄ legem non esse a uobis impletam; ideo alterū malū est, quod adhuc legis pondus sup̄ uos est, & debitores estis totius legis faciendæ. Vtrūq̄ certissime maximū damnū, carere tanto bono, quod in Christo est, & premi tanto malo, quod ex lege est. Sed qua quæso, Pante, diulectica stabit, immo curret ista cōsequētia, Circūcideris, ergo totius legis reus es? Nōne saltem circumcissionis legē seruat circumcisus? Rēspōdet Hiero. ix. Omnes gentes habent p̄putium; omnis autē domus Israel incretūcisi sunt corde. Ite apostolus ex hypothesi sua loquitur, quod nullius legis opus sit uerum, nisi in fide cor purificante fiat; ideo neq̄ circumcisio, aut quodcūq̄ aliud satisfacit legi, nisi foris & simulanter. Hoc em̄ opus solum bonū est, quod ex bono purorq̄ corde procedit. Bonum autē cor, non nisi ex gratia nascit; gratia non ex operibus, sed ex fide Christi uenit. Sic circumcisio Abrahæ prorsus nihil fuit illi, nisi prius credidisset, qua fide iustus reputatus, fecit bonum opus circumcidendo le; hoc est, quod Rho. ij. dicit. Si p̄uaricator legis sis, circumcisio tua p̄putium factum est; quid hoc est aliud, q̄ circumcisus nō est circumcisus? & seruans legem nō seruat legem; quia non seruat eam maiore & meliore sui parte, scilicet corde, sed carne duntaxat. Sic Iacobus; Qui offendit in tino, factus est omniū reus; Nam qui fide unum implet, omnia implet. Fides enim plenitudo omniū legum est, propter Christū impletorē. Quod si in uno fide careas, iam in nullo eam habes. Recte ergo dicit; qui se circumcidit sine fide, si ne interna circumcissione, nō se circumcidit, sed nec ullum opus ullius legis facit, uniuersæ autem legi adhuc debet. D. Hiero. intelligit, si circumcidantur, necesse esse, ut & reliquā uniuersam legem seruent; quasi Galatæ tantū circumcissionē seruauerint. Quæ sententia mihi non placet; quia totam legem Moisi imposuerant Galatis pseudapostoli, ut supra dixi; dies, menses, annos, & tempora seruatis; ideo potius uult ostendere, longe contrariū eis euenisse p̄ obseruantiam legis, scilicet nullā obseruantiam, immo ueram ac maiorē transgressionē.

17.

Cereemoniæ  
sunt a iustis  
sed non iusti  
ficant.

NOTA

Euacuati estis a Christo, q̄ in lege iustificamini, a gratia excidistis. Ecce quod dixi, non circumcissionis opus, sed fiducia iustitiæ ab apostolo damnata. Qui in lege (in q̄) iustificamini, uitium impietatis est, quod iustificari uultis operibus legis; fieri opa legis bene possunt a iustis, sed iustificari in illis nullus impius potest. Deinde & iustus, si illis iustificari p̄sumat, amittit potius q̄ habet iustitiā; & excidit a gratia, qua iustificatur; erat; trāslatus uidelicet, e bona terra, in sterilem. Iterū hic alludere uidetur occulte ad nomē Galatarū, quod translationē significat, quod e gratia in legem exciderint. Vides ergo q̄ constanter

stante apostolo, sola fide nos iustificari contendat, & opera non esse iustitiæ paranda principia, sed iam parte officia, & augendæ ministeria. Taxat d. Hiero. interpretem in verbo, Euacuati estis, quod significet magis, ab opere Christi cessatis. Et mire placet huius uerbi Emphasis, uult dicere; otiosi, inanes, uacui estis opere Christi, Et Christi opus nō est in uobis; liquidē (ut supra dictum est) christianus nō uiuit, non loquit, nō operatur, nō patitur, sed Christus in eo. Omnia opa eius, sunt opera Christi; tam inæstimabilis est gratia sua, suum uerbū exercet, id est, peccat, & legē nō implet, otiosus est Christo. Christus nō habitat in eo, nec utitur eo; atq; pessimū & infelix quoddam sabbatū ab operibus domini; cum contra, sabbatillare deberet ab operibus suis uacare, & otiosus esse, ut opera domini in eo fierent, quod per sabbatū olim figuratū dicit b. Augu. Igitur qui credit in Christū, euacuatur a seipso, fit otiosus ab operibus suis, ut uiuat & operetur in eo Christus. Qui lege querit iustificari, euacuatur a Christo, fit otiosus ab operibus dei, ut uiuat & operetur in seipso; hoc est, pereat & perdat.

Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus.

Spiritu ex fide, hebraice dici uidetur, pro eo, quod est, nos spiritu, qui ex fide est, seu quia credimus; ideo nō carnaliter, sed spiritualiter expectamus spem iustitiæ. Illi uero qui non credunt, uacui spiritu sunt; ideo ex operibus carnaliter expectant spem iustitiæ suæ. Fides facit spūales, opera carnales. Dixi & ante, nō posse hominē citra gratiā, legem operari, nisi uel timore poenæ, uel spe promissionis; autē carnaliter & mercenarie agit, quare nō spiritu expectatur ibi spes, sed carne appetitur res, qua fruuntur. Non em̄ amore iustitiæ, sed com modo præmij, faciūt bene. Quid illud, spem iustitiæ expectamus? Quis spem expectat? Aliqui spem pro re sperata accipiūt; sicut li. ij. Sen. fidem pro re credita, seu uerbis fidei accipi dicitur apud Athanasium. Hęc est fides catholica &c.

Verū ego nō libenter fidem & spem sic accipi audio. Sicut em̄ recte dicit, uiuo uitam; ita nō absurde, spero spem, dici posse uidetur; tamē interim non con tendā. Sequat̄ quisq; quod poterit aut uolet. Ego scio, quod Tropus scripture serme habet, ut illud fidei & spei tribuat, quod fide & spe attingitur. Sic em̄ dñs uocant̄, uocant̄ ueraces iusti, sancti, quæ solius dei sunt, cuius participatione & adhesionē tales sunt; ita spes, quia futuris inhæret, eorū adhesionē, speratio seu res sperata uocat̄; nō ut illi putant nudo arbitrio abutendæ uocis, sed iustissimi ratione, quomodo seorsum quoq; citra adhesionem diuinæ iustitiæ, iustos aliquos somniant. Cum fides ideo sit iustitia dei quia diuinæ iustitiæ & ueritati adhæret & consentit; quod gratiæ est, non naturæ.

Nam in Christo Iesu, neq; circumcisio aliquid ualeat, neq; præputium; sed fides, quæ per dilectionem operatur.

Hic manifestissime probatur Circumcisionē esse licitam, quod tanto strepitū d. Hiero. cum suis impugnat. Quia, si non est licita, præputium erit necessarium. At præputium (inquit) non ualeat, ergo non est necessarium. Rursum & præputium est licitum; quia si nō est licitum, circumcisio est necessaria. At circumcisio nihil ualeat, ergo non est necessaria. Quid ergo restat, nisi quod be. Augu. recte hic dicit. Nec enim Timotheo non profuit Christus, quia Paulus eum iam christianū circumcidit, fecit enim hoc propter scandalum aliorū,

Rr ij nihil

21. *Obserua.*

22. *Circa opus - uult*

23. *Adm. p. 20*

24. *Credere Christo, iustificari a lege.*

25. *Fides facit spirituales, opa carnales*

26. *Uiuo uitam spero spem. Tropus serm. p. 20.*

27. *Circumcisio licita, contra d. Hiero. Præputium licitum.*

nihil similians omnino, sed ex indifferentia illa, circumcisio nihil est, & praputium nihil est. (1. Corin. vii.) Nihil obest enim circumcisio ei, qui salutē in illa esse nō credit. Ad hanc indifferentiā cōmendandam, prudentissime Paulus utriusq; posuit, quia si dixisset, Circuncisio nihil prodest: iam necessarium praputium. Rursus, si dixisset, praputium nihil ualeat: iam circumcisio uideretur necessaria. Nunc uero sola opinio, fiducia, & conscientia, inter hæc discernit, quæ utraq; sunt licita, indifferentia, neutra, sicut & omnia alia opera legis. Sic, 1. Corin. vii. Circumcisus aliquis uocatus est, nō adducat praputium, in praputio aliquis uocatus est, non circumcidatur. Circuncisio nihil est, & praputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Quid hoc est? Non est obseruare dei mandatum circumcidendi: Nonne per Moysen & Abraham illud præcepit? Dixi supra, quod circumcisi carne, sine circumcisioe cordis, coram deo in circumcisi sint. Quam uerum est, quod ceremonialia legis usq; ad Christum necessario fuerunt iudæis seruanda: usq; ad Christum enim Abraham promissio, & Moysi lex durabat: ut Deuto. xviij. Moyses clare dicit, quod prophetam quem suscitaturus erat deus, audirent, sicut ipsum Moysen. Nō ergo uoluit Moyses audiri, ultra hunc prophetam, qui Christus est: sicut apostolus Petrus eundē locum Act. iij. contra iudæos adducit. Et cum Abraham circumcisionem mandauit, utiq; usq; ad benedictionis promissæ exhibitionem uoluit eam durare. Veniente enim femine, cui promissio facta fuit, certe simul finita est promissio, & pactum promissionis cum signaculo suo. Post Christum igitur circumcisio nihil est, neutra tamen & licita, sicut quæcūq; alia, de diebus, cibis, uestibus, locis, hostijs &c. quæ nec ante Christum, aliquid erant, quando sine interiore iustitia fiebāt, ut Ista, i. dicit. Quo mihi multitudinē uelutimarum uelutarum. Et Micheas. vi. Quid dignū offeram domino? &c. Sic Hebræ. ix. dicit, illa omnia ad tempus correctionis imposita. Sed & opera decalogi, extra gratiam erant & sunt finienda, ut succedant uera opera illius in spiritu. Hæc dixi, ne quis me putet circumcisionem, etiam ante Christum asserere neutram fuisse & indifferentem, aut iudæis praputium licitum. Iob enim & multi alij orientales Naaman Syrus Sareptanæ mulieris filius, rex Nabocodonosor conuersus, iusti erant, & tamen incircumcisi, quia lege Moysi non tenebantur, nisi iudei, qui illam acceperant. Illud quod ait, fides, quæ per dilectionem operatur, declaratio est sermonum illuminans, & intellectum dans paruulis, ut intelligamus de qua fide toties loquatur, Nempe de uera & sincera, atq; ut ad Timoth. i. dicit, conscientia bona, & fide non ficta. Ficta uero est, quam Theologi nostri acquisitam uocant, tum quæ & si infusa est, sine charitate est. Neq; hic tracto frivolas quæstiones, & rancidas opiniones eorum, quibus statuunt fidei infusæ, necessariam fidem acquisitam, quasi spiritus sanctus nostri egeat, & nō potest nos illius, in omnibus. Nam quod somniant, si puer iacens baptisatus inter Turcas & infideles, sine christiano doctore aleretur, non possit scire, quæ sint christiano homini scienda, nugæ sunt, quasi non cotidie ad sensum experiantur: quid profit christiana doctrina ijs qui non trahuntur intus a deo. Rursus quanta fiant per eos, qui foris non docentur, tot & tanta, quanta Theologi docent & docentur. Uita, immo uita & res est, si spiritus doceat, scit, loquitur, operatur, omnia in omnibus, quem deus docuerit. Nō secus certe, q̄ dum creat hominem e nouo, Quis enim rude semen uitæ docet, uiuere, uidere, sentire, loqui, operari, & totum mundum in omnibus operibus suis uigere? Riddicula sunt illa commenta, & de deo nimis stulta cogitantia. Igitur qui uerbū Christi

NOTA  
Opera legis  
neutra.

Obiecta.

Dilect.

Opera decalogi  
in spū.

Fides uera.

In fide theol.  
logoru fide,  
quæ acquiri  
tam uocant.

NOTA

Christi synceriter audiat, & fideliter adheret, mox quoque spiritu charitatis induitur, ut supra dixit, Ex auditu fidei, an ex operibus spiritus accepistis? Neque enim fieri potest, si Christi syncere audias, non etiam mox eum diligas, ut qui tanta pro te fecerit, ac tulerit. Si diligere potes eum, qui te, xx. florenis donat, aut honorat officio quocumque, quo modo non diliges eum, qui non aurum, sed seipsum pro te tradit, tot uti necesse pro te accipit, sanguinem sudat & fundit, moritur, & omnia extrema subit. Sin autem non diligis, certum est, quod hanc nec syncere audis, nec pure credis, pro te facta esse: hoc enim spiritus facit, ut facias. Reliqua autem fides quae miracula facit, donum est dei liberale, in ingratos dispersum, qui in suam gloriam operantur, quae operantur. De quibus, j. Corin. xiiij. dicit: Si habuero omnem fidem &c. Elegantissime ergo, & significantissime dicit, fides, quae charitate operatur, id est (ut Erasmus ex graeco docet) efficax est, non quae per acquisitionem sui stertit, nec quae per miracula potes est, sed quae per charitatem efficax est, quomodo superius dixit: Qui operatus est Petro, operatus est & mihi inter gentes; energiam enim sonat.

Qui uerbum Christi synceriter audit, si deliter adhaeret, ipse quoque charitatis infunditur.

*Ex ambrosio uerbo fidei*

*similiter de*

**Cursus** tibi bene.

Tropus scripturae est, ire, ambulare, ingredi, uia, iter, gressus, uestigia, & similia, pro conuersari, intimo & pro credere & diligere, accipi. Na deo non appropinquatur (ut August. ait) loco, sed affectu & amore, quod est cordis & animi ambulare. Unde & conuersatione nostram in caelis esse dicit, dum sapius ea quae sursum sunt, ubi Christus est. Haec quae uulgatissima & frequentissima sunt in scripturis, opus tamen est ea commemorare; quod nunc passim uulgatissimus error dominetur, quo pro religione contra religionem cursitat Rhoma, Hierusalem, ad S. Iacobum, & mille alta loca, quasi regnum dei non sit intra ipsos. Ad qua impicitatem non segniter patrocinantur magnifice & immodeste ostentationes indigentiarum. Quibus uulgus indoctum (quia nescit distinguere) illusum, haud difficultationes longe praefert exercitijs charitatis, qua sola ad deum curritur, qua & in locis suis abunde possent exercere. Sed uicium excruciat pastores, quominus huic errori uulgato occurrant. Apostolus uero non dicit ambulabatis, sed currebatis, quo eximie eos commendat, & paterne eis blanditur. Na cursus perfectior est, sicut psal. xvij. Exultauit ut gygas ad cursum uiam. Et ad Corinthios: sic currite, ut comprehendatis. Rursum de ijs qui perfecti sunt, & obstinati in malo, dicit Prouer. j. Pedes eorum ad malum currunt & festinant, ut effundant sanguinem, Et idem repetit Isa. lix. Quare currere in Christo, est festinare, ardere, perfectum esse, in fide & charitate Christi.

Tropus scripturae.

B. Aug.

In peregrinatione.

NOTA

Lucrum caecat

*Cursus perfectior*

*1. cor. 9*

*ut eos in malum & festinant*

*pernitio*

Quis uos impediuit ueritati non obedire?

Quis impediuit uos in cursu bono, & adeo impediuit, ut ueritati non creditis? quasi d. nullius astus, nullius autoritas, nullius quantalibet persona, seu species, uos debuit mouere, stertentes & uix reptantes in Christo (hoc est in firmiore) queat aliquis fallere, impedire, seducere; ac currentes, ardentes, & plene eos, qui me sicut Christum exceperunt, qui oculos suos eruerunt, qui omnia pericula rerum & uitae, pro me obierunt tam cito, non modo impediri, sed eo etiam transierunt, ut ueritati non credant, quis non miretur? Vere Galatae, & nimium transferibiles estis, a tanta perfectionis sublimitate, in tantam cotraie superstitionis profunditate tam cito deieci. Simul recordare, quid sit humana natura, quod liberum arbitrium, si deus manu subtrahat. Deinde quid facturi sint populi, bonis pastorum officijs carentes: quia Galatae tanti in Christo, tam cito, ab

Explanatio apostoli.

37.

R r iij sente



In pastores. sente Paulo, tam grauius lapsi sunt. Erant nunc, qui multorum locorum pasto-  
 res, immo multorum pastorum pastores esse uolunt, & de potestate sua gloriosè  
 pasturam interim, nec sibiipsis prudentes. Siquidem, hodie corruptissimæ affe-  
 ctiones id quod Christus ad Petrum dixit, Palce oues meas, sic interpretantur:  
 Esto super oues prælatus, & dominare earum, & hoc solum est hodie pascere  
 oues Christi, etiam si euangelij (quod solum pascua est ouium) nec uidentur syl-  
 labam. Deinde illud, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã  
 meam, idem interpretantur sic: Supra petram, id est, super potestatem ecclesię  
 quando Christus fidei soliditatem in spiritu significauit, faciētes nobis ex fide  
 Christi spiritualissima, potentiam terrenissimam. Proinde nobis nō opus est  
 dicere: Quis uos impediuit nō obedire ueritati: Sed quare uos nemo impedit  
 obedire mendacijs, in quibus pessime curritis: Quid em̄ aliud faceremus, quan-  
 do pastores nō quo curramus, sed quantum ipsi dominent, spectant:

Nemini consenseritis.

Hiero. hęc particulam penitus reijciendam arbitrat, quod in græcis libris  
 non inueniatur: nec in ullis eorum, qui in apostolum cōmentati sunt, quare  
 & nos eam prætereamus.

Hęc persuasio, non est ex eo, qui uocat uos.

39. D. Hierony. legit persuasio uestra, & multa de libero arbitrio disputat, quæ  
 prudenter intelligenda sunt, præsertim cū aliorum recitet sentētiã, id est, com-  
 mētiã scribat. Mihi Erasmi sentētia placet, qui dicit, nec uestra, nec est, nec  
 hęc in græco haberi, & responsionē esse, ad quæstionē præcedentē, hoc modo  
 Quis uos impediuit non obedire ueritati: Certe non nisi persuasio, quæ nō est  
 ex deo, qui uocat uos. Persuasio autem, utroq; modo accipi potest, actiue &  
 passiue: nisi quod uehementius obiurgat, & magis præcedenti quæstioni qua-  
 drat, si passiue accipiat, ut sit sensus: Impedit estis, quia nimis cito persuasi estis:  
 Galatæ estis, cito transferimini ab eo, qui uocat uos, ut supra dixi. Debuerant  
 tam perfecti, nō tam cito persuaderi, quantumlibet sua uos urgerēt. Iterū nota,  
 quod fidem magis persuasionē uocat: quia res est, quã nisi iuadenti credas, de-  
 monstrari nō possit. Non em̄ sophistaz pugnas, tuas patitur.

Persuasio.  
Fides.

Modicum fermentum, totam massam corrumpit.

40. Male in nostris codicibus habet, Modicū fermentū totā massam corrumpit  
 Et sensum potius interpres sibi q̄ uerba ap̄l̄i trāstulit: Hęc d. Hieronymus sic  
 autē transfert, Modicū fermentū, totam conspersionem fermentat. Eandē sen-  
 tentiam, immo eadem uerba, j. Corin. v. ponit: Nescitis quod modicū fermen-  
 tum totam massam corrumpit: Videturq; apostoli, familiare quoddã prouer-  
 bium esse, sane pulcherrimū, & multæ emphasis. Apostolus autem, j. Corin.  
 v. manifeste indicat duplex esse fermentū, quando dicit: Expurgate fermentū  
 uetus. Et iterum: Non in fermento ueteri, Est ergo & nouum fermentū, Ve-  
 tus est pestilens doctor, pestilēs doctrina, pestilens exemplū. De primo & sic  
 cundo loquitur hic apostolus. De tertio, j. Corin. v. ubi fornicariū iubet aufer-  
 ri de medio tanq̄ fermentū uetus, ut sitis (inquit) noua cōspersio. Itē Math.  
 xvj. & Lucæ. xij. Attendite a fermento phariseorum, quod est hypocrisis, quod  
 infra euangelistæ ipsi exponunt, de doctrina phariseorum. Massa seu consper-  
 sio, populus, discipulus, uel pia doctrina pura fidei. Sicut autē fermentū simile  
 est cōspersioni: ita uersa doctrina semp̄ iduit speciem ueritatis, nec nisi sapore, id  
 est, discretionē

Fermentū ue-  
tus & nouū.

41

est, discretione spirituum discernitur. Fermentum nouum, Christus est, uer Nouum  
 bum Christi, opus Christi, ac omnis Christiani, id est, doctor doctrina, exem-  
 plum. Massa autem populus, sapientia carnis, uetus homo, uita mundi &c.

Vnde Matth. <sup>13</sup> Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mu-  
 lier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum. Mulier, eccle-  
 sia uel sapientia dei fermentum accipit (id est, uerbi euangelij) & abscondit (quia  
 uerbum fidei in interiore cōscientia uiget, nō in operibus externis legis, ut di-  
 ctum est. In corde meo (inquit) abscondi eloquia tua, iustificat em̄ in spiritu co-  
 ram deo in tribus satis farinæ, in certo numero & mensura electorum suorum

Est em̄, teste Hiero. satum hebraice, more palestinae prouinciae, mensurae ge-  
 nus, unum & dimidium modium capiens. (Et tantum ferme solent muliercula,  
 pro fermentada farina accipere.) Sata ergo tria, quocumque quis interpretet my-  
 stero, permittendum est; modo certum numerum, & modum populū intelligat, uel  
 sanctae trinitatis electione, uel aliter. Donec fermentaret totum; hoc est, quod  
 supra dixi, fides, qua iustificamur in spiritu, est uelut absconditio fermenti, & uer-  
 bi dei cum anima nostra, quaedam temperatura id facit, ut carnem castiget, pecca-  
 tum destruat, fermentum uetus expurger, ut sola ipsa in omnibus mēbris regnet  
 & totum fermentet. Cum igitur in scripturis nos uocemur, unus panis, unus

potus, & doctrinae similiter panis & potus, oportet allegorij istis alluere, &  
 temperaturas & mutaturas farinæ ac fermenti, doctrinarum & populorū mu-  
 tationes in animabus intelligere. Quāq; igitur de doctrina mala apostolus  
 hoc loco dicat; tamen quia generali uiciorum sententia, debet etiā intelligi, de qua  
 libet mala concupiscentia, qua cum coeperimus titillari, mox hoc uerbo retin-  
 enda est: Fermentum modicum corrumpit totam massam, quia nisi in princi-  
 pio resistas, intalescet, & totum corpus, & animam polluet, consensus, aut dei  
 iustificatione. Si autem fermentum est lex illa Moisi, ut apostolus sentit, quateni  
 huius uisiosum sapit; quid nostrae traditiones erunt, quae tam graue olent, & crasi-  
 se spirant carnem & sanguinem?

Ego confido in uobis, in domino, quod nihil aliud sapietis.

Pulchre temperat uerbum, ne in hominem considerare putaretur. Confi-  
 do in uos, non autem in uos, sed in domino. Et quamquam sensus idem sit.  
 Confido de uobis in domino, nescio tamen, quid latentis mihi magis arride-  
 at energiae, cum uelut hebraisians, Confido in uos in domino, dicit. Videtur  
 enim & haec esse blanda quaedam patariae curae adulatio, quod in illos confidat,  
 sed non nisi in domino. Iam hoc uerbum Sapientis, quod tam frequens est  
 in nouo testamento, aliquando sapientia, prudentia, dicitur; ut Rhoma, viij.  
 Prudentia carnis, mors est; tandem familiare nobis esse debet. Nam res illa,  
 quae uocatur animi nisus, conatus, intentio, uideri, sensus, sentimentum, opi-  
 nio, sententia, propositum, institutum, consilium, cogitatio, mens &c. hoc  
 uerbo graeco exprimitur, Phronema, Phronesis. Inde psal. j. Beatus uir, qui  
 non abiit in consilio impiorum. Quod germanice, gurduncken uocatur:  
 quando dicimus, es dunckt mich so recht. Nihil aliud, non potest referri  
 ad proxime praecedens, sed ad totius epistolae argumentum & summam, ut  
 sit sensus: Didicistis ex me euangelium, spero, nihil nouum, nihil aliud sapie-  
 tis, non mutabitis, iterum blandiens, & pie praesumens: cum iam aliud sapere  
 coepissent, seu aliud uideri illis coepisset.

Qui autem conturbat uos, portabit iudiciū, quicumque est ille.

Contur

42  
 Ma<sup>13</sup>  
 1333  
 777. 206. 66. 6.

Oportet alle-  
 gorij s. scri-  
 pturae allue-  
 ri.

NOTA

Sapientia.

Phronema  
 φρονεμα  
 φρονεσις

44  
 45  
 46

**Conturbat** Cōturbat, id est, de vera fide doctrinis suis deicit, ac deturbat a statu, in quo stabatis. Sed nūquid excusabit illū pius zelus & bona (ut dicunt) intentio: aut ignorantia: aut quod apostolorū discipulus est, & magnus: Nō (inquit) qui cō-ij, quantūcūq; sit, nō leue peccatū fecit, iudiciū suū portabit. Et iste tro-  
**Portare onus suum.** portare onus suū, suam iudiciū, suam iniquitatē: quo significatur damnatio eorū. Nam ij qui sunt in Christo, non portant onus suū, sed ut Ista. ij. dicit: Christus languores nostros ipse tulit. Et, Dominus posuit super eum peccata omnīū nostrū. Vnicūq; autem suū peccatū est importabile, & tamē portare cogitur: ut Psal. xxxvij. Quoniam iniquitates mex supergressæ sunt caput meū, & sicut onus graue grauaæ sunt super me. Horribile est ergo, quod Paulus hic dicit: portabit iudiciū suū. Item uide, quāta superbia detra-  
**Vnicūq; suū peccatū est importabile, & tamē portare cogitur, & ita portandū.** hat illi psonam, quicūq; sit ille, Nihil moror, sit apostolus, aut discipulus apo-  
**Apst. detrahit personā.** stolorū, persona nihil est. Tantam uidemus personarū despectū in Paulo & tāta mala sub psonis & laruis hominū pperata, nec sic satis pōt nobis pseruari, quin uidentes & uolentes seduci delectemur, titulo sanctitatis, autoritatē, potestatis, præscriptōis priuilegorū, & huiusmodi uanissimarum rerum.

## NOTA

Nam id nūc in ecclesia non pmittit dici, quicūq; sit ille. Sed satis est dicere, hic sic fecit, sic uult, sic iubet, tum hoc totū ecclesia uniuersalis dixit. Donec quidam Antichristi præcones eo uenerint, ut foedissime garriant: Non licere, præsertim Rho. Pontū, dicere. Cur ita facis, nō habere eum in terra iudicē. Nec satis ecclesie suæ prouidisse Christū, si nō tantam potestātē homini tribuisset, quantā ipse habet. Has uoces omnīū impietatū impietatibus insanores, dignum est nostrū seculū audire, pro meritis suis in Christum.

Ergo autem fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior?

Quia ut supra c. j. dixit: An quero hominibus placere, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Quibus uerbis idem quod hic significat, se scilicet propter uerbum Christi, quo circumcisio tollitur, a ludæis passim persecutiones, ut in Actibus & multis epistolis scribitur. Dicit ergo, etiam eo argumento, discite circumcisionem nihil esse: quod ipse sicut uobis scribo, ita facio, ut etiam persecutionem propterea patiar, quā non paterer, si illis consentirem, circumcisionē docerem.

## D. Hierony.

putat pseudapostolos illos, nomine Pauli quoq; abusus fuisse ad subuertendos Galatas: quod uidelicet & Paulus Timotheū circumcidit, & uotū fecerit in cenchreis, ut dictū est supra. sed uide nō dicit, si adhuc circumcisionē patior, sed prædico: prædicanda nō erat nec cessaria, & si toleranda erat, ut innoxia, modo fides Christi dominetur.

Ergo euacuatū est scandalū crucis

Si circumcisio prædicat, iudæi placant, cessat ergo eorū offendiculū. Nam idē uerbū, quod supra, Euacuatū estis, id est, sine opere, otiosum, inane est, significat, quod uidelicet scandalū amplius nihil ager in iudæis. Sed que cōsequētia, Circumcisio prædicat, ergo crucis scandalū cessat: Deinde nō est optandū, ut nō sit ullum scandalū crucis? An uis Paule, ut quā plurimi offendantur?

## Respondet ad unum.

Quis hoc ferat? Ad primū, Apostolus proprie tribuit iudæis scandalum in Christo, Sic. j. Corint. j. Nos prædicamus Christū crucifixū iudæis quidē scandalū, gentibus autē stultitiā, nobis uero qui credimus, dei uirtutē & sapientiā. Et Luca. ij. de iudæis dicit Symeon, Positus est hic in ruinam, & in reuerteretur  
 onem

onem multorum in Israel. Et Isa. viij. Dominum exercituum ipsum sanctifica te, & ipse pauor uester, & terror uester, & erit uobis in sanctificatione: in lapidem autē offensionis, & petram scandali, duabus domibus Israel, & in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem. Quare recte dicitur, si iudæis placeat, predicando circumcisionē, & eorum iustitias impias probaret, non offenderentur ipsi, nec eum persequerentur. Ad secundū potest dici, non uelle apostolū, ut sit scandalū, sed euidentem experientiam allegat, quod nō sit euacuatum scandalum crucis, ut probet circumcisionē non predicari a se: ut sit sensus: hoc ipso cognoscite, circumcisionē a me non predicari, quod uidetis scandalū crucis nō cessare: durat iudæorū furor & offensio, sicut & mei persecutio: utrumque sine dubio quietū esset, si circumcisionē predicaret: ipsa ergo utriusque experientia, quod ego pauor, & illi offenduntur, sit uobis abunde argumentum de circumcisionē nos dissentire. Hæc satis pro insensatis Galatis. Cæterū qui sub limore huius questionis solationē querit, illud euangelij tractabit: necesse est, ut scandala ueniāt. Et Rho. xj. Dedit eis spiritū cōpunctionis &c. Et quomodo sic oportuit fieri, ut implerentur scripturæ, quod pelagus hic præterimus. Esti nō negem ab apostolo tenuiter illud hoc loco tactum esse.

Ad alterum.

54.

Vtinam abscondantur, qui uos conturbant.

D. Hiero. apostolū hic maledicere putat, sed multum laborat, ut excuset aut extenuet saltem. Verū cum ex p̄dictis didicerimus, solere ac solitos fuisse olim sanctos maledicere, & Christus sicum quoque maledixit: aut si sicū maledici parum uideat, Heliæ certe homines, pueros Bethel in nomine domini maledixit. Et Paulus fornicariam, j. Corint. v. Satanæ tradidit, & eiusdem ultimo dicit: Si quis nō amat dominū Iesum Christum, sit anathema maranatha. Quod Burgen. pessimum maledicendi genus apud hebræos esse dicit. Vbi nostri maranatha, dominus uenit, intelligunt: non absq; errore, ut puto. Nihil mirū sit, si & hic maledicat: externi hominis malum detestans, quo bonū spiritus impediti cernebat. Abscondant, Hiero. ad partes corporis refert uerendas: meminit enim eorum, qui castrantur, quæ tāta sit passio, ut si inuitis illata fuerit, publicis legibus uindicet: si sponte, infamia incurrat. Legimus Deutro. xxij. Eunuchus atritus uel amputatis testiculis, & abscisso uetro, nō intrabit in ecclesiam domini. Et uicisimo quinto: amputanda sine ulla misericordia manus mullieri iubetur, quæ rixantibus uiris, ut uirum suum eruat, uerenda alterius apprehenderit. Nonne stulta & ridicula hæc, etiam si in gentilibus libris scriberentur: Ita sane, nisi deus libenter stultificaret sapientiam mundi, qui nostram superbiam, in rebus tam foedis (nostro tamen uitio) tanta sacramenta non uoluit fastidire. Duo testiculi certe utriusque testamentum sunt. Scriba enim doctor in regno celoꝝ, p̄feret de thesauro suo noua & uetera. Vterus femine nonne uoluntatem & conscientiam significat: Sed omitto hæc, quia ij qui porci sunt, per se inuenient: qui impuri, non sine periculo hæc audiunt. Mulleris autē amputanda manus, quod uerenda apprehenderit alieni uiri, suspicari mihi esse eorū temeritas, qui in cōtentione ueri & falsi doctoris, postpositis, immo tortis scripturis, suo sensu, & humanis opinionibus uincere tentant. Sed qd ista: Nempe, quod Paulus in lege cruditissimus, cū de circumcisione circūcisio: nisiq; doctoribus agit, uidet eis optare, ut nō modo circūcidant, immo penitus abscondant: nō tū prepurio, sed tam testiculis q̄ uetro: manifeste ad mysterium alludens, quod & græcus textus indicat, qui addit copulā, & sic, Vtinā & abscondant

Maledictio.

S. Hiero:

Burgen. maranatha.

Abscondant.

Deutro. 23

Eunuchus

Deus libenter stultificat sapientiam mundi

Mulleris amputanda manus &amp;c.

Christus uir  
ecclesie.

abscindantur, q. d. si omnino uolūt circumcidi, opto, ut & abscindātur, & sine eunuchi illi amputatis testiculis & ueretro, id est, qui docere & gignere filios spirituales nequeunt, extra ecclesiam eijcendi. Episcopus enim, immo Christus uir est ecclesie, quam fecundat semine uerbi dei, per testiculos suos, & uereturum suum, pudicitia & sanctitate plenissima. Impiorum autē abscindendū sunt, quod alienum semen & adulterinū uerbum seminant.

Vos enim in libertatem uocati estis fratres, tantum, ne libertatem in occasionem carni: S V B A V D I: detis.

Nam uerbum Detis, per reticentiam, non posuit.

Sed per charitatem seruite inuicem.

56.

Lex facit ser-  
uos. Fides li-  
beros.

Alij, per charitatē spiritus seruite inuicem, parumq; refert. Ea quæ hic Origenes, referente d. Hiero. de obscuritate, de carne legis cōminiscitur, nec intel- ligo, nec sequor. Mihi plana uidet apostoli sententia & consequentia. Quia uos (inquit) uocati estis in libertatē: hoc est, de seruitute legis, in libertatē gratiæ. De qua, quia toties illi titubant, cogor toties & ipse loqui. Lex (inquit) facit seruos, quæ timore minarū, & amore promissorū, non gratuito ab illis im- pletur, & sic non impletur. Non impleta autē, reos tenet, & seruos peccati. Vides autē facit, ut accepta charitate, neq; coacti, neq; allecti temporaliter, sed libere ac stabiliter legem faciamus. Circūcidi ergo, seruitutis est, sed diligere, p- ximum, libertatis: quia illud minante lege fit ab inuitis, hoc fluente ac hilare- scente charitate agitur a spontaneis. Porro illud, tantū ne libertatē, in occasi- onem carni, ideo dicit: ne iuxta stultam opinione, eam libertatē intelligamus, qua cuiq; ut libitū est, licitum, & liberū esse cupimus. Quo modo & Rho. vi. occurrit, quando eandē libertatē docens, dicit: Nō estis sub lege, sed sub gratia hie libertas asseritur a lege, sed mox sibi ipsi opponit. Quid ergo? peccabimus, quia nō sumus sub lege. Absit, hoc est quod hic dicit, occasionem carni fieri, si sic libertas accipere carnaliter: nō sumus liberi a lege humano more (ut dixi supra) quo lex tollitur & mutat, sed diuino & theologico, quo nos mutamur, & ex hostibus legis efficiamur amici legis. In hanc sententiā d. j. Pe. ij. dicit: quasi liberi, & nō quasi uelamen habētes nequitie libertatē, sed sicut serui dei.

59.

Libertas di-  
uina.

NOTA

Ecce occasio carni quid sit, uelamē nequitie, qua quia nulla iam lege tenentē putant se nō debere bona operari, & bene uiuere: cum potius id agat libertas, ut iam nō coacte, sed hilariter & gratuito bona operemur. Sed & hoc loco ipsemet apostolus hanc libertatē dicit seruitutē charitatis esse: seruite (inquit) p. charitatē inuicem. Hæc est enim libertas, quod nō nisi proximū diligere debe- mus. Dilectio autē omnia facillime docet bene fieri, sine qua nihil satis doceri potest. Proinde uidet stultos, si per libertatē, qua a lege & peccato liberamur intelligit dari licentiam ad peccandū: Cur non rursus per libertatē, qua a iusti- tia liberi sunt, etiam intelligunt dari licentiam ad bene operandū? Si em̄ recte inferri putat, solutus sum a peccato, ergo facit peccatū: etiam inferri debet, soy- lutus sum a iustitia, ergo faciam iustitiam: Si hoc non sequit, neq; illud. Venit hæc stulta imaginatio ex humano sensu, & usu proprie iustificatiōis (ut dixi) quia humana iustificatio per opera fit: ideo libertas & otium iustitiæ, post sinē acquisitæ iustitiæ intelligit. At fidei iustitia ante opera donatur, & ipsa prin- cipiu est operū, ideo est libertas faciendi, sicut illa est libertas omitendi, lon- ge cōtrario modo sese habentes amb; sicut Isa. lv. dicit: Quo modo exaltantē

60.

Libertas nō  
est licentia pec-  
candi

Epist.



cœli a terra, sic exaltatæ sunt uitæ mœæ a uisjs uestris. Ista ergo carnalis imaginatio, libertatem iustitiæ, potius intelligit seruitutē odiosam: odit enim legem & opera eius: ideo non aliam libertatem metitur, q̄ ut lex mutetur & tollatur, odio suo manente. Non ergo carni, hoc loco allegorice, sed proprie accipitur pro uisjs carnis, seu carne, in qua sunt uisja, quibus mouemur ad querēda ea, quæ nostra sunt, & negligenda ea, quæ proximi sunt. Hoc est autē contra charitatem, & qui sic libertate utitur, in occasione carnis utitur; ut caro, iam libertate donata, occasione habeat suis desyderijs: seruiendi, contempto proximo.

Carnalis imaginatio peccati.

Occasio carnis.

Omnis enim lex in uno sermone hoc impletur: Diliges proximū tuum sicut teipsum.

Leuiti. x. Idem Rhoñ. xii. dicit: Nulli quicquā debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui em̄ diligit proximū, legem impleuit. Nam non adulterabis, nō occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non cōcupisces, & si quod aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Græce pro instauratur, capitulatur, seu summatur, ut Hieron. in uarijs locis transfert, ideo & hoc loco uerbum impletur, intelligi debet, summatur, cōprehenditur. Quod ideo dico, ne quis apostolum putet docere, per nouam legem sic impleri ueterem, quod illa sit spiritualis intelligētia, & spiritualia uerba, cum sola gratia sit plenitudo legis: & uerba, uerba non implent, sed res impleunt uerba, & uirtutes confirmant sermone; alioquin hoc præceptū diligenti proximi spiritualissimū, nonne Leui. xix. scribitur: Summatum ergo hoc uerbo omnis lex, sed gratia impletur. Igitur in libertatē uocati sumus, omnē legem facimus, si proximus ea opus habeat, huic uni charitate seruiamus. Quare recte superius dictū est, Seruitutem spiritus, & libertatem peccati seu legis eandem esse, sicut seruitutē peccati & legis esse eandē cum libertate iustitiæ, seu a iustitia & scriptura. Igitur de seruitute in seruitutē, de libertate in libertatem: hoc est, de peccato ad gratiam, de timore poenarū ad amorem iustitiæ, de lege ad legis plenitudinem, de uerbo ad rem, de figura ad ueritatē, de signo ad substantiam, de Mose ad Christum, de carne ad spiritum, de mundo ad patrem, omnia hæc si mul siunt. Quādo autem hoc præceptū ab apostolo summa summarū uocatur omnium legum, & in hoc uno capitulo charitatis, omnia concluduntur (ut Hierony. transfert) illi paulisper immorandum est.

Impletur:

Primum, q̄ multi describunt, quod loquendū, quid ferendū, quid cogitandū; nempe multa sunt, quæ erga homines inuicē fieri possunt, tot sensibus, tot membris, tot obiectis, tot casibus: ita ut legū & librorum faciendū rē non sit finis. quantis em̄ præceptis sola indiget lingua: quantis oculi: quantis aures: quantis manus: quantis gustus: quantis tactus: Deinde, quantis res fam iliarum: quantis amici: O reptilia, quorum non est numerus. Si non credis, uide iurium & legum hodie intellectissimum studium. At hoc præceptū quantum compendio, q̄ cito & efficaciter omnia absoluit, ad caput, ad fontem, ad radicem horū omnium mittit manū, ad eorū iniquā, unde iuxta Sapient. aut uita, aut mors procedit. Si quidē inter opera hominis, alia magis, uel interiora, uel exteiora, nullum uero intimius est dilectione, ultra quā nihil in humano corde secretius inuenitur. Quo affectu in rectitudinē posito, iam nullis præceptis indigent alia membra. Omnia em̄ ex hoc affectu fluunt, qualis hic, talia & omnia, sine quo alia uniuersa sunt labores stulti, de quibus Eccle. x. Labor stultorum affliget eos. Cōtra Prover. xiiij. Doctrina prudentū facilis. Hinc in prophetis

De præcepto dilectionis. NOTA.

Affectio charitatis

Sicut iustitiæ

Rom. 15

68.

69.

510. 10  
p. 14

institiæ hominum labor & dolor appellantur. P<sup>sal.</sup> vij. Concepti dolorem, & peperit iniquitatem. Item, Conuertetur dolor in caput eius. Et alio p<sup>sal.</sup> Labor labori ipsorum operiet eos. Et. ix. Sub lingua est labor & dolor. Sic em Auen hebraicum, nunc dolor, nunc labor transfertur: quod iniquitatem, seu relictam iustitiam illam impiam legum & operum significat, quæ nãq; cor hominis quietat. Inde est usitatum hoc uocabulum Bethauen, id est domus idoli. Sic em is lam propheta appellat, in qua Hieroboam uitulos aureos statuit, & peccare fecit Israel. Quia in his iustitijs, sine charitate, multum est operæ & laboris, sed nullus fructus. Vnde B. Hierony. hoc loco deplorat eos dicit. At nunc cum omnia difficiliora sunt, uel modica ex parte facimus. Hoc solus non facimus, quod & factu facilis est, & absq; quo cassa sunt uniuersa quæ facimus. Ieiunij corpus sentit iniuriam, uigiliæ carnem macerant, elemosynæ labore quaeruntur, & sanguis in martyrio, quæuis ardeat fides, tamen sine dolore & timore non funditur. Hæc omnia sunt, qui faciant: sola charitas sine labore est &c. Quid putas dixisset, si nostro seculo uisisset, multitudinæ legum & superstitionum, nedum

70.

NOTA

Nihil pernici-  
sius charitati  
ui & tyranni  
de humani-  
tati legum.

71.

Nobilis, uir-  
tus dilectio.

72.

F

Personarum  
diferentia.

73.

Dilectio pro-  
ximæ.

74.

Ad dilectio-  
nis amantissimam  
oia dirigenda

sine labore esse charitatē, sed penitus extinctam: Neq; enim, meo iudicio, charitati aliquid potest perniciosius oriri, q̄ legum & traditionum copia, quibus homines seducuntur in opera, & iustitijs hominum occupantur, ut charitatis etiam cogantur obliuisci. lam igitur emphasin & epitasin uerborum uideamus. Primo, nobilissimam describit uirtutem, puta dilectionem. Non cum (inquit) iustitiam esto proximo tuo, da ei manum, benefac, saluta, aut illum aliquid opus externum, sed diliges. Siquidem sunt, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Deinde nobilissimum depingit obiectum, quia detrahitur omnibus personis, dicit proximum tuum. Non dicit, obiectum diuitem, potentem, doctum, sapientem, probum, iustum, formosum, iucundum &c. sed absolute, proximum tuum. Per hoc ipsum declarans, non omnes esse se quidem diuersos personis ac conditionibus coram hominibus, uerum unius ualidæ, & æqualis opinionis apud deum. Personarum enim differentia obseruata, penitus extinguit hoc præceptum: ut qui indoctos, pauperes, infirmos, humiles, stultos, peccatores, difficiles fastidit: hi enim non homines, sed latraces & facies eorum considerant, atq; ita falluntur. Tertio, nobilissimum exhibet exemplum utriusq; huius, sicut teipsum (inquit). Cæterarum legum exempla extra nos petenda sunt, hoc intra nos nobis monstratur. Deinde externa exempla, quia non sentiuntur, neq; uiuunt, non satis mouent. Hoc autem exemplum intus sentitur, uiuit, ac efficacissime docet: non litera, non uocibus, non cogitationibus, sed ipso experientie sensu. Quis enim non sentit uitaliter, q̄ seipsum diligit, q̄ omnia quaerat, cogitet, tentet, quæ sibi salutaria, honesta, necessaria sunt: At uniuersus hic sensus uiuus est iudex, intimum monitorium, presentissimum documentum, quid proximo debeas, nempe eadem, eodemq; affectu. Quid est ergo, quod multis libris occupamus? Quid multos magistros quaerimus? Quid operibus & iustitijs laboramus? Ad huius intimi sensus & affectus amantissimam, omnes leges, omnes libri, omnia opa exigenda sunt. In hoc exercitandus Christianus homo, per omnia opera, per totam uitam. Non potuit igitur efficacius tradi exemplum huius doctrinæ distinxit: quia hoc non uidemus & audimus, sicut cæterarum legum exempla, sed experimur & uiuimus: nec unquam nos ab ipso, & ipsum a nobis abesse potest. Nec dignius tradi obiectum, q̄ proximus tuus, id est, simillimus & cognatissimus tuus. Nec perfectius tradi uirtutis genus, q̄ dilectio, quæ est fons omnium bonorum: sicut radix omnium malorum cum

rū cupiditas. Et sunt plane omnia summa in isto breuissimo præcepto, ut ue-  
rissime sit summa, caput, perfectio, finis omnium legū, sine quo omnes merito  
nihil sunt. Nihil est ergo quod queraris te nescire, quid aut quantum debeas, p-  
ximo tuo. Perit acutè illa magistrorū distinctio. Prope est uerū in corde  
tuo, tam crassis scriptum literis, ut palpare queas, ut qui uiuas & sentias hęc re-  
gulam; Sicut te ipsum (inquit) diligas, non minus q̄ te diligas. Quantum autē te  
diligas, nemo tibi melius dixerit, q̄ tu ipse: qui hoc ipsum sentias, q̄d ab alio  
non nisi diuinari tibi potest; Ideo nec ullus melius dixerit tibi, q̄ tu ipse, quid  
faciendum, dicendū, optandū sit proximo tuo. Hic em̄ locum non habet pro-  
uerbium, Pessimum esse magistrū suūpsius; immo optimus, & minime omniū  
fallax magister tuūpsius hic fueris, ceteris omnibus fallacibus, adeo facilis & p-  
pe posita est lex dei, ut nullus possit excusari, si non bene uixerit.

Summa legū

75.

Et proh dolor, quod hæc res hodie ita negligitur tam prædicantibus, q̄ au-  
ditibus, cū interim totæ artes cruce & locustæ, immo sanguisugæ, qui indol-  
gentias, uigilias, oblationes, fabricas ecclesiariū, institutiones altarium, memo-  
riarum, anniversariarum, & reliqua id genus plus quaerunt, q̄ charitatem seruic-  
tia, commendent, inelament, ingeminent, & inculcent semper, ca prætermissa,  
quæ sola operit multitudinem peccatorum charitate fraterna.

Proverbium

In quaestio-  
nes nostræ  
gratis.

76.

Consequens est, Theologos istos recte quidem dicere, qui nullum opus sine  
charitate bonum esse asserunt: Verū omnium pessime docent, quando dicunt,  
nos nescire quando sumus in charitate. Cogunt sane nos imaginari charita-  
tem esse uelut quietam, latentemq̄ qualitatem in anima. Quo somnio quid mo-  
liuntur, nisi quod negant nos sentire presentissimum, & uiuacissimum illud  
quod in nobis est, ipsum uidelicet pulsus uitæ; hoc est, affectū cordis: An quæ  
dam Sossian Plautinum ex nobis facit iste Mercurius, ut nos ipsos neq̄ sentias  
mus, neq̄ agnoscamus? Non possum, obsecro sentire, an mihi placeat, uel dis-  
plicat alter? Cur ergo criminor aut laudo, uel fastidium, uel amatū? An etiā  
non sentio me male dicere, male facere, bene dicere, benefacere? At (inquit)  
naturalis iste potest affectus esse, natura autem gratiæ fallacissima æmula est.

Charitas nō  
ignorat.

Sossian.

78.

Respondeo, fateor, natura uehementer æmulatur gratiam, sed non nisi usq̄  
ad crucem: a cruce uero in totum diuersa, immo contraria sentit, & gratiæ hosti-  
lissime repugnat. Crucem autem uoco aduersitatem. Tam diu enim diligit,  
laudat, benefacit, benedicat natura, quamdiu non fuerit offensa. At ubi læseris,  
aut uoluntati eius restiteris, iam facit natura opus suum, & excedit eius amor,  
uertiturq̄ in odium, clamorem, maliciam &c. Hæsit enim in facie, non in ue-  
ritate; dilexit personam & speciem, non rem ipsam. Amica fuit non proximo,  
sed proximi bonis & rebus. Charitas autem nunq̄ excedit, omnia suffert, om-  
nia credit, omnia sustinet, æque diligit hostem ut amicum, nec mutat mutato  
proximo. Sicut enim proximus manet, proximus quantumlibet uarietur; ita  
charitas manet charitas, quantumlibet uel lædatur, uel iuuetur. Itaq̄ crux est pro-  
batio, & lydius (quod aiunt) lapis charitatis, in qua non est, quod dicas qualita-  
tem esse latentem, neq̄ te nosse, neq̄ sentire, an diligas proximum tuum. Si  
sibi sentis te dulcem affectum seruare, ne dubitas, natura superior es, & charita-  
te Christus te donauit; Si amare scis, naturam agnosce, & charitatem quære.

Natura quo-  
uis gratiam  
æmulatur.

178

Cruis proba-  
tio charitatis

Amor nature querit esse dulcis & quietus, immo, ut poeta ait, amicitias uti-  
litate probat, sua querens, & solum recipere bonū intentus. At charitas for-  
tis amor est, in media turbatione perseverans, amicitias officijs suis probans;  
querens quæ aliorum sunt; nō recipere sed dare prompta; immo uera charitas

Amor natura

Amicitias uti-  
litate probat

Ss ij bona

bona tribuit, mala recipit. Carnalitas uero bona recipit, mala tribuit, aut saltem fugit. Caue etiam ab ijs, qui orationem, aut quodlibet opus in charitate fieri sic cogitant, quod nullo respectu ad proximum habito fiat; modo ex qualitate illa intus praesente & latere procedat. Rudissimus immo perniciosissimus iste sensus. Tunc potius oras in charitate, quando dulci affectu in fratrem, uel amicum, uel inimicum motus, pro eo oras. Tunc bene dicis in charitate, quando detractori resistis, nulla alia causa, quam quia fratrem, amicum, uel inimicum, animo complexus, non potes ferre, ut eius fama polluantur. Nulla (inquam) spe uel gloria, uel amicitiae, sed purae beneuolentiae, qua illi bonum optas. Sic cetera omnia in charitate facis, quando in eis non nisi bonum & commodum proximi tui, profusus cuiuslibet, amici uel inimici spectas. Ecce haec eruditio docet te, quantum sis in Christianismo. Hic inuenies quos diligas & non diligas

In charitate  
facere.

NOTA

Nota christi  
animita dicitur  
Christiana.

Nam si unum habes, in quem non es dulcis affectu, iam nihil es, etiam si miracula opereris. Hac denique regula discas tu ipse sine magistro discernere, inter opera & opera bona. Clare tunc tu uidebis melius esse proximo bene uelle, bene dicere, bene facere, & tota uita tua facere ut sit felicitas proximi in charitate (ut apud paulo supra dixit) quam si omnes ecclesias edificares, omnium monasteriorum merita haberes, omnium presulum sanctorum miracula faceres, absque hoc quod proximo in ijs seruires. Ecce haec edoctrina, quam hodie non modo ignorant, sed suis traditionibus uelut copijs infinitis penitus expugnant. Quorum institutum hoc est, ut proximum nunquam nisi personalem doceant diligere: dum inter opera tantum digladiantur, & facies distinguunt. Nec minus caute intelligenda est, uulgatissima illa distinctio, legis naturae, legis scriptae, legis euangelicae. Cum enim apostolus hic dicat, omnes in uno & in summa conuenire, Certe charitas omnis legis finis est, ut. j. Timoth. j. dicit. Sed & Christus Math. vi. illam legem naturae (ut uocant) Omnia quae uultis, ut faciat uobis homines, & uos facite illis, expresse eandem facit cum lege & prophetis, dicens: Haec enim lex est & prophetae. Cum autem ipse euangelium doceat, clarum est, tres has leges, non tam officio quam falso sensu intelligentium differre.

85.

Lex scripta  
habet ueritatem

Lex una omni  
bus omni tpe

Proinde haec lex scripta, Diliges proximum tuum sicut teipsum, profusus idem dicit, quod lex naturae: Quae uultis ut faciant uobis homines (hoc enim est se ipsum diligere) eadem facite uos illis (hoc certe est, sicut seipsum, ita diligere & alios, ut claret). At quid aliud totum euangelium quoque docet? Igitur una est lex, quae transijt per omnia secula, omnibus nota hominibus, scripta in omnium cordibus, nec excusabilem relinquit ullum ab initio usque in finem: licet iudeis accesserint caeremoniae, tum alijs gentibus suae propriae leges, quae non uniuersum mundum obligabant; sed haec sola quam spiritus dicitur in cordibus omnium sine intermissione. Illud quoque diligentissime obseruandum, quod ex huius praecipiti uerbis aliquot patres sumptum hanc opinionem, Quod ordinata charitas incipit a seipso, quia (inquant) dilectio sui praescribitur regula, quae diligere debes proximum tuum. Haec existimabam ut intelligerem sed labor est ante me nulli praedudicabo, sed mea temeritatem reuelabo. Ego praecipitum hoc sic intelligo, ut non praecipiat amor sui, sed amor proximi tantum. Primo, quod amor sui ipsius per se in omnibus est. Deinde, quod si hunc ordinem uoluerit, dixisset: Diligas te, & proximum tuum sicut teipsum. At nunc dicit: Diliges proximum tuum sicut teipsum, id est, sicut iam teipsum diligis citra praecipitum. Sed & apostolus Paulus, j. Corinth. xiiij. hoc tribuit charitati, quod non querit quae sua sunt, profusus abnegans amorem sui. Christi

86.

Charitas q  
modo incipit  
& ubi.

Charitas q  
modo incipit  
& ubi.

Charitas q  
modo incipit  
& ubi.

Charitas q  
modo incipit  
& ubi.

1. cap B

stus præcipit abnegari seipsum, & odisse animam suam. Et Philippens. ij. clare dicit: Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. Deniq; si homo simplicius rectam charitatem haberet, iam gratia dei non egeret, quia eadem charitas, si recta est, se & proximum diligit. Non enim aliam, sed eandem esse, præceptum hoc iubet. At (ut dixi) præceptum prærequisit hominem seipsum diligere: Et Christus, quando Matth. vj. dicit, Omnia quæcunq; uultis, ut faci- ant uobis homines, certe declarat iam inesse eis uoluntatē & amorem sui, nec præcipit ibi eandē, ut claret. Quare pro mea temeritate (ut dixi) uidetur præceptum loqui, de peruerso amore, quo quisq; obliuiscit proximi, ea tantū querit, quæ sua sunt: qui tunc rectus sit, si rursus seipsum obliuiscit, proximo tantū seruiat. Hoc & membra corporis indicant, quorū quodlibet alteri seruit suo periculo. Nam manus pro capite pugnat, & lésiones excipit; pedes in lutū, aqua ruunt, pro corpore redimendo. Sed & periculosissime nutritur affectus proprii commodi, sub isto ordine charitatis, quem tamen Christus hoc præcepto funditus perdere uoluit. Quod si omnino amorem sui, hic primum ordinari cōcedendū est, certe altius ascendam, & dicam amorem eiusmodi semper iniquū esse, dum fuerit in seipso, nec esse bonum, nisi extra seipsum sit in deo: hoc est, ut uoluntate mei & amore mei prorsus mortuo, nihil queram, nisi purissimam uolūtatē in me fieri, promptus ad mortem, ad uitam, & ad omnem formam siguli mei, quod est arduum & difficillimū, naturæq; impossibile. Hic enī amo- me non in me, sed in deo; non in uoluntate mea, sed in uoluntate dei. Atq; ita tum diligam & proximum sicut meipsum, optans & faciēs ut sola uolūtas dei in eo fiat, non autem ipsius ullo modo. Veram sic non intellexisse illos credo, nec de hoc amore proprie præceptū loqui uidetur. Quare quæq; monitum uolo, caueat ab his gentilibus doctrinis, Proximus esto tibi, & similibus; peruerse enim sunt, & cōtra uim grammaticæ quoq; toræ. Nam proximus non nisi ad alterum dicitur, ideo proximus esto alteri, dicendū est Christiano, ut & hoc præceptum indicat. At hic queritur, Quomodo omnis lex in uno isto præcepto comprehendatur, præsertim Veteris testamenti, tot ritus, tot ceremoniæ: Nunquid enim qui diligit proximum eadem illa facit? Nam decalogi præcepta in eo comprehendī, nihil est difficultatis, ut ex apostolo Rhom. xij. deducitum est, Verum quis modo maculat pecora, circūciditur seruat tempora & annos &c. sicut seruamus honorē parentibus, non occidimus, non adulteramus, non furamur &c. S. Hieron. suo more spiritaliter impleri leges ceremoniarum sentit. Verum quid de legibus gentium aliarum dicemus, quas similiter apostoli, & ipse adeo Christus seruari mandauerunt? Deniq; apostolum hoc modo æquiuocū faciemus, ut qui alio modo decalogum, & alio ceremonias impleri doceat, eodem utens uerbo. Ego superioribus meis consentiens, dico. Accepto ex fide auditu charitatis spiritu, omnia alia facta esse licita, quæcūq; ceremonialiter & humaniter statuuntur, siue apud Iudæos, siue gentes, Nec esse seruanda, q̄ salus sit in eis seruatis, aut operibus eorum: sed quod pro charitate seruanda sunt, propter eos, cum quibus uiuendum est nobis, donec ipsi eas dem seruari a nobis exigunt, ne pax soluatū in schismata & seditiones, nā charitas omnia suffert. Nec in his adeo timendum, ne contra ipsas leges ueniatur q̄ ne offendatur ij. qui secunduū eas uiuunt, quorum uotis nos iubet charitas seruire. Ideo si deus legis ceremonias uoluisset durare, aut si pro necessitate aliqua, unum uel plures ex eis seruare oporteat, omnino faciendū est: At postq̄ eas abrogauit, nihil nos ligant, ita seruandum est legibus imperialibus, p̄m̄

Vide quid dicat.

Corporis membra.

Nota theologia.

Causa

Quæstio.

Libera charitas.

Legibus quatenus obiectum uendum.



71. *Leges abrogandæ* *72.* *73.* *74.* *75.* *76.* *77.* *78.* *79.* *80.* *81.* *82.* *83.* *84.* *85.* *86.* *87.* *88.* *89.* *90.* *91.* *92.* *93.* *94.* *95.* *96.* *97.* *98.* *99.* *100.*

tificijs, munitiõibus, politicis, ac provincialibus: soli ne eos (ut Christus ait) scandalissemus, & charitatem & pacem lædamus. Ac sic clare pater, quod ne cogitari quidem lex potest, quæ non sit complexa in charitate. Nam sine omni dubio, si tu quicquam statuisses, uelles tibi obtemperare:quare lege nature & charitatis urgeris, & alteri id præstare, præsertim deo & uicarijs potestatibus dei: modo id cures, ne in his hominum præceptis salutem constituas, sed seruire dum tibi intelligas alijs per charitatẽ. Verum contra, ipsi legislatores multo magis debitores sunt charitati, ut quando uiderint leges suas esse onerosas subditis, aut etiam noxias, curent omnibus modis aliorum cõmodo seruire, & eas abrogare. Multo autẽ maxime, hoc ad Ecclesiasticos pertinet legislatores: Nã ipsi absq; dubio, nolent uel una syllaba legis onerari: quod nisi & alijs præstiterint, non Pontifices sed tyranni sunt: imponentes importabilia hominibus, quæ nec digito ipsi uoluit attingere. Hinc intelligis, mi lector, cur leges quædam pontificias, Ioseph tyrannides appellare, quod hodie plurimis & insulsius causis abrogandæ sunt. Primam, quod onerosæ & odiosæ sunt toti orbiterrarum, cui credendum est per pontifices. Deinde quod mere laquei sunt pecuniarum, & per dispensationes impudenter uenduntur. Tertio, quod impletarum seruiant, interim ueram iustitiam, in qua salus est, & charitatem funditus perdentes. Seruandæ tamen sunt, ubi scandalo fuerit earum contemptus propter charitatem. In fine, iterum clarere satis puto, apostolum non de cere monialibus tantum legibus loqui, sed prorsus de omnibus. Charitas enim si de accepta, omnes inplet hilariter & libere (quod est uere eas implere) & nõ in ipsas, ipsarq; opera fiduciã statuit salutis, quod est seruiliter, & nullã implere.

Quod si inuicem mordetis & comeditis, uidete, ne ab inuicem cõsumamini.

95. *Charitatis defectus nocet ubiq;*

In omnibus epistolis apostolus suafusus charitatẽ, simul fere adiungit, ut utrum sapiantur de donis differenter eis collatis, nõ in sentur, alter aduersus alterum. Nam sic Rho. xij. & j. Corin. xij. proponit imaginem corporis & membrorum, quomodo membra pro inuicem sollicita sint, & alterum alteri seruiat ac non sedat. Scit apostolus, homines esse Galatas, & dona, quanto fuerint insigniora, tanto sunt nocentiora, si desit charitas. Scientia inflat, inflat potestatis administratio, inflant prorsus omnia, præter charitatẽ, quæ edificat: hæc sola recte omnibus uitur, quia omnibus donis dei, nõ sibi placet, sed alijs seruit. Vbi hæc nõ adest, ibi contentio, lis & iurgia, atq; ut Rho. xij. dicit; Sapere nõ ad sobrietatẽ, & sapere plusq; oportet. Hoc (inquã) malũ, mihi uidetur hoc loco apostolus tãgere, quod maxime seruituti charitatis repugnat. Dã enim quisq; de dono sibi dato inflatur, nec quõ in hoc alteri seruiat, cogitat, sed quõ pleratur: necesse est, ut contentio & æmulatio insurgat, mutuusq; contemptus, detrahitio, cõdemnatio, temerariũ iudiciũ, ira, inuidia, clamor, malicia &c. Eandẽ sententiã Ephẽ. iij. & Philip. ij. late psequitur, nã hic breuiter transit.

Est ergo sensus, scio uos homines esse, tentari posse, dum alter altero præstantior cupit uideri, nec boni uultis esse ministratores multiformis gratiæ dei in uobis. Verum curate ne detrahatis, ne mordeatis inuicem, ne cõsenseritis tentationi huiusmodi: sed (ut dixi) per charitatem seruite inuicem, unusquisq; in dono quo abundat, alius in docendo, alius in tribuendo, ut Rhoma. xij. latius. Non autem ut is, qui docet, infletur cõtra eum, qui tribuere potest, quod forte non tribuerit quantum uolet, nec qui tribuere potest, cõtra eum, quod forte

forte sibi nō egere uideatur illius doctrina: sic in ceteris omnibus donis. Nam (ut dixi) inflatio eiusmodi proxima est ijs, qui aliquid possunt, ut aliorum se nō egere gloriantur: & sic non inuicem seruiant in charitate, sed consumuntur mutuo contemptu, odio, superbia, detractione &c.

Dico autem, spiritu ambulate, & desyderia carnis non perficietis.

Vult dicere, hoc quod dixi, ne uos morderetis & comederetis, tantum est, quod uolo, uos spiritu uiuere, tum fiet, ut eiusmodi non perficietis. Scio in uobis eiusmodi desyderia aliquādo cōcitari, uerū ne obtemperetis, sed spiritu ambulate, hoc est, proficite & magis spirituales efficiamini: ut Rho. viij. eadē sententia dicitur secundū carnem uixeritis, moriemini: si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Spiritu facta carnis mortificari dicit, hic spiritu ambulare, & resistere tentationi, ac morderi & moriantur. Impossibile est, nō moueri, nos ad mordendū & comedendū: uerū motibus istis, spiritu resistendū est.

Est autem pulchra hæc allegoria, morderi & comedere, in sacris litteris frequentissima. Inde in psal. Filij hominū dentes eorum arma & sagittæ. Et. iij. Dentes peccatorū contriuisi. Et Proverb. xxx. Generatio, quæ habet pro dentibus gladios, & molaribus suis cōmandit, ut comedat in opes de terra, & pau- peres ex hominibus. Inde uerbum deuorare. Proverb. j. Deglutiamus eum sicut infernus uiuentem. Et psal. ij. Dillexisti uerba præcipitationis (id est, deum- rationis, absorptionis) lingua dolosa. Videtur autē per morderi, criminationem, detractionē, uituperia intelligere: per comedere, uindictam & oppressionem, ex altera parte: per consumari, utriusq; perditionem. Nota utin uerbis.

Non perficietis, inquit. Nam inter facere & perficere desyderia carnis uel spiritus sensu Paulino (ut est apud b. Aug. lib. iij. contra lul. c. ult.) hoc interest, quod facere concupiscentia, est eas habere, titillari, & moueri ab illis, siue ad iram, siue libidinem. Sed perficere, est eis consentire, & eas implere, hæc sunt opera carnis. Sed eas nō habere, aut nō facere, tūc erit secundū b. Aug. li. j. Rhet. xxxij. quando nec mortalē carnem habebimus. Inde omnes sanctos dicit esse adhuc carnales ex parte, licet secundū hominē interiorem sint spirituales, lib. vj. contra lul. sic concupiscentia spiritus ipsa charitas, concupiscit ut possit nō concupiscere secundū carnē, sed nō perficit, quia nō potest nō habere carnis concupiscentiā. Et ut iterum moneam, concupiscentiā carnis uocat, non tantum libidinē, sed omnium operum, quæ statim enumerabit. Igitur uerba Aug. sunt Non perficietis carnis desyderia, si non consentiat eis, quibus agantur motibus non tamen perficiuntur operibus: ideo dixit ad Rho. Velle mihi adiacere, perficere autem non inuenio. Quia facere bonū est post concupiscentias nō ire, perficere autem bonum est, non concupiscere. Sic concupiscentiæ carnis non perficiuntur, quibus fiant: nec nostra bona opera perficiuntur, quibus fiant. Ex quibus omnibus pater, quid sit uita christiana. Nempe tentatio, militia & agon. Et quomodo in sitiuendi sunt, qui uarijs tentantur impulsibus, ut non desperet, si se nondum senserint liberos a malis motibus cuiuscunque peccati. Sic Rho. xij. Et carnis curā ne feceritis, in desyderijs eius. Et Rho. vij. Non regnet peccatū in mortali corpore uestro, ad obediendū concupiscentijs eius. Non concupiscere nemo potest, sed non obedire concupiscentijs possimus. Hæc diligentijs & latius retuli, propter improprietates meos, qui negant omnem actū bonum, adhuc simul ex parte malum esse, & peccatum concupiscentiæ, dicunt esse peccatum improprie dictum.

Non moueri  
impossibile.

Morderi  
Comederi.

Desyderia  
habere &  
perficere.

Inter facere  
& perficere desyderia carnis & spiritus, sed in Augusti interest.

Concupiscentiā carnis, nō tantū libidinem dicit.

Vita christiana.

Bonū fieri  
perfici.Impro  
peritū

Verū tu apostolo & Augustino crede, qui dicunt: bonum fieri, sed nō perfici. Fieri autē bonū, bonū est; sed non perfici, malum est. Quia lex dei perfici dei bet, a qua omnes sancti deficiūt, & ita in omni opere peccat. Nec est peccatū improprie, sed vere peccatū; quia nō est improprie gratia, nec improprie deus, nec improprie Christus, nec improprie spiritus sanctus, qui hæc remittit & expurgat. Verū est quidē, quod teste Augu. in baptismo reatus transijt peccatū; sed actus tamen manit, hoc est, quod deus (iuxta psalmū. xxxj.) nōn imputat; sed sanat, qui si imputare uellet, sicut uere & iuste posset, totū mortale & damnable esset.

Caro enī cōcupiscit aduersus spiritū: spiritus autē aduersus carnem.

704.

(220

Sicut spiritus hoc loco non significat solam castitatē: ita necesse est, ut caro non solam significet libidinem, hoc pro necessitate; quia in ueterauit usus fere apud omnes, carnis concupiscentiā, pro libidine tantū accipi; quo usu apostolus intelligi non posset. Hanc sententiā Rhod. vj. egregie tractans, & copiosius declarans dicit. Condelector enim legi dei secundū interiorē hominē; uis deo autē aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, captiuantē me in legē peccati, quæ est in mēbris meis &c. Non enim hæc in plona aliorum locutus est Paulus. Sicut b. Aug. lib. vj. contra Iul. c. xj. dicit, se aliquando intellexisse, immo non intellexisse. Manicheos autem dicit & Pelagianos sic intellexisse. Sic b. Petrus c. ij. ep. l. j. Obsecro uos tanq̄ aduenas & peregrinos abstinerē uos a carnalibus desiderijs, quæ militat aduersus animā. D. Hiero. hoc loco profunde se questioni in uoluit, quō inter spiritū & carnē, mediū inueniat, & media opa. Et suū Origenē secutus, spiritū, animā, carnē distinguit inde spiritalē, animalē, & carnalē hominē distribuit. Et q̄q̄ ista trinitas ut deatur statui ex illo. j. Thessa. ult. ut integer spiritus uelut, & anima, & corp⁹ seruet &c. tamen nec accedere, nec recedere audeo, tum quod spiritū & animā manifeste pro eodem accipit Petrus in dicto loco: appellans animam, contra quā militat desideria, ubi contra spiritum concupiscere carnem, dicit Paulus. Et hominē carnalem ac animalē mihi pro eodem apostolus uidetur accipere.

105. 4. 7. 2

D. Hiero.

De triplici  
habe spirituali  
animali, carnali.Caro  
Anima  
Spiritus  
Crassissima  
similitudo.

Ego mea temeritate, carnem, animā, spiritū prorsus nō separo. Non enim caro concupiscit, nisi per animā & spiritū, quo uiuit; sed spiritū & carnē intelligo totū hominē, maxime ipsam animā. Breuiter, ut dem crassissimā similitudinē, sicut carnē sanā aut morbosam, utrūq̄ appello, sanam & morbidā (neq̄ enim ulla est rota morbus) quæ in quantum incipit sanari, & sana est, sanitas uocatur; ubi uero uulnus, aut morbus reliquus est, morbus uocatur; atq̄ ut morbus seu uulnus, reliquam sanam carnem impedit, ne perfecte faciat, quod caro sana faceret: Ita idem homo, eadem anima, idem spiritus hominis, quia affectu carnis mixtus & uitiat⁹ est; quatenus sapit quæ dei sunt, spūs est, quaten⁹ carnis mouet illecebris, caro est, quibus si consentit, totus caro est. ut Gen. viij. dicitur. Rursum, si consenserit totus legi, totus spiritus est, quod fiet, quando corpus erit spirituale. Non ergo duo isti homines, diuersi imaginandi sunt, sed uelut crepusculum matutinum, quod neq̄ dies, neq̄ nox est, utrūq̄ tamē dici potest, magis autem dies, ad quam de tenebris noctis uergit. Verū, longe pulcherrime utrūq̄ ostēdit Semiuuius ille apud Lucā, qui a Samaritano suscept⁹ quidem curari, nondū tamen plene sanus factus est. Ita & nos in ecclesia sanamur quidem, sanī autem plene non sumus; ob hoc caro, ob illud spiritus uocatur. Totus homo est qui castitatem amat, idem totus homo illecebris libidinis

Alta similitudo.

Exemplū fer  
mialē apud  
Lucam.

bidinis trillatur. Sunt duo toti homines, & unus totus homo; ita fit ut homo si  
 bipsi pugnet contrariusq; sit, uult & non uult. Atq; hæc est gloria gratiæ dei, Sic duo toti  
 hoies, & un'  
 totus homo.  
 quod nos fecit nobis ipsi hostes. Sic enim super peccatum, sicut Gedeon su-  
 perauit Madian, gloriosissimo uidelicet triumpho, ut hostes seiplos trucidet.

Sic aqua uino infusa in altari, primū pugnat cum uino, donec absorbeatur,  
 & uinum fiat, ita gratia, & ut supra dictum est, fermentū in satis tribus abscon-  
 ditur, donec fermentetur totum.

Hæc autē sibi inuicē aduersant, ut nō quæcūq; uultis, illa faciatis.

Vide audacem Apostolum, nihil timet ignem, negat liberum arbitrium, Liberum  
 arbitrium. 110.  
 quod est mirabile in auribus nostris; dicit non posse fieri, quæ uolumus, cum  
 nos uoluntatē cōstituerimus (autore uel Aristotele) reginā & dominā omniū  
 uirium & actuum. Atq; hic error & hæresis maxima erat tolerabilis, si hoc di-  
 xisset de ijs, qui sunt extra gratiā. Nunc, ut nulla sit ei excusatio, quin combura-  
 tur, affirmat id de ijs qui spiritu gratiæ uiuunt. Idem Rho. vii. dicit. Ego autē  
 carnalis sum uenundatus sub peccato, quod uolo bonum, nō facio; quod nō  
 lo malum, hoc facio. Si iustus & sanctus sic queritur de peccato, ubi peccator  
 & impius apparebunt, cū operibus suis, de genere bonorū, & moraliter bonis?

Gratia dei nondum perfecit liberum arbitriū, & ipsammet seipsum liberum  
 faciet; quid insanimus? Satis dictum est, de diuersitate spiritus & carnis, neu-  
 trum extinguit alterum in hac uita; & si spiritus in uitam carnem domet sibi q;  
 subiiciat, quo fit, ut nemo audeat gloriant se mundū habere cor, aut mundum  
 esse a fordibus. Nō enim caro mea aliquid facit, quod nō ipse facere dicar, ac si  
 cor immundū est, iam nec opus mundum est. Qualis em̄ arbor, talis & fructus.

Quod iterū dico, contra impropietas, qui inueniunt in seipis, actus bonos,  
 sine omni uitio, aut peccato improprie dicto uitiosos, suas opiniones Pauli tā  
 aperto textui opponētes. Non facitis (inquit) quæ multis, propter carnis rebel-  
 lionem, repugnantē legi mentis uestre, & spirituali uoluntati uestre. Non  
 seruat apostolus hic distinctionē superius datam, inter facere & perficere, quia  
 non faciatis, pro non perficiatis, accipit, ut clarum est. Sed & Rho. vii. non ser-  
 uat quando dicit: quod uolo bonum, nō facio, id est, non perficio. At quando  
 dicit, quod odi malū, hoc facio, hic seruat eam distinctionē; quia facit malum,  
 sed non perficit. Quod si cui hæc distinctio Augusti, non placet, aliter medite-  
 tur; modo hunc sensum nō omitat, esse in nobis pugnā spiritus & carnis, qua  
 impedit, nō implet<sup>o</sup> pfecte legē, ideoq; peccatores nos esse, quādiu in carne  
 sum<sup>o</sup>, atq; in omni ope bono, egere ignoscēte misericordia dei, & dicere: Non  
 intres in iudiciū, cū seruo tuo dñe, qā nō iustificabit in cōspectu tuo ois uiuēs.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Dixi (inquit) ut spiritus ambularetis, concupiscentiā spiritus sequeremini, re-  
 sistentes concupiscentiæ carnis, ne morderetis & comederetis inuicē, sed seruire-  
 tis inuicē in charitate, quæ est plenitudo legis. Nam si hoc faciatis, & ita spiritus  
 ducimini, cōcupiscentiæq; spiritus obeditis. Ecce nō estis sub lege, nihil debe-  
 tis legi, sed impletis legem. Quid ergo rursus ad legē reuertit uoluitis? Quid  
 alia uia legem implere tentatis? Dixi satis supra, quod esse sub lege, est eam nō  
 implere, aut seruiliter sine affectu hilari implere. Affectum autē hunc hilarem,  
 non le x. non natura, sed fides impetrat in Christo lesu. Atq; hoc duci spiri-  
 tu, hoc obedire concupiscentiæ spiritus, hæc pugna & conatus (qui est tota  
 uita

Semp peccat  
 tores.

De ignoſci  
 conuicti,

uita nostra) facit, ut deus misericorditer ignoscat, quod illa nō facimus, quæ uolumus. Nondū enim spiritus sumus, sed spiritu ducimur. Nam Ioan. iij. Quod natū est ex spiritu, spiritus est, ostendit, quid esse debeamus: hic autē, quid sumus. Debemus esse spiritus, sed sumus adhuc in ductu, & ut sic dixerim, in formatione spiritus. Qui autem sunt sub lege, sunt & in operibus carnis; ut Rho. vii. Cum essemus in carne, passiones peccatorū, quæ per legem erant, operabatur in membris nostris, ut fructificarent morti. Ita Rho. viij. quoq;. Qui spiritus dei aguntur, hi filij dei sunt. Nam hoc ducere & agere, idem est quod trahere de quo Ioan. vi. Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Item. xij. cum exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum, id est, suauiter mouebo, hilares & spontaneos facie, spiritu concupiscentiā in eis suscitabo, quos Moyses & lex, terribilibus tristis & inuitos cogebat, aut uelut pueros temporalibus promissis in terribilibus fouebant. Sic sponsa Can. j. Trahe me post te, in odorē curremus unguentū tuorū, q. d. Moyses & prophete uerbo legis, trucidibus minis, terret & urget, aridam & inuitat; tu autē uerbo gratiæ, & memoria exhibitæ misericordiæ dulciter trahes, & unge suauiter. Odor enim unguentorū, Euangeliū gratiæ dei est in quo olit, id est, fide percipitur, unguentū gratiæ dei. Hinc illud Eccl. xxij. In plateis sicut cinnamomū & balsamū aromaticans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris. Et psal. xliij. Myrrha & gutta & calia, a uelut mentis tuis. Sic Paulus, Odor bonus Christi sumus, alijs in uitam &c. Idem trahere etiā subtilare dicit apud Esaiam, viij. In die illa subtilabit dominus muscā, quæ est in extremis finibus Aegypti &c. id est, spiritus sancto afflabit, spiritum eorū excitabit ut concupiscant contra carnem &c. Sic. iij. Regū. xix. scribitur Helias neq; in spiritu fortis, neq; in cōmotione, neq; in igne (quæ omnia sunt terrores legis) sed in sibilo auræ tenuis sensisse dominum. Quia nō ex tristitia, aut necessitate, sed hilaritate ac suauitate impletur lex domini.

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia.

Hic omnium manifestissime patet, carnem non pro libidinosis accipi tantum concupiscentijs, sed pro omni prorsus eo, quod contrariū est spiritui gratiæ. Næ hæreses seu sectæ & dissensiones sunt uitia subtilissimarū mentiū, & sanctissimi ma specie fulgentiū. Quod ideo dico, ut stabiliam, quæ supra dixi, per carnem totum hominē significari, per spiritū æque totum; atq; hominē interiorē & exteriorē, seu nouum & ueterem non distingui, iuxta differentiam animæ & corporis, sed iuxta affectus. Nam cum fructus seu opera spiritus sint, pax, fides, continentia &c. Et hæc in corpore fiant; quis potest negare spiritum & fructum eius, in corpore membrisque carnalibus esse, sicut expresse, j. Corinth. vi. An nescitis (inquit) quod membra uestra templum sunt spiritus sancti. Ecce non tantum anima, sed membra quoq; sunt spirituale templum. Et iterum; Glorificate & portate deum in corpore uestro; non dicit in anima uestra. Contra quādo inuidiæ, inimicitia, uitia sunt animorum; quis negabit carnem esse in anima; igitur spiritualis homo, totus homo est, quantum sapit, quæ dei sunt; carnalis totus, quantum sapit, quæ sua sunt. Apostolus ignarus Aristotelicæ philosophiæ non appellat hæc uitia, habitus in anima, sed opera ipsa; quibus

115.  
Qui spū dei aguntur, sunt filij dei. Trahere dei. Hoc ducere & agere, est trahere.

Odor unguentorū, euangeliū illi est gratiæ dei.

116. <sup>115.</sup> **NOTA**

Differt hō iuxta affectus.

119.  
Spiritualis hō  
Carnalis hō.

Dicitur in 1<sup>a</sup> Corinth. vi. quod membra uestra templum sunt spiritus sancti.



bus omnibus, unum habitum tribuit, carnē: hoc est, totum hominē ex Adam natum. Nam illi adhuc hodie querūt subiectū uitiorum & uirtutum, necdum inuenerunt, an in rationali, an irrationali parte locanda sint. Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris: ut liberetur a stultis illis, & uanis cogitationibus: & mitiges ei a diebus istis pessimis, donec fodiat peccatori foſſea. Igitur cum apostolo, contemptis habitibus alijsq; delirij moralis philosophiæ, scito, aut carnem, aut spiritum te esse, & utrūq; ex fructibus suis cognosci, quos hic apostolus aperte enumerat. In isto uitiorū numero, nulli fere consentiunt, bea. Augusti. xiiij. bea. Ambro. xvi. Noster. xvij. ponit. bea. Hierony. xv. recitat, omittens impudicitiam & homicidia, dicensq; in latinis codicibus adulterium quoq; & impudicitia, & homicidia, in hoc catalogo uitiorum referuntur scripta, sed sciendum non plus q̄ quindecim carnis opera nominata, de quibus differimus. Hæc ille. Erasmus & Stapuleū, fere cū nostro consentiūt nisi quod adulterium addunt, & uel luxuriam, uel impudicitiam tollunt.

Opponit autem apostolos non singulos fructus, singulis operibus: sed confuse unum multis, & multa multis: ut charitatem & gaudium, fornicationi, immunditiae, luxurie, quæ sunt peruersæ dilectiones, peruersaq; gaudia, pacem, patientiam, longanimitatem, benignitatem, bonitatem, inimicitias, contentionibus, litibus, iræ, rixis &c. fidem hæresibus, idolatriæ, ueneficijs: contentiam, ebrietatibus, & comestationibus. Primū est, fornicatio, nota satis.

Secundū immundicia, qua dicit Hierony. comprehendit omnes extra ordinarias infandasq; uoluptates. Tertū luxuria, nam impudicitia nostri textus, uideatur e margine relata in textum, ut quam aliquis glosandi studio, super immunditiam uel luxuriam signarit, aut ita in alijs haberi notarit. Hanc autem, licet d. Hierony. generaliter extenderit, etiam ad excessum coniugij, græce tamen a seclia lasciua, uel ut Ambro. obscœnitatis dicitur, quod ad mores, gæstus quoq; & uerba pertinere potest. Quartū idololatria, etiam ipsa nota satis, sed nunc nulla saltem crassa illa, & quæ in gentibus erat. Cæterū quorū deus uenter est, & qui auari sunt, etiam apostolo autore idolatræ sunt. Idolatræ sunt omnes adulatores & superbi, ac quicūq; gloriantur in homine, uel seipso, uel altero. Ita hodie, non parum multi principes & pontifices, idola sunt. Quintum ueneficium est, quod malum hodie mire increuit. Dicitur autem, Hiero. teste, ars malefica. Pharmacū enim græce uenenum uel medicamentū dicitur, inde pharmaceutia, ueneficia. Igitur magos, maleficos, carminatricos, & si qui alij, qui pactis demonum uili illudunt, nocent, furantur proximis suis apostolos significat. Claret autem tanti apostoli quoq; autoritate, ueneficia illa nō esse nihil, sed posse nocere, quod multi non credunt.

Sextum inimicitia, simulationes, & silentia inter se odia esse uidentur. Lites quod noster textus, contentiones, græcus eris, id est lis, opus inimicitarum, æmulationes seu celi, supra dictum est, iræ notum est. Rixæ quas d. Hiero. græce ertheias dici aptius putat, quando scilicet aliquis ad contradicendum paratus, stomacho delectatur alieno, & muliebris iurgio contendit, & prouocat cōtendentē. Hæc omnia experientia & exemplo duorum aduersariorum melius, q̄ descriptione colligere possis. Primū enim sunt inimici atq; discordes, tum data quacunq; occasione, mox ligant, litigantes autē æmulantur, dum quisq; alteri superior existitur: æmulantes autem irascuntur: irati autem querunt utrinq; quod dicant aut faciant, aut omittant, quod alterū mordeat ac prouocet, hoc est rixantur. Rixantes autem dissentiant, & quisq; sua defendere promptus est, alienaq; iræ firmare.

Philosophica nugamenta

Variatur in numero uitiorum.

Erasmus Stapuleū.

Fornicatio 121.  
Immundicia 122.  
Luxuria, 123.

Idolatria 124.

NOTA  
Ueneficium

φάρμακον

Inimicitia,  
Lites,  
ἔρις  
ἰρᾶ  
ἰστῆ

**NOTA.** firmate. Ex quibus tunc scēz & hēreses fiunt, dum quisq; alios in suā partem trahit, & alteri abstrahit. Hinc aliter inuidia atrox malū, tandē in cades & horum micid a ruunt. Et hīc finis huius mali. Exemplū sume inter duos forenses ad uersarios, aut duas respublicas inuicem aduersarias, Aut inter duos sophistas ac theologistas, pro opinionibus suis certantes. Nouem ergo gradibus seu capitibus, distinxit concupiscentiam illam carnis, amarulentam atq; colericam, adeo detestatur aduersarios charitatis apostolus. Addit hic d. Hierony. hēreticum dici omnem, qui scripturam aliter intelligit, q̄ sensus spiritus sancti flagitat, etiam si de ecclesia non recesserit: dura sententia super Aristotelicos theologos. Deinde septimū, ebrietas, quæ non tantum uino, sed omni alio genere potus prohibetur. Vnde Lucæ. j. Vinum & siceram, id est, inebriatiōnē non bibet. Cōmendatur sane abstinētia uini & sobrietas in uarijs scripturæ locis. Cōtra quid ebrietas præstiterit, satis eiusdem probant scripturæ, historię in Noe, Loth, quorum ebrietas sine propria culpa, non tamen sine malo aliorum contigit: sed notæ sunt historię passim. Vnde Christus Lucæ. xxj. Attendite, ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate. Et certe, ebrietatem satis apparet, esse quandā pestem, in nostris regionibus, diuino furore immillam; fugis passim pestilentiam carnis, & omni studio nos armamus & curamus, ne contripimur ab ea. In hanc uero pestem, insigni cecitate, nos ipsi irruimus, nec est, qui salte moneat, nedum prohibeat. Deniq; impetuosis grassatur, q̄ ut spes esse possit, eam expurgandi. Vltimū comestatio, quæ Lucæ. xxj. crapula dicitur, sicut ebrietas nimis bibendo, ita crapula nimis comedendo grauat corda. Et hoc celebre malū, mire crescit etiā in duob; populi, & magnanib; Israel, tanto luxu, tanto apparatu, tanto seculorū copia & uarietate, ut procorū insignes crapulas uideant, data opa, uelle irridere. Venit aut uerbū comestatio, a noie Comos, qui græcis deº coniuū & crapulæ dicº est: ut sicut a Venere libido, ita a Como crapula dicitur: utiq; sane numen potētissimū & uicinū, huic ueteri, illi ea, quæ infra uentrem sunt, seruiūt. Et Comos uenere n seruat, ac uegetat: alioquin sine cerecere & baccho friget uenus. In fine addit, & ijs similia: quia q̄ omnem sernam carnalis uitæ recenseat: Nam superbiam & uanam gloriam iatis sub amulatione & zelo comprehendit: detractionem, maledictā, clamorem blasphemias, sub ira, inuidia, dissensione &c. dolos, fraudes, insidias, mendacia, sub eisdem, partes enim aliquot signauit, ne Galatæ causarentur sese nescire, quomodo carnis concupiscentijs resisterent.

Quæ prædico uobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnū dei non consequentur.

**Sola fides nō sufficit, sola est iustificatio. NOTA.** Ecce hoc est, spiritu ambulare, & non perficere carnis desyderia, spiritu ueraci, non esse sub lege, atq; omnem legem, in uno charitatis capitulo complecti, scilicet si hæc non fiant. Iam uides q̄ non sufficiat sola fides, & tamen sola fides iustificat: quia si uera est, impetrat spiritū charitatis. Spiritus autē charitatis hæc omnia fugit, ac sic legem implet, & regnū dei consequitur. Proinde totum fidei tribuendū, fides autem uerbo, uerbū autē diuinæ misericordię mittētis uerbi apostolos & prædicatores, ut sit omnis sufficiētia nostra ex deo, a quo uenit omne donum & datū optimū. Hæc sunt, quæ in populo tractari oportuit, & eo ordine tractari, q̄ ab apostolo tradunt: ut primū de suis uerbis desperantes, uerbū fidei audiat, audietes credant, credentes inuocēt, inuocātes exaudiant, exauditi spiritū charitatis accipiant, accepto spiritu, spiritu ambulēt & desyderia

& desideria carnis non perficiant, sed crucifigant, crucifixi cū Christo resurgāt, & regnū dei possideant. Nos autem in operibus a nobis electis & fratribus, animas occupamus semper docentes, & nunquā ueritatis scientiam attingentes: imo contra pietatem, liberum arbitriū, & uirtutes nostras erigentes, praesumptiōnem docentes, & merita congrui & condigni uanissime iactantes, tandem noticiam Christi penitus tollentes, & miserimas conscientias hominibus multiplicantes.

Beatus Augustinus, super uerbo, Qui talia agunt, Agunt (inquit) talia, qui cupiditatibus carnalibus consentientes, tacienda esse decernunt, etiam si adimplendi facultas non datur, & subiungit mirā dīstinctionē. Aliud (inquit) est non peccare, & aliud peccatum non habere. Nā in quo peccatū non regnat, nō peccat: hic est, qui nō obedit desiderijs eius: in quo autē nō existit omnino ista desideria, nō solū non peccat, sed etiā non habet peccatū. Quod & si multis ex partibus in ista uita possit effici: ex omni tamē parte, nō nisi in resu rectitudinē, atq; commutatione carnis sperādū est. Haec dīstinctio idē docet, quod supra satis est dīstinctū, quod homo in quantū spiritu ambulat, iustus & sanctus est, ac nō peccat. At inquantū desiderijs adhuc moetur, peccator est & carnalis. Habet ergo peccatum in carne, & peccat caro eius: ipse uero non peccat. Mira sententia, idem homo simul peccat, & non peccat. Hic concordantur duae illae loannis apostoli sententię, Prior Ioan. i. Si dixerim⁹, quia peccatū nō habemus nos ipsos seducimus. Posterior, iij. & v. Omnis qui natus est ex deo, nō peccat. Omnes ergo sancti habent peccatū, suntq; peccatores, & nullus peccat: iusti sunt, iuxta illud quod gratia in eis sanauit peccatores, iuxta quod adhuc sanandi sunt.

B. August.

Non peccare  
peccū non ha  
beret.

Fructus autem spiritus est, charitas, gaudiū, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Non est dubium, quin tantum non fructus numerauit Paulus, ut ex d. Hierony. b. Augu. & graeco liquet, ubi sic cēsentur: fructus spiritus est, charitas, gaudiū, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, cōtinentia. Apparet autē numerū duodecimū istū creuisse, imperita aliquorū diligētia. Qui cū uel in glossa, uel margine, uel in Hiero. inuenissent, patientiā, in textum reulerunt in quartū locū, in quo longanimitas ponenda fuit, quā in septimū transulerunt. Deinde continentia, id quod modestia & castitate ex d. Hiero. significare uiderunt, adiecerunt has duas tractū. Et fidei ac mansuetudinis loca permutarunt. Perit ergo fundamentū doctrinae illorum, de duodecim fructibus, nō modo defectu numeri, uerū & ratione intelligentia: illi em̄ ex fructibus faciūt suos habitus in anima subiectiue hārentes. Apostolus autē facit eos, opera spiritus uel talia, & per totū hominē diffusa, opponit em̄ eos operibus carnis: Sed & spiritus hoc loco (licet refragante Hiero.) non spiritus sanctū significat, sed spirituale hominē, ut sit antithesis, opa carnis, fructus spiritus. Caro arbor mala, pferens spinas & tribulos: Spiritus arbor bona, proferens uuas & ficus, ut Matth. vij. Nā & Amb. dicit, quod lex spiritus hęc operatur. Et b. Hiero. in uia rediens, spiritū arbore bonā interpretat. Ite carnis opa, nō fructus: spūs fructus, nō opa uocat. Cur hoc nēpe qd opera carnis non sunt utilia, quia spinis & tribulis nemo frui potest: sed sunt opera mala, tantū nocentia. At opera spiritus profunt, & frui illis possumus in aeternum: sunt ficus & uuae terrae promissionis: recte ergo fructus nomine cōmendantur. Primus est charitas, de qua dicitur est, nō esse carnaliter

138.

Duodecim  
fructus. 139.

Spiritus fructus.

Charitas  
quid sit

Te quali

140.

qualitatem latentem, sed sicut de fide b. Augusti dicit, quod unusquisque eam certissime uidet, si eam habet; ita & spem certe sentit se habere, ita & charitatē, preferit tempore tentationis certissime uidet, si habet. Est ergo hæc dulcis motus in deum irascentem, & proximi offendentē. Tūc em̄ probatur charitas dei quādo percutit & perturbat: sicut in martyribus monstratum est in Christo passio. Tunc autem probatur charitas proximi, quando proximus offendit, & odium mereri uidetur. Alioquin nulla ferme uirtus simulationi magis patet: adeo, ut Rho. vij. apostolus id unum curarit, d. Charitas sine simulatione. Habet em̄ deus multos amatores, qui in Psal. scribuntur: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Et psal. lxxvij. Et dilexerunt eū in ore suo, & lingua mentiti sunt ei. Latet ergo in pace, sed in bello nihil utiucius sentitur, q̄ charitas, spes, fides: nisi si diffidentiam, desperationē, odium quoq; nō sentiat. Gaudium secundum fructus (æque ut charitas) in deo & proximo est. In deo, quādo de diuina misericordia læti sumus, etiam in medijs mundi procellis, laudantes & benedicētes dominū in camino ignis die ac nocte. In proximo uero, quando illius bonis non inuidemus, sed congratulamur t̄quā nostris proprijs, laudantes dona dei in illis.

At sicut carnis sectatores singunt charitatē tempore sereno, ita & gaudium: laudant deum & dona dei in hominibus, sed donec offendātur, tum opera carnis prouunt, detrahunt donis dei, quæ prius laudat̄ existantur, si detractioni eorum non sit successus, nec minuat̄ existimatio proximi. Nemo enim credis q̄ profunda sit malicia carnis, tam multos secure perdit, donec tententur & probentur. Plana uidēt̄ & aperta apostoli uerba: sed si in usum ponas, inuenies q̄ arduum sit, non operari opera carnis, quæ insensatis illis uidentur a se esse longissima, cum sint illis plenissimi. Nam etiam super religione, super obseruat̄ijs, super bonis operibus, super regaljs, statutis, traditionibus, moribus hominum, pleno impetu prouunt: sed hic accipiunt uelamentum zeli, & amorē iustitiæ. Et pro sancta religione secure uastant charitatem, & pacem, & gaudium. Qui su for hodie omnia serē monasteria, omnes ecclesias: & ut Psal. ait: Electiores Isra/ el occupat. Nā in ijs, qui publice mali sunt, facile dignoscuntur. At sub consursis infulis, alijsq; sacris ritibus, pulchre faginatur, ac secure regnat Behemoth iste, dum credunt se obsequium deo præstare, si suæ factionis carnem amant.

Extraneos uero immortalis odio persequantur ac criminantur. Tertius est pax, quæ & ipsa duplex est: In deo, hæc est bona cōscientia, in misericordia Christi nixa, sed exuperat quandoq; omnem sensum, dum turbatur, abscondente se deo, & faciem auertente, conscientia sibi relicta. In proximo uero, dum ceditur eius uoluntati: Nā pax hæc cum hominibus stare nunq; potest. Si quilibet sua iustificet, uocatur, querat, expostulet: sicut hodie forum Rhomanum, & iura ecclesiæ repleuerūt litibus, iurgijs, causis: interim frusto paruulo pacis cōcēti, quæ cū suis conueniūt, faciuntq; sub ipsis operculū neq;: ut nihil min⁹ putēt q̄ se in opibus carnis esse submersos. Nō em̄ cū quātis discordēt, sed cū quātis cōcordēt atcedunt: reliquos etiā docere pacem parati, prorsus hi nihil de pace intelligunt quā apostolus Rhoma. xij. commendat, dicens: Quantum in uobis est, cū omnibus hominibus pacem habentes. Et Matth. v. Beati pacifici, quoniā filij dei uocabūt̄ur. Verum huius pacis dissolutionē, iuriste sane doctissime excusant quando uim ut repellere docent, & iustitiam tuendam esse iactant: quasi nō sit summa omnium iustitia, iustitiam suam relinquere, & aduersario tollenti palliūm cedere, etiā tunica adiecta. Breuiter impossibile est, Euangelium & iura hominū simul seruare: ideo impossibile est pacē simul cū iuribus stare, maxime nostra

## NOTA.

(Carnis iustitia)

141.  
Gaudium.

142.

Carnis malicia profundissima.

143.

Opa carnis celum factio num.

144.  
Pax.

Forū Rho. litibus iactat.

nostra ætate, ubi Euangelium nihil est, iura sunt omnia in omnibus. Hic est angelus in Apocalypsi missus in ira dei, ut fumeret pacē de terra. Quartus est lō Longanimi  
ganimitas, græce macrothymia. Nō est hic hypomone, i. patientia; nec anoche, i. tolerantia; quā q̄ dicit Hieronymus pro eodem accipere uelit patientiā & longanimi-  
tatem; uerum aliud uidetur esse malis tolerare, aliud eorum iniurias pati, & adhuc eorum expectare emendationem, optare salutem, non cogitare uindictam, quod propriū est longanimitatis. Rhomanorum, ij. An diuitias bonitas, & patientiæ, & longanimitatis eius contemnis: Bonitas est, qua benefacit eis. Patientia, qua eos patitur abuti beneficijs, ingratos reddētes malum pro bono. Longanimitas, qua expectat emendationem eorum.

Quintus est benignitas. Sextus bonitas, quæ sic differunt, autore Hiero-  
nimo, Benignitas est uirtus lenis, blanda, tranquilla, & omnium bonorū apta  
confortio, inuitans ad familiaritatem sui, dulcis alloquio, moribus temperata.

Vnde beatus Ambrosius habet lenitas, Hæc passim & barbore uocatur amicitia, uernacula, Freuntlich, holdselig, leudselig, græce Chrestotes; quam, ij. Corinth. vj. suauitatē interpretatur, dicens: In suauitate, in spiritu sancto. & hinc Rho. ult. Chrestologias, dulces sermōes dixit. Et rectius suauitas, q̄ benignitas mihi diceretur. Quod malignitas contrarium uitium, atrocius est, q̄ ut difficile illos & insuauis significet. Dicitur em̄ de insuauibus, bonus homo est, sed nescit hominum se moribus attemperare. Er ist frum̄, aber gar zu vnfreuntlich, vnd nit leudselig. Bonitas ergo potest esse tristior, & ironate seueris moribus irrogata, ad beneficiendū tamen exposita; nemini nocet, omnibus prodest, sed humanitatis aliquid ei deest.

Septimus, fides, quā dī Hieronymus eam intelligit, quæ ab apostolo substantia rerum sperandarū Heb. xj. scribitur. Nam substantiam exponit pro possessione dicens: Quia quod fide possidemus, speramus esse uenturū. In qua sententia & ego diu fui, quod obseruassem substantiam in sacris literis sere ubiq̄ pro facultatibus & possessione usurpari, maxime cum adhuc Hierony. huius loci tenerē autoritatem. Nam quæ de substantia Sententionarij comportarunt, quid est recenter? At post q̄ Philippus metus Melancton, adolescēs corpore, senex ueritabili mentis canitie, quo in græcis utor præceptore, me sic sapere non permisit, ostendit q̄ substantiam, q̄ facultatem significat, non hypostasin (quo uerbo apostolus Heb. xj. utitur) sed uel usian, uel broton, uel hyparxin græce dici; matui sententiam, et doq̄ sensu meo, hypostasin seu substantiam significare proprie substantiam & substantiam, qua quodlibet in se subsistit, ut Chrysostr. sapit; uel etiam promissionem, pactum, de quo non est nunc tēpus latius disputari; expectationem, quæ uerbi, unde descendit hypotalis, uis & proprietatis admittit. Potest autem fides hoc loco non absurde accipi pro ueritate, seu fidelitate, seu simplicitate, quæ neminem fallit, quæ in negotijs & cōmuni mortalium uita summe est necessaria, ut etiam duplicem sic fidem inueniamus: Vnam erga Deum, cui fideles sumus, nō tantū quod seruamus nostra promissā, quātū quod credimus illius promissis. Alteram erga hominē, cui sumus fideles, seruantes & tenaces pactorum ac promissorum.

Octauus mansuetudo, quā Hiero. opponit iræ & rixis; quæ a longanimitate forte difficilius distinguitur. At nota est mansuetudo & mitas, quod fit uirtus quæ non irritatur ad iram, non uindicat; ultra quā longanimitas est, quæ expectat emendationem malorum, qui etiam non irritantur.

Nonus, continentia, seu rectius temperantia, quam non tantum in castitate

Tr ij debemus

Longanimi  
tas.

Patientia

Benignitas.  
Bonitas.

Fides  
Substantia

Philipp. Me  
lancton.

Duplex fides

Mansuetudo

Continentia

148.

149.

150



debemus accipere, sed & in potu & cibo; quare eius sententia castitatem & moy  
desiam complectitur, itaq; & coningum hic frenat licentiã, ut continenter ul  
uant, modestia temperantes carnis libidinem;

Aduersus huiusmodi, non est lex.

151. Non esse sub  
lege.

Memor argumenti suscepti, semper inculcat legem, quæ non iustificat confi  
dentes in eam, sic Timoth. i. Lex non est iusto posita, sed rebellibus & patri  
dis &c. Non indigent lege qui tales sunt, ut quid ergo Galatæ ad legem reuertu  
tur, non modo decalogi, sed etiam ceremoniarum? Vides em apollolũ non de  
ceremoniali tantum lege, sed maxime & de morali loqui. Iterum aut suo tro  
po theologizat apollolus, quare cauendũ est a stulta intelligentia, quasi iustus  
non debeat bene uiuere, bonaq; facere. Nã hoc rudes intelligunt, non esse sub  
lege; sed ideo iustus non habet legẽ, quia nihil debet legi; ut qui habet charitatẽ  
quæ facit & implet legem. Sicut, in. &. vii. (paradigma est Augusti.) non debet  
esse decẽ, sed sup̄ decem. Nec ad hoc ut decem fiant, quæreda est illa lex aut re  
gula; sic domus ædificata, non debet ædificari, Est em quod ars ædificatoris ue  
lut lex quærebat; ita iustus non debet bene uiuere, sed bene uiuit; nec indiget le  
ge, quæ doceat eum bene uiuere. Sic uirgo non debet esse uirgo; quod si per ali  
quam legem quæreret fieri uirgo, nonne insaniret: Inustus autẽ debet bene ui  
uere, quia nõ bene uiuit, quod lex requirit. Hoc totum urget, ne ex lege & ope  
ribus iusti fieri præsumãt, sed per fidem accipiant spiritum sine lege & operibus  
quo lege satisfaciãt; ut abunde satis dictũ est in superioribus.

152. & debet.

Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum uitijs & concu  
piscentijs.

153. Subiectio.

Ad occultam respondet quæstionẽ, quæ ex prædictis quispiam motus quære  
ret, Si aduersus huiusmodi nõ est lex, & sunt iusti, nec debitoris legis, ut quid præ  
cipis, ut opera carnis non faciant, spiritu ambolent, & alia faciant: Nonne debet  
tum ab eis exigis: Nõne legẽ præscribis: Nonne aduersus eos tua præcepta sunt?  
Quid tibi ipsi contradicis: Quid putas aliud responderet, q; quod supra didici  
mus, quod ij, qui perfecti in ihs sunt, sub lege non sunt; legẽ implent plene, ideo  
lex nihil aduersus eos; uerum dũ in carne nemo est, qui hanc metam perfecte at  
tingit, in hoc saltem seruantur, qui Christi sunt, q; carnem suã crucifigunt, & pu  
gnant cum desyderijs eius: & sic spiritu implent legem dei, licet carne ( ut Rho.  
vij. dicit) seruant legẽ peccati. Quare fructus spiritus descriptio, cõtra quos lex  
non est, potius præfixa meta est, ad quã nicedũ est spiritualibus, q; quod aliquos  
illuc peruenisse sentiat, tantũ ergo illis non aduersatur lex, quantum spiritu uiuunt;  
tantũ aduersatur, quantum carnis mouentur desyderijs. Et hunc canonem esse  
intelligẽdi oĩa alia, in quibus iusti & sancti in terra cõmendantur, pulchre & cõ  
piose pbat b. August. de natu. & gratia. Sic Rho. vi. uetus homo noster simul  
crucifixus est cum Christo, & supra. ij. Christo crucifixus sum, uino iã non ego,  
uiuio uero in me Christus. Transeo quæ hie d. Hierony. ex Origine recenset  
neq; satis placent. Dixerat apollolus non esse legẽ aduersus spiritũ, qui fructu  
ficat fructus lege præceptos; ita contra, non operantur opera carnis, faciunt bo  
nũ, & declinant a malo. Quare; quia sunt Christi, pertinent ad Christum, nõ ad  
Mosen, non ad legẽ. Si autẽ sunt Christi, sine dubio carnẽ crucifixã habent;  
nõ per legẽ, quæ carnẽ magis irritabat; sed per Christũ; quasi d. Christi esse nõ  
potestis, si legis esse uultis, si legis estis, carnem nõ crucifigitis, eritq; aduersus  
uos lex

154. Salutatio.

154. Ghælis canõ  
quo iusti &  
sancti cõmẽ  
tantur.

D. Hære.

Christi non  
sunt, qui legẽ  
iustis.

Non esse sub lege  
de sermone ad Galatas  
de sermone ad Galatas  
de sermone ad Galatas

uos lex. Ideo ij, qui sunt Christi, sub lege non sunt, & simul carnē crucifigunt cum vitijs & delyderijs. Vitia, seu græce passionēs Hiero. putat generaliter dicitur, ideo additū concupiscencijs, quia passionēs etiā ad dolorem referuntur.

Quid autē si per vitia seu passionēs intelligat perturbationēs irascibilis uirtutis, in amarulentia cordis furentes, & per concupiscencijs affectus concupiscibilis, in titillatione carnis blanditēs (quosq; suo sensu abundet) Nota est forma huius crucifixionis; nā clauis sunt uerbum dei, per impulsū a gratiæ dei penetratēs, & carnē prohibentes, ne sequatur sua delyderia. Sic Ecclesi. viii. Verba sapiētis sicut stimuli, & quasi clauis in altū defixi, quæ per mag. itrorum consiliū data sunt a pallore uno; id est, per apostolos & prophetas a Christo.

Vitia.  
Forma crucifixionis.  
Verba sapiētium.

## CAPITVLVM SEXTVM.

**S**i spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus.

Nō referte multum credo, quod nostri codices hic eapl. vj. ordiuntur, quod Hiero. & græci infra incipiūt: Fratres, & si homo p̄occupatus &c. Eundē seruat ordinē in hac epistola, quæ ad Ro. nā & illie primo fidē docet, p̄ undecim capitula, deo decimo charitatē & fructus spiritus tractat tertio decimo & reliquis p̄ suscipiēdis infirmis in fide laborat. Ita & hic, in fuitatis in fide & charitate inter alios mores, id curat quoq; ut infirmos aut lapsos non fastidiant. Sic em̄ b. Augu. recte, meo iudicio, putat hæc dici in eos, qui de litera redacti in spiritu, infirmiores despiciunt, de seipsis uane gloriantes: ideo moneri, ut si sunt sp̄tales, nō sibi placeant, sed infirmitates imbecillū sustineant, ut Rom. xtiij. & xv. dicit. Nā nisi hoc facerēt, spiritu quidē incepissent, sed nō ambularet spiritu facti superbi fratrum contēptores. Est ergo sensus, Certus sum, q̄ siue ex hac, siue priore mea doctrina, in spiritu edocti fueritis, aliquot inter uos relinquit, q̄ serui pulosi sunt, nō dā fidei sanā opinionē, ab opibus legis potētes discernere; ut qui timore cōscientiæ nolūt ab operibus legis desistere, nō facis fidentes iustitiæ soli fidei: hos (in quā) oportet non despiciere, sed blande fouere, donec usu & exēplo fortū roborent firmetūq;. Nā ad hoc illi semp̄ relinquunt, uelut pauperes in medio populi: ut sint, in quos charitatis officia possitis exercere. Ideo q̄ si spiritu uiuimus, spiritu incedamus: hoc est, p̄seueremus & p̄cedamus: quod fiet, si infirmorum imbecillitate, nō sinamus nos tētari, ad fastidiū eorū, & nostris propriā cōplacentiā: hoc em̄ esset de spiritu declinare, nobis placere, non per charitatē alijs seruire. Sicut hodie quoq; abūdat infirmorum uulgus, etiā inter doctissimos, qui misere tōrquētur conscientia legū humanarū, nec audent fidere soli fidei in Christū. Et pueri ac effeminati, qui regnāt in ecclesia, nihil prorsus cedūt infirmitatibus nostris; sed in turbine & uiolentia, robustas ossas opinionū suarū nobis p̄ponunt: modo tyrannidē stabiliant, statim ut nō respondens quod uolūt. Ergo tu es hæreticus, ethnicus, schismaticus (inquiunt) sed hæc alias, Ambulamus, idē uerbum est, quod supra. iij. ca. coniunctus est ei &c. Et sit sensus: Sina mons est in Arabia, qui consuetus est, id est, qui p̄tingit, ambulat, incedit, usq; ad Hierusalē, sicut dictū est illic. Et infra. Quicumq; hanc regulā secuti fuerint id est, iecerit, ambulauerit. Est em̄ uis huius uerbi, & p̄pria significatio, ordine incedere, recta uia gradi, p̄cedere; ut Erasmo dedit. Uit autē eo uerbo ap̄lus cōmode hoc loco, ut nō declinēt, neq; ad sinistra, neq; ad dextra; sed ordine recte incedat & ambulat spiritu cepto. Nā in populo, cū sint firmi & infirmi, duplex erit scandalū: unū a sinistris infirmorum, alterū dextris firmorum; quos in medio retinere nititur apostolus, & scandala utraq; plubere. Scandalū infirmorum est,

B. Augu. sententia.

Sensus ap̄lus.

Spiritu incedendum.

Ambulare.

Scandalū infirmorum.

Tt ij quando

**Exemplum.** quando ea sunt, quæ infirmi non capiunt, & speciem malam distinguere non possunt: de quo Rhomanorum, xiii. Iustissime. Exempli gratia: quando infirmi uidebāt alios uesci cibis omnibus, qui in legi prohibiti erant, ceu immundū & urgente conscientia, non audebant & ipsi manducare, & tamē nec exemplū aliorū improbare. Hic cū iudæis iude<sup>o</sup> fiebat Paulus, cū infirmis infirmis, ut seruiret eis per charitatē, donec firmaretur in Christo. Vnde Rho. xiii. Si propter cibum tuum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Sic de omnibus alijs ceremonijs dierum, festorum, uestium &c. sentiendum.

**Superborum.** Aliud est superborum, qui rursus offenduntur in infirmis impatientes corū tarditatis & crassitudinis: ita nulla habita ratione infirmorum, nimis libere utuntur libertate Christi contra legem. Quod cum scandalo infirmorū hæc agebant, cum potius omnem legem debuissent seruare, antequam unum scandalū facerent: enim ambulatur spiritu. Quid enim prodest spiritu libertatis cōtra spiritum & charitatē uti? Licet inquirunt, ita sane. Sed tua licentia debet posthaberi fraternæ infirmitati: quod tibi non noceat impedita tua licentia: nocet autē fratri offensa sua, per tuam libertatem infirmitas. Charitatis autē est, ut ea quæ alterius sunt, consideres nō tam quāsi liber tibi sis, quā quāsi fratri profis. Hinc enim seruituti te charitate subiicit, dum te a seruitute legis liberat. At hodie, deus bone quanta monstra pessimæ speciei perpetrantur, & relinquuntur postea infirmis hæc omnia portanda, & pie interpretanda, quæ uix robustissimi ferre possunt: sed sine pastore hodie pastores non sunt, omnia sunt alia in specie, alia in uirtute & re ipsa.

**NOTA.** Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

**In gloriosa.** Exponit latius quod dixerat. Tunc (inquit) ambulabitis & inceditis recte in spiritu, si uos, qui firmi estis, non infirmis aduersus infirmos, non uobis placeatis & gloriemini contra illos, quod non sunt sicut uos: quemadmodū pharisæi us ille in gloria sua deū glorificauit, & publicanum cōsudit. Si em̄ hoc feceritis, prouocabitis & irritabitis uanissima gloria infirmiores ad inuidiā. Et ita inuicē eritis uos prouocantes, & illi inuidentes: neutri in recto spiritu ordine incedētes uos ad dextram, hos ad sinistram deturbat diabolus: uos p̄ gloriam, hos per inuidiam. Quin exemplo Christi, uestra firmitas portet super se infirmitatē illorū, donec & ipsi firmetur. Non em̄ nobis, sed fratribus uiuimus, si in spiritu & charitate uiuimus: ideo quid illis conueniat, & necessarium sit, faciemus. Nulli inquit debeatis, nisi ut inuicē diligatis. Si esca scandalizat fratrem meū, nō manucabo carnes in æternum, quare? quia fratrem diligo, cuius salus mihi incomparabiliter præferenda est meæ libertati, qua mihi licet, quod ille nōdum capere esse licitū. Sic si scandalizat fratrem meū mea iustitia, sapientia, potētia, aut quod libet opus, quod mihi licitissimum sit, omitendum est: & seruandum charitatis.

**Cōtra exemptiones, priuilegia, indulgentias, confessionalia, &c.** At nunc uide quid faciant exemptiones, priuilegia, indulgentia, confessionalia, Nonne leges pontificum factæ sunt non nisi theia pecuniarum, & scandala cōscientiarum? Nonne tota Germania repleta est queremonia assidua, quod butyrum & lacticia permittuntur in diebus ieiunij is, qui emerūt plumbum & ceram Rhomanæ Curie, cæteris pro sua ruditate interim credentibus hæc nō licere fieri, etiam si Pontifex summus concederet: adeo leges humanæ illis infederunt. Nam homicidia, & fornicationes, & ebrietates, & inuidias, & omnia opera carnis, longe minora ducunt, quā butyrum istud priuilegiatum

Non nobis, sed fratribus uiuimus.

Cōtra exemptiones, priuilegia, indulgentias, confessionalia, &c. scandali infirmorum.

8.

9.

10.

atum comedere; nec est ullus hic pontificum aut privilegiorum, qui huius turbæ misereatur, sed multiplicat avaritia incredibilis hæc privilegia sine fine, sine modo, quibus non nisi prouocantur infirmi ad detrahendum, maledicendum, iudicandum. Ad hos rursus illi firmi, & legum robustissimi conscriptores, fortiter inflati, contemnunt & appellant, Bon Christiani; hoc est, semitares.

Ille est mos & modus implendæ charitatis hodiernus. Quæto rectius faceret summi pontifices, ut aut in totum abrogarent leges, quo scirent omnes libertatem suam, quæ habet in Christo; aut nullis cum tanto tot infirmorum conscientiarum barathro, privilegia concederent. Quò reddent rationem Christo pro tot offensis fratribus suis, pro quibus Christus mortuus est. Sed furor avaritiæ hæc charitatē ne a longe quidem audire permittit. Verū hæc adhuc puerilia & leuissima, ueniamus ad ea, in quibus scandalifantur etiam doctissimi & robustissimi (tanta est diaboli uictoria in ecclesia) Obsecro, quantum tumultus quantum rumor, quantum fetor Rho, Curie de pallijs, & annatis, quibus euaserant funditus Episcopatus & sacerdotia Germaniæ. Quid de rapina omnium sacerdotiorum comedendis & deuorandis monasterijs ecclesijsq; ita, ut non sit altare, uel sub terra, quod non Romæ, mulionū avaritiæ totū seruiat; iterum doctis, bonis, & populo salutaribus uiris, fame & inopia pereantibus. Verū metum Rhomani carnalia nostra, & seminant nobis spiritualia; hoc est, uetosa, ut de spirita & uero uiuamus, spiritus enim uentus est; sicut Ephraim (apud Osam) pascit uentos, Non mirū (inquam) si robustissimi hæc ferre nequeant; sunt enim ultra modum, etiā apostolicæ perfectioni difficilia ad portandum. At hæc adeo nemo curat pontificum, ut uideatur gaudere de prouocatione nostri, & inuidia sui, & illud Cæsaris præterdere, Oderint dum metuant. Nā non desunt inflatæ eiusmodi uexillæ, de potestate tantūmodo gloriantes. Deinde, quis non amarissime prouocatur primis omnium scandalorum (nam ea, quæ dicta sunt, temporalia sunt) quot compositiones rapinarum, usurarum, hæreditatum, testamentorum, plane omnium restitutionum, tam uagarū quæ certarū, siue hæc pupillis, siue pauperibus debeantur, inuadunt, & remissiones horrendorum peccatorum, etiā obtulerunt, nedum leuissime ueniunt, tam inuitis quæ uolētibus, prætextu unius mortuus fabricæ sancti Petri, aut alicuius leuioris causæ: Fateor, hæc ferenda sunt, non licet inuidere, non mordere.

At quis dabit nobis tam robusta ossa, quæ hæc portent? An non licet querulari infirmitatem nostram? Non licet dicere, ferenda sunt, sed non possumus. Vtque non est detractio, neque inuidia, si onus importabile ferendum imponit, & ego uires mihi decisse clamem. Deinde quædo sacras literas tractamus, hæc & similia, si arguatur, si mordeantur, si prosciendantur, sancte & pro officio agitur. Aut cur illi proceres tam docti & robusti, exigunt a nobis horum tolerantiam, non multo magis etiā ipsi a se exigunt, ne nos prouocent; præsertim cū prius ducere debeant, non prouocari, quæ non inuideret; tū maiori charitati debitores pro statu suo longe diligentius cauere, ne prouocent, quæ nos ne inuideamus; ut sic nec nos prouocati, nec ipsi inuisi spiritui cederemus, qui spiritu uiuere debemus.

Dices forte mlector, me semper in Rhoma. Curia grassari, quod hucusque nimis insolitū fuit. Respondeo, testis mihi dominus est, non studio aut libidine mea me hoc facere, qui nihil optem ardentius, quæ in angulo latere; sed quando omnino sacras literas publicè tractare debeo, domino Iesu Christo uolo pure seruire quantum possum. Nā si licetè diuine sic tractantur, ut tantū de præteritis intelligantur, ac non nostris moribus quoque accommodentur quid proderunt; frigidæ, mortuæ, & ne diuine quidem sunt. Vt

Consilium.

Nonum p̄m p̄m

Veni non tū  
uera quæ man  
feliaClamat pos  
pul & cler.Oderint dum  
metuant.Ferenda sunt  
sed non possumus.

NOTA.

Authoris pla  
tatem uide.et sic dicitur quod per dicitur  
et sic dicitur quod per dicitur

sunt. Vides enim quod apte & viuaciter hic locus immo quod necessario in nostrum seculum cedat. quod quia alij uel non sunt ausi, uel non intellexerunt; quid mirum si extra inuidiam fuerunt Theologiae magistri. Mihi certum est, uerbum dei non posse sine inuidia, & mortis periculo recte tractari: Atque hoc esse unicum signum, recte fuisse tractatum, si ostendat, maxime Principes & optimates populi: Petra est scandalum, iuxta quam absorbetur iudices populorum. Denique ecclesia clamare, quod principes ei persequantur, & principes Christum crucifixerunt.

Frates, & si preoccupatus homo fuerit in aliquo delicto, uos qui spirituales estis huiusmodi instruite, in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu teneris.

Erasmus lege, cur apostolos repente numerum mutarit, ac non continenter dixerit. Considerantes uos ipsos, ne & uos tentemini. Maiorem enim uim habet, si ad unum uertatur singulariter, & quocumque seorsum conueniat. Plane & haec doctrina dignissima est, & arte mira ab apostolo temperata, ad formidam in illis charitate. Primum, fratres appellat, magis exhortatione blanda, uelut ab aequalibus petens, quam auctoritate exigens, uelut ab inferioribus.

Deinde si homo, non ait, si frater; quasi dicit, Si frater pro humana infirmitate, quia homines sumus, ceciderit; hoc ipso uerbo ostendens, quo oculo uidere debeamus aliorum casus, nempe commiserationis; & ut promptiores simus extenuare quod aggravare, hoc enim diaboli & detractorum est, illud paraclisi & spiritualium. Et preoccupatus, praeventus, improvide lapsus; in quo similiter docet peccatum fratris extenuare; quia nisi manifeste in durata malicia, & incorrigibiliter peccarit, nostrum est; illud non maliciae, sed improvidentiae deputare, seu etiam infirmitati; sicut d. Bernar. suos docuit; ut si quis peccat fratris nullo modo poterit excusare, saltem dicere debet, magnam fuisse eam & insuperabilem tentationem, qua praeventus & plusquam ferre posset, occupatus sit in aliquo delicto, in aliquo casu; nam cadere facillimum est. Non ait in aliqua malicia, sicut uerbo extenuationis usus; nam peccatum leuius & tenuius nominare non possumus, quam lapsum seu casum, quod delictum hic uocat. Vos qui spirituales estis; mirum uerbum, quod simul moneat officium & doceat officium. Docet officium, quod debent esse spirituales. Si sunt spirituales, faciat quod est spiritualium. Quid est autem esse spirituale, nisi filius spiritus sancti, & habere spiritum sanctum. At spiritus sanctus paraclisi est, aduocatus, consolator; qui accusante nos conscientia nostra, coram deo patrocinatur nobis & consolatur, reddens bonum testimonium conscientiae & fiduciae in dei misericordia, excusans extenuans, omninoque regens peccata nostra; rursus magnificans fidem & bona opera nostra. Haec imitantes in peccatis hominum, coram hominibus sunt spirituales. Contra, Satan uocatur diabolus, detractor, & calumniator; quia non solum accusat nos, & conscientiam malum auget coram deo, sed etiam bonis detrahit, & merita nostra fidemque conscientiae calumniatur. Hanc imitantur in peccatis, aut etiam bonis operibus hominum coram hominibus, qui aggravant, in crassant, dilatant peccata hominum; rursus extenuant, accusant, criminantur bona opera eorum. Vnde b. August. hoc loco nihil ita probat spirituales uirum, quam peccati alieni tractatio; cum liberationem eius potius quam sublationem, potiusque auxilia, quam conuicia meditatur. Contra carnalem hominem probabis, qui alienum peccatum tractat, tantum ut iudicet, atque uituperet; sicut pharisaeus ille

Vide consilium.

Charitas apostoli.

Si homo. NOTA.

Preoccupatus Extenuare mala fratrum.

Vos qui spirituales estis.

Paraclisi, & imitatores eius.

Satan, & imitatores eius.

Vir spiritualis

Homo carnalis.

publicatio



publicano insultauit, nō autem misertus est. Instruite in spiritu lenitatis. Vera est enim dñi Gregorij sententia; Vera iustitia compassionem habet, falsa in dignationem, ita & Christus Lu. ix. cum Iohannes & Iacobus exemplo Helix, uellent ignem de caelo super Samaritanos uocare, prohibuit eos, dicens: Nescitis cuius spiritus filij estis: Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare &c. ita & non quomodo perdamus, sed quomodo saluemus fratrem peccatorem cogitare debemus. Hunc locū Rhoma. xv. tractans dicit: Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.

Nota uerecundiam & modestiā spiritus Paulini: Imbecillitates & infirmos uocat, quæ superbus aliquis iustitarius, aut hereticæ prauitatis inquisitor dixisset (ut sunt prompeti damnare & exuere hoies) heresim aut crimina in sanctam Rho. ecclesiam; sic em̄ loquitur, quando de maximis peccatis loquitur. Paulus aut quæcūq; illa sint peccata, infirmitates appellat, & peccatores infirmos, quia nō diaboli, sed prauitati lingua loquitur. Deniq; subiungit exemplum.

Etenim Christus nō sibi placuit, sed sicut scriptū est: Impropria improperanti um tibi ceciderūt super me; hoc est iuxta Isaiam, peccata nostra portauit, nedū nos cum & in illis dereliquit, accusauit, damnauit, nō secus nobiscum agens, q̄ si ipse ea fecisset, quæ nos feceramus, quæ non rapuit exoluens. Sic & Phil. ij. idem exēplū inducēs, dicit: Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu qui cū in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æquale deo, sed exinanuit semetipsum, formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu in uētus ut homo &c. Ecce similis Christus hominibus, id est, peccatoribus & infirmis. Nec alium habitum, nec aliam formam præ se fert, q̄ hominis & serui, dū nō nos non despicit in forma dei, sed formam nostram gerit, portans peccata nostra in corpore suo. Sed dignior est hæc autoritas, q̄ ut paucis uerbis tractetur, neq; em̄ eius intelligentiā habet magistri theologie, differemus eam in terim. Igitur in hac uita, sic ecclesiam, Christus administrat, ut sicut in ueteri testamento prædixit, semper fore pauperes in populo, ut eis occasio fieret charitatis fraternæ exercendæ, ita in nouo semper relinquit aliquos peccatores, sicut alij quos Iabī, ut habeant firmiores causam, qua euāgelicam & christianam fraternitatem exerceant, ne charitas otiosa sit, ruatq; & ipsa. At hæc diuina uoluntatis dispensationem nō intelligentes, hypocritæ peruersissimi omnium hominū, ad suam inuidiam exercendam arripiunt, lapsus fratrum tantū ad accusandum, mordendū, persequendum cōsiderant, nec aliud agere possunt, q̄ quod

Simoni leprosus super Mariam Magdaleniā & phariseus super publicanum.

Deniq; addit, Consideras teipsum, ne & tu tenteris, etiā hīc modeste loquitur, non ait, ne & tu cadas, sicut alibi: Qui stat, uideat ne cadat. Sed ne tenteris, tentationem uocans eius casum; quasi dī. Si cecideris, dicerem fuisse tentationē magis q̄ crimē tuum, eadem lenitate & tu puta tentationem fuisse, quoties lapsum uides, ac non atrocibus nominibus casum fraternum persequaris. Ecce uerba apostoli, non sōlū documento, sed simul exemplo sunt. Apud Rhetores seculi gloriosissimi est, uerba ita ponere, ut in eis rem ipsam simul obseruari & geri uideas, quod Paulus, immo spiritus sanctus propriū habet. Optime itaq; dicit d. Grego. Quoties peccatores cōspicimus, necesse est, ut nos ipsos primū in eis desicemus, quia uel in similia lapsi sumus, aut Iabī possumus. Neq; enim est peccatū (ait Augu.) quod fecit homo, quod nō facere possit & alter homo, si deus defera. Non etiā reijcio uersiculū, quem sibi quidā in huius rei memoriā fecit, Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse, quod hic est. Atq; utinā

Instruite in  
spū lenitatisBaptista  
129

Rom. 11

In inquit  
itorce.Non hominū  
supraChristus pos  
caus nos &  
pēll nostra.

p. l. p. i.

Christi simi  
lis hoibus &  
pēllibus.Semper  
pauper.Cuius populus  
EueruntNe & tu  
tenteris.Sclius san.  
Cōspiratus.Baptista  
A. J. H.

*Nota Thomista, Scotista, Moderni, huc referrent sumum uniuersale reale, & naturā indifferentem. Homo est homo, caro caro: inquam fecit caro, quod similis caro non faceret, ubi deus non discerneret.*

Alter alterius onera portate, Et sic implebitis legem Christi.

*Epiphonemate doctri-  
nā suam clau-  
dit.*

Pulcherrimo & penitus auro Epiphonemate utraq; predicta doctrinā cō-  
cludit. Sunt (inquit) quidā scrupulosi, nō discernētes inter legē fidei, & legē ho-  
minū, ferendi sunt, & a scandalis eorū omnino temperandā. Sunt alij qui et  
am in legē dei peccent, nec hi stulto zelo dei sunt cōtemnendi, sed utriq; Chrī-  
stiana charitate ferendi; illi docendi, hi instaurandi: Illi quid scire, hi quid face-  
re debeant, & ita eorū & fidei, & operibus formandis seruandū. Nā primi in di-  
gent fidei doctrina. Secundi, bonæ uitæ institutione, sic ubiq; inuenit charitas  
quod ferat, quod faciat. Charitas autē est: lex Christi. Diligere autē est ex ani-  
mo alteri uelle bonū, seu querere quæ sunt alterius. Nam si nullus sit, qui erret,  
qui rustus sit, qui bono indigeat, quē diliges? cui bonū uoles? cui bonū que-  
ris? Ne potest quidē charitas contillere, nisi sint errantes & peccantes, qui (ut  
philosophi dicunt) propriū & adequatū obiectū sunt charitatis, seu materia di-  
lectionis. Carnalitas uero seu amor cupiditatis, querit, ut alij sibi optent bo-  
nū, sibi uelint quæ cupit; hoc est, sua querit, & materia sua est, iustus, sanctus,  
pius, bonus &c. Hi sane puerunt hanc doctrinā, quia uolunt sua onera por-  
tari, & solū cōmodis aliorū irui & uehi, ut qui indoctos, inutiles, tractidos, in-  
eptos, difficiles, morosos, dedignantur habere socios uitæ: sed querunt huma-  
nos, suauēs, benignos, quietos, & sanctos homines: hoc est, uolunt nō in terra  
sed in paradiso: nō inter peccātes, sed inter angelos; nō in mūdo, sed in celo ui-  
uere. Quibus q̄q; timendū est, ne & hic recipiāt mercedē suā. Et in hac uita suū  
regnū celorū possederint. Nā cū sponsa noluit esse hiliū inter spinas; nec cū  
Hierusalē in medio gentiū posita, nec cū Christo dñari in medio inimicorum  
Ei uocāt eū crucē Christi in seipis, & otiosam ac sterentē, alijsq; humeris ue-  
lata charitatē habent. Proinde qui fugiūt taliū societate ut boni fiant, nihil  
aliud faciunt, q̄ ut pessimi omniū fiant; quod tñ non credūt, quia propter cha-  
ritate fugiunt germanū officiū charitatis; ppter salutē, fugiunt uerū cōpendiū  
salutis. Ecclesia cū tunc semp fuit optima, q̄n agebat inter pessimos; horum  
enim onerū tolerantia, mire ruinauit eius charitas, sicut psal. lxxij. dicit: Postē-  
riora dorsū in pallore auris; hoc est, tolerantia colūbæ christiane (quæ per dorsū  
posteriora significatur) tota est rutilantissima in aurea charitate. Alioquin  
cur non Moyses q̄q; reliquit duræ ceruicis populū? Cur nō Heliseus & prophē-  
te reges Israhel idolatras? Consequēs est, q̄ Boemorū discidiū a Romana ec-  
clesia nulla possit excusatione defendi, quin sit impiū, & Christi oibus legib⁹  
contrariū; quia cōtra charitatē, in qua oēs leges summantur, peritat. Nam hoc  
quod unice allegat, sese timore dei & cōscientiæ defecisse, ne inter malos facerē  
dotes & pontifices uiuerent, hoc eos maxime omniū accusat. Si enim sunt ma-  
li pontifices sacerdotēs, aut quicūq; & tu uera charitate serues, non distuge-  
res, sed etiā si in extremis maris esses, accurreres, fleres, moneres, argueres, pr-  
sus omnia faceres. Et hanc apostoli doctrinā fecutus, nō cōmoda, sed onera se-  
renda tibi esse scires, itaq; claret totā Boemica istius charitatis gloriā, esse me-  
ram peccē & lucē, in quā se angelus Satanæ trāsfiguratur. Nunquid & nos, qui  
serimus onera, & uerē importabilia monstra Ro. curiæ, ideo fugimus & disce-  
dimus? Absit, absit. Reprehendimus quidē, detestamur, oramus, monemus,  
sed non

*25.*

*26.*

**NOTA**

In Boemorū a Ro. ecclia discidium. Boemorū causa.

Exemplū ponti-  
ficis a Germa-  
nis sumendū

sed non scindimus ob hoc unitatem spiritus, non inflamur aduersus eam: scientes, quod charitas super omnia eminet, non tantum super rerum corporalium dāna, sed etiam super omnia monstra peccatorum, sicā charitas est, quæ non nisi cōmoda alterius ferre potest. Vulgus sane nostrum (sic ut uidemus) ut est in finem in ordine, ita supremū in charitate. Nam patientissime suffert sese a pastoribus usq; ad ossa deglābi & excoriari. Rursum, qui summo ordine inflantur, profus nec obulo suo carere possunt, nedum uerbum aut factum in sua priuilegia commissum portāt. & iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.

Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

Pulcherrimam & efficacissimam reddit rationem utriusq; doctrinæ, quæ est hæc: Omnes nos equales esse, omnesq; nihil esse, ut quid ergo inflatur unus ad uersus alterum, ac non potius mutuum iuuamus: Si autē aliquid in nobis est, non nostrum, sed dei donum est. Si autem dei donum est, iam charitati totū debetur: id est, legi Christi, si charitati debetur, iam nō mihi, sed alijs per ipsum feruendum est. Ita mea eruditio, non est mea, sed inerditorū, quibus eam debeo. Mea castitas non est mea, sed carne peccantium, quibus per eam seruire debeo eam deo offerendo pro illis, eos suscipiēdo, excusando, ac sic mea honestate, eorum turpitudinem uelando coram deo & hominibus, sicut, 1. Cor. xij. scribit, quod in honesta membra, per honestiora membra teguntur, sic sapientia mea stultis, sic potentia oppressis, sic diuitiæ pauperibus, sic iustitia peccatoribus, hæc enim sunt formæ dei, quas exinaniri oportet, ut formæ serui in nobis sint, quia his omnibus coram deo stare & mediare debemus, pro ijs, qui ea non habent tantq; aliena ueste induti: Non secus ac sacerdotes, in sacro ornatu sibi alieno, pro circumstantibus sacrificat. Sed & coram hominibus, aduersus detractores, aut uiolentos eadem charitate illis seruire debemus. Sic enim Christus pro nobis fecit. Hic est ille caminus domini in Zion, dulcis illa misericordia patris, qui tū inestimabili uirtute nos copulare uoluit. Hac tessera, hoc symbolo, hæc nota discernitur Christiani ob omnibus populis, ut essemus deo in peculium, & genus sacerdotale, & regale sacerdotium. Dupliciter B. Hiero. hunc locum edidit scribit. Primum, qui se aliquid esse existimat, cum sit nihil: id est, cum omnes nihil simus coram deo, ut dictū est. Secundo, qui se existimat aliquid esse, & tamē nihil est, ipse se seducit: hoc est, si quis sentit se esse aliquid, & uere altero prestantior est, & in hoc sibi placet, se tantū existimans, sua tantum considerans, non quomodo alijs p hoc seruiat, hic uere se decipit, quia hoc ipso suo superbiæ sensu facit, ut nihil sit, quia tūc donum dei in eo frustra est, & similis ipse ei, qui nō habet. Sicut auarus etiam habens non habet, quia non in usu habet, quo habet si diuitiæ nate sunt. Ut ergo hic diues, non diues est, sed pauper, ita ille existimans se esse aliquid, nihil est. Hunc sensum sequitur d. Hiero. & hoc sensu aliter redditur ratio doctrinarum prædictarum, quia nisi portet onera alterius, in status suo sensus, iam nihil sit: & idem est, ac si nō habeat, immo in damnum suum habet, utrunq; mihi placet. Addit autē & notat proprietatem uerbi Seducit, quod græce temētē seducit significat, quia alius est q̄ opinatur se esse.

Opus autem suum probet unusquisq; & sic in semetipso habebit gloriam, & non altero.

Vana gloriæ hæc est natura, ut conferat eū ijs, qui impares sibi sunt, ex qua

Vu ij collat

Nota.

Dei omnia bona.

Si ubi dicitur salus, hæc mēte reponitij dicit.

Caminus dicitur in zion

B. Hiero. de hoc loco dupliciter sententia.

Seducit.

Coma gloria  
L. 18

Malevolentia  
uanae gloriae  
comes.

collatione sequitur fastidium inferioris, & uesica ista inflata de suis bonis. Nec enim uana gloria tam gaudet, quia aliquid est, aut habet, quod alij nihil sunt, aut nihil habent. Ita phariseus ille non tam gloriabatur de sua sanctitate, quam quod ceteri homines sibi impares uidebantur, praesertim publicanus. Nollet enim ceteros fieri meliores, aut aequales sibi; ideo sua gloria est gloria in altero, & extra seipsum, scilicet in uiliore & minore. Hec est malevolentia semper comes uanae gloriae, gaudere de alienis malis, ac tristari de alienis bonis. Hoc prohibet apostolus, ut haec gloria in altero nemo habeat, quam longissime a charitate abest, & abesse debet. Probet autem opus suum, & omittat opus alienum, non querens, quam malus ille sit, sed quam bonus ipse sit; studeat ipse bonis operibus praebitus inueniri, non autem alterius operis occasione, securus & stertens hiat; quasi ideo bonus sit coram deo habendus, quia melior sit isto malo; ut sic de alterius malitia plus praesumat quam in sua opera, quam sine illius malicia. Non sunt tua opera meliora illius malitia. Ideo sic uiue, sic age, ut opus tuum probes, quatenus in teipso, in tuaque conscientia gloriari possis, sicut. ij. Co. i. dicit. Na gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, non utique spectaculum operis alieni. Opus autem probat, si studeat quam diligens sit in charitate, ad portandum alienas infirmitates. Et certe qui hoc obseruaret, facile sibi a temerarijs indicijs & detractionibus temperaret, ut qui inueniret se, aut diligere, aut non diligere proximum.

Opus probat.

Vnusquisque enim suum onus portabit.

Nemo iudicandus.

Hoc ad praecedens ita pertinet. Quid in altero gloriaris? quid de alieno peccato uel infirmitate infiraris? Nunquid tu pro eo reddes rationem? aut sicut Ro. xiiij. eadem sententia dicit: Tu qui es qui indicas alienum seruum domino suo stat, aut cadit. Et sequitur: Vnusquisque pro se rationem reddet, quod hic tropus scripturae, onus portare; & supra, iudicium suum portare, dicit. Vnde & illud, Probet autem tu unusquisque opus suum, acciperem paulo aliter, ad eandem sententiam, qua Ro. xiiij. dicit: Tu fide, quam habes, penes teipsum habe coram deo; id est, quod scis licita omnia, opus tuum est, sed in hoc coram deo, & in teipso gloriare, non utere foris hac libertate, ut gloriaris de hac fide tua, in proximis infirmitate, nihil curans scandalum eius. Verum hic sensus generalis de omnibus scandalis non erit, sed tu de ijs quae in lege hominum sunt; ut nunc sunt, sicut dixi, Consessionalia & aliae facultates alijs pro pecunijs uenditae, alijs uero reseruae, ut scandalisentur.

NOTA

Communicet autem is, qui catechizatur uerbo ei, qui se catechizat in omnibus bonis.

34.

Alia doctrina apostolus moralis & nouissima praescribit: haec est, ut praesbyteris uerbis dei docentibus, seminarijs spiritualia, praebent carnalia, & uita necessaria. Dignus est enim operarius mercede sua, ait Christus; ut latius haec, j. Tim. v. & j. Co. ix. psequitur. Mirum autem quid interpreti delectantur graecas uoces integras miscere. Catechiso doceo, instruoque significat; inde catechumeni, qui instruitur religione Christi. Stoicam philosophiam Paulus hic continet, bona uocis ea quae corpori necessaria sunt; cum illi uerborum tortores, & uolubri coactores non nisi sapientiam & uirtutem (hoc est, superbiam de uanitate) inter bona numerent. Nos scimus, quod cuncta quae fecit deus, erant ualde bona. Et omnis creatura dei bona est; uero malo mala sunt, non uitio suo; quo usu, maxime omnium sapientia & uirtus (Stoicorum bona) mala sunt, cum non nisi in flent, si charitas desit.

Ois creatura dei bona.

Vide pondus uerborum, Eruditori in uerbo debetur communicatio omnium bonorum. Qui uero uerbum non tractant, nec docent, nihil ad eos haec doctrina.

Primum

Primum sane & maximum opus in ecclesia est, uerbi tractatio, quod dñs Petrus imposuit, & cōtentiosissime ab oibus exegit, q̄ nūc nihil postremū & abiectius est. Tot sunt officia iuristarū, iudicū, officialiū, Tot cantus & ceremoniarū sacerdotū & religiosorū: At uox clamātis in deserto rara est: ad eo, ut fere nihil ecclesie dissimilitus sit, q̄ ipsamet ecclesia. Nec superfluo addit uerbo, seu (ut græcus habet) uerbū Sunt, fuerūt, erunt mali, q̄ multa fabulenti, de suo caute, aut hominū opiniones & traditiōes, sicut hodie cernimus cū dolore. At ipsum uerbū, q̄d utiq̄ euangeliū Christi significat, ubi quæso sonat aut susonans contaminatū glossis hominū, dicit: rauca sunt factæ fauces meæ: ut etiā sic sonans audiri nō possit. Ne ergo & hi sperent ad se pertinere cōmuniōnē omnium bonorū. Deinde nota, Cōmunicet (inquit) Nunc cū nō cōtenti sunt cōmuniōne, etiā si uerbū nō doceant, sed omni modā ditiōnē ac possessionē omnium rerū uendicāt. Et iam instructus ab instructore pene mendicat. Creuit enim ecclesia, donec & impia transierit, & principatū mūdi cōferre cepit. Quid em̄ ad uerbū: Fratris hunc relinquamus. Atq̄ hoc est, q̄d Syluester meus Papa dicit geminū impatorē totius mūdi, ac dominū omnium rerū. Nec mirū, quia scilicet Paulus ap̄stolus ignarus grāmaticæ, quādo uoluit dicere, tribuant oēs oīa sua bona Rhomano pontifici, & faciant impatorē, parcissimū uocabulū ei in buccā uentis, ut diceret: Cōmunicet autem instructus instructori uerbo oibus bonis. Credo autē, si scisset q̄ cōmuniōnē, ditiōnē: & p̄ instructiōnē uerbi, potest eū dominandi: & p̄ instructum totum mundū, intelligenda esse aliquādo, sine dubio hanc doctrinā obtinisset. Iterū mordes ē Nō mordeo, sed necessitate scripturæ elucidāde, nostri seculi mores cōmonstro: ut uideamus, q̄ uenerit gloria ecclesiarū, & quæ sit uera aut ficta ecclesia. Et, ut dicā libere, uocabulū est, scripturas posse elucidari, & alias ecclesias reformari, nisi uniuersale illud reale Rhomana curia, q̄ primū reformet. Hec em̄ uerbū dei audire nō potest nec sustinere, ut pure tractetur. Verbo autē dei nō tractato, neq̄ ceteris ecclesijs succurri potest. Om̄ibus bonis (inquit) Magna questio, quid uelit apostolus: nā hic Syuestrascere uidet, ut qui in oibus bonis cōmuniōnē p̄scribat, nisi quod hoc (ut dixi) solis uerbi tractatoribus tribuit. Quorū cū sint & fuerint infirmi, & unicuiq̄ oīes oīa bona debuerint, multos mundos reperiri oportuit ut quislibet oibus bonis potiret. Sed faciant ista. Omnia bona uocat ea, quibus instructor eget: Hoc est, ut tēporalia bona, q̄bus hic uiuitur, cū uerbo intus, p̄prio ope acquirere nequeat, oīa ab instructo suo accipiat. Quo simul uerbo p̄scribit, ne in gratiā fideliū, instructor ab alijs, q̄ ab ijs q̄s instruit, bona accipiat. Neq̄ p̄mittere debet instructus, ut hoc ipsum instructori sit necessariū: sed cōmunicet (inquit) ei in oibus bonis: de suis tribuat, quocumq̄ ille opus habuerit. Quæ regula, si seruāda est, nō aliud summo, non aliud medijs pontificibus, non aliud plebanis dabitur, de uno eodemq̄ populo. Deinde mendicatio aliud erit, q̄ quod hic p̄scribit. Verū alia nūc temporat: tunc em̄ cū ecclesiastici pastores, non essent redditibus & opibus p̄uisti, hæc p̄cepta sunt. Et nescio, an melior fuerit, hæc spiritus doctrina, q̄ mos qui nunc regnat. Nunc em̄ illud Proerbiij. xxvij. uidemus, propter peccata terræ, multi principes eius. Et hæc multitudo uocatur hodie hierarchia, & ordo ecclesiarū, secundum sub & supra.

Maximū op<sup>o</sup>  
in ecclesia est  
uerbi dei tractatio.  
NOTA

Cōmunicet.

Quousq̄ cre  
ut ecclesia.  
Syluester.

Excusat  
auctor.

Oīa bona. 38.

NOTA

Expēde quæ  
hic dicuntur  
omnia.

Hierarchia

Nolite errare, deus non irridetur.

Auaritiā taxat, quæ uasra est semp̄ in excusationibus, quoties dandū aliquid

Vu iij

Auaritiā  
taxat.



Verbi dei tra  
ctator, mul  
torū inuidie  
obnoxius.

est. Quas apostolus non exprimit, neq̄ sane oēs posset; multas cōmemoranda. Hiero. Eadē cura in ueteri quoq̄ testamēto cauit, ne ullo modo leuitarū obliuiscerent, q̄ aliud nō habebāt, q̄ qd de populo accipiebant. Accedit ab hoc, quod uerbi tra-ctator necesse est, ut mltos offendat, & inuidia pateat, ut sit summe necessariū hoc p̄ceptū Pauli, tum p̄pter auaros, inuidos, sed & p̄pter negligētes. Sunt em̄ & eiusmodi, q̄ ideo non tribuant, quod p̄sumant hoc ab alijs abunde fieri. Verū friuolas istas euasiones Paulus egregie p̄occupat; & dicit nec erret, deū nō irrideri, etiā si hominē fallere & ludere possint.

Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.

42. Generalē sententiā particulari causæ adoptat, quā & ad Corinthios ponit, uelut sibi familiarē: Est em̄ p̄uerbialis, & pulchre allegorica. Seminat auaritiæ opus, q̄ negat cōmunionē honorū doctori, ideo metet & præmiū auaritiæ, sic in omnibus alijs operibus bonis & malis. Nam hac generali sententiā oīa præcepta moralia, & ipsam epistolam concludit.

Quoniā qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam.

Carne est homo q̄  
Tactianus.  
Opera charitatis.  
Carnis.

Interū hic carnē nō tantū pro libidine accipi oportet, sed tropo apostolico, ut & textus ipse cogit, p̄ omni eo, q̄d nō est spiritus, id est, p̄ toto hominē. Nā falsi uerboꝝ intellectu, Taciano hæretico causam dedit, ut copulā uiri & mulieris damnaret, ex hoc apli loco, quē doctē cōsutat d. Hiero. Igit̄ caro & spiritus duo agri sūnt ab aplo allegorizante, duo semina, duo opa; quorū unum est charitatis, q̄d sup̄ius in nouē fructibus fati descripsit. Alterū carnis, q̄d in opibus carnis uidimus. Messes duæ, corruptio & æterna uita. Erasmus corruptio nē intelligit corruptibile & peritū fructū, q̄ idē est & nullus, postq̄ corruptus fuit. In sua carne, additū uidet̄ dedita opa ab apostolo, & nō in spiritu suo, ut remoueret cogitationē de seminatōe masculi in carnē fœminæ, ne de hac loqui putaret; quāq̄ uerū est, etiā corruptibile fructus, quia mortale hominē nasci ex semine uiri; nec ideo sequit̄, copulā sexuū esse malā. Sed quid tandē seminatū & metit̄ in uniuersa terra, quod non sit corruptibile; quare allegoricum apostolum intelligi oportet omnino, per seminare, nō nisi operari accipiendo ut expresse ex sequentibus patet.

Bonum autem facientes, non deficiamus. Tempore enim suo metemus, non deficientes.

Allegoriā suā ipsemet aperit; Non ait, in spiritu autē seminātes, sed bonū autē facientes; & tamen addit, tēpore suo metemus, alterā partē allegorizæ seruans. Adeo curandū fuit, ne hæreticis occasio præstata uideret̄ calumniādi matrimonio.

Perseueratū  
Quā doctrinā nunc extendit in longitudinē, & ad p̄seuerantiā hortatur, q̄ consolationē futuræ retributiōis. Nō em̄ qui inceperit, sed qui p̄seuerauerit, hic saluus erit. Facile est, uno opere incepsisse, sed arduū & multis impedimētis cōtra nitentib⁹ obnoxius, p̄ficere & p̄seuerare. Quale est (in q̄ Hiero.) ut cū p̄ctōres cotidie in malis opibus augeant, nos in bono ope lassentur.

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omēs, maxime autem ad domesticos fidei.

Tendit

Tendit doctrinā in latitudinē non minus difficultē longitudine: Operemur bonū erga omnes gentes, iudeos, gratos, ingratos, amicos, inimicos, proximos, alienos: omnino q̄, sicut de charitate dictū, quod nulla p̄sona ducitur: Videte quanta latitudo beneuolentię christiane. Rotunda em̄ esse debet, sicut & Christus Matth. v. Si diligis eos, qui uos diligūt, quā mercedē habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt: Domesticos fidei tamē p̄ferit, quia ihs arctiori uinculo colligati sumus, ut qui de eadem domo, ecclesia, de eadem familia Christi sunt, quorū una fides, unū bap̄tisma, una spes, unus dominus, & omnia eadē. Putat autē d. Hiero. ipsos magistros etiā intelligi, p̄pter quos hęc doctrinam exeperat, ut eam in eisdē cōcluderet, quasi domesticos fidei, seruos Christi in dño eius fidem docētes, uoluerit intelligi. Monet idē quod ap̄tus dicit, dum tempus habemus, uitā p̄sentē, esse tēps semētis: sicut & Christus dicit, Operamini, dum dies est, uenit nox, quādo nemo potest operari. Quę cōtra purgatorii uident pugnare, licet em̄ dicant doctores, in illo nō nisi sanāctiōne, seu nouo repperito uocabulo, satisfactiōne esse: ego tamē nō uideo, quō satisfactiō, uel satisfactio, nō sit opatio bona. Ideo apostolū de operibus huius uitę loqui intelligo, & uerbū eius, nihil de purgatorio loqui, sicut alias dixi.

Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu.

D. Hiero. qualibus literis, intelligit de grandibus literis (ita em̄ Pilicis gręce magnitudinē magis, q̄ qualitatem sonat) uolēs, quod ep̄istolā ad hūc usq̄ loy cum alius se dicente, scripserit, uelut literis minoribus. Et Paulus ab hoc loco, usq̄ in finē maioribus cōpleuerit: ut manū suā manifeste inter noscētes intelligeret, quantā sollicitudinē, pro eis gereret: simul ut superstitionē falsarum literarū, quas sub nomine eius terebāt falsi doctores, tolleret. Nā & in alijs ep̄istolis solet signare: Salutatio mea manu Pauli. Verū ego Erasmi sequor, q̄ totam ep̄istolā sentit ab apostolo, p̄pria manu exaratam, in quo cōmendat suum æstium: quasi d. nūq̄ soleo propria manu scribere, sed uelut salutis gratia, uidete q̄ magnā ep̄istolā, p̄pria manu scripsi. Alias q̄dē maiores scripsi, sed manu aliena: ut & uos rem tanto serio p̄scripatis, quāto ego p̄scripsi. O apostolicum uirum, cui tanta est cura animarū.

Quicumq̄ enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

Breuius replicat, quę scripsit: dixit enim in exordio, si hominibus placerem Christus seruus non essem: an quero hominibus placere: iudeis enim summe displicebat ista libertatis christiane p̄dicatio: cum per circumcisionem, ut ne cessariū iustificari p̄sumerent: quorum furorem, ut declinaret atq̄ mitigarent, docebant, quod illis placebat, necessitatem circumcisionis. Nō ergo ex iudaismo fuisse, certum est hos pseudapostolos, sed ex christianismo: quia crucis, quā professi erant, persecutionem exhorrebāt: magis amātes uitā suam & pacem, q̄ Christum. In carne refertur cōtra spiritum. Et uerbum placere absolute accipitur, ut supra: ut sit sensus, uolunt placere in carne, id est, uolunt esse placentes carnaliter, non spiritualiter: quia placentes carnaliter, placent hominibus: placentes in spiritu seu spiritualiter, placent deo. Et nota, cogunt uos circumcidi. Circumcisio per se nihil nocebat uerū coactio & necessitas, tanq̄ fides non sufficeret ad iustitiam, damnabilis erat, sic supra, Quare tu cogis gentes iudaiizare? Quęras, an apostolus detrahat, & temere iudicet pseudapostolos

Obus est bene sciendū.

Christiana beneuolentiā latissime patet.

Purgatorii,

D. Hiero.

Vir apostolicus.

Non potest esse in carne & in spiritu

Cogere ad Deum & ad homines

Quæstio.

Vu liij postolos

postolos, quod crucis Christi persecutionē timuerint, & gloriam suam in carne Galatarum (ut infra dicit) quaesierint: Quis ei dixit esse eos formidolosos & gloriosos: Nam de absentibus, & praesertim negantibus, uita diuinare, nō est sine peccato; negassent forte, nec potuissent conuinci. Verum apostolus in spiritu eruditus, scit hominem, qui Christum nō recte praedicat aut sapit, nō posse sine timore crucis, & uana gloria esse. Amet uitam suam plusq; Christū necesse est, qui spiritum Christi non habet; tum in scietur scientia, atque necesse est: ita in aduersis ruat, in prosperis eleuetur oportet: in neutris se rectū & aequabilem praestare potens. Proinde, sine periculo generalem pronunciare possumus sententiam, super quoscuq; si eos uiderimus Christum ignorare, esse eos formidolosos in aduersis, & gloriosos in prosperis, in tempore deiectionis & eleuationis. Contra, uere Christianus erectus est in aduersis, confidens in deum: deiectus in prosperis, timens deum: non confunditur, dum patitur; nec gloriatur, dum honoratur: ubiq; rectus & aequalis.

Necq; enim, qui circumciduntur, legem custodiūt, sed uolunt nos circumcidi, ut in carne uestra glorientur.

Idem superius, c. s. dixit, Esse debitorem salutē uniuersae legis eum, qui se circumcidit: quia & si foris carnem circumcidunt, necq; tamen, uel hanc circūcisionis, uel ullam aliam implent legem. Quia nō hilaritate spiritus, sed timore minantis legis omnia faciunt. Dictum est autem iam scriptis, legem sine assequi gratuito implere, idem est quod non implere, sed simulare opera legis. Quod enim uoluntate non fit, coram deo, & in ueritate, nō fit: sed apparet coram hominibus fieri. Iterum pronunciat cum fiducia, esse eos omnes transgressores legis, qui circumciduntur, & legem suis uiribus quācuq; faciunt. Iterum confutans nostros theologos, qui opera sine gratia spiritus, facta moraliter bona & legem quo ad substantiam facti implentia, nō esse peccata, nec contra legem arbitrantur. Sed stat firma sententia, uoluntatem & hilaritatē spiritus, qui legem impleat, non nisi ex fide accipi in Christo. Caeteros omnes, legis olores esse, & ideo praeruaricationis reos. In carne uestra glorientur, id est ut carnaliter de uobis glorientur, quod magistri uestri fuerint, uos bona docuerint, sapientes sint & religiosi. Impossibile est enim, ut doctor cuiuscūq; professionis non glorientur, nisi sit in Christo bene institutus, sciens illud cum affectu, nō estis uos, qui loquimini: Et unus est magister uester Christus, adeo ut scola est libido laudis & gloriae, praesertim in rebus ac donis spiritualibus, ut sunt scientia & uirtutes.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Sensus est, gloriari illi in sapientia, uirtute, iustitia, operibus, doctrina, lege aut etiam in uobis, & quibuscuq; hominibus: Ego gloriari me esse stultū, peccatorem, infirmū, passum, & inuentum sine lege, sine operibus, sine iustitia, quae est ex lege. Deniq; sine omnibus praeter Christū. Volo & gaudeo me esse coram mundo insipientem, malum & omnium criminum reum, sicut, ij. Cor. xij. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Nam crux Christi omnia damnauit, quae mundus probat, etiā sapientiā & iustitiā, sicut, j. Cor. j. Perdam sapientiā sapientiū, & prudentiā prudentium reprobabo. Et Christus Matth. v. Beati estis, cū maledixerint uobis homines, & ciecerint

Solutio  
Noca pro  
auctore

35.

Lex implet  
ex lege.

Doctores  
gloriantur.

39.

Cruce Christi  
mundana da-  
minat.

& eiecerint nomen uestrum tanq̄ malum, & exprobauerint uobis &c. Ecce hoc est, nō modo cōcrucifigi Christo, & cruci, passionibusq̄ eius cōicare, sed etiā in ijs gloriari, & cū Apostolis ire gaudēter, q̄ digni habeamur, p̄ nomine eius cōtumeliā pati. At qui p̄ nomine Iesu honores, diuitias, uoluptates, af-  
 fectant & acceptāt, Deinde cōtempnū, paupertatem, passiones fugiunt; nūq̄  
 gloriantur in cruce Christi: immo gloriā in mūdo, prætentes nihilominus nomē  
 Christi, ludibrium ex eo facientes. **NOTA.** Esse ergo crucifixū mūdo, est (ut  
 supra, c. j. dixit) iam non ipsū, sed Christum in ipso uiuere, habere carnem cū  
 suis uitis crucifixam, & spiritui subiectam, qui nō sapiat ea, quæ sup̄ terrā sūt;  
 & huius mundi, ne iustitias quidē, aut sapientias, sed gloriatur se ijs omnibus ca-  
 rere, & nō affici, in solo Christo fiducia salutis posita. Esse mūdum crucifixū  
 ei, est non Christum sed mūdum uiuere in hominibus, habere carnem cū uitis  
 florentē & regnantē in peccatis, non sapere cū apostolo, quæ sursum sunt, sed  
 gloriari sese abundare in hoc seculo, obtinere diuitias, & ponere spem in homi-  
 ne. Itaq̄ nec Paulus facit & sapit, quæ mūdo placent: nec mūdus facit & sapit,  
 quæ Paulo placēt: uterq̄ utriq̄ mortuus, crucifixus, cōtempnus & abominatus.

In Christo enim Iesu, neq̄ circūciso aliquid ualet, neq̄ præputiū,  
 sed noua creatura.

Hoc, e. v. satis est expositū, esse scilicet utronq̄ licitū, sed neutrū necessariū  
 ad salutem, ideoq̄ nihil ad rem, seu præputiū, seu circūcisio, non magis q̄  
 diuitiæ & inopia. Noua creatura. i. nouus homo, qui (Ephesio, iij.) secundū  
 deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis, iuxta psal. j. Cor mundū crea-  
 in me deus. Et obserua, iustitia ueritatis ad spiritū p̄tinet, sanctitas ueritatis ad  
 carnis mundiciā, ut iustus in spiritu p̄ fidem, & mūdus in carne per castitatē ui-  
 uat. Nam ueritatis dicit, contra iustitiam & sanctitatē speciei & simulationis,  
 quæ ex lege sunt, nec faciūt nouū hominem; nec secundū deum, sed secundū  
 uitæ & formæ, quicūq̄ huiusmodi, sic Iacobi. j. Volūtariē em̄ genuit nos uer-  
 bo ueritatis, ut essemus in iustitiā aliquod creaturæ eius.

Et quicumq̄ hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericor-  
 dia, et super Israel dei.

Secuti fuerint, idem uerbum, quod supra ambulemus, secuti fuerint, i. hac re-  
 gula inceserint, qua regula, nē ut noua sint creatura in Christo, iustitia &  
 sanctitate ueritatis fulgeat (quæ est ex fide) nō iustitia & sanctitate (quæ est ex le-  
 ge) simulatiō sese & alios fallant, sup̄ quos ira & tribulatio erit: super illos autē  
 pax & misericordia requiescet. Addit, super Israel dei, discernens ab Israel se-  
 cundū carnem, ut ad Corinthios appellat, qui sunt Israel, carnis, non dei. Igit̄  
 pax sup̄ gentes & iudæos, modo inceserint regula fidei & spiritus.

De cætero, nemo mihi molestus sit. Ego em̄ stigmata domini Iesu  
 in corpore meo porto.

Græce, de cætero nemo mihi labores exhibeat, q̄ d. Hiero. duplici intelligit̄  
 primū, quod Paulus sollicitus sit, ne rursū ei laborem p̄beant in Galatis denuo  
 reformādis. Secundo, quod cōtentionē uoluit præuenire eorū, qui cōtradice-  
 re uoluerint, q̄ d. Ego dixi, q̄ recta & uera sunt; si quis autē nolens acquiescere ueri-  
 tati, querat quid respōdeat, magis cōcedere q̄ doceri paratus, sciat sese respon-  
 sione indignū; sicut ad Corinth. scribit: Si quis autē uidetur cōtentionosus esse, nos  
 talem

Crucifigi mūdo

Mūdum crucifixum

Noua creatura

Iustitia ueritatis

Contentiosus relinquendus

62

64

66

67. talem cōsuetudinē nō habemus, neq; ecclesia dei, hic sensus mihi placet, q̄ cōtentioniosos relinquēdos esse docet etiā b. Aug. qui & ipse in libris de ciui. dei, de nunciat sese nolle denuo respondere uanillimę loquacitati. Ita & Ap̄s abijcit cōtentioniosos studiosos, ne frustra eū illis laborer, quia uere nō fructū, sed labores tm̄ exhibent. Quid si & is sensus nō abhorreat; nemo mihi rursus legē refulciter, in quo sunt labores stulti operū, nec tm̄ nisi peccata; sicut psal. ix. sub lingua eius labor & dolor. Quos Christus uocat ad se, di. Venite ad me omnes qui laboratis. Quos labores in Aegypto figurauerūt filij Israel; sed cedo.

68. Stigmata

Stigmata, quod latine notas impressas significat, licet possit hic p̄ passionibus Pauli accipi, tamē quia libenter allegorijis & metaphoris militaribus utitur omnino pro insignibus uitę Christianę accipit, quę sunt carnis crucifixiones & subiectiones, tum fructus spiritus; sicut enim serui dominorū suorū in signa & arma & colores gerūt; ita Paulus & Christianus quisq; crucē concupiscentiarū & uitiorū in corpore suo portat. Non sane eo modo, quo nūc in signa Christi in clypeum collecta, siliuūt parietū, aut tabulis & libellis, sed in corpore nō alieno, sed meo proprio. Quid proderit, si etiā in auro & smaragdo, nō tm̄ in signa, sed ipsos etiā clauos, immo ipsa uulnera, & sanguinē Christi portaris, & nunq; in corpore tuo imaginē uiuā expresseris. Porro stigmata Moisi & Pontificū & Cesarū, sunt circuncisio & opera legū humanarū, quę iam sola uisuntur; eaq; in infinitis modis uariata, ut uix tot insigniū genera, Imperator cum omnibus suis nobilibus habeat.

Arma christi

Stigmata Moisi, Pontificū, Cesarū

70. Gratia dñi nostri Iesu Christi, cū spiritu uestro fratres, Amen.

Hic em̄ mos est Epistolę claudende apud apostolos, ubi homines Vale dicunt. Gratia (inquit) domini nostri, non ira legis, non seruitus legis, quę p̄ se uum Mosen data est, sed gratia & ueritas, quę p̄ Iesum Christū facta est.

71. Auctoris de se precatio.

In fine certus sum, eos, quibus meū sapere mors est, etiā hanc salutē meā uerhementer abominaturos esse, quod & liberis omnia, & longe aliter q̄ ipsi sapiant, hanc epistolā tractarim. Et ubi ego legū Pontificiarū onera & scandala questus sum, ipsi me rebellē ecclesię sibi fingent; ubi Decretis praxuli Eugēlium, damnata decreta fabulantur, Vbi summi Pontificis potestātē & dignitatē charitati & necessitati fraternę subiecti, blasphemā & bis septies hereticum clamabunt. Quos rogo per cōmunem dominum Iesum Christum, ut si omnino non possunt sibi temperare, quin ene superbū, temerariū, arroganter, irreuerentē, scandalosum, seditiosum, sanguinariū, schismaticum, & quocunq; libitum hucusq; fuit nomine, honorent. Age fiat, & si nō hæc beniuolentissime eis ignouero, nō agnoscat me dominus Iesus in æternū. Quia si doctrinę a me tractatę puritas extra periculum esse possit, libens & gratus heretici nominis opprobriū ferrem. Deniq; maledictum nomen Martini, maledicta gloria Martini in æternū: ut solus patris nostri nomen sanctificetur, qui in cœlis, Amen. Timeo em̄ sup̄bissimus cōtēptor, ne ipsi nobis pessimos insulas, plus de meo lucro gaudeat, q̄ de eorū malo doleat. Id saltē unū mihi, immo sibi cōcedit, ut paululū seposita Martini odiosissima larua, apl̄n Paulū libere & solū cōsideret. Et hęc tum, cū ecclesię, quę hodie est miserima, facie cōserant, neq; em̄ tā crassilicordes eos existimo, ut nō senserint unūq; quid se gū multitudo hodie fecerit. Nā quot in dies iugulant & percutit animę, p̄pter unā hanc traditionē, quę citra ullū dilectū oibus sacerdotibus interdicit uxoribus: horrore est intendere, tam in scandala, q̄ pericula huius unius legis.

Vide cū dicit lector, si ipatitiz Martinum notare possit uel debeat.

Pissimū uerbum.

Traditio dura.

Similes



Similes huic sunt & aliae multae peccati, mortis, inferni, duntaxat ministrat  
interim taceat, iactura sincera pietatis, quae sub harū tyrānide, paulatim expira-  
uit. Si tantis lachrymis res digna cenles, propter unius imperatoris uolunta-  
tē, tot millū sanguinē fundi: Quid esse putas, (oculos aperi) propter unius hoīs  
aut unius Rho. ecclesiae uoluntate, tot milia perire animarū in aeternū? Deniq;  
si uim charitatis expēdimus, procliuē fuerit intelligere, fiducia illā condendārū  
legū, esse potestate, nō in adificationē, sed in destructionē totius ecclesiae. Res  
publica quāto paucioribus legibus administrat, tanto felicior est. At ecclesia  
istica nostra, unica lege charitatis instituta, ut esset una omniū felicissima, quan-  
to furore omnipotentis dei, pro una illa extincta, nubes, syluas, maria legū fultū  
ner, ut etiā titulos earū uix iusticias ediscere. Deniq;, quasi hoc parū sit, nullo  
alio remedio peccati etiā num curat occurrere, quam notas leges multiplicari  
do, peccata peccatis accumulādo, & ut propheta ait, densum lutū contra se agi  
grauādo. Alius suo sensu abūdet, Turcas nocētissimos omniū, leges has ho-  
minū intelligi; nec debuit hac plaga insistentabilis irae dei percipi, nisi popu-  
lus ipse peculiaris dei; ut cuius ingratitude praē omnibus populis terrae graui-  
ma, meruerit etiā poenā, praē omnibus populis terrae longe atrocissimā. Neq;  
em̄ est gens in orbe terrarū, cuius miseria possit in hac plaga nobiscū conteri.  
O deus q; diu continebis in ira tua misericordias tuas. Sed cū Esaia gemebū-  
do & plorabūdo cōcludit, Adduxisti populū tuū dñe, ut faceres tibi nomē glo-  
riae. Antē de caelo, & inde de habitaculo sancto tuo, & solio gloriae tuae. Vbi  
est celus tuus, fortitudo tua, multitudinē viscerū tuorū, & misericordiā tuarū; su-  
p me cōtinuerūt se. Tu em̄ pater nŕ es, & Abrahā nesciuit nos, & Israel ignora-  
uit nos, Tu dñe pŕ nŕ & redēptor nŕ, a seculo nomē tuū; qre errare fecisti nos  
de uisj tuis dñe; indurasti cor nostrū, ne timēmus te. Cōuertere ppter seruos  
tuos, tribus hereditatis tuae, quasi nihil possiderūt populū sanctū tuū; hostes  
nostri cōculcauerūt sanctificationē tuā; facti sumus, quasi in principio, cū no do-  
minareris nostri, neq; inuocaret nomē tuū sup nos, Vtinā caelos diriperet, &  
descenderet; a facie tua mōtes desluerēt, sicut exustio ignis tabescerēt, aquae ar-  
derēt igni, ut notum fieret nomē tuū inimicis tuis; a facie tua gentes turbareŕ.  
Ecce tu iratus es & peccadimus, in ipsis fuimus semp, & saluabimur. Et facti su-  
mus ut immundi omēs nos; & iusticie nostrae uniuersae, qsi pānus mēstruatae.  
Et cecidimus quasi foliū; & iniquitates nostrae quasi uetus abstulerūt nos. Nō  
est q; inuocet nomē tuū, qui coluagat & teneat te. Abscedisti faciē tuā a nobis,  
& alluisti nos in manu iniquitatis nostrae. Et nūc domine pater noster es tu,  
nos uero lutū; & fictor noster tu, & opera manū tuarū omēs nos. Ne irasca-  
ris domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostrae. Ecce respice, popu-  
lus tuus omēs nos, ciuitas sancti tui facta est deserta, Zion facta est deserta. Hie-  
rusalē desolata est, domus sanctificationis nŕae & gloriae nŕae, ubi te laudauerūt  
pŕes nŕi, facta est in exustionē ignis; & omnia dehydrabilia nŕa uersa sunt in rut  
tas. Nūquid sup nŕs continebis te domine; tacebis; & affliges nos uehementē?  
Hae Esa. lxiij. & lxiij. Qua oratione ecclesiae hodiernae faciē ita depinxit, ut  
apertus dēpingi nō possit. Et utinā huius orationis affectū, deus in cor nostrū  
infunderet, quo iram eius q; primū mitigaremus.

Leges non in-  
dicant eccle-  
siam

Ira dei.

Oratio Chri-  
stiani pector-  
is p̄ ecclesia ar-  
dent offerēda  
sepe donec de-  
us exaudiat  
Amen.

PAVLVS COMMODVS BREI  
TANNVS, LECTORI S.

**S**Vicep candide lector, in Epistolâ S. PAULI ad Galatas, fratris Martini Augustiniani, quicquid est commentarij, instituti potius, & perfecti; cum propter amicorū quorundam, plus æquo efflagitantū preces, tum propter importunam & iniquam ocioforum hominum maliciam, cotidie eius Autorem, citra ullam causam uexantiū, ac nugis subinde, nescio quibus, a serijs grauibuscq; studijs alio rapientium, per quos stetit, ut nec commentarium satis ipse cognosceret, nec pro dignitate elaboraret. In quo tamen, si quid fuerit, quod ad Christianam pietatem facit promouendā, soli deo uniuersæ bonitatis auctori, gratias age, atq; ad tuam spectante commoditatem, pro uoluntate utere; si quispiam offenderit, candidè, pro Christiana professione submone, quare, Martino, neq; quicq; fuerit gratius, neq; te, ipsius fratre ac Christiano dignius, præmium a Christo centuplum recepturus. Quid enim iniquius, q̄ pro beneficio, maleficium reponere? contra, quid æquius, q̄ studio bene merendi cum eo certare, cui unicus scopus est, quorumcunq; uel gratia, uel inuidia contempta, de te, totoq; Christiano nomine, optime mereris? Porro, id unum Martinus semper spectauit, ut delirijs quorundam reiectis, sacras literas pure tractares, atq; ad id, post Erasimū unus omnium maxime contentus, iam, si forte alicubi, ut homo est, a recto itinere deflexit, tunc est humanitatis, deerrantem ad rectam uitam reuocare. Quod si pro tuo Christianismo, & cōmuni omnium utilitate, & in deum amore feceris, Lutherum tuum, ad hos cōmentarios accuratius retractandos, & in reliquis quoq; d. Pauli epistolas diligentius scribendum, non mediocriter animabis. Atqui id te in primis uelim spectare, orationem ueritatis, tanto esse meliorem, quanto simpliciozem. Tu in nomine Iesu Christi uale, ac uita potius Christum, a quo nomen habes quam uerbis exprime. Data in Academia Vuittenbergensi, ubi prouidentissimi omnium studiosorū Mæcenatis Friderici Principis & Electoris &c. munificentia, recta studia, in tribus linguis, Latina, Græca, & Hebraica, gratis docentur. Iterumq; uale. Anno a natali Christiano, supra sesqui millesimum \*

xix.

Gratis audit  
uincit lingua

# RESOLUTIONES DV

ODECIM SEQVENTIVM CONCLVSIONVM, AMI  
ce lector, coaptabis si placet post. 190. paginā huius operis, ubi eadē  
conclusiones nude ponuntur absq; probatione, nondū enim  
earum resolutiones ad manus nostras uenerunt, cum  
illie in Luthero uerfaremur.

## CONCLVSIO PRIMA.

QVOTIDIE PECCAT OMNIS HOMO, SED ET QVO  
tidie poenitet, docēte Christo, poenitentiam agite. Excepto uno nouo  
quodam iusto, qui poenitentia non indiget, cum etiam palmites fructi  
feros quotidie purget agricola celestis.

Ista conclusio pendet ex eo fundamēto, quod omnis actus humanus, aut est  
bonus, aut malus, nec datur actus neuter, seu ut illi dicunt, moraliter bonus.  
Ideo primum mihi sunt amolenda duo, quae his opponi solent.

Omnia actus  
humani et bo  
nus uel mali

Primum, est autoritas scholae omnium scire theologorū per orbem, qui con  
tra sentiunt, his quanq; omnē debeam reuerentiā, ueniam tamē mihi dabunt,  
quod eis diuinas literas p̄fero. Quare obsecro, si cui displiceo, non mihi statim  
opponat; Tu solus sapiens, & ecclesia hucusq; sine te errauit: nec tot capita uide  
re potuerūt, quod tu uides, atq; his similibus suasionibus mecum expostulet, ut  
em omittā, quod p̄ asinam quandoq; locutus est deus, quod p̄phetam celauit,  
& Samuēli puero offendit, quod sacerdoti Israelis Heli nō reuelauit, saltē suo  
exemplo mansuetā, & quod ipsi sibi mutuo & inuicē cōcedunt, mihi quoq;  
permittant. Surrexit Scotus unus homo, & omnium scholarum & doctorum  
opiniones impugnauit & preualuit. Idem fecit Occam, fecerūt & multi alij, fa  
ciant usq; in praesentē diem, & cū singulis eorū liberum omnibus cōtradecere,  
cur ego unus hac gratia priuor: deniq; cū & ego in alijs multis sententijs, sine  
querela omnibus cōtradixi, cur in hac una, nouam legē patior? itaq; rogo au  
tendat qui uolet, nō quis, aut cōtra quos, sed quid & contra quae dicam. Cedat  
respectus p̄sonarū, quas deus nō accipit. Legimus in euāgelio precipiēte Chri  
sto, scribas & pharisaeos in cathedra Moysi sedentes, audiendos esse, nō quia per  
sonae essent, id est, scribae & pharisaei, sed quia Moisen docerent.

4. n. p. 22  
+ n. p. 24  
Scotus cōtra  
oēs scholas  
preualuit.

Alioquin cum sit tam seculum corruptissimū, temporaq; periculosissimā, in  
procliuū erit, si superbia & cōtempta coeperimus agere, ut incurramus in illud  
Psalmi, xij, periculo: *Consiliū inopis confudistis, quoniam dominus spes eius,*  
quare memores inuicem quod omnes sumus homines, q̄ facile sit errare, q̄ ra  
ro & difficile contingat uera sapere, & recte agere, communi studio ueritatem  
queramus, potius q̄ inuicem solo gloriā, aut sensus proprii tuendi studio,  
mordeamus & consumamus.

11. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Hominis facti  
est errare.  
11. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Secundū quod mihi obijctur, quod hic articulus in Constantiensi concilio  
est inter articulos Huius, expresse damnatus, hic si nō mox sileo & reuoco, con  
tinent aures, & impetu facto, ignem mihi minantur, neq; em dignantur hic ul  
lam moram uel excusatiōis: sed obsecro, est ne is modus, ueritatem querendi,  
statim obstruere os querenti ueritatē: Et ubi est quod Petro precipiēte, ratio  
reddenda est omni poscenti: Deinde, Nonne concilia saepius errauerūt: nōne

Querenti uer  
ritate ignis  
obijctur.

Xx Cyprianus

Cyprianus cū totius Africæ episcopis habito cōcilio, errant etiam in articulo gratissimo fidei, de uirtute baptismatis: & quid mirū, si hodie quoq; conciliū nō omnia attingat, quādo sumus in tempore longe frigidiorē, q̄ Cyprianus? Et ut plane & libere dicam quod sentio, credo methelogsū esse, Christianum & in regno ueritatis uinere: ideo me debitorē esse, nō modo affirmandæ ueritatis, sed etiam afferendæ & defendendæ, seu per sanguinem, seu per mortem.

Proinde uolo liber esse, & nullus, seu concilij, seu potestatis, seu uniuersitatis, seu pontificis autoritate captiuus fieri, quin cōsidenter cōfitear, quod uerū uidero, siue hoc sit a catholico, siue hæretico assertum, siue probatū, siue reprobatū fuerit a quocūq; concilio. Nec uerebor etiā ipsam inuidiā, quæ me hæreticorū patronū forte criminabitur. Quod sciam ueritati cū inuidia nihil esse cōmetri, sicut dicit Sap̄s. vi. Nec cū inuidia tabescēte iter habebō, quoniam talis homo nō erit princeps lapidatæ. Quid ergo ad me, quod mendax inuidia me criminal: laus est impij displicuisse. Displicēt & mihi hæretici, sed quādo hodie nullo opprobrio sophistæ magis insaniant, faciūt ut pene apud hæreticos, sola reliqua sit ecclesia catholica Christi. Hæreticos inq; nō qui sunt, sed qui illorum furore appellantur.

Et sequar in hoc meo pposito, iurisperitorū quoq; distinctionē (ne solus & temere id facere existimer) dicit cū Panor. de Elect. c. significasti, plus credendum uni priuato fideli, q̄ toti concilio, aut Papæ, si meliorē habeat autoritatē uel rationē. Si hæc uera sunt, cur nō liceat uti: cur non audeam tentare, si unus meliorem ostendere possim autoritatē q̄ concilio? Itaq; de concilijs uideamus: Nōne omnibus notum est, Cōtraria aliquando fuisse damnata ab ecclesia: uel illa, deus facit malū, deus non facit malū: Quāq; ego nescio an ecclesia fuerit, quæ hæc damnauit. Nam ecclesia nō habet potestātē damnandī, expressam sententiam sacræ scripturæ, etiam ad uerbum in textu positā: Nam illa, deus facit malum, expresse ponitur Esa. xlvi. & Amos. iij. & multis alijs locis. Nec quicquā facit, quod dicitur, propter hæreticorum falsam intelligentiam esse damnata. Non sunt damnandæ scripturæ uerba propter cuiuscunq; falsam intelligentiam. Alioquin damnandū erit propter Arrianos, & illud, pater maior me est, immo tota scriptura damnanda erit, & sola, cū e nulla alia hæc reses ortę sint. Quid autem insanius isto præsumi potest? Absit enim, ut pius & simplex Christianus quicq; in sacris literis recte didicerit, quod ubi in quodam inquisitores impegerit, quorū pedes uel locos ad effundendū sanguinē, cogatur, ppter aliorū falsam intelligentiam damnari, ipse quoq; damnare. Nam hæc ratione uiam faciemus, semel uniuersam sacris literis autoritatem conuelendi, & surgent omnium blasphemorū impijissimi illi blasphematores, qui dicunt Bibliam esse librum hæreticorū, Christianos oportere alijs libris scilicet doctorū sese tueri. Ita inuenio & in Cōstantiense concilio, duo cōtraria. Primum determinatū illic est, conciliū esse supra Papā: quod ego uerissimū iudico. Nam & b. Hiero. ad Euagriū dicit: Si autoritas queritur, maior est orbis uel hæc, ita tota ecclesia maior est una Romana ecclesia. Atq; ita Rhomana ecclesia nō est super uniuersalē totam ecclesiam, sed contra, tota ecclesia & concilium quod illā representat super Ro. ecclesiam, sicut super quilibet altam partem lare, totū quoq; maius est sua parte, cū Ro. ecclesia pars sit totius ecclesie uniuersalis. Quod si hæc uera sunt, apparet conciliū Cōstantiense, male damnasse hunc articulū Ioannis Hussi, Papa non est iure diuino super omnes ecclesias. Nam si Ro. ecclesia & Papa est iure diuino super omnes ecclesias, & sup.

Concilium

Veritas libere  
recolenda ē.

Plus credendum  
est i casu uni  
fidei q̄ toti  
concilio.

Concilia cōtraria dāna  
uerunt.

In Concilio  
Cōstantiense  
reperiuntur  
duo cōtraria

Concilium, contra ius diuinū determinatū est (quod est impoſſimū hæreticū) Papam & Ro. eccleſiam eſſe infra Conciliū & totam eccleſiam, quia nō eſt in manu eccleſiæ aut Cōcilij ius diuinū infringere. Ideoq; non potuit Papam uel deponere uel cōſtituere. An cre diſ paſſurū Episcopū Lugdunēſem, ſeſe depōnī uel conſtitui per Episcopū Moguntinū, ſi iure diuino ſe ſuperiore Moguntino ſciet, quantūlibet meritū fuerit: immo nō id pati deberet, niſi mallet impius & hæreticus eſſe. Ita Ro. Episcopuſ nō poteſt, nec debet pati ſe a Concilio regi & ſtatui, ſi eſt ſuper Conciliū & eccleſiam iure diuino: eius enim eſt regere, non regi, qui diuino iure ſuperior eſt.

Atq; ita patet Cōſtantienſe Conciliū, aut articuluſ Huſſ. male damnaffe, aut eōtra ius diuinū impie determinaffe & egiffe. Sed ultra uide ſpirituſ ſancti ſententiā in eccleſia, id quod in Cōſtantienſi Concilio determinatū eſt, Papā eſſe infra Conciliū & eccleſiam, ac per Baſilienſe cōfirmatū, iam nouiſſimo Ro. Concilio eſt reprobātū, & totum Baſilienſe abrogatū, atq; ſtatutum Papam eſſe ſuperiore Cōcilio. Quid hic dicemus: nec eſt aut Romanū aut Cōſtantienſe Conciliū hæreticū eſſe, ſi nō licet a decretis Conciliorū recedere.

Deniq; uia iam nobis facta eſt enarrādi autoritatē conciliorū, & libere contradicēdi eorū geſtis, ac iudicādi eorū decreta: Nam, ut dicunt, ſi in uno articulo erraſſe deprehendit, ſam tota eius uacillat autoritas. Quis eſt igit tam audax, qui me præſumat hæreticū arguere, etiā ſi uniuerſa decreta Concilij, tam Ro. q; Cōſtantienſis negem, qui habeam hoc munimentū, & hanc excuſationem, quod Concilio incumbit probare ſua decreta, & oſtēdere ſe non erraſſe, poſtq; conſtituit, ipſum aliquando erraſſe & errare poſſe.

Quid ergo putas nobis præſtant uſuarie illæ Conciliorū noſtri ſeculī, determinationes & reprobationes, niſi quod nos reddunt (ſi in illas niſi fuerimus) incertos ubi tandē quaerendus ſit Chriſtus, Eccleſia, Conciliū, Spirituſ ſanctus, omniāq; plane in primum chaos confundantur.

Sed ad Cōſtantienſe reuertor, quo magis impetor, cuius damnationem in articulo illo Huſſitico, Papa nō eſt iure diuino ſuper omnes eccleſias, etiā ideo iniquam aſſero, quod ſit contraria Niceno Concilio & Africana, & toti orientali & Africanae eccleſiæ, cū non niſi ſexta Synodo Calcedonenſi, oblatuſ ſit primatus (nō iure diuino) ſed ab eccleſia Ro. pontificib. nec ſic tamē ab eis aſſumptus, ut ſcribit S. Gregori⁹: Nam ſi iure diuino ſtare primatus, Nicenſi cū quatuor ſequētibus eſſet hæreticū, omneſq; in eccleſia orientis hæretici, hæretici Ro. pontifices, qui oblatum reſpuerunt. Quare uolo autoritati Cōſtantienſi. Concilij in hac parte nihil cedere. Non enim patiar ulla ratione maiorem partem eccleſiæ hæreticam fieri propter Cōſtantienſi. Conciliū, quod erraſſe, palam eſt: Nec mirum, cum adminiſtrata hæc ſint potiſſimum machina inquit ſitorum & ſociorum ſuorum.

Sunt & multi alij articuli Huſſ. ueriffimi ſibi dem damnari, quos expediam, cū aduerſariuſ me excitaueit, nam hoc ex ipſius Cōcilij uerbis euidenter probabo, Ioannis Huſſ. ſententiā nō fuiſſe. Quod malus pontifex, aut in peccato mortali exiſtens, non ſit pontifex habendus, licet ſanguinarij inquiſitores, multos articulos ei in hanc rem impoſitos damnari curarint. Nec hic curo, quod me Boemoſq; patronū uociferant, ipſius Cōcilij, quod eōtra me iactant, oſtēdo & ſeq̄uoſ uerba, quæ ſi falſa inuenta fuerint, quid ad me: Sin uera, cur non ſeq̄uar. Meum eſt (ut dixi) contra omnē uocabulorū titolorum, nominis dignitatis ſtreptū, perum dicere, & falſum negare. Sic em̄ Chriſtiano faciendū eſt

*Non huj. ſub diuinitate & ſanctitate*

*etiam*

Papā eſſe ſup̄  
pra conciliū  
ſtatū eſt

*etiam q̄d nō eſt p̄p̄ter p̄p̄ter*

Cōcilio in cū  
dit ſtatuta, p̄  
bare.

Concil. Cō  
ſtā. determinā  
uauit Papā  
iure diuino  
eſſe ſup̄ oſe  
eccleſias.

Concilij Cō  
ſtā. errauit.

Chriſtiano  
ueq; dicendū  
eſt & falſum  
negandū.



esse credo, Et rogo, si non placeo nomine Christiani, fingant & signant me in  
terim uelut Turcam, aut quæuis infidelem eis opponere, meas rationes & au-  
toritates, ut saltem sic uideant & experiant, quo studio possint fidem suam tu-  
eri, & q̄ facile sit dicere, Concilium sic determinauit, & q̄ facile sit id ipsum be-  
ne determinatum esse tueri. Dico ergo, quod iste articulus sit male damnatus  
Cōstantie, Omnis actus hominis, aut est bonus aut malus, ac respondeat quō  
se putet determinationem illam defendere.

Probat con-  
tra cōclū cō-  
stat, q̄ omnia  
actus huma-  
nus aut ē bo-  
nus aut mal⁹

Primum dicit ap̄lus Ro. viij. Qui spiritu dei agunt, n̄ filij dei sunt. Ite, Quod si  
quis spiritū Christi nō habet, hic nō est eius. Hic quero cuius sit ille, qui nō est  
Christi; nōne diaboli & peccati? At q̄ seruus est peccati, facit nō nisi peccatū.

Secundo, dicit idē Gal. iij. Quicūq̄ ex opibus legis sunt, sub maledictio sunt  
Ecce hic opa legis extra gratiam, dicit esse maledicta, ergo nō neutra. Et dicit,  
Quicūq̄, neminē excipies, nec aliquod mediū inter maledictū & gratiā faciēs,  
Nec ualet quod apostolū hic de lege ceremoniali loqui dicit, quod ea tūc mor-  
tifiera fuerit. Nā ex sequētibus patet, quod de omniū legū opibus loquit, cū in-  
ducat Moſen, dicentē; Maledictus qui nō p̄manet in oibus quæ scripta sunt in  
libro legis. Deinde dicit Christū nos redemisse de maledictio legis. At Christi  
uere nos nō redemit de lege ceremoniali post mortē eius abrogata, sed de lege  
quacūq̄ dans gratiā, ut possit impleri. Si ergo opa legis sūt maledicta sine gra-  
tia, quāto magis nulla alia opa sunt neutralia, seu in genere morū bona.

Quis nō cum  
Christo ē, est  
cōtra dicitū

Tertio, Lucæ. xij. Aut facite arborē bonam & fructū eius bonū, aut facite ar-  
borem malā & fructum eius malum, hic nihil mediū Christus permittit intel-  
ligi, sicut & ibidem dicit; Qui nō est mecum contra me est, & qui non colligit  
mecum, dispergit, uidet quod aut cum Christo colligendum aut dispergendū  
uel cum eo uel contra eum esse oporteat. At contra eum, non est nisi peccatū,  
nec dispergit, nisi qui peccat.

Quarto, Ioan. xv. Siquis in me nō manserit, mittetur foras sicut palme, &  
arescat, & colligēt eum, & in ignem mittent, & ardet. Ecce arescit & perit quis  
quis extra Christū est. Et tu dicis, neutrum, quod nec arescat neq̄ uirescat, sed  
medium se aliquando habet.

Quinto, Ro. xij. Omne qd nō est ex fide, peccatū est, quod b. Aug. p̄ regnū  
la habet. Quod aut dicit, sibi fidē pro cōscientiā accipit, & Ap̄lm loqui de ijs, q̄  
cōtra cōscientiā operant, quāq̄ hoc b. Augu. repellit; tamē age, sit ita. Adhuc  
stat sententiā, qui nō habet fidē in Christo, nō habet conscientiā bonā erga deū  
ergo uel non credit, uel dubitat se placere deo in opibus suis. Si dubitat, peccat  
contra conscientiā, quia nō credit firmiter se deo placere, quare agit quod cre-  
dit non bonum, & ita semper peccat. Sola autē fides firmiter confidit se place-  
re deo, & hac fide fit, ut placeamus deo; quia hæc fides uere de deo bene sentit,  
ac pro deo uero eum habet, præsumens bona de ipso, sicut illud Sap. j. Sentire  
de domino in bonitate, impossibile est enim hominē saluum esse, & bene ui-  
uere, nisi de deo erga se ipsum bene sentiat.

Sexto (ut omittā plura, ne prolixior sim) adduco rationem qua utitur fere S.  
Augu. p̄sertim contra Iulian. lib. iij. & repetit eadē Grego. Ari. lib. ij. q. xxxvij.  
Quæ est hæc, Virtutes discernunt finibus, non officijs, am quælibet uirtus ex-  
tra gratiā, querit quæ sua sunt, nec potest querere quæ dei sunt, quia nō potest  
in opus charitatis, de qua dicit laude propria, j. Corin. xij. Charitas non que-  
rit quæ sua sunt, quare nulla uirtus habet deum pro fine, nec potest deum dili-  
gere super omnia & propter deum, Alioquin gratiā nō esset necessaria. Atq̄  
hac sola

Virtus discer-  
nitur sine nō  
officio.

hac sola causa fit, ut omnia opera bona gentium aut naturalia, sint mala, quia sine debito carent. Hoc est quod Apostolus Ro. iij. inuoluens prorsus omnes homines tam iudaos q̄ gentes, licet illi iustitia, hæ sapientia quantum poterant, præstant, dicit: Non est iustus, non est intelligens. nō est requirens deum, omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Ecce, Nemo requirit deum & omnes declinant, nullus intelligit deum, nedum pro fine deum habet in opere suo: Vnde fidenter concludit d. Conclufit deus omnes sub peccatum. Ecce neminem excipit, omnes sub peccatum, quod & Dauid dicit: Omnis homo mendax, a mendace uero, quid uerum dicitur. Ab immundo quid mundum fiet, ait Sapiens.

Quod uero dicitur: Nonne Caiphas prophetauit uerum, Nonne Math. vij. multi pphetauerunt in nomine Christi, & multas uirtutes fecerunt? Respondeo, uera, sed non uere dixerunt, bona, sed non bene fecerunt. Quis enim non dubitat, quin meretrix, tam bonū aurum gesserit q̄ pudica matrona, & tam formosa quoq̄ membra habeat: sed nō tam bene gestat & utitur. Eodem modo & bona illa opera sapientie, uirtutum, donorum, cum sint gratuita dona dei, bona sunt ualde, sed quia nō in finem debitum referuntur, bona faciunt, sed non bene. Quare e bonis donis dei, mala opa nostro uitio fiunt. Ideo Christus illis dicitur est: Discedite a me omnes operari iniquitatis. Quomodo sunt operari iniquitatis, qui tanta bona fecerunt: nisi quia bonis male usi sint, etiam si hoc malo usu, alijs profuerunt.

Septimo, si iustus in gratia, non potest facere bonū, quin simul peccet, quantum magis iniustus nō facit bonum, ac per hoc cōcludo, aut bonum aut malum esse actum hominis quemcūq̄, nec dari actum medium & neutrum. Antecedens probabitur euidenter conclusione sequente.

Quare ad rem propositionis redeundo: Omnis Christianus quotidie poenitet, quia quotidie peccat, non quidem perpetrando crimina, sed non perscrutando mandata dei. Et ad hoc probandum, sufficeret autoritas Ioan. in conclusiōe posita, quod fructiferos palmites purgat coelestis agricola. Si sunt purgandi, sunt immundi: si immundi, sunt peccatores: si peccatores, poenitentia indigent. Quare ad eos pertinet uerbum Christi, poenitentiam agite.

Secundo illud eiusdem Ioan. i. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est, quā autoritatem beatus Aug. in multis locis adducens, ponderat in uerbo, habemus, presentis tēporis, quod non dicit habuimus, sed habemus. Quare quotidie peccamus, & quotidie peccatum purgamus, ita ergo poenitemus, nisi poenitentiam dicas non esse peccatorum purgationem, contra omnī sententiam, qui contritionem culpe deleticem, poenitentiae possimā partem ponunt. Deniq̄ hoc uerbo Ioan. nixus, B. Aug. lib. de natura & gratia aude dicit: Si omnes sancti in unum cōgregati quaerent, an peccatum haberent, quid essent (inquit) dicituri q̄ si dixerimus, quia peccatum nō habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est: At nullum peccatum sine poenitentia tollitur.

Tertio illud psal. xxxij. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Ecce omnis sanctus orat pro impietate peccati sui; hoc autem est poenitentia sed pro peccato: nec potest dici, quod pro præterito, aut pro poena præteriti peccati orat sed pro præterito: nam ut hoc ostenderet, adiecit, impietatem peccati mei, pro hac orabit, non scilicet pro peccato, quo aliquando poena significatur, sed pro impietate peccati, q̄ est culpa, nā p remittenda orat, p remissa gratias agimus.

Xx iij Quarto

*Si uero opera bona sunt, non sunt mala, quia sine debito carent.*

*Caiphas uerum prophetauit, sed non uere.*

*Exemplum*

*Iustus homo peccat, sed non male.*

*Ois christi-  
nus quotidie  
peccat, non  
perpetuando*

*ij. b. 1*

*Ois sanctus  
orat pro pec-  
cato suo.*

*1. Thimo. j. Rom. A*  
*Bali. s*  
*Rom. A*  
*Luce. j. v. Vlt.*  
 Quarto, illud, j. Timo. j. Venit Iesus Christus peccatores saluos facere, quorū primus ego sum, non dicit sui, sed sum peccator, iuxta illud Ro. vii. Scio quod nō habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum, Quod nolo malū hoc facio, & ego autē carnalis sum uenundatus sub peccato, Sic Gal. v. Caro cōcupiscit ad uersus spiritū, & spiritus aduersus carnem: At cōcupiscere contra spiritū, peccatum est, quia prohibitū praecepto dei; Nō cōcupiscere, Quare hoc peccatum est proprie peccatum, & per poenitentia diluendū, sicut Ro. vi. docet, destrui corpus peccati, & nō obedire desiderijs carnis, At desideria carnis, peccata & cōtra legem sunt diuinā, quare poenitentia pro eis opus est.

*Christ. oib. pñiam indic.*  
 Quinto, Luca. xii. putatis, quia ipsi debitores fuerūt prae omnibus hominibus habitatoribus Hierusalē: non, dico uobis, nisi poenitentia habueritis, oēs simul peribitis: Ecce omnibus poenitentia incidit; Ita Luca ult. Oportuit praedicari nomine eius poenitentia in remissionē peccatorū, in omnes gentes, Ecce totū euangeliū nihil est q̄ p̄dicatio poenitentiae, ergo uita euangelica est aliud nihil q̄ poenitentia, Ideo Bern. recte dicit: Qui non assidue ad poenitentiam festinat, factō ostendit se poenitentia non egere, quasi scilicet sit longe absurdissimum, esse aliquem, qui poenitentia nō egeat.

*Ois oram. Dimitte nobis debita nostra.*  
*San. p̄missio*  
 Sexto, Tota ecclesia teste Augu. usq̄ in finē mundi orat: Dimitte nobis debita nostra, Haec autē uox est poenitentiae, ita ut Christus dicat: Si nō remiseritis hominibus peccata eorū, nec pater uellet remittere uobis peccata uestra. loquitur ad apostolos sanctos filios dei, & ubi sunt eorū peccata: uenialia quidē sūt, sed mortalia erūt, nisi remittant. Sane sunt quidā, qui hāc orationē pro poenis peccatorū orari garrūt, quos oportet tanq̄ uerbi dei deprauatores euere. Nā quid dicent ad illud: Sanctificet nomen tuū, adueniat regnū tuum, fiat uoluntas tua; hoc sanctissimi etiā orant, at orando confitent se nondum sanctificasse nomen dei, nondū in eis esse regnū dei, nec iustitiam eius, Sed querunt hae oratione regnū dei & iustitiam eius, nōdum se fecisse uoluntate dei. At hae omnia sunt debita culpae, & peccata contra legem dei, qui uult nomen suum sanctum esse, in nobis regnare, uoluntatem suam in nobis fieri; Nec putandū quod sicte oratur, quare sequitur, omnes uere orare, & uere sibi hae deesse confiteri, Et ita patet, quod sola oratio dominica nos docet, Primo esse nos quotidianos peccatores, & semper peccare, Deinde totam uitam esse poenitentia & orationē & contritionē. Ex quo ulterius sequit̄, contra concilij Cōstantien. determinationē, omnē actum hominis esse malū extra gratiam, quādo etiam actus iustorū in gratia, nō est bonus, nec implet mandata dei.

*Quare p̄missio exhortat ad mortificationē carnis.*  
 Vitimo ad hoc urgēt tot apostoli Pauli exhortationēs, ut mortificemus membra quae super terrā sunt, Col. ij. Et facta carnis, Ro. viij. Et renouemus in ueritate sensus, Ro. xij. Et carnis cura non faciamus in desiderijs eius. Ibi dē, crucifigamus carnem cum cōcupiscentijs, Gal. v. Quae omnia eo tendūt (ut clarū est) quod assidue poenitendū sit, quia peccatū somitis, assidue mouet, & noua desideria profert, ceu spinas & tribulos terra maledicta, Gen. ij.

Cetera in resolutorio Con. j. ij. &. iij. & con. Sed nec adhuc uideo huius cōclusionis sententia cōfutata, nec enim tacta fuit Lipsiae in una syllaba, Eius etiam sententia si neget, necesse est, ut neget omnes ferme libros B. Aug. contra Pelagianos editos, qui totus per omnia in hanc sententiam procedit.

*Eccij p̄positio nouas & uetus error.*  
 Sequitur ergo hāc nō esse doctrinā nouam, ut Eccius calumnias. Sed Eccij p̄positio contraria huic, est nouus & uetus error, ad haeresim p̄tinēs Pelagianorū, nec cōciliū quocūq̄ contra statuere habet, nisi uelit errare, sicut saepius fecit.

Conclusio

## CONCLUSIO II.

IN BONO PECCARE HOMINEM ET PECCATVM  
ueniale non natura sua, sed dei misericordia solum esse tale, aut in pu-  
cro post baptismum peccatum remanens, negare, hoc est, Paulum &  
Christum semel conculcare.

Tria ista conclusio comprehendit, esse peccatum in bono opere, Deinde peccatum non natura, sed misericordia dei esse ueniale, & peccatum post bap-  
tismum remanere.

Primū ita ostēditur, Elaias. lxxij. Et facti sumus immūdi omnes nos, & quia *Iustitie nos-  
stræ sunt im-  
munda.*  
si pannus mēstruat uniuersæ iustitiæ nostræ. Hæc uel sola autoritas obstruat  
omniā contradicōrū os & gulam, cum sit apertissima, esse nos omnes immun-  
dos, & nō modo iniustitias, sed iustitias quoq; nostras apud deum. Sed scio  
quid hic solet opponere, scilicet pphetā loqui de iustitia nostra, q̄ ex lege est,  
q̄ ap̄tus quoq; dānat. In hanc sententiā & d. Hieron. cedere uidetur. Sed uerba  
pphetæ sunt manifesta; loquitur enim in persona sua, & totius fidelis populi,  
qui nō iustitia legis, sed gratiæ iusti erāt. Si quidem & ipsi eandem escam man-  
ducauerūt, & eundē spiritū fidei habuerunt, ut ap̄tus dicit: Neq; em̄ iustitia le-  
gis confitetur deo in humilitate, non est accusatrix sui in principio, sed inflata  
excusat se & iustificat, quare solius gratiæ iustificantis est dicere & confiteri se  
se esse immandam & iniquam.

Secundo, nō dicit iustitiæ nostræ, aut nos, sed omnes nos, & uniuersæ iusti-  
tiæ nostræ, neminē excipit, & nullā iustitiā mundā asserit; ergo nō potest trahi  
ad aliquos, qui nō fuerint gratia iustificati, nec ad solam legalē, sed ad omnes,  
& ad omnem iustitiā eorū. At certum est aliquot inter eos fuisse, qui plusq;  
legali iustitia iusti essent, & aliam q̄ iustitiā legalē tunc fuisse simul, & tamē dā-  
cit oēs immūdos & uniuersas iustitias pollutas. Quare uincit hæc autoritas, &  
tam aperta uerba cogūt cuiuscūq; interpretationē posthaberi suo apertissimo  
sensui. Sed & illud malo intelligendi usu dicitur, quod iustitia legalis fuerit  
immunda ad iustitiā euangelicā cōparata; quia lex utiq; ceremonialis, erat  
bona, & a deo instituta, quare iustitia eiusdē nō erat de se immūda ullo modo,  
cū tūc nō minus cogere nentur ea seruare, q̄ decalogi præcepta. Ideo qui de iusti-  
tia legis tanq; immūda loquuntur, solum respiciunt ad tempus euangelij, in  
quo est abrogata, non quia immūda, sed quia fiduciam præbebat stultis con-  
tra gratiam dei, ut ap̄tus ad Gala. & Ro. docet. Quare sicut ceremonialis iusti-  
tia erat bona & recta, & tamē immūda, ita & decalogi eorum iustitia erat im-  
munda, quantūlibet bona. propheta enim pro suo tempore loquitur, quo ius-  
titia legis nondum erat abrogata; alioquin dicendum, quod deus eis præcepis-  
set immūda seruare, quod est detestabile. Stat ergo uerbum uniuersæ iustitiæ  
nostræ immūdæ, & omnes nos immūdi.

Secundo illud Ecclē. viij. Non est iustus in terra, qui benefaciat, & non pec-  
cet. Solet autē & hoc uerbū sic elūdi, qd iustus aliqui benefacit, aliqui peccat, sed  
hoc nō stabit; si em̄ hoc uoluerit, iustitiam dicere: Nō est iust⁹ q nō peccet; qd  
em̄ sup̄flueret uerbis, quasi aliq; sit iustus, q faciat male: Nō em̄ nisi iustus sit  
cit bene, & a beneficiēdo iustus est, ideo ut exprimat uitii, addit, q faciat bene  
Xx iij & nō

Ois iustus in  
terra peccati

Etia: 1





operat. Quod si sit tota uoluntas, iam est peccatū sibi mortale & austerio. Tota autem uoluntas in hac uita nō est, ideo semper peccamus, dum bene facimus licet quandoq; minus, quādoq; magis, secundum quod caro minus fuerit in portuna cum suis immundis desiderijs.

Hæc ergo est causa, quare non sit iustus in terra qui faciat bene, & non peccet: Est autem talis iustus solum in celo. Cum autem homo sine ista uoluntate non sit, nec sine ea operet, per hoc, nec sine peccato in opere bono erit. Quo modo em sine ea operari potest, qui sine ea uiuere & esse nō potest? Quare istus est uelut instrumentū corrosūm rubigine, quod deus suscepit expoliendū, quod ubi corrosūm est, male fecit, donec perfecte sit expolītum.

Sexto, ad hoc ualet illa parabola (Luc. x.) Samaritani, qui semiuuū hominem infuso uulneribus oleo & uino, alligauit quidem uulnera, sed nunquid mox sanauit non, sed curam eius cōmisit stabulario, donec rediret. Itaq; ecclesia stabulum est, in quo accepta gratia baptismi, quotidie curamur a peccatis, Et opera nostra talia sunt, qualia eorum, qui incipiunt sanari, sanari autē nondum sunt: quæ pater, quod sint partim egra, partim sana, multum ab his distantia, quæ sani perfecte faciunt. Inde Christus Matth. vii, apostolos plane malos appellat, dicens: Vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris. Si autē nos facere, & tantū faciunt bonos, quantū sunt arbor bona, & econtra, Quod autem hæc intelligentia, aut usus loquendi apud theologos perijt, in causa est, quod relictis sacris literis, coeperūt de his rebus diuinis humano (id est faciliore, ut ipsi putant) modo loqui, & sic paulatim amiserūt, & sensum scripturæ, cuius uerba tanq; uasa reliquerūt similia: quod eū in baptismo remitti omnia peccata sciunt, statim intulerunt, nullum ibi relinqui peccatū: ideo fomitem nō peccatum, sed infirmitatē, cōtra expressum textum apostoli appellantes, cum peccatū remittatur ibi, nō ut non sit, sed ut non imputetur (ut b. Aug. ait) Est ergo peccatū ibi uerissime, nisi quod nō imputatur, eo quod ceptum est expelli: ideo reatus quidē solutus est, ipsum autē manet, donec & ipsum expellatur. Sumus enim in phasē, id est, transitu de peccato ad gratiam. Quod si cesses istud expellere, ac pro non peccato habeas, iam pactum nō seruas baptismi, & redit reatus eius, pactus enim es, te peccatū expugnaturū, ac diabolo pompisq; eius relinquitur, quod com de peccatis extra te positus intelligis, & tuum peccatum intus nullum esse putas, nec te de baptismi sacramētum intelligis, nec accipis. Nihil ergo differt peccatum fomitis a quolibet crimine post uel ante baptismam, cum sit æque contra legem dei, sicut quodlibet aliud, nisi quod non imputatur.

Quare quid alij in theologia scholastica didicerint ipsi uiderint: Ego scio & confiteor, me aliud nihil didicisse, q̄ ignorantiam, peccati, iustitiæ, baptismi, & totius Christianæ uitæ, nec quid uirtus dei, opus dei, gratia dei, iustitia dei, fides, spes, charitas sit. Breuiter non solum nihil didici (quod ferendum erat) sed non nisi dediscenda didici, omnino contraria diuinis literis. Miror autem, si alij felicitius didicerint. Qui si aliqui sint, candide eis gratulor, Ego Christum amiseram illic, nunc in Paulo reperi.

Septimo, hæc parabola Matth. xij, pertinet: Simile est regnum coelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum. Satum genus mensuræ est Hæbraicum, modium & dimidiū continens, auctore Hieronymo. Quæ autem sint tria lata ista farinae, modo non est locus dicere, Sat nunc est farinam esse nos homines, fermentum

Samaritan<sup>9</sup> ligat, sed nō continuo sal natur.

Scholastici amiserūt sensū scripturæ.

In baptismo pacificimur peccata expugnare.

Quid Lutherus ex scholasticis theolog. didicit.

Nos farina  
gratia dei fer-  
mentum.

tum absconditum; Christum, gratiam nobis largitam in spiritu fidei. Sed sicut fermentum non subito fermentat consperionem totam, ita gratia infusa, non mox diffunditur per totum corpus, sed paulatim totum hominem fermentat, sibiq; similem reddit. Quare peccatum ibi reliquum est, sed quia ceptum ex purgari, non imputatur expurgatori; hoc est enim in baptismo omnia peccata remitti, nō imputari scilicet, non autem penitus euacuari.

Formale pec-  
cati nō tollit

Error ergo est, & humana sunt cōmenta, quod peccatū, quo ad formale suū tollitur: formale autem appellant, priuationē gratiæ, materiale ipsū fomitem uel habitum. Reatus tantū tollitur: formale autē tm̄ manet, quantū materiale: hoc est, priuatio gratiæ tanta ibi est, quanta est cōcupiscentia reliqua. Oportet em̄ in locū concupiscentiæ succedere charitatē, quæ nō est, ubi cōcupiscentia est: Causa erroris est, quod subiectum gratiæ dant solam animā, eiusq; nobiliorē partem. Deinde quod carnē & spiritum distinguit metaphysice, tāq; duas substantias, cum totus homo sit spiritus & caro: tantū spūs, quantū diligit legē dei tantū caro, quantū odit legē dei: Sic sanitas & morbus iuxta sunt in eodem corpore, aut eodem loco carnis. Ideo enim iuxta Salomonē, Nemo gloriari potest se habere mundum cor, quia caro, id est, affectus carnis & concupiscentia quæ est fermentū uetus nequitia, totum hominē corrumpit. iuxta Gen̄. viij. Nō permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, inquit, non carnem habet quia toto affectu cordis carnem sapit. Quare fermentum nouum, quæ est charitas, rursus miscetur huic fermētō ueteri, ut ipsum & toto homine eniciat, primū de corde, deinde de toto corpore & omnibus membris.

Totus hō est  
spūs, & totus  
homo caro.

Octauo, illud præualidū in psal. cxiij. Nō intres in iudiciū cum seruo tuo quia non iustificabit in cōspectu tuo omnis uiuens. Hic quæro, an ille iustus quæ fingunt, cū in ipso pulcherrimo merito iam actualiter fuerit, etiā sit numerandus inter eos qui uiuunt, cū psal. omnis uiuens uniuersaliter dixerit: Si inter eos numerat, nō iustificabit corā iudicio dei, ut hic dicit. Cur hoc quæso: si sine peccato est in ope bono, nō potest damnari a deo, quæ iustitia est ipsa, nihil magis amans q̄ iustitiam, nec timendū quod iustus iudex, iustitiam damnet. Si autem damnat, iam sine peccato non est, & cōtra legem dei inueniā egisse. Non enim damnatur, nisi qui legi dei non satisfecit.

Nō iustificat  
in cōspectu  
domini ois  
uiuens.

Quod si is nō iustificabit in iudicio dei, qui seruus dei est, nec omēs uiuētes inter quos necesse est sanctissimos aliq̄ esse, si ecclesiā sanctā, sanctosq; cōmunionē in terris uiuere credimus, qui tamē legē implent, qualis putas furor est corū, qui citra gratiā & extra ecclesiā insaniūt, legē posse impleri ex naturalib; uiribus, quo ad totā substantiā facti, licet non ad intentionē precipitēs: Ad hoc ut iterū ad articulū Iustitiæ Constantiæ damnatū redeam, quantus error est, Actum neutrum & non malum inueniri dicere, quando actus iustorum nō est iustificabilis corā deo: Quibus recte illud Hierē, dici potest: Ecce quibus iudiciū nō erat, ut biberent, bibentes bibent. Et tu innocens eris: Nō eris innocēs. Et, iij. Si iustus uix saluabitur, peccator & impius ubi parebūt. Et ut de monstra quæ hinc sequuntur.

Lex non pot  
impleri natu-  
ralibus uiri-  
bus.

Impio extra gratiam, in suo opere bono tribuunt nec ueniale peccatum, sed solummodo nō meritorium, cum hic iusto in opere bono tribuatur a deo peccatū, ut si iudicio dei sistatur, nō possit iustificari, (hoc est mortale & dānabile) quāto ergo magis impij opa bona sunt dānabilia & mortalia, nequaq; neutra/ lia seu media. Et adhuc gloriant theologij scholasticæ, nō esse cōtra theologiam sacram, cū hac rōne melior esset cōdicio peccatoris q̄ iusti, ubi ille nō peccaret, in quo

Salomo  
Gen̄. 8.

ps̄. 162.

Lex non pot  
impleri natu-  
ralibus uiri-  
bus.  
Impio extra gratiam  
in suo opere bono tribuunt  
nec ueniale peccatum, sed  
solummodo nō meritorium,  
cum hic iusto in opere bono  
tribuatur a deo peccatum,  
ut si iudicio dei sistatur,  
nō possit iustificari, (hoc est  
mortale & dānabile) quāto  
ergo magis impij opa bona  
sunt dānabilia & mortalia,  
nequaq; neutra/ lia seu media.  
Et adhuc gloriant theologij  
scholasticæ, nō esse cōtra  
theologiam sacram, cū hac  
rōne melior esset cōdicio  
peccatoris q̄ iusti, ubi ille  
nō peccaret, in quo

quo iustus peccaret. Hinc iam videmus unde fluant sanctorum patrum sententia.  
 Augu. lib. ix. Confess. Ve hominum vitæ quantumcumque laudabili si remota  
 misericordia iudicetur. Quid hic quæso sequitur: Nonne omne peccatum esse  
 omnino mortale ex natura sua, sola autem misericordia dei ueniale: Nec mirum  
 sane, quia omne peccatum est contra legem dei: At contra legem dei esse iam gra-  
 uissimum est quantum in ipso est. Necesse est enim perpetuo separari a deo, quod  
 quomodo cumque contra legem dei est, cum nihil in quantum intratur: sit in regno celo-  
 rum.

Omne peccatum  
ex natura sua  
mortale.

A. 1. 1. 1.

Deinde cum nec apex sit præteriturus a lege, qui non fiat, necesse est nec ue-  
 niale quidem peccatum remanere. Eloquia enim domini calta, argentum igne  
 probatum, purgatum septuplum. Ita purum esse oportebit & hominem, alio-  
 quin saluus non erit, quia apex unus non præteribit.

Quo circa grauis error est iterum theologorum, peccatum ueniale penitus  
 nihil curantium, & garrulentum, quod ueniale peccatum, deum non offendit, aut  
 solum uenialiter offendit. Si tam leuis offensio, cur iustus vitæ saluus erit: cur non  
 sustinet iudicium dei, & iustificari iustus non potest: cur tam serio & non ue-  
 nialiter, nec improprie orare cogimur: Dimitte nobis debita nostra: Et fiat uo-  
 luntas tua: Adueniat regnum tuum: Sanctificetur nomen: Nonne apparet hos  
 theologos, primum extinguere timorem dei in hominibus: deinde puluillos,  
 & ceruicalia sub manibus & capitibus eorum ponere, ut Ezechiel dicit, ac oratio-  
 nes eorum remittere & spiritum extinguere: Non est res leuis momenti (dicant  
 quid uelint) legi & uoluntati diuinæ, uel uno pilo dissentire: nec res est leuis,  
 misericordia diuina, quæ ueniale ignoscit, ita illi legem & uoluntatem, ac mi-  
 sericordiam diuinam, penè pro ignota habent, ne leueat oratio, neue ardeat  
 gratitudo iustorum. Attendamus ergo a fermento isto phariseico.

Veniale peccatum  
non leue  
centendum.

Non

Paulus in Epistola ad  
Romanos

3. 1. 1.

His interim factis factum est, Ecclesiam secundam propositionem esse & errone-  
 am & impiam, quædo negat iustum in omni opere bono peccare. Aut iustum  
 peccare mortaliter (si iudicium diuinum spectes) Aut peccatum in baptisato remane-  
 re. Hæc enim humanis somnijs cœcepit, qui in sacris literis, quid peccatum, aut  
 opus bonum sit, nec legit nec intellexit. Iterum August. lib. j. retract. xxix. ubi  
 quæsiuisset an madata dei fuissent ab apostolis impleta omnia: dicit omnia, man-  
 data impleri, quando quicquid non impletur, ignoscit: quia in eisdem mandatis  
 est & illud, quod tota ecclesia usque ad finem mundi orat: Dimitte nobis debita nos-  
 tra. Vides quod madata non operantibus hominibus, sed ignoscere deo impleri

Ecclesia secunda  
propositio  
falsa.

A. 1. 1. 1.

Quid autem ignoscit in operibus mandatorum, nisi peccatum: At non leuis est igno-  
 scentia, quæ diuina maiestas donat. Definât ergo ueniale peccatum leue facere,  
 ad cuius remissionem, non homo, non angelus, sed misericordia æternæ maiestatis  
 necessaria est. Deinde non leue mandatum est, quod eadem maiestas,  
 iussit orare (ut Augu. hic dicit.) Dimittenobis debita nostra. Diuina maiestas  
 ueniale peccatum tantum facit, ut pro eo delendo, præceptum statuat orandæ mi-  
 sericordie sue, & homo sibi securitatem in illo fingit. Ve illi per quem tantum  
 scandalum uenit. Iterum, idem Aug. Epist. xxix. ad beatum Hiero. de uirtutibus  
 disputans, d. Et ut generaliter breuiterque complectar quam de uirtute habeam  
 notionem, quod ad recte utendum attinet. Virtus est charitas, qua id quod di-  
 ligendum est diligitur. Hæc in alijs maior, in alijs minor, est in nemine: quod di-  
 uinum uero, quæ non possit augeri, quod hic uiuit homo, est in nemine: quod di-  
 uinum autem augeri potest, profecto id quod minus est quod debet, ex uitio est. Ex quo  
 uitio, non est iustus in terra, qui bene faciat & non peccet. Ex quo uitio, non ius-  
 tificabit in conspectu dei omnis uiuus, propter quod uitium, si dixerimus, quia peccatum non habet

Madata dei  
ignoscere  
deum impleri

A. 1. 1. 1.

Virtus quid,

beniam

betimus, nos ipsos seducimus, propter quod etiam quantumlibet profecerimus necellarium habemus dicere: Dimitte nobis debita nostra, cum iam omnia in baptismo, dicta, facta, cogitata dimissa sint.

Hæc clarissimi patris clarissima sententia, nonne prædicta omnia cõfir mat, quod defectu charitatis reliquam nimirum concupiscentiam, causam facit peccati in quolibet opere bono? D. Hierony. lib. ij. contra Pelagia, tractans illud psal. xxxij. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei; Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Si sanctus est, inquit, quomodo orat pro impietate: si iniuitatem habet, qua ratione sanctus appellat? Tandem plurima scripturæ testimonia, præsertim lob adducens, concludit: Ecce lob noster immaculatus & sine querela, & abstinentes ab omni malo, quali sine iustitiæ coronatur, ut misericordia dei indigeat. Idem lib. j. Tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur; & iustitia nostra non ex proprio, sed ex dei consilii misericordia; quare misericentis est & ignoscens dei, non uolentis, neq; currentis hominis. Addamus Grego. in moralibus, primo super illud lob. ix. Non iustificabitur homo compositus deo, sanctus inquit uir; quia omne meritum uirtutis nostræ uitium esse conspiciat, si ab interno arbitrio districte iudicetur, ideo recte subiungit, si uoluerit contendere cum eo, non poterit unum respondere pro mille.

Secundo ibidem super illud: Si repente interroget, quis respondebit ei; quia (inquit) si remota pietate discutitur, in eo examine etiã iustorum uita succumbit.

Tertio ibidem super illud: Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor, ut enim (inquit) sæpe diximus, Omnis humana iustitia, iniustitia esse conuincitur, si districte iudicetur, prece ergo post iustitiam indiget, ut quæ succubere discussa poterat, ex sola iudicis pietate coualescat.

Quarto ibidem, Verebar omnia opera mea, sciens quia nõ parci delinqueret. Ecce uir sanctus in openibus omnibus nõ malis (quæ non faciebat sanctus, ut testat dominus de eo in principio libri) timet, & deliquisse se sentit, ac minus se uulerim, ignoro.

Quinto ibidem, si fulserint uelut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus tinges me &c. Grego. Quia quousq; poena corruptionis astringimur, quantumlibet rectis operibus, ueram munditiam nequaquã apprehendimus, sed imitatur. Et infra quamuis per studia recte operationis exercet, in tua tamẽ notitia uideo, quia mundus non sum. Et in fine moralium: Quis inter ista remanet salatis locus, quando & mala nostra pura mala sunt, & bona nostra, quæ nos habere credimus, pura bona esse nequaquã possunt. Vides ergo, omne opus bonum esse partim malum, etiam in tantis uiris, immo quod amplius est & mirabile, quomodo potest utrumq; uerum esse, quod lob sese confitetur peccatorem per totum librum, quẽ deus in principio eximse laudat & iustum pronunciat. Neq; enim deus mentitur, neq; lob mentitur, quẽ non mentiens deus, utiq; de ueritate laudat. Est ergo uerissime peccator lob, sicut uere confitetur, est etiam uerissime iustus, sicut deus eum cõmendat, quomodo hæc cõueniunt nisi quod reuera peccator fuit, sed sola dei ignoscente misericordia iustus.

Dicunt autem hic quidã, uerum quidem est. Nullus est iustus si cum dei iudicio comparetur, immo inquit, sic nec angeli iusti sunt. Respondeo, hoc ultimum blasphemum est, quia deus mirabilis est in beatissimis (ut apostolus ait) nec eorum iustitia, nostræ iustitiæ modo pensanda est. Sunt enim plene & parte iusti,

Grego. p. 31

Electus orat  
pro impietate  
sua.

Grego. Job. 9

Oia humana  
iustitia, iniu-  
stia est eõ-  
uincitur.

Grego. p. 31

Omne opus  
bonu est par-  
tim malum.

Nota, qd. Job. iustus dicitur

ibidem

re iusti, etiam dei iudicio: uerum nos, quia in peccato nati, & peccatū uelut naturam indati, sine peccato non sumus, donec similes angelis erimus.

Primum autem pro me facit, nam ideo dixi, nullum esse peccatū natura sua teniale, sed omnia damnabilia, quae autem uenialia sunt, dei gratiae (quae magnificanda est) tribuendum est, ideo ne paruipendatur diuinae maiestatis misericordia, necesse est uenialia peccata maximi facere.

Rationem etiam addemus doctorum.

Necesse est hoc mandatum impleri, Diliges dominum deum tuum ex toto corde, ex tota anima tua, ex totis uiribus, ita ut nec lora nec apex praeuertatur. At cum ex apostolo Rom. vii. probauerimus peccatum & concupiscentiam in membris repugnare legi dei, clarū est, quod nec ex toto corde, nec ex tota anima, nec ex totis uiribus diligere ullus possit, ubi enim concupiscentia in corde, in anima, in uiribus est, ibi non totum cor, non tota anima, non totae uires diligunt, ac per hoc tantū peccant, quantum ibi reliqua est concupiscentia, seu peccatum, atque sic deus hoc praecepto omnes sub peccato tenet coelusus, ut omnium misereatur.

Verum inuenerunt hic glossam, qua in mille annis uix data est pestilentior, scilicet, quod deus non requirit perfectam impletionem huius & similibus legum, cum Christus clare dicat, nec lora nec apicem a lege praeterenda. Ideo timendum est istos doctores esse inter eos, quos describit Christus d. Qui ergo solue rit unum de mandatis istis minimis, & sic docuerit homines, minimus uocabitur in regno caelorum. Non ergo dicendum est, deus non requirit perfectum mandatum, hoc enim est mutare mandatum dei, sed ignoscit quod minus facimus. Non autem ignoscit stertentibus, sed operantibus, timētibus, & cum lob dicentibus, Verebar omnia opera mea, sciens quoniam non parcis delinquenti, illi uero docent, quod parcat delinquenti, dum dicunt non requirit. Caue ergo ne putes a te non requiri totum mandatum, ne forte ignores te quantum debeas deo, ac per hoc superbias ac repidus fias, gratiam eius fastidians, ad quam te quae maxime urget uoluit mandato tibi impossibili.

In fine iterum induco orationem dominicam, quae sola plus & melius erudit animam de lib. arb. gratia, & peccato, quam omnes recentiorum theologorum libri & argutiae disputationum.

Qui ergo orat, Sanctificetur nomen tuum, petit sine dubio quod non habet, non enim sanctis uerbis apud deum laedere licet. Si non habet, ergo pollutor nominis dei. At nomen dei non sanctificare, sed polluere, leue existimamus?

Ita qui orat regnum dei aduenire, quod est iustitia & pax & intra nos (ut Christus & Paulus docent.) Nonne constitetur se iniustum & iustitia indigentem? At haec orant, non nisi filij dei iusti & sancti.

Ita qui dicit, Fiat uoluntas tua. Nonne rebellem se deo esse constitetur? An non est peccatum dei uoluntatem non fieri? Vbi nunc liberum arbitrium? An non hic de se desperat, ad solam gratiam confugit, non nisi peccatum sibi tribuit, & impossibilia mandata dei sibi esse constitetur? Vbi hic est facere, quod est in se, quando iusti orant, & peccatores sese totis modis constitentur? Ita in omni ore haec oratio uoluitur. Et adhuc theologi liberum arbitrium, peccatum, gratiam, tot studijs & questionibus non inuenerunt, quid faciant aut pollint. Recte ergo dixi, oportere hominem, de suis operibus diffidere, & remissis manibus & pedibus, gratiam uelut paraliticū operum artificem implorare, licet hanc sententiam Ecclesius cum factiolis suis in singulare suae incitiae argumentū damnauerit.

Yy Facessant

Sancti in cor  
lo sunt plene  
& pure iusti

Nullus p... v... d... s...

Nemo potest  
hic deum dili  
gere ex toto  
corde.

Quomodo A

Glossa per  
nicola.

Quod non dicitur...  
Christus...  
v. 10 / 7 55

Quibus deus  
ignoscit.

Vna uoluntas...  
Sancti

Omnes polli  
mus nomen  
dei.

Contra libe  
rū arbitriū.

Quod quod...  
in... dicit

Diffidendi  
de proprijs  
operibus.



Facessant ergo nugæ & argumenta humana, quæ dicunt, unus & idem actus non potest esse acceptatus & deacceptatus, quia esset bonus & non bonus.

Hoc enim subtilitatis Scotica induco, ut ostendam quæ longe absint a ueritate, dum res istas diuinas humanis rationibus incipiunt metiri. Nam nisi scripturæ ueritatem ignorarent, ista non dicerent. Et si recte intelligerent materiam gratiæ, peccati, & lib. arbitrij, non istas cauillationes, pro bonis rationibus ducerent.

*Iste actus acceptatus & non deacceptatus.*

Dico ergo, Idem actus est acceptatus & non deacceptatus, quod autem non deacceptatur (oportet enim eorum uerbis uti) non est bonitas actus in causa, sed ignoscencia diuina, quæ nisi esset, nullus esset acceptatus. Quare satis patet, quod sunt ignari diuinæ misericordiæ, ac per hoc & Christi, dum opus bonum inueniunt acceptatione dignum, sine misericordiâ ignoscente.

*Quis est filius dei & peccat.*

Dicerent rursus, Cur ergo, j. Ioan. v. dicit: Qui natus est ex deo, non peccat est, quod peccat, sed quia ignoratur ei, ideo uere etiam peccans non peccat, nisi si Paulus non fuit natus ex deo. Rhoma. vii. ubi seruire se dicit legi peccati, aut ipse Ioannes mentis est contra seipsum, ubi dicit: Si dixerimus, quia peccati non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Sequitur exposito & concordia quam dedit. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, si delictis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra. Sic consentibus remittit & facit, ut peccatores non sint peccatores. Negantibus autem reseruat & facit ut iusti non sint iusti. Proinde distinctio iusti in hac uita est hæc. Iustus primo accusator est sui, ideo iustitia Christiana est accusatio sui. Quæ cito perit accusatio sui, statim recedit quoque iustitia. hos confessores Christus geibat in triumpho suo, Iesus Naqarenus Rex Iudeorum, id est, confessorum, hoc est uerbam beati num & suauem, quod Apostolus. j. Timoth. j. iucundissime resonat, fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.

*Distinctio iusti.*

Igitur stat mea secunda proposito, & claret quomodo peccatum remaneat post baptismum, & in omni opere bono sit peccatum (si misericordiâ non succurrerit) mortale, & nullum esse natura sua ueniale. Quare iterum stabilitur, quod multo magis actus impiorum, sunt mere mali, & sic omnis actus aut bonus aut malus contra determinationem concilij Constantien. id est Thomistarum, quos ibi regnasse apparet.

*Determinatio concilij Constantien. Thomistarum.*

Ex his etiam inferitur, lib. arbitrium esse mere passiuum in omni actu suo, qui uelle uocatur, & frustra garriri distinctione sophistarum actum bonum esse totum a deo, sed non totaliter. Est enim totus & totaliter a deo, quia uoluntas, gratia non nisi rapitur, trahitur, mouetur, qui tractus redundans in membra, & uires seu animæ, seu corporis, est eius actiuitas, & nulla alia, sicut tractus ferre secantis lignum, est ferre mere passiuus a sectore, nec ad tractum suum quicquam cooperatur, sed tamen tracta iam in lignum operatur, impulsus magis quæ impellens, quæ ferratio opus eius cum serratore dicitur, cum tamen mere patitur, sed de hoc suo tempore latius.

Conclu,

## CONCLV. III.

QVI OPVS BONVM AVT POENITENTIAM, A PEC-  
catorum detestatione ante dilectionem iustitiæ incipi, nec in eo pecca-  
ri asserit, hunc inter Pelagianos hæreticos numeramus, sed & contra sa-  
crum suum Aristotelem desipere probamus.

Ista conclusio ex præcedentibus firmiter probatur. Si enim verum est, adeo  
nullum opus bonum ante gratiam fieri posse, ut nec in gratia pure bonum fiat,  
Poenitentia autem, bonum opus nimirum sit, necesse est eam gratiam præueni-  
ente inchoari. De poenitentia enim salutari loquimur, non de poenitentia lude-  
aur damnatorum.

Est ergo expresse hæresis Pelagiana dicere, poenitentiam ante dilectionem iu-  
stitiæ incipi. Dilectio autem iustitiæ, gratia dei est, non natura. Verum ut Eccia-  
næ propositionis impetatem manifestius uideamus, rem paulo altius incipia-  
mus.

Docui ego in resolutionibus & sermone de poenitentia, peccatorum recorda-  
tionem ante amorem iustitiæ nemini esse salutarem, sed noxiam, ideo primum  
conandam, ut iustitia diligatur, tum amore iustitiæ peccata detestentur. Quam  
doctrinam, Ecciana molestia, non hæreticam quidem nominauit, sed euange-  
lio & sanctis patribus contrariam asseruit, Ideo magnifico titulo suis propositi-  
onibus præfixo, contra nouam doctrinam (eadem modestia, se disputaturum  
ebuccinavit.

Age Paulum apostolum uideamus, qui Rom. iij. dicit, lex iram operatur, ubi  
enim non est lex nec preuancatio, Et. v. lex subintrauit, ut abundaret delictum  
Et Gal. iij. Lex propter transgressionem posita est. Et. j. Corin. xv. Virtus pecca-  
ti lex. Quibus omnibus id uult apostolus, q̄ per legē peccata potius auferant q̄  
tolluntur, & concupiscentia magis irretitur, quo magis prohibetur; sed omniū  
manifestissime Ro. vii. occasione accepta, peccatum per mandatum, operatum  
est in me omnem concupiscentiam. Stat ergo sententia, Q. sine gratia, lex occi-  
dit & auget peccatum, & si foris cohibet manum, tamen intus eo magis inuitū  
accendit animum. Cum ergo peccator ante gratiam iustus peccata sua discutere  
necessario legis dei memor sit, contra quam peccauit, necesse est, ut concupiscen-  
tias refricet, & legem odiat, quam sola gratia diligere facit. Ita sit, ut hypocrita si  
at & peior q̄ prius, dum simulat se odisse peccata, quæ uerē, nec odit nec odisse  
potest, nisi legem prius dilexerit, immo plus iam diligit peccata q̄ prius, atque  
idipsum si auderet, sine dubio fateretur & ipse. Quare istis pestilentibus & hæ-  
reticis doctrinis, repletur ecclesia hypocritis, dū raro de dilectione iustitiæ, semp  
autem de odio peccati docent, nec quomodo ad odium peccati perueniatur, aut  
sciunt, aut docent.

Et quid moror? Cum ipse Eccianus concedat, lib. arbi. ante gratiam non ua-  
lere nisi ad peccandum, qua insania dicere audeat in ista Pelagiana propositione  
q̄ non modo non peccet, sed secundum euangelium, & secundum patres agat,  
qui poenitentiam a detestatione peccati incipiat, hoc est, a peccando poenitere  
incipiat, cum ante gratiam, non nisi peccare deus in homine. Deinde etiam  
scholasticorum sententia est, contritionem fieri oportere in charitate, ergo cha-  
ritas

Dilectio iustit  
iæ est gratia  
dei.

Per legē pecc  
cata auferunt.

Contritio fit  
in charitate  
eius secundū  
scholasticos.

hinc 475  
Gal. 3  
107 15  
Rom. 11

ergo quando lib. arbi. ante gratiam non ualet nisi ad peccandum

Yy ij

ritas prior contritione. At charitas amor est legis, & uoluntatis diuine. Q. si & ipse suam propositionem intelligit de peccatorum detestatione ex charitate fluxente, Quae est ergo impudentia & temeritas, hoc appellare doctrinam nouam, & contrariam euangelio & sanctis patribus; quare dico: Si propositionem suam meae uult esse contrariam, haereticam, Pelagianam tenet sententiam: si consensuam, temere & stulte eam nouam doctrinam, & contra euangelium esse iactat.

Deinde nec Aristotelem suum intelligit, qui & ipse, licet caecus gentilis, acutus tamen Eccio meo uidit, omnem actum uirtutis ab electione libera & uoluntate ac amore proficisci, atque priuationem nec nosci nec odiri posse, nisi cognita & amata re positina, peccatum autem priuationem esse omnes dicunt, iustitiam autem rem positiuam.

## CONCLV. IIII.

DEVS MUTAT POENAM AETERNAM IN TEMPORALEM, scilicet crucis portandae, cuius canones, aut sacerdotes, nec statum eandem, nec auferendae habent ullam potestatem, quaequam id, ab adulatoribus noxijs seducti, praesumere possunt.

Huius propositionis nullam adhuc confutationem audiui, nisi quae in contraria Eccij conclusione, dicitur hoc esse repugnans scripturae & usui ecclesiae, uerum an aliam ille scripturam & ecclesiam habeat, ignoro, forte ecclesiam malignantiu, & eius abusum intelligit, & scripturam, bullas & literas eorum.

Mihi sufficit, quae ecclesia in his quae deus uult & facit, prorsus nihil possit, praeter orationem, clauis habet, quibus utitur in terris, Nec uideo quomodo ligare aut soluere possit, cuius prorsus nullam potest habere notitiam, cum usui clauis necessaria afferatur scientia, De ijs abunde in resolutionibus meis, quas ubi conseruatas uidero, cedam.

## CONCLV. V.

QUILIBET SACERDOS DEBET ABSOLVERE POENITENTEM a poena & culpa, aut peccat, & peccat, superior praelatus si occulta sine causa referuat rationabilissima, quantumlibet usus ecclesiae id est, adulatorum resistit.

Non quod sic  
sed quod fieri  
debet ad  
uertendum.

Et hanc usui sanctae matris ecclesiae aduersam Ecciana arguit propositio. Ego uero, non quid fiat, sed quid fieri debeat, disputo, quod autem sacerdotes restringuntur per episcopos, & episcopi per Papam, quo minus id possunt, quod debet quo iure id fiat, fateor me ignorare: uisum uideo, ius quareo, ius in christi diuinum. Nam humanum & usum pro eodem accipio. Cum enim presbyteri & episcopi iure diuino sint idem, & olim idem fuerint, dum populorum curam haberent, praedicando, & ministrando, non uideo, quo iure episcopi relicto officio presbyteris, ius tamen presbyterorum secum ascendentes sustulerunt.

Iuramentum  
episcopi faciunt  
pro pallijs.

Multa sunt & alia in iure & usu ecclesiae, quae non capio, quomodo fieri poterunt: Quale est iuramentum episcoporum, quod pro pallijs praestare cogunt, & iuramentum seruinitatis in quibus Romae capiuntur, Qualis est mensis papalis & gratiae expectatiuae. Quales referuatiões casus, & infinita his similia, quae fiunt quidem sed contraria fieri debent.

Conclu

## CONCLV. VI.

FORTE SATISFACIUNT ANIMAE IN PURGATORIO pro peccatis, sed quod deus a morituro plusquã uoluntariã mortem requirat, uanissima temeritate asseritur, quia nulli smodis potest probari.

Ethanc nemo adhuc tetigit, & abõde factis de his rebus alsibi scripsi, nec multum nocet, q̄ Ecciana propositio, erroneum dicit, quicquid hæc mea propositio statuit, quia multi multa loquantur, ne ergo eadem repetam, illuc remitto ubi dixi.

## CONCLV. VII.

NEQVE QUID FIDES, NEQVE QUID CONTRITIO necq̄ quid liberum arbitrium sit, ostendit se nolle. Qui liberum arbitriũ actuũ suorũ, siue bonorũ siue malorũ, dñm esse balbutit, aut non sola si de uerbi quem iustificari, aut fidẽ non tolli, quolibet crimine somniat.

Tres errores Eccianas hic signaui.

Primus, q̄ liberum arbitrium sit dominus actuum suorum, q̄d una solus Apostoli autoritas factis confutat, Ro. vj. Fuitis serui peccati, liberati autẽ a peccato, serui facti estis iustitiæ. Ita in quocunq̄ uitæ statu sumus, serui sumus, seu concupiscentiæ, seu charitatis, utraq̄ em̄ dominabitur lib. arbitrio, sic Christus Ioan. viij. Qui facit peccatum, seruus est peccati, ita & Petrus. ij Pe. ij. a quo em̄ quis superatus est, huius & seruus est.

Si dices, Est tamen aliquo uerum sensu, lib. arb. esse dominum, non excludẽdo gratiam. Respondeo, siue sit sensus siue non, theologum docet loqui ad usum theologiæ & sacre scripturæ. Et cum in suas repetas loquendi regulas cogant omnes Christianos, cur tam liberi sunt contemptores, regulæ diuinæ? Fateor liberum arbi. posse dici dominum, principem, episcopũ, regem, & alia quæcunq̄ sed hæc periculo gratiæ dei, & scripturæ intelligendæ dicuntur, quæ seruitutis uocabulo nos signat, & qui aliter lib. arbi. intelligit, non intelligit.

Alter error, magis noxius, & qui euidenter indicet, Eccium meum nescire, quid fides sit, dum negat per eam solam iustificari hominem, sed nec quid sit iustificari intelligit.

Dicimus ergo cum Paulo, Ro. j. Iustitia dei reuelatur in illo ex fide in fidem, sicut scriptum est; iustus ex fide uiuet. An Apostolus ab Eccianis docẽdus fuit, ut glossam illam mirabilem adderet, sed non ex sola fide? Item Ro. x. Corde creditur ad iustitiam uide, ut hic soli fidei tribuat iustitiã, adeo ut solum cor nomen nec, cæteris membris quæ operentur, tacitis. Ore inquit, confessio fit ad salutẽ sed ubi iam iustificatus est per fidem.

Dicam ergo, ut nugas istas insulsas sophistarum præteream, Nulla opera iustificat, seu iustum faciunt, sed sola fides; iustificatus autem facit opera; sic enim habet sensus scripturæ, ut iustificatio sit prior operibus, & opera fiant a iustificatis. Non enim, ut errat Aristoteles, iusta faciendo, iusti efficiuntur, sed iusti facti, operamur iusta, sicut non sit episcopus, opera episcopi faciendo, se episcopus

Yy iij pus

Opera nō iustificat.

Opera nō iustificat.

Opera nō iustificat.

Lib. ar. nō est dñs suorum actuum.  
Rom. 16  
July 18  
2 p. 2  
Rom. 1  
x

pus factus facit opera episcopi. Sic non opera fidei, faciunt fidem: sed fides facit opera fidei. Inde est, quod deus respicit primum ad Abel (in quo sibi placet) & sic tandem ad opera. Hoc est quod uult Apostolus, quod sola fide iustificamur, non operibus, licet opera iam iustificati non omittamus. Et inde latius audeo dicere, quod lex iusto non est posita: quia iam iustus ex fide, non eget lege, sed sua sponte facit opera. Hunc loquendi & intelligendi modum in operibus suis submersi, nunquam intelligunt sophistae huiusmodi. Nam quod Ro. ii. dicit: Non auditors legis, sed factores legis iustificabuntur, loquitur quod reputantur iusti, non quod per opera iustificentur, atque facere legem, est implere legem, quod est credere in Christum. Quod autem Iacobi apostoli epistola inducitur, Fides sine operibus mortua est primum stilus epistolae illius longe est infra apostolicam maiestatem, nec cum Paulino ullo modo comparandus. Deinde de fide uisum loquitur Paulus. Nam fides mortua non est fides, sed opinio. At uide theologos, hanc unam autoritatem mordicus tenent, nihil prorsus curantes, quod tota alia scriptura fidem sine operibus commendat, hic enim mos eorum est una abrepta oratiuncula textus, contra totam scripturam cornua erigere. Debebant ergo hi, qui titulo theologiae insistantur, discere primum quid esset fides, & opera iuxta scripturas, ac non mox damnare quicquid contra suas opiniones inueteratas offendifsent. Quod si populus his offenditur, suis impudent infelicibus studiis, quod populus non doceret intelligere uerba dei, & tropos scripturae necessarios ad salutem: ipsi autem res sunt scandalorum huiusmodi. Multo periculo praedicantur, opera praefide, si des autem sine opere nullo periculo praedicatur, propterea quod facilis est, & propter cuius populus in fiduciam operum, & opera facile praeponderat fidei. ubi autem pura fides recte docetur, sponte sua, & sine periculo uenient opera, dum didicerint, maiorem uisum, immo totam in fide positam, quae faciat opera. Horror est intendere, quae ignari sint etiam theologo, nedum populi in cognitione fidei, quam profitentur, adeo ecclesia repleta est, iactantia operum exteriorum, ut Christus de nostro tempore dixisse uideatur, filius hominis cum uiderit, putas inueniet fidem in terra: Breuiter, Cum fides sit eadem & bona opinio de deo: Opinio autem que libet per se solum hominem trahit in opera: Non est dubitandum, quin omnia opera faciat, qui fidem habuerit. Si enim opinio & amor mulieris, non finit esse ociosum, sed sine lege & magistro facit plura, quam postuletur, quomodo non fides, multo magis idem praestet: Mundus regitur solis opinionibus, & sola fide non possit regi Christianus: Denique quis debet sophistas theologos, tot & tanta facere, pati cogitare, uisitare pro opinionibus suis: Nonne sola affectio opinio nis suae. Sed alias plura.

Populus pro  
clius in fidu  
ciam, operu.

Quid fides.

opinio

Exemplum

In sophistas.

Tertius error impiissimus, quod fidem non tolli quolibet crimine dicit, cum si des sit iustitia, crimen autem contrarium iniustitia. At scio quod mihi commentum de fide infusa, & acquisita obijciat, sed non quid hoc est boni uiri nedum theologo officium, scire alicuius propositionem esse ueram, & in alium se sum querere, quae eadem garriat esse falsam, & ita ad uocem, & uocabuli equiuocationem ueritatem calinieris: quae eximia uero theologia haec est, ut hanc, Canis est animal latrabile, oppugnes & dicas, Contra



Contra, Canis est sydas cœleste, cum scias certissime canem ab illo aliter acceptum, q̄ abs te.

Ista sophistica & odibilis duplicitas, seu rectius multiplicitas, cui nō odiosa sit in Protheo, nedum in theologo? Verum quando Eccius titulo præfixo contra nouam doctrinam disputare se dicit, intelligo eum pro simplicitate theologica, non de alia fide loqui, q̄ ego locutus sum, alioquin non contra meam nouam doctrinam loqueretur, & titulus mentiretur. Ideo dico, q̄ sua hæc contraria propositio sit omnium quas uiderim unquã, hæreticissima & impiissima, ut quæ fidem solam iustificatricem, contra Paulũ apostolum & euangelium Christi neget, & eam nullo crimine tolli affirmet. Deinde liberum arbitrium actiũ domini contra scripturas defendit.

## CONCLV. VIII.

VERITATI ET RATIONI CONTRARIVM EST QVI  
dem, inuite morientes deficere in charitate, idcoq̄ pati horrorem purgatorij, modo ueritas & ratio sit idem, quod opinio theologistarum.

Hæc nullum adhuc habet confutatorẽ, & de eadẽ multa in resolutorijs dixi, ne sim tedio, repetere nolo.

## CONCLV. IX.

ANIMAS IN PURGATORIO ESSE CERTAS DE SA  
lute sua, nec gratiam in eis augeri scimus a theologis asseri, sed mira-  
mur doctissimos uiros, quod huius fidei suæ rationem nec stulti ueris-  
simam reddere possunt.

Hanc multis impetijt Eccius, sed nihil effecit, cum nullus hominũ scire possit quid cum animabus agatur in purgatorio. Hac ignorantie professione, facile eludo omnium contraria argumenta, q̄ nullus possit docere, quod nec uidit, nec audiuit, nec in cor hominis ascendit. Opinari possimus de ijs & similibus, quã-  
tum uolumus, sed solis theologis conuenit, ut quæ opinionibus sunt, pro articu-  
lis certissimis fidei iactent. Ad argumenta uero, quorum caput est & una uirtus illud, hic omne meritum comparari, non illic. Respondi satis in resolutorio, nec ego eas mereri dixi, sed gratiã non augeri, & in statu merendi non esse eas, dixi, nondum demonstratum esse, postq̄ fuerit demonstratum, cedam.

De purgato-  
rio nihil hor-  
mo scire pos-  
teat.

## CONCLV. X.

MERITVM CHRISTI ESSE THESAURVM ECCLE-  
siae, & sanctorum meritis nos iuari, certum est: Esse autem thesaurum indulgentiarum, nemo nisi fedus adulator, extrauagantes a ueritate, & tictæ quædam ecclesiæ præces aut usus simulant.

Yy iij

Hic

Papa non potest articulos fidei condere sed eos de clarare.

Hic forte propter illam declaratoriam Leoninam addenda sunt quedam ista, quae copiose in resolutionibus dixi. Primo, quicquid sit de extrauagante illa & declaratoria. Certum est in manu ecclesiae, aut Papae prorsus non esse articulos fidei statuere, immo nec leges morum seu bonorum operum, quod haec omnia in sacris literis sunt tradita. Ideo reliquum est, ut articulorum declarandorum tantummodo potestatem habeat, deinde caeremonias ordinare ad externam speciem ecclesiae dei, quas rursus destituit, si pietatis ratio postulet.

Deinde in declarandis fidei articulis, oportet ut non eos adhibeat, qui humanis traditionibus, iuribus & opinionibus sunt exerciti, nisi nihil boni declarabit, sed theologos insigniter eruditos, uitaque probatos, ut & Ioan. Gerson confert.

Ecclesia non deserit a spiritu Christi.

Non sicut hodie errant quidam pontifici adulatores, qui sine literis, sine ratione bonae uitae, pronunciant de capite suo, uelut certi, qui spiritus sanctus eos regat. Patemur ecclesiam non deserit a spiritu Christi, sed ecclesia sibi non intelligitur a Papa & Cardinalibus, aut etiam concilio. Ideo ponenda est ista stulta fiducia praesentis spiritus, securitasque pronunciantis, & cum timore consultis sacris literis res gerenda.

Merita Christi sibi quid sint.

Nota

Secundo dico, Quae merita Christi sunt spiritus & uita, sunt graua & ueritas, ut Ioan. j. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, cum autem in nullius hominis potestate sit, gratiam & ueritatem, spiritum & uitam tribuere. Ideo non poterit Papa uel ecclesia a merita Christi dispensare, i. gratiam & ueritatem, & hanc sententiam ita teneo ac tenebo, etiam si angelus de caelo, nedum Papa aliud dixerit. Quandoquidem & uniuersa ecclesia, omnesque in unum doctores negent gratiam dei per hominem dari.

Merita Christi non possunt applicari.

Nota

Quae si dixeris, applicare tamen potest merita Christi, quo uoluer. Respondeo, Merita Christi sunt gratia & ueritas, siue dentur, siue uendantur, siue dispensentur, siue applicentur. Non enim sunt aliud, quam merita Christi, in quocumque eorum usu, ideo sicut nec dare, ita nec applicare ea potest homo, dicas quid uelis.

Rursum dices ministerialiter dat merita Christi; Haec concedo, sed non pro indulgentiis, quia indulgentiae sunt contrariae meritis Christi. Merita Christi sunt gratia & ueritas, quae faciunt meliorem in spiritu, & sanctiorem eam qui consequitur. Indulgentiae uero nihil boni conferunt in spiritu, sed remittunt bona spiritus contra merita Christi. Quare ipsi uiderint sua uerba & usum suum; Ego, salua eorum reuerentia dico, quod ut uerba sonant: Merita Christi non esse posse thesaurum indulgentiarum, sed contra thesaurum impositionum, & poenarum ferendarum, omnino contraria indulgentiis.

Ideo fateor ea conferri ministerialiter in absolutioe culpe, ibi enim res spiritus agit sibi merita Christi operantur ad uerbum sacerdotis, si credat peccator, alias nequaquam.

Quare declaratoriam illam non dano, sed suo sensu eam relinquo. Si autem apta fuerit, ut contra praedicta militet, respuo, & postulo, ut reddatur ratio dictorum. Deinde ostendatur potestas faciendi articulos fidei, aut proficeretur probata reuelatio, nudis uerbis prohibet me Paulus credere.

#### CONCLV. XI.

DICERE INDVLGENTIAS ESSE BONVM CHRISTIANO, est insanire. Sunt enim uerissime operis boni uitium: & improbare indulgentias, debet Christianus ob abusum, quia dominus dicit Propter me deleo iniquitates tuas, non propter pecunias.

Propheta

Propheta, Pſal. xliij. appellat infantias falſas hominum doctrinas, quibus colitur deus, contempto eius mandato: quanto magis infaniunt ij, qui cum indulgentiæ ſint remiſſiones bonorū operū, & ſalubrium pœnarum, audeāt hæc bona proſiteri Chriſtiano, cuius bona ſunt, eſſe plenum bonis operibus & pœnis crucis, imagine domini ſui Chriſti.

Deinde ſemper ſunt uitium operis, dum nō daretur id quod datur, niſi indulgentias ſcirent reddendas, ita propter malum ſuum, ſeu minus bonum, faciunt bonum ſuum, ubi certum eſt, quod non queritur deus, ſed ipſe homo.

Tenta & uidebis me uerum dicere: Nam in Italia ubi gratis ſunt indulgentiæ paſſim expoſite, nemo eas curat: in Germania contra, niſi des, eas nemo tibi dabit. Ita mirū eſt ingeniū indulgentiarū, q̄ aliter i Italia, aliter in Germania regnāt.

Hanc propoſitionem Ioan. Eccius Lipſiæ impugnavit, ſed ita, ut in ſibi illū peccato ne ſerint uniuerſe indulgentiæ, neq̄ ipſe em̄ uſus eſt eas magnificere, atq̄ utinam iam diu ſic fuiſſent commendatæ, ſicut ab Eccio noſtro ſunt commendatæ minus rapinarum, & ſpoliorum Romana auaritia tuliffet & Germania, tum nō ita iriſſent Germanorum barbaram ruditatem Romanenſes populorum illuſores, Cætera in reſolutorio.

Indulgentiæ  
aliter i Italia  
aliter in Ger  
mania reg  
nant.

Ecce q̄ indulgentiæ

## CONCLV. XII.

PAPAM POSSE REMITTERE OMNEM POENAM pro peccatis debitā huius & futuræ uitæ, & quod indulgentiæ pſunt nō criminofis, ſonniāt ſecure indoctiſſimi ſophiſtæ, & peſtiferi aduſatores, non tamen uel nutu poſſunt oftendere.

Et hanc nemo aggreſſus adhuc, quem uiderim, præter propoſitionis Eccianæ uentum, ad quem non eſt ſecuta plura. Verum quia & hæc eſt contra nouiſſimam declaratoriam, quæ dicit, Eccleſiam remittere pœnas pro peccatis ſecundum iuſtitiam diuinā requiſitas. Hic dico, Sæpius dixi, Eccleſiam niſi hil poſſe contra iuſtitiam diuinam præter orationem, niſi æquiuoce iuſtitiam diuinam accipias.

Eccleſia niſi  
poſſet contra  
iuſtitiam di  
uinam præter  
orationem.

Nam mihi nullum dubium eſt, pœnas quas eccleſia requirit a peccatore, ſi mul requirit a iuſtitia diuina, per pactum quem fecit cum eccleſia dicens, Quod eunq̄ ligaueris ſuper terrā, ligata erunt, & in cœlis. Vbi clare dicit largiri apud ſe, quod in eccleſia ligatū eſt, & ita conſonat iuſtitia eccleſiæ & dei ſuper peccatore. Verū hoc modo non habet uſus loquendi, qui per iuſtitiam diuinam inteligit aliā ſecurum extra pactum iuſtitiam dei, ſecundum quam eccleſiam nō im poſuit, aut imponit.

De hoc dico, ſi declaratoria loquatur, non ei credā. Sinam tamen eſſe opinio nem, ſicut & ſumpta eſt ex opinionibus. Nam ut dixi, nouos fidei articulos nō recipio, a quo eunq̄ ſtatuantur, niſi aſſit probata reuelatio. Nec declaratoriam articuli cuiuſcuq̄, niſi per diuinas ſcripturas declarauerit. Quarum nec ſyllabam quidem habet iſta declaratoria iuriſtica magis q̄ theologica.

An hic mihi obſtrepunt, magnam & in fallibilem eſſe autoritatē eccleſiæ, quæ ſpiritus ſancto regatur. Deniq̄ iuxta Augu. euangelio non crederem, niſi eccleſiæ crederem. Hic ſane nouum pelagus diſputationis nauigandum eſt.

An in fallibi  
lis ſit eccleſiæ  
autoritas.

Dico ſicut paulo ante dixi, magnam & in fallibilem eſſe eccleſiæ autoritatē

Yy v tem, q̄

tem, q̄ spiritu Christi regatur, pleno corde confiteor. Sed iuris perditis quibusvis  
dam, & assentatoribus theologis, debemus hanc intelligentiam, q̄ ecclesia ibi  
pro notarijs & poenitentarijs, aut magistris pallacij papae accipitur (Nam ipsi  
Pontifices, raro has res curant) cum de uniuersali ecclesia tota loquatur, non de  
Romanae ecclesiae q̄n parua & nonnunq̄ uilissima parte. Et inde habemus etiã  
bullas & definitiones ex urbe dignas tali ecclesia.

Ad autoritatem Augu. dico primum.

Euangelio nõ  
crederem nisi  
si crederet ecc  
desia.

Esse eius uulgatam quorundam sententiam hanc: Euangelio non cre  
derem, nisi ecclesie crederem, id est, plus credo ecclesiae q̄ euangelio. Et q̄ hec eo  
rum sit sententia, ex eo patet, q̄ Papae hinc tribuunt autoritatem interpretande  
scripturae, soli etiam. Deinde eam opponunt omnibus, quos audiunt uel dubi  
tare uel reluctari pontificum uel literis uel factis.

Papã alioquã  
ponit supra  
deum.

Qua sententia, nec Lucifer ipse, nec omnes hæretici simul sumpti, damnatio  
rem, immo nec similem impietatem cogitauerunt. Nam hinc sequitur Papam  
& notarios pallacij esse supra euangelium, ac per hoc supra deum, cum Lucifer  
solum æqualis deo esse conatus fuerit. Qua sapientia noua, Papam nobis hor  
mimẽt illum statuant, de quo dicit Paulus: Qui extollitur supra omne quod co  
litur, aut quod dicitur deus. Ecclesia enim creatura est euangelij, incomparabili  
ter minor ipso, sicut ait Iacobus: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis lux. Et  
Paulus, Per euangelium ego uos genui. Vnde idem uerbum, uocatur uterus &  
uulua dei, Esa. xlvj. Qui gestamini in utero meo, & portamini in uulua mea,  
quia scilicet ex deo nascimur & portamur uerbo uirtutis lux.

Origo auto  
riatũ conspi  
cienda.

Si hoc uoluisset beatus August. sicut ei innocentissimo imponunt. Quis non  
Augustini mallet nunq̄ audiuisse nomen? Igitur ad fontem eundem est. Scri  
bit enim beatus August. contra epistolam fundamenti Manichæorũ, non Viti  
centij (ut illi dicunt) capl. v. adeo studiosi sunt tum librorum tum uerborum, ut  
nec ad originem, nec ad sensum eurent pedem mouere. Deniq̄ uerba August.  
quæ sic habent: Euangelio non credere, nisi me ecclesie cõmoueret autoritas. Il  
li Thrasones sic reddunt, Euangelio non crederem, nisi crederem ecclesie. In  
de nihil mirum, si tantum sit laboratum in huius dicti intelligentia, & tot sensu  
um riuulos inde ductos. Iustus enim labor his est, ut multis torqueant interpre  
tationibus, qui librum & autorem non dignatur lectione, sed de suis capitibus  
diuinare conantur, undeliber decerptis deprauatisq̄ dictis, intelligentiam.

Ecclesia quõ  
accipit Aug.

Primũ familiaris tropus est b August. dicere, se esse cõmotũ huius uisus auz  
toritate, sic enim Ji. j. Retra. Postea cum legissem nōnullos diuinorũ eloquiorũ  
tractatores, quorum me moderet autoritas &c.

Quid mouerit  
Aug. ad  
credendum  
euangelio.

Secundo, ecclesiam hoc loco, nec Papam, nec Romam accipit, sed per totum  
orbem diffusam uniuersalem ecclesiam, ut mox ibidem secutus dicit, Euangelio  
enim catholicis predicantibus credidi.

Est ergo argumentum, scopus, & summa Beati Augustini, eo loco, eiusmo  
di, uobis Manichæis non credo, quare? quia in Euangelio nihil de uobis ley  
go. Cum autem catholici uos per totum mundum detestentur, euangelium autẽ  
comendent mihi, & constanter ubiq̄ prædicent. Euangelio autem non credi  
dissem, nisi totus orbis tam concorditer docens, hac autoritate sua me moueret  
ad credendum, simul eadem autoritate moneat ad uobis non credẽdum, quia ni  
hil de uobis lego in euangelio, cui motus autoritate totius orbis credo.

Ex quibus clarum est Augustinũ hoc uelle, posse scilicet probari tãto omniũ  
consensu, euangelium & ecclesia, & improbari hæreses contrarias tantẽ multi  
tudini,

tudini, præsertim ubi sibi, cum quibus agitur, libros acceptant, ex quibus id probatur Hunc esse sensum b. Aug. patebit quibuslibet, qui præcedentia & sequentia cõseruet & seopã Aug. obseruant, frustra Cierfon, frustra Mayron, frustra & alij, hoc de primitiua ecclia, alia de ecclia cum Christo deo incluso intelligunt.

Nam & lib. confessionum idem dicit, se non leuiter motum ad Christi fidem, quod uideret sacris literis, a deo tantam esse datam auctoritatem, quod toto orbe haberent in summo auctoritatis fastigio. Sic hic dicit se motum, tanto per orbem populo in euangelium cõsentiente, in quo tamen nihil inuenisset de Manichæis, ideo nõ posse se Manichæis credere, quos illi detestaretur, quos euangelium uidebat ita recipere, ut eorum moueret auctoritas ad credendum hoc esse euangelium. Nec hoc ergo recte dicitur, quod approbante ecclia euangelium noscatur, cum de approbatione Aug. nihil dicat, præsertim si Ro. ecclesiam inteligas, sed de multitudine totius orbis, quæ res nõ leuis est auctoritatis, cum sine dei maximo miraculo fieri, tot resistentibus tyrannis, tot morientibus Christianis, nõ potuisset, ut euangelium sic maneret, & cresceret. Si enim hoc non uidisset fieri, euangelio non crederet.

Quid hoc? An non crederes etiam si totius orbis infans contra euangelium? Dixi ergo, quod magis loquitur de conuincendis hæreticis, & probanda fide catholica, (hoc enim tunc agebat, quam de sua propria fide, quæ non ullorum auctoritate, sed spiritum solo dei oritur in corde, licet per uerbum & exemplum moueatur homo ad eam. Sed quia hæreticis hoc exẽpio pro fide fortiter resistit. q. d. fides, quam habeo in euangelium, non possem ita iteri contra uos, nisi ecclie ista moueret auctoritas. Et est simile, sicut deo nõ credidissem, nisi Paulo prædicanti credidissem, quia fides non nisi ex auditu. Quomodo enim credent ei, quæ non audierunt? Ita probatio fidei nõ nisi ab exemplo totius ecclie per orbem, quod est persuasione etiam si solus fortissime credat, nisi pferat & alioũ exemplum, & hoc quo poterit potentissimum?

Igitur nõ credere, necessario intelligit, id est nõ possem persuaderi & persuadere ad credendum, alioquin falsissime diceret, cum solus spiritus sanctus faciat credere quæcũque.

Atque iterum simile est, Ioan. dicit, Qui non diligit fratrem, quem uidet, deum quod potest diligere, quem non uidet, cum sit impossibile fratrem diligi, nisi in deo prius dilecto. Est ergo sensus, non probatur diligere deum quem non uidet quod non ostendit se diligere fratrem quæ uidet.

Vides ergo quod longe abierint ab Aug. quod hunc tropum nõ obseruauerunt, & quod inepte ad Ro. pontificem & ecclesiam Ro. ista directa sint.

Dicis iterum, Christus rogauit pro Petro dicens, ut non deficiat fides tua. Si deficere accipitur latino tropo, manifestum est Petri fidem defecisse, quoniam cecidit negato Christo. Quare Petri fides tum nõ in Petro, sed in uirgine Maria misit & in latrone dextro orta est. Eadem enim est Petri fides, quæ oim, sicut Aug. de trinitate dicit, lib. j. Hæc mea fides est, quoniam hæc catholica fides est. Atque hoc modo fides Petri nihil ad Ro. ecclesiam, quod sensus est, Fidei Christi (quæ totius ecclie fides est) quæ tunc in Petro fuit, nunquam defecuram.

Si autem Hebræo tropo deficere accipitur, pro finiri ac penitus cessare, nec aliquando reparari, clarum est, Petri fidem cecidisse quidem, sed non defecisse quia reuera est a lapsu, Verum ex hac personali fide, nihil pro ullo episcopo infertur, nec aliquid ad successorem pertinet de hac fide, quantum uerborum proprietates facit.

Conclusio

Appl. H. g. p. l. m. s. s. Episcopo J. C.

Episcopo J. C.

Non credent  
id est nõ p. ost  
sem. persuadent  
ad credendum

Episcopo

Fides Petri  
fides nõ defecit



ROMANAM ECCLESIAM ESSE OMNIBVS ALIIS  
superiorem, probatur ex frigidiss. Rho. Pon. decretis, intra. cccc. annos  
natis, cōtra quæ sunt historię approbatę M. c. annorum textus scriptu  
ræ diuinx, & decretum concilij Niceni omnium sacratissimi.

Hanc edita resolutione aliquāto declarauit, plura dicturus futuris aduersarijs  
Interim, quia scandalosa est propositio in auribus pietatis, id est inuidiæ & in  
perbiæ, pauca iterum ne nuda prodeat, addam, pro quo primum probō, quam  
libet ciuitatem habere debere episcopum proprium iure diuino, quod ex Paulo  
Tit. j. ostendo dicente, huius rei gratia reliquit te Crete, ut quæ desunt corrigas  
& constituas presbyteros per ciuitates, sicut ego disposui tibi. Hos autem pres  
byteros esse episcopos, testatur Hierony. & textus sequens ostendit dicēs, oport  
et enim episcopum esse reprehensibilem &c. Sed & b. Angu. epistola. xxxix. ad  
Hieron. Episcopum descripturus, rationem addit & dicit: Erat enim ciuitas, q.  
d. non erat simplex presbyter, sed episcopus de quo loquor, quia erat ciuitas cōs  
precrat.

Secundo suppono.

Christum habere, aut aliquando habuisse Christianos in omni termino terrę  
ut in extrema parte Indiæ, & Aethiopiæ, & alijs finibus iuxta Psal. ij. Possessio  
nem tuam terminos terrę, & lxxj. Dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumē  
ne usq; ad terminos orbis terrarum;

Tertio suppono.

Fideles Christiani posse esse perfectos, & pauperes relictis omnibus suis res  
bus, ita ut nihil proprij habeant.

Tunc arguo.

Dentur hij fideles in extremo aliquo termino terrę, perfecti & pauperes, cre  
dis ne Christum, qui legem suam uoluit esse suauem, uoluisse ut per scitatum iter,  
tantis sumptibus fideles sui episcopum e Roma palliatum e confirmatum ac  
ciperent. Nam hinc uere plus imposuisset oneris ecclesię suæ, q; unq; imposuit  
synagogę. Quin coegisset eos, paupertati euangelicę renunciare, & cōtempo  
præcepto eius, curam habere & sollicitos esse, quomodo diuitias & sumptus co  
aceruarent, quo pallia & confirmationes impetrare possent. Nam si est ius di  
uinum episcopos omnes e Roma accipere, Non licet hoc ullo uel loci uel re  
rum casu infringere, ac per hoc infringere oportet aliud ius diuinum, scilicet  
ne solliciti sint de crastino, ut Matth. vj. docet. Impossibile est enim a tot finibus  
terrę tantū iter conficere ab ijs, qui iuxta euangelium solliciti non sunt de crasti  
no, non enim habebunt sumptus.

Si dices, potest Ro. Pontifex cōmittere vicinis episcopis potestatem suam.  
Respondeo, tunc nō erit ius diuinum ex urbe Roma episcopos petere, quia ius  
diuinum non potest mutari aut transferri in alium, ab eo cuius est, & cur nō ho  
die quoc; primatibus non conserit hanc potestatem? Quid enim hic obstat, nisi  
detrimentum luci & glorię? Sedlinge aliquam ecclesiam ab hostibus capta,  
ut non possit ad Romam mittere pro episcopo, Quid hic faciet? Si est ius diuinū  
captiuitas non excusat. Ius enim diuinum est nulli rei alligatum, sed super om  
nia in omnibusq; seruandum, Si dices, sufficit uotum mitterēdi, dico, Cur non &  
in alijs

Sacerdotes  
quondam fu  
erunt omnes  
episcopi.

Iure diuino  
non oportet  
omnes episco  
pos e Roma  
accipere.

Episcopi e ci  
uitate Romana  
hodie emuni

In alijs episcopatibus hoc notum sufficit, qui exhausti sunt, & tam longe a Roma positi, ut magno suo detrimento (cōtra charitatem) episcopū emere cogantur.

Secundo, sequitur ex uerbo Pauli, quo cuiuslibet ciuitati episcopū tribuit (qui nunc plebani dicuntur) Episcopus, patriarchas, primates, qui hodie sunt esse iuris humani tñ, quod & decreta indicant, quibus Ro. pōtiffices sibi tribuunt omnium ecclesiarum & dignitatum constitutionem, atq; ita iure diuino, Papa nulli est superior omnino, aut solus plebanis superior est. Cæteris medijs ac maioribus suo iure & usu superior est, q̄ & Cardinalibus. Atq; ut plebanus alteri nō prefertur iure diuino, ita nec ullus episcopus ulli episcopo: Omnia em̄ hæc per ecclēsiā ordinata sunt.

Plebani sunt episcopi.

Ex quo alterius sequitur, q̄ cum unus Ro. episcopus, nō possit omnium patriarchiarum curam habere (quibus solus est superior iure diuino, si superior est, ut dixi) non esse credendum, q̄ Christus ad impossibile eum uoluerit iure diuino astringi, ac per hoc nec iure diuino superiorem esse omnibus. Q̄ si nō omnibus, eadem ratione, nulli particulariter, ac si omnes omnium ciuitatum episcopū æquales iure diuino sunt.

Ro. pon. non pōt esse plebanus omnium ecclesiarum.

Iam quod in principio egimus, concilium Constantiense determinauit, concilium esse supra Papam, sicut & huius determinationis usum ibidem seruauit, deponendo & statuendo Papam.

At si in iure diuino Papa omnibus superior, cōcilium hæresim & fecit & desinuit, quia hæreticum est, diuinum ius damnare & contrarium statuere.

Q̄ si dixeris, Cōcilium non Papam, sed hominem dat uel auferre, papatu semper manente. Respondeo, hoc est ridiculum & insulsum cōmentum. Sequitur em̄, q̄ nō Papā ut Papā, sed hominē tantum deponit, ergo Papa deponitur Papater, quia manet idem qui prius, cū in eius papatum nihil sit actum. Quid miror: Nō in hominē agit, sed in papā ut Papā, q̄ ad administrationē ei auferretur, habens potestatem tradendæ administrationis, non secus q̄ Papa ipse episcopum statuit, ubi utiq; non hominē ut hominē, sed episcopum ut episcopum statuit, cōferēs ei administrationis ius. Alioquin & hic dices: Nō episcopū statuit aut pontif. sed hominem episcopatu manente. Hæc iuratus inuenerunt, dum episcopatum nō officij, sed dignitatis uocabulum (nescio in quo uniuersali reali latentis) fecerunt.

Q̄ si Papa est iure diuino, non licet eum deponere ullo modo, siue sit malus siue bonus, siue hæreticus, siue catholicus, sed est tolerandus usq; ad mortem, sicut Saullem a deo unctum iure diuino regem, Dauid tolerauit. Quare iterum errant & hæretica erunt decreta, quæ statuunt, Papam pro hæresi deponendum, quia contra ius diuinum statuunt, cum non sit superior qui eum deponat. Si autem est ullus superior, ut concilium (quod uerum est) iam ipse non est omnium superior iure diuino, sed accipit hanc superioritatem humano concilij iure, cui eam rursus debet mutandam eius arbitrio.

Existit Papa iure diuino, nō potest deponi a cōcilio.

Vana

Plura (ut dixi) pronocatus, nam seruanda sunt, & in præsidio arma aduersus pertinaciam zmulorum.

In fine repeto, quæ in principio dixi, me prorsus cōfiteri & tneri primatū Ro. Pont. quæritus quæritus est, fuit aut futurus est, solū, q̄ noni dogma esse scio, iure diuino eodē stabili, q̄ nullus antiquoꝝ patrū meminit eiꝝ articuli fidei, q̄ tñ oia tam pie

Lutherus tunc iur primatū Rom. Pontif. sed non iure diuino.

tam pie & sollicitè, quæ nostræ fidei sunt exquisierunt, nec secundum eundem  
egerunt aut nixerunt, quos omnes hæreticos dici nulla ratione potiar. Atq[ue]  
in dies magis mihi placeo & superbus fio, q[uod] uideo nomen pessimum  
mihi crescere, ueritatem enim. I. Christum oportet crescere, me aut  
minui, plus gaudeo ad uocem sp[irit]us & sponsæ, q[uam] ad tumultu[m]

*Legitur in...*

& clamorem luxuriosorum procoru[m] metuo, Certus, q[uod]  
homines qui uident mihi aduersari, ipsi nõ sunt ma  
loru[m] autores, nec eos odio habeo, sed Behemoth  
ille princeps maloru[m], quem p[er] umbras suas  
uideo, uellet mihi formidabilis fieri, si  
posset, & ueritatẽ e regno suo mei  
occasione exturbare. Sed ma  
ior est qui in nobis est, q[uam]  
qui in m[un]do, quo du  
ce, nihil proficet  
inimicus iste,

Amen.

**Præsentis male iudicat ætas, Iudicium melius posteritatis erit.**

**FINIS RESOLUTIONVM LVTHERIANARVM SVPER**

**Ecclesian conclusiones Lipsiæ disputatas mense Octobri**

**Anni M.D.XIX.**

*[Extensive handwritten Latin notes and signatures covering the bottom half of the page, including names like 'Kirk' and 'Sillan'.]*

*Handwritten text at the top of the page, likely a preface or title page in Latin, mentioning the author and the work.*

CARTHARVM SERIES.

• b A B C D E F G H I K L M N O P Q R  
 S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk  
 Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy.

Omnes sunt terniones, præter li Yy quaterniones & Tt duernionem,

FINIT pars una lucubrationū uariarū Doctōris Martini Lu  
 therij Augustiniani in annū Domini, XX. usq̄ ad icarum, quas  
 passim congelitas consequi potuimus. Reliqua eius Christianis,  
 siua scripta posthac alio uolumine suo tempore exhibebimus,  
 in opus Psalterij & epistolarum Pauli, dum domino uolente,  
 & salutem ex inimicis præstante, fuerint eodem autore feliciter  
 absoluta.





BASILEAE IN AEDIBVS ADAE PETRI  
ANNO DOMINI M<sup>o</sup> D. XX.  
MENSE IVLIO.









C an 2

Coron nro fcl ppi fms  
do rnarate rmparac  
foi 351 281. 200

Coron: oia poffibilia 365

C an v

Criofias fclm rousu  
foi 675

D:

D an 0 E

Dico p...  
fclm p...  
foi 20

Dico p...  
foi 31

Dico p...  
foi 35

Dico p...  
foi 35

Dico p...  
foi 410

Dico p...  
foi 661

Dico p...  
foi 659

D an j

Dico p...  
foi 65

Dico p...  
foi 110

Dico p...  
foi 117

Dico p...  
foi 229

Dico p...  
foi 333 355 385

Dico p...  
foi 427

Dico p...  
foi 485

Dico p...  
foi 488

Dico p...  
foi 556

Dico p...  
foi 536

D. an 0

Dico p...  
foi 466

Dico p...  
foi 369

Dico p...  
foi 586

E

E. An c.

Eclafia q'd  
foi 5

Eclafia q'd  
foi 29

Eclafia q'd  
foi 676

Eclafia q'd  
foi 801

Eclafia q'd  
foi 110 120 144 225

Eclafia q'd  
foi 295 267 450 143

Eclafia q'd  
foi 166

Eclafia q'd  
foi 224

E an p.

Eclafia q'd  
foi 10

Eclafia q'd  
foi 15

Eclafia q'd  
foi 498

Eclafia q'd  
foi 512

E. an p

Eclafia q'd  
foi 675 667

E. an u

Eclafia q'd  
foi 1

Eclafia q'd  
foi 3

Eclafia q'd  
foi 4

Eclafia q'd  
foi 9

Eclafia q'd  
foi 119

Eclafia q'd  
foi 5

Eclafia q'd  
foi 436

E an 2

Eclafia q'd  
foi 113

F

f an a

fclm p...  
foi 533

f an i

fclm p...  
foi 20

fclm p...  
foi 188 364

fclm p...  
foi 47

f an l

fclm p...  
foi 225

fclm p...  
foi 33

fclm p...  
foi 229

f an u

fclm p...  
foi 115

G

G an a

Gclafia q'd  
foi 153

Gclafia q'd  
foi 455

Gclafia q'd  
foi 696

G an 2

Gclafia q'd  
foi 20

Gclafia q'd  
foi 53

G an l

Gclafia q'd  
foi 688











1700  
1701  
1702  
1703  
1704  
1705  
1706  
1707  
1708  
1709  
1710

1711  
1712  
1713  
1714  
1715  
1716  
1717  
1718  
1719  
1720

1721  
1722

1723  
1724  
1725  
1726  
1727  
1728  
1729  
1730  
1731  
1732  
1733  
1734  
1735  
1736  
1737  
1738  
1739  
1740

1741  
1742  
1743  
1744  
1745  
1746  
1747  
1748  
1749  
1750  
1751  
1752  
1753  
1754  
1755  
1756  
1757  
1758  
1759  
1760







